

VETUS, ET NOVA  
E C C L E S I Æ  
D I S C I P L I N A  
CIRCA BENEFICIA, ET BENEFICIARIOS,  
IN TRES PARTES DISTRIBUTA,  
Variisque Animadversionibus locupletata;  
AUCTORE, EODEMQUE INTERPRETE  
**LUDOVICO THOMASSINO**



Oratorii Gallicani Presbytero;

EDITIO OMNIUM NOVISSIMA,

Et accurate emendata,


Cui adjectus est

TRACTATUS BENEFICIARIUS

**FR. CÆSARII MARIAE SGUANIN**

Pro indemniter salvandis Juribus SANCTÆ MATRIS ECCLESIE quoad

BENEFICIA ECCLESIASTICA.



T O M U S Q U A R T U S.

U B I A G I T U R

LIB. I. De Vocatione & Ordinatione Clericorum, de Patronatu,  
de Irregularitatibus & Scholis.

OPUS EX SANCTIS PATRIBUS, EX CONCILIIS,

*Ex quorumque temporum Historiis decerptum.*



N E A P O L I M D C C L X I X.

EXPENSIS GREGORII P. & MICHAELIS F. STASI

EX TYPOGRAPHIA DE DOMINICIS  
PUBLICA AUCTORITATE, ET PRIVILEGIO.



# INDEX CAPITUM

## QUARTI TOMI,

In quo agitur, De Vocatione, de Electione, Confirmatione, Præsentatione, Translatione, Cessione, Resignatione, depositione Beneficiariorum. Item de Residentia, de Conciliis, de Visitationibus, de Prædicatione. Denique de Irregularitatibus, de Commendis, & de Dispensationibus.

---

### PARTIS SECUNDÆ LIBER PRIMUS,

In quo agitur, De Vocatione & Ordinatione Clericorum & Beneficiariorum. Quam obnoxii sint Episcopis. De Patronatu.

An eligendus semper dignior? An possit, an debeat  
refugere electus? De Irregularitatibus & Scholis.

**Origo, Beneficium, Ordinatio Clericos**  
Episcopo obligabat. De iis quos  
Papa ordinabat. De Titulo  
Patrimonii.

**CAP. I.** Ordinatione magis quam origine, vel domicilio, Clerici Episcopo obligabantur, per quinque priora Ecclesiæ sœcula. *Pag. I.*

**CAP. II.** De eadem re. Clericos proprie ordinatione sola Episcopo suo mancipatos fuisse; residere omnes debuisse. *7*

**CAP. III.** Clerici Episcopo suo astringebantur Ordinatione magis, quam origine, vel domicilio, sœculo VI. VII. & VIII. *11*

**CAP. IV.** Ordinatio Clericos prorsus omnes Episcopo & Ecclesiæ agglutinabat, ut residere tenerentur, sœculo VI. VII. & VIII. *13*

**CAP. V.** Subjiciebantur potius Clerici Episcopo ordinationis, quam originis, vel domicilii, sub Imperio Caroli Magni, & ejus stirpis. *17*

**CAP. VI.** Ordinatio Clericos uni alligabat Episcopo & Ecclesiæ, in qua residere

cogebat, sub Imperio rursum Caroli Magni, & ejus stirpis. *21*

**CAP. VII.** Diœcesani obnoxii Episcopo originis, domicilii, Beneficii, post annum Christi millesimum. *25*

**CAP. VIII.** Potestas summi Pontificis in ordinandis Clericis aliarum Diœceseon. De Episcopis negotiis vel collationes Ordinum, vel institutiones Beneficiarum, hac ultima ætate Ecclesiæ. *29*

**CAP. IX.** De Ordinationibus sine Titulo, & sub Titulo Patrimonii, hac extrema Ecclesiæ ætate, post annum Christi millesimum. *35*

**CAP. X.** Tonsura & Ordinatio Clericos Episcopo & Ecclesiæ uni obligant, postrema etiam hac ætate. *40*

*Non potuisse quondam Clericos  
& Clericatu resilire.*

**CAP. XI.** Per priora quinque sœcula non potuisse Clericos a Clericatu resilire. *44*

**CAP. XII.** Nec sœculo VI. VII. & VIII. potuisse Clericos a Clericatu resilire. *49*

**CAP. XIII.** Sub Imperio Caroli Magni, & Ca-

I N D E X	A P I T U M.
<b>CAP. XIV.</b> An postrema hac <i>estate</i> , post annum Christi millesimum, liceat Clericatum abdicare? 55	<b>CAP. XXV.</b> Sub Imperio quoque Caroli Magni, laudi datum est, si alterater parens filios, si seipso filii ipsi Clero offerrent minoribusque Ordinibus. 99
<i>An ad nutum Episcopi Beneficiarii possent amoveri.</i>	<b>CAP. XXVI.</b> An possint laici Episcopis præcurrere, & ab illis postulare Clericatum, aut minores Ordines, hac extrema Ecclesiæ <i>estate</i> ? 102
<b>CAP. XV.</b> Summoveri a Beneficiis Clerici non poterant per priora quinque sacerdalia? 60	<i>De iis qui declinandi tantum lethi, extremique supplicii causa ordinabantur.</i>
<b>CAP. XVI.</b> Ad nutum Episcopi Clericos & Beneficiarios depelli non potuisse, a Clodovæ regno ad Imperium Caroli Magni. 67	<b>CAP. XXVII.</b> De iis qui Clericatu ab Episcopis donabantur, quamvis eos ad Clericum non appelleret nisi quadam fortunæ procella, & declinandæ persecutionis aut justæ ultiæ necessitas. 106
<b>CAP. XVII.</b> Ad nutum Episcorum, Clerici & Beneficiarii non abdicabantur, sub Imperio Caroli Magni & Carolinæ stirpis. 72	<b>CAP. XXVIII.</b> Nec Clero, nec Claustris excludebantur, qui vitandæ mortis causa eo confugiebant, sub Imperio Caroli Magni, stirpsque ejus. 109
<b>CAP. XVIII.</b> Nec post annum Christi millesimum revocabiles ad nutum Episcopi Clericos vel Beneficiarios fuisse. 75	<i>De Jure Patronatus.</i>
<i>Poterat Episcopus Beneficiarios transferre ad Ecclesiæ utilitatem.</i>	<b>CAP. XXIX.</b> De Jure Patronatus, seu de præsentatione, per quinque priora Ecclesiæ sacerdalia. 114
<b>CAP. XIX.</b> Nec cedere, nec discedere poterant Beneficiarii, nisi ex Episcopi affectu. Poterat eos Episcopus transferre. Non tamen invitatos. 79	<b>CAP. XXX.</b> De Patronatu Ecclesiastico Laicoque, sub Imperio Clodovæ usque ad Carolum Magnum. 116
<b>CAP. XX.</b> Sæculo sexto, septimo & octavo, Clericorum cessiones admittere, vel translationes facere non poterat Episcopus, nisi ad Ecclesiæ utilitatem & necessitatem. 82	<b>CAP. XXXI.</b> De Patronatu Laico & Ecclesiastico sub Imperio Caroli Magni & Carolinæ stirpis. 122
<b>CAP. XXI.</b> Transferre poterat Episcopus Beneficiarios inferiores, & eorum resignations admittere, sub Imperio Caroli Magni. 84	<b>CAP. XXXII.</b> De Patronatu Laico & Ecclesiastico post annum Christi millesimum. 126
<b>CAP. XXII.</b> De solius Episcopi potestate, ad resignations Beneficiariorum admittendas, maxime Parochorum, itemque ad eorum translationes, hac extrema <i>estate</i> , post annum Christi millesimum. 86	<i>De universali &amp; ordinaria Episcopi potestate conferendi omnia prorsus Beneficia sua Dioceſeos.</i>
<i>De Adolescentulis, quos parentes, vel qui seipso Clericatu offerebant.</i>	<b>CAP. XXXIII.</b> Per quinque priora sacerdalia, erat Episcopus Collator Ordinarius omnium Beneficiariorum. 134
<b>CAP. XXIII.</b> Placuisse semper Ecclesiæ ut adolescentuli, neandum sacerduli contagio afflati, offerrent seipso, vel a parentibus offerrentur Clericatu. 90	<b>CAP. XXXIV.</b> Collatores erant Episcopi Ordinarii et universales omnium Beneficiariorum, sacerdulo VI. VII. et VIII. 139
<b>CAP. XXIV.</b> De eadem re. Potuisse juvenes seipso offerre Clero per priora Ecclesiæ sacerdalia. 95	<b>CAP. XXXV.</b> Collator erat Episcopus omnium Episcopatus sui Beneficiariorum, imperante Carolo, Carolique Magni familia Regia. 142
	<b>CAP. XXXVI.</b> Episcopos Collatores, et Provifores esse ordinarios, primarios et universales omnium sua Dioceſeos Beneficiariorum, hac etiam extrema <i>estate</i> , post annum Christi millesimum. 146
	Quis-

I N D E X C A P I T U M.

<i>Quisquis eligit, præsentat, instituit, præferre tenetur indigno dignum, digno dignorem.</i>	v
<b>CAP. XXXVII.</b> Ex Gregorii Magni doctrina quisquis eligit, præsentat, instituit, præferre tenetur indigno dignum, digno dignorem. 154	CAP. XLVIII. De Beneficiis, quæ vacant in Curia. 220
<b>CAP. XXXVIII.</b> De eodem ex aliis Patribus Latinis; præponendum semper esse dignorem. 158	CAP. XLIX. De Indultis Senatus Parisiensis, Cardinalium, aliisque. 225
<b>CAP. XXXIX.</b> De eodem ex Patribus Ecclesiæ Græcæ; digniores semper digni, dignos indignis præponi debere in Beneficiorum collatione, præsentatione, institutione. 163	CAP. L. De Resignationibus in favorem. 230
<b>CAP. XL.</b> An Electores, Collatores, Patroni, dignorem præferre debeant? De litibus ad Beneficia, post annum Christi millesimum. 166	CAP. LI. De jure Devotionis. De Devolutis. 237
<i>De Collatione Beneficiorum Episcopatu inferiorum per Romanos Pontifices extra Italianam.</i>	CAP. LII. Legatorum facultates ad confenda Beneficia. 243
<b>CAP. XLI.</b> An conferret Pontifex aliqua Beneficia in aliis Episcopatibus, ante tempora Caroli Magni? 179	CAP. LIII. De Graduatis. 246
<b>CAP. XLII.</b> An nominaret Papa ad aliqua aliarum Diceceion Beneficia, tempore Caroli Magni, ejusque stirpis? 187	De Patronatu laico iterum, de primis precibus Imperatorum & Regum, de leuis Regni auspiciis. 250
<i>De Mandatis, Reservationibus, Expectativis Beneficiorum, quæ toto terrarum Orbe Pontifex contulit, post annum Christi millesimum.</i>	CAP. LV. De Laicorum Collationibus. 260
<b>CAP. XLIII.</b> De initio et progressu juris, vel exercitii juris summorum Pontificum in Beneficia Diceceion aliarum. De Mandatis eorum, Reservationibus et Expectativis, usque ad annum Christi millesimum trecentesimum. 190	De Irregularitatibus. Ac primum de Irregularitate criminis. 267
<b>CAP. XLIV.</b> Rursum de Mandatis Pontificum ad Beneficia: de Reservationibus et Expectativis, ab anno millesimo trecentesimo ad Concilium Basileense. 197	CAP. LVI. De irregularitate criminis, & poenitentiaz, per quinque priora/ secula. 274
<b>CAP. XLV.</b> Progressus Mandatorum, Reservationum, Expectatarum, post tempora Concilii Basileensis. De Pragmatica Sanctione. De Concordatis Gallicanis. 204	CAP. LVII. De irregularitate criminum capitalium VI. VII. & VIII. seculo in Hispania. 277
<b>CAP. XLVI.</b> An Pragmatica et Concordata locum habuerint in Provincia Narbonensi, & in Britannia Armorica. De indulto harum Provinciarum, necnon & earum, quæ nuperime Galliaz Regno accesserunt. 212	CAP. LVIII. De irregularitatibus criminis in Gallia, iisdem mediæ ætatis seculis VI. VII. & VIII. 287
<b>CAP. XLVII.</b> Multiplex alia potestas Papæ ad provisiones Beneficiorum. Ac primum de Præventione. 217	CAP. LIX. De irregularitate criminis in Italia & in Oriente, seculo VI. VII. & VIII. 283
	CAP. LX. De irregularitate criminis, sub Imperio Caroli Magni & Carolinæ stirpis. 288
	CAP. LXI. De irregularitate criminis, post annum Christi millesimum. 292
	De Irregularitate Hæreticorum, Schismatistarum, Apostatarum, Neophytorum, Energumenorum. 297
	CAP. LXII. De his Irregularitatibus, per priora quinque Ecclesiaz secula. 303
	CAP. LXIII. De Hæreticorum Irregularitate, seculo VI. VII. & VIII. 309
	CAP. LXIV. De Irregularitate Hæreticorum, temporibus Caroli Magni & Carolinæ stirpis. 313
	CAP. LXV. Irregularitas Hæreticorum, Schismatistarum & Simoniaçorum, post annum Christi millesimum. 314
	De Irregularitate Servorum, Militum, Judicum, Curialium. 318
	CAP. LXVI. De Irregularitate Servorum, Militum, Judicum, Curialium, quinque prioribus Ecclesiaz seculis. 318
	CAP. LXVII. De Servorum & Curialium

<b>CAP. LXVIII.</b> De irregularitate Militum, & eorum qui occidunt, s <sup>ec</sup> culo VI. VII. & VIII.	327	<b>A P I T U M.</b>
		fectu nataliug <sup>a</sup> , post annum Christi millesimum.
<b>CAP. LXIX.</b> De irregularitate Judicium criminalium & capitalium, s <sup>ec</sup> culo VI. VII. & VIII.	331	<b>De Neophytis &amp; Laicis</b> , eorumque irregularitate, media & postrema state Ecclesie.
<b>CAP. LXX.</b> Irregularitas Militum & eorum qui in Bello sanguinem fuderint, sub Imperio Caroli Magni.	335	<b>CAP. LXXXV.</b> Neophytorum et Laicorum irregularitas, s <sup>ec</sup> culo VI. VII. et VIII.
<b>CAP. LXXI.</b> De irregularitate Judicium capitalium sub Imperio Caroli Magni.	339	<b>CAP. LXXXVI.</b> Irregularitas Clinicorum, Neophytorum, Extraneorum, s <sup>ec</sup> culo VIII. IX. et X.
<b>CAP. LXXII.</b> Sum Imperio Caroli Magni afflatu quodam Juris Canonici, & manante ejus suavitate ac lenitate in Leges civiles, capitalia fere supplicia in penas civiles, & in peccnitentias publicas faisse commutata.	343	<b>CAP. LXXXVII.</b> Neophytorum irregularitas, post annum Christi millesimum.
<b>CAP. LXXIII.</b> De irregularitate Servorum, Curialium, publicis ratiociniis obnoxiorum, sub Imperio Caroli Magni.	349	<b>CAP. LXXXVIII.</b> Irregularitas que ex ignorantia proficiuntur, per priora quinque Ecclesiarum s <sup>ec</sup> ula.
<b>CAP. LXXIV.</b> Irregularitas servorum, ære alieno & ratiociniis publicis innexorum, post annum Christi millesimum.	353	<b>CAP. LXXXIX.</b> Irregularitas ex ignorantia, s <sup>ec</sup> culo VI. VII. et VIII.
<b>CAP. LXXV.</b> Irregularitas Militum, & eorum omnia, qui vel mutilant, vel occidunt, post annum Christi millesimum.	357	<b>CAP. XC.</b> Irregularitas ex ignorantia, sub Imperio Caroli Magni.
<b>CAP. LXXVI.</b> Irregularitas Judicium criminalium castrorum, post annum millesimum.	363	<b>CAP. XCI.</b> Irregularitas ex ignorantia, post annum Christi millesimum.
<b>CAP. LXXVII.</b> An absolutione & Eucharistia fraudari possint, qui extremo supplicio afficiendi sunt.	370	<i>De Scholis &amp; Universitatibus.</i>
		<b>CAP. XCII.</b> De eadem ignorantiae irregularitate. De Scholis antiquis, per quinque priora Ecclesiarum s <sup>ec</sup> ula.
<b>CAP. LXXVIII.</b> Irregularitas mutilorum & bigamorum, quinque prioribus Ecclesiarum facultatibus.	375	<b>CAP. XCIII.</b> De Scholis in Gallia, a Clodovoro ad Carolum Magnum.
<b>CAP. LXXIX.</b> Irregularitas Eunuchorum & Energumenorum, s <sup>ec</sup> culo VI. VII. & VIII.	384	<b>CAP. XCIV.</b> Scholæ Hispanicæ, et Africæ, per eadem mediæ ætatis s <sup>ec</sup> ula VI. VII. et VIII.
<b>CAP. LXXX.</b> De Bigamis in Oriente & Occidente, s <sup>ec</sup> culo VI. VII. & VIII. Item de Filiis illegitimis.	386	<b>CAP. XCV.</b> De Scholis Italicæ, Angliae, Orientis per eadem mediæ ætatis s <sup>ec</sup> ula VI. VII. et VIII.
<b>CAP. LXXXI.</b> Irregulares filii Presbyterorum, illegitimi, bigami, sub Imperio Caroli Magni.	389	<b>CAP. XCVI.</b> Scholæ sub Regno et Imperio Caroli Magni.
<b>CAP. LXXXII.</b> Irregularitas Eunuchorum, Mutilorum, et Energumenorum, sub Imperio Caroli Magni.	392	<b>CAP. XCVII.</b> Scholæ sub Ludovico Pio Imperatore.
<b>CAP. LXXXIII.</b> Bigamorum, Eunuchorum, et mutilorum irregularitas, post annum Christi millesimum.	394	<b>CAP. XCVIII.</b> De Scholis sub Carolo Calvo.
<b>CAP. LXXXIV.</b> De irregularitate ex de-		<b>CAP. XCIX.</b> De Scholis Gallia et Germania, sub sequentibus Regibus.
		<b>CAP. C.</b> De Scholis Italicæ et Orientis, sub Imperio Caroli Magni usque ad annum Christi millesimum.
		<b>CAP. CI.</b> De universitatibus, post annum Christi millesimum.
		<b>CAP. CII.</b> De Seminariis, post annum Christi millesimum.
		<b>CAP. CIII.</b> Extraneis septus ad Beneficia aditus. Necesitas, ut Gregis sui linguam calleat Pastor.
		<b>CAP. CIV.</b> Beneficia quædam addicta Nobilibus, Cantoribus, Capellæ Regiae Clericis.

VETUS

VETUS ET NOVA  
ECCLESIAE  
DISCIPLINA  
CIRCA BENEFICIA ET BENEFICIARIOS;  
*DISTRIBUTA IN TRES PARTES,*

Quæ & ipsæ in tres Libros singulæ distributæ sunt.

PARS SECUNDA,  
*IN QUA AGITUR*

De Vocatione, de Electione, Confirmatione, Præsentatione, Translatione, Cessione, Resignatione, Depositione Beneficiariorum. Item de Residentia, de Conciliis, de Visitationibus, de Prædicatione. Denique de Irregularitatibus, de Commendis, & de Dispensationibus.

LIBER PRIMUS,

**DE VOCATIONE ET ORDINATIONE CLERICORUM**  
& Beneficiariorum. Quam obnoxii sint Episcopis. De Patronatu.  
An eligendus semper dignior? An possit, an debeat refugere ele-  
ctus? De Irregularitatibus & Scholis.

**ORIGO, BENEFICIUM, ORDINATIO** Clericos Episcopo obligabat. De iis quos Papa ordinabat. De Titulo Patrimonii.

**CAPUT I. P. 1. l. 2. c. 1.**

Ordinatione magis quam origine, vel domi-  
cilio, Clerici Episcopo obligabantur, per  
quinque priora Ecclesie sœcula.

I. In Concilio Sardicensi & Carthaginensi  
cautum est, ne Episcopi eos ordinarent, qui  
Thomas. Tom. IV.

oriundi essent ex alienis Diœcesibus. Ei Ca-  
noni maxime obtemperatum fuisse probatur.

II. Ordinatione ei Episcopo mancipabatur  
Clericus, qui primum Ordinem contulisset.

III. IV. In Africa poterat Carthaginensis  
Episcopus, quarumlibet Ecclesiarum Clericos  
in alias transferre, quæ sibi eos Episcopos  
A dele-

*Vetus & nova Ecclesie Discipline*  
delegissent. Multa observantur super ea re.  
*V.* In Ecclesia Gallicana non originis, non  
baptismi ratio habebatur, sed Ordinationis,  
vel Beneficii.

*VI.* Exemplo illustratur, quam arte ordi-  
nationis Clericos Episcoposque ipsos Ordinato-  
ri astringat.

*VII.* Idem evincitur ex Decretis Pontificum.

*VIII. IX.* Exempla Origenis, Hieronymi &  
Pauliniani.

*X.* Memoranda Cypri Episcoporum consue-  
tudo, ut alii aliorum Clericos ordinarent,  
Ordinationem fugitantes.

*XI. XII.* Inreperat ea consuetudo tempo-  
ribus grassantium persecutionum.

Parochia voluerit alienum ministrum sine con-  
sensu Episcopi ipsius & sine voluntate ordi-  
nare, non sit rata ordinatio.

Prohibitum hoc ipsum fuerat in Concilio  
Niceno(3), sed de solis Clericis tunc agebatur,  
eo in re vero & ceteris quibus. Hoc posse  
quis in Siricu Papae Decreto(4): *Ut de alie-  
na Ecclesia ordinare Clericum presumat. Du-  
biu[m] quippe, an Ecclesia hoc loco solos  
Clericos, vel etiam Laicos complectatur.  
Manifestius in Concilio Carthaginensi III.  
ordinari vetantur, quo[rum]cunque alias Episco-  
pus coepit jam collato Clericatu ordinare,  
sibique vindicare(5): *Ut alienum Clericum  
nisi concedente ejus Episcopo nemo audeat  
vel retinere, vel promovere in Ecclesia sibi  
credita. Clericorum autem nomen etiam Le-  
ctores & Psalmista & Ostiarii retinent. Quæ  
postrema verba non oscitantur prætereunda.  
Doceat enim luculentissime minimo quolibet  
Ordine accepto quemlibet Clericum or-  
dinatur Episcopo ita astridum suis, ut  
circa ejus assensem non posset jam alteri  
seco Episcopo adglutinare. Alludere ad hanc  
Canonem videtur Augustinus, ubi in Epi-  
stola quadam sua diserte affirmit, eo solos  
Clericos, non Laicos contineri(6): *Recen-  
se Concilium, ibi invenies de solis Clericis  
suisse statutum, non etiam de Laicis, &c.  
Hic institutum est, ut Clericum alienum no-  
mo suscipiat.* Repetit in alia Epistola ab  
Episcopo Severo, quo utebatur familiarissi-  
me, Clericum quendam suum, tametsi ju-  
ratus hic fuisset a Severo se nunquam di-  
scelsum. Denique alia Epistola apud Epis-  
copum Novatum antiqua sibi necessitudine  
conjunctum, excusat Ecclesie suæ necessi-  
tatem, per quam sibi non liceret, ei ex  
Subdiaconi suis unam concedere, quamvis  
ipsius Novati fratrema: propterea quod lin-  
guam Latinam calleret, eoque suæ Hippo-  
nense, quam Novati Ecclesie longe utilior  
futurus esset.**

II. Verum in hoc eodem Concilio eno-  
datur difficultas non parum perplexa. Com-  
mendaverat Julianus Episcopus Epigonio  
Episcopo puerum valde inopen, proprium  
civem sui loci. Epigoni caritas eo evencta  
est, ut puerum non sacro tantum fonte lu-  
straret, sed & expensas omnes sustineret  
ejus educationis & institutionis in re litt-  
eraria, adeo ut Lectorem tandem ordinaret.  
Tum Julianus eum inconsulto Epigonio vin-  
dicata

(1) Can. 5.  
(3) Can. 21.

(2) Can. 18. 19.  
(6) Epist. 235. 240. 242.

(3) Can. 16.

(4) Epist. 4.

dicavit rursum sibi, & Diaconatu auxit. De ea consumelia expostulavit Epigonius apud Concilium, a quo iussus est Julianus Clericum illi suum restituere (1): Eundem Clericum revocare plebi tue? Alteri eorum Episcoporum suberat hic Clericus origine, alteri ordinatione. Concilii judicio plus momenti fuit in ordinatione. Cesserat quidem civem suum Epigonio Julianus, sed procul a vero est, ut ordinandum cederet eum rum, qui necdum lustrali fonte tintitus esset. Sed qui tinxerat Episcopus, an non ille Diaconianus videri poterat Episcopus, maxime tandem secum commorantem cum illum tenuisset? Ita ut Beneficium, domicilium, regeneratione Epigonio suffragarentur, adversum jus nascendi. Certe Concilium de his sicut quidem, at Clericum ei restituit, qui primus illum Ecclesiasticis Ordinibus ini- tiaverat.

III. In eodem mox Concilio contestatur Aurelius, se plurium Ecclesiarum Episcopis & Presbyteris donandarum molestissima sarcina gravari (2): Scitis multarum Ecclesiarum & ordinandorum curam sustinere, &c. Ego cunctorum Ecclesiarum dignatione Dei sollicititudinem sustineo. Cumque Ecclesiae viduatæ Episcopis Presbyterisque flagitarent a se Clericos aliarum Dioceceson, nunquam a se eos vel concessos fuisse vel ordinatos, non afferentibus Episcopis eorum propriis, a quibus repulsa pallus esset nunquam: Contingit nonnunquam ut postulentur ab Ecclesia, que Prepositis egens vel Episcopis, vel Presbyteris; & tamen memor statutorum id sequor, ut convenientiam Episcopum ejus, atque ei inculcem, quod ejus Clericus aquilibet Ecclesia postuletur. Ubi adnotanda obiter postulationis vox eo ipso usurpata sensu, quo eam posteriora secula donavere, ut ab electione differret. Deposcebat denique Aurelius, ut si tergiversaretur, aut detrectaret posthac Episcopus aliquis eum Clericum dare, quem alia Ecclesia sibi Præsidem postulasset: agnosceretur a Concilio, & confirmaretur ea, qua semper haec tenus usi fuissent Carthaginenses Episcopi, auctoritas, unius Ecclesie Clericos in alias, ubi major eorum esset utilitas, graviorque necessitas, transferendi: Fuit semper hac licentia huic sedi, unde vellet, & de cuius nomine fuisset convexus, pro desiderio cuiusque Ecclesia ordinare Episcopum. Tum Episcopi omnes Concilii, Epigoni verbis & ore gra-

tulari sunt Aurelio, quod tanta esset in ipsis humanitate & indulgentia: non a se illi eam donari potestatem, sed ejus Ecclesiaz jamdiu partam firmatamque agnoscit, ut Clericos ab aliis in alias transferat Ecclesias, ut communis earum serviat utilitati: Necessitate habes tu omnes Ecclesias suffulcire, Unde tibi non potestatem damus, sed tuam assignamus, ut siceat voluntati tua semper & tenere quem voles, ut Propositos plebibus vel Ecclesias constitutas, qui postulati fuerint, & unde voles. Posthumiano Episcopo vi- sum est inhumanius fore, si Episcopo au- ferretur Presbyter, quem unicum haberet, ut Episcopali cathedra alibi donaretur. Verum illi cumulatissime satisfecit Aurelius, despondens in seque recipiens, si una illi suum Presbyterum ad Episcopalem sedem suffurraretur Ecclesia, ex aliis omnibus Ec- clesias fore ut posset ille, quemcunque vellet deligere, qui sibi Presbyter ordinaretur.

IV. Tanta sapientia luce, tantis cari- tatis lenociniis scatere mihi visa est hæc Africana disciplina, ut non potuerim non eam hic paulo prolixius expendere, quamvis alibi jam prælibatam. Ante autem quam ultra progrediamur, pauca hæc pensiculatius hic erunt consideranda. 1. In his omnibus regulis & exemplis, non ab ipsis Clericis caprari occasiones, quibus ambitioni avari- tiaeque sua obsequantur, sacrosque solvant nexus, quibus Episcopis suis obligantur: sed Episcopos ipsis servire necessitatibus Ec- clesiarum, caritatem Collegarum conveni- re, & Clericos eorum suis Ecclesias utilius ministraturos flagitare. 2. Strictissime vin- ciri Clericos Episcopis ordinatione ipsa sua, ita ut non possit dissolvi vinculum, nisi imperio legis summa, hoc est, caritatis Epis- copalis, & universalis, quæ omnibus Ec- clesiarum necessitatibus infatigata providen- tia consulit. 3. Si qui Episcopi Coepisco- porum inopia & precibus minus moveren- tur, & oblituscerter ad eorum postulatio- nes, fuisse in Ecclesia Africana Episcopum potestate & auctoritate superiorem, qui ju- re suo in his malis mederi posset, & Cle- ricos unius Ecclesie alteri contradere, ubi eminentiori dignitate ornarentur, quo sub- limiores, eo utiliores Ecclesias universas fa- turi. Hoc Carthaginensis Ecclesias privile- gium sic Ferrandus describit (3): Ut soli Ecclesia Carthaginis liceat alienum Clericum ordinare. 4. Licet potestas ea non potuisset

(1) Can. 44.

(2) Can. 4.

(3) Breviar. Fe. 1. a. 230.

Vetus & nova Ecclesiae Discipline

4. Ecclesiaz Carthaginensi parari, nisi Africorum Episcoporum consensione, & longo priorum saeculorum usu: profitentur nihilominus Episcopi, suo Aurelium jure & Ecclesiaz sua privilegio id obtinere, non ipsorum concessione, adeoque nec integrum sibi esse tam legitimaz potestati refragari. Usque adeo humilitas Aurelii & concordia Episcopalis, rixarum litiumque, quæ exoriri potuerint, fibras omnes radicitus elidebat. Usque adeo jura diutina innixa possessioni, & Ecclesiaz utilitati necessitatique superstructa, certa sunt & inconcussa. 5. Ad Episcopos tantum & Presbyteros Ecclesiis suppeditandos, ut in quibus spes verteretur Ecclesiaz, fiebant istæ translationes: Ecclesiis quæ Prepositis egent, vel Episcopis, vel Presbyteris. Itaque Diaconis jam nullæ regendæ committebantur Ecclesiaz. 6. Ne propriæ quidem erant istæ translationes. Nec enim Episcopus ab una sede ad aliam, Presbyter ab una Parochia ad aliam migrabat. Sed uni Ecclesiaz alterius Clerici transcribebantur, ad altius fastigium sive Episcoporum provehendi, sive Presbyterorum.

V. Illud vero maxime mirabile in his Canonibus, quod cum tam anxie & tam sape vetentur Episcopi ordinare Clericos alienos, vix unquam prohibeantur alterius Episcopi ordinare Laicos. Adde Concilium Taurinense (1): *Synodi sententia definitum est, ut Clericum alterius secundum statuta Canonum nemo suscipiat, neque suæ Ecclesiaz licet in alio gradu audeat ordinare.* Adde & Arausicanum I. (2) *Si quis alibi consenserit Clericum ordinandum putaverit, prius definiat, ut cum ipso habiter: sic quoque non sine consultatione ejus Episcopi, cum quo ante habitaverit, eum qui fortasse non sine causa diu ab alio ordinatus non est, ordinare presumat.* Quin & videntur hic ne Episcopi quidem ad id cogi, ut consensum Collegarum eblandiantur, quo eorum Clericos suo adjungant Clero: sufficere enim ut certo scient quid causa sit, quamobrem non ordinarentur: utque illis providerent, quo in reliquum vitæ tempus sustentari possent. Certo id totum ad Clericos solos attinet. Sequenti Canone de Laicis agitur, sed ut illis sui ipsorum faciant potestatem, utri Episcopo adhærescant, sub quo nati, an a quo ordinati sunt (3): *Si qui autem alienos cives, aut alibi consenserentes ordinaverint,*

*nec ordinati in ullo accusantur, aut ad se eos revocent, aut gratiam ipsis eorum impiarent, cum quibus habitant. Integrum ergo erat Episcopo, qui alterius Dicæcelanum ordinarat, vel suis illum Clericis accensere, aut eum Dicæcelano suo Episcopo conciliare. Ad solos quoque Clericos pertinet Syndici Andegavensis Canon (4): *Aliis quoque Episcopis aliorum Clericis gradum augere non licet.* Sicut & Concilii Veneti in Armorica Provincia (5): *Episcopi ab aliis Episcopis ordinatos Clericos, sine permisso eorum, a quibus fuerunt ordinati, promovere ad superiorum Ordinem non presumant, ne concordiam fraternalm injuria illata contaminent.**

VI. Antequam e Gallia limitibus digreditur, illud obiter observabo, usque adeo sacrosanctam & necessariam visam esse Concilii Taurinensis Patribus conjunctionem Clericorum cum Episcopis, a quibus ordinati sunt, ut ab ea ne Episcopos quidem absolvantur, qui a Proculo Massiliensi Episcopo ordinati fuerant, quanquam ipsorum haudquaquam Metropolitanus esset, quod ille frustra tamen jactabat. Definiit quidem hoc Concilium, non posse Proculum eorum Metropolitanum dici, ut qui alterius Provinciae finibus circumscriberetur (6): sed illud tamen sanxit, ut quorum veluti parens evaserat ordinatione, illos sibi semper ut filios & discipulos haberet obnoxios: *Ut in Ecclesiis Provincia secunda Narbonensis, quas vel suas Parochias, vel suos discipulos suis se ordinatos constituerit, Primatus habeat dignitatem. Ipse tanquam pius Pater; consarcerades tanquam boni filii eundem habebant ut parentem.* Zosimo quidem postea usque adeo displicuit, tantum sibi licetis sumpsisse Proculum adversus Canonicas Sanctiones, ut illum sede dejecerit, iussertique successorem dari. Sed eo nihilominus exemplo patet, Canonicas ordinationem ex Concilio Taurinensi, instar esse spiritualis regenerationis, qua Clerici Episcopis, & Episcopi ipsi Metropolitanis suis & adglutinantur & subiiciuntur, ut filii parentibus; qua nec sanctior fangi potest, nec suavior caritas.

VII. Silet quoque de Lajcis Leo Papa, cum Clericis eandem inculcat legem (7): *Alienum Clericum invito Episcopo ipsius nemo suscipiat & nemo sollicitet, ni forte ex plâ-*

[1] Can. 7.  
[6] Can. 1.

[2] Can. 8.  
[7] Ep. 84. c. 9.

[3] Can. 9.

[4] Ibidem.

[5] Can. 10.

*placito caritatis ad inter dantem accipientemque conveniat. Tum magni ponderis est ratio, quæ hic attingitur, cum solos ea Clericos complectitur. Iniquum est enim præripi Episcopo, quod in suo illi Clero & pretiosissimum est & utilissimum. Non potest non injuriosum esse, industræ illi suæ & diutinæ curse fructum suffurari. Gravis injuria reus eß, qui de fratribus Ecclesia id quod est utilius aut pretiosius, audet vel adlicere, vel tenere. Cui concinit Gelasius Papa (1): Nec ambiant Episcopi sibi metu dicare Clericos potestatis aliena.*

VIII. Promenda nunc sunt & exempla quæ huic faveant Laicorum libertati, ut a quolibet Episcopo primum ordinari potuerint. Cum in Achajam proficeretur Origenes, nescio quas hæreticorum pestes, quæ illam infestabant oppugnatus, per Palæstinam iter egit, commendatissimis Episcopi sui Alexandrini Demetrii litteris munitus, quibus testatum omnibus fieret, quam incredibilis esset ejus eruditionis sacræ copia, quanti pro Ecclesia exhausti jam labores. Cæsareæ & Hierosolymæ Episcopi manus illi injecerunt, & Presbyteratu exornarunt. Eo rescite vehementissime succensuit Demetrius. Episcopi qui illum ordinaverant, in suæ causæ patrocinium ipsius Demetrii ostentabant commendatissimas litteras. Demetrius criminis vertebat, quod ordinatus is esset, qui seculi mutilasset ipsum, cruentasque sibi manus intulisset. At Episcopis Origenis ordinatoribus abunde erat, ipso Demetrii testimonio approbatæ eum & eruditio- nis & sanctimoniarum cumulum inesse Origeni, quo major ad Presbyteratum desiderari non posset. Certe utrobique constabat nullius momenti haberi, vel locum unde Origenes oriundus esset, vel Ecclesiam ubi baptizatus. Audiendus de his Hieronymus (2): Cum jam media esset etatis Origenes, & propter Ecclesiæ Achaja quæ pluribus hære- sibus vexabantur, sub testimoniis Ecclesiastice Epistole Athenas per Palæstinam pergeret, a Theoctisto & Alexandro, Cæsareæ & Hierosolymorum Episcopis, Presbyter ordinatus, Demetrii offendit animum, qui tanta in eum debacchatus est insania, ut per totum mun- dum super ejus nomine scriberet. Et alibi: Alexander pro Origene contra Demetrium scripsit, eo quod juxta testimonium Deme- trii eum Presbyterum constituerit, Litteræ

Ecclesiastica, quibus Origenem manierat Demetrius, fidei ejus & pietati suffragabantur; sed de licentia ut a quibus libitum sibi esset Episcopis ordinaretur, nec verbum faciebant ullum. Quin occupasset enim potius Demetrius illum ordinare, & eo viculo suæ Ecclesiæ illigare, sib ique ipsi? Irregularitas Origenis impedimento erat, ne vel minori ullo eum Ordine Demetrius dignaretur, ejus utique conscius. Ad omnes etiam prorsus Ecclesiasticos Ordines irregularis erat. Itaque mere laicus erat; ex quo intelligebant Episcopi, minime necessarium esse Demetrii consensum, ut illum ordina- rent. Perspicue vero tradit Eusebius, præter sui mutilationem, nihil habuisse Deme- trium, quo Origenem insimularet: Quan- do nihil aliud habebat, quod ei objiceret (3). Deinceps vero Origenem affixum fuisse Ec- clesiæ Cæsareæ, & Episcopo a quo ordi- natus fuisse.

X. Accedam nunc ad ipsius exemplum Hieronymi & Pauliani fratris ejus. Presby- ter ordinatus Hieronymus Antiocheno ab Episcopo Paulino Antiochiæ, ubi nec na- sci primum, nec renasci per baptismum ei obtigerat. Ne fingi quidem potest Dimis- srias eum ab Episcopo litteras attulisse, cum Presbyteratum & Ordines quoscunque adeo non ambiret, ut vehementissime recusaret, & invitus ordinatus sit. Prolata sunt supe- rius testimonia Scriptorum omnia, & ipsius maxime Hieronymi, quæ ad ejus ordina- tionem pertinent. Sermo ibi est etiam de ordinatione Pauliniani (4). Testificatur ille quos Paulinus invitòs & renientes ordi- navit, nec sibi, nec Ecclesiæ suæ alligare eum potuisse; adeoque integrum fuisse sibi Antiochia secedere, & Desertum petere. Posse Paulinianum eadem responsive refel- lere Joannem Episcopum Jerosolymitanum, si ab eo ordinatus fuisse. Sed cum sacros Ordines ab Epiphanius suscepit, ad eum Cyprum se contulisse: Vides eum Episcopo suo esse subjectum, versari Cypri: ad vi- sitationem nostram interdum ventre, non tuum, sed ut alienum, ejus videlicet a quo ordi- natus est.

Locus ergo dubitandi nullus erat, quin potuisse Paulinus Antiochenus Episcopus Hieronymum ordinare, quamvis nec is in Oriente originem, nec Antiochiæ domici- lium sortitus esset. Operæ pretium tantum erat,

(1) Epist. ad Episc. Lucenum.

(2) Hist. Eccl. L. 6. c. 8. 26. 27.

(2) De Script. Eccles. in Origene.

(4) Hieron. ad Pamphach. adv. error. Joaan. Hierosol.

erat, ut nullus alias Episcopus prævertisset, collato aliquo Ordine illum sibi Cleroque suo vindicare. Sed nec Joannes Hierosolymitanus ambigebat, quin potuisse Paulinianus vel ab ipso vel ab Epiphanio in insula Cypro ordinari. Eo ergo tantum stomachabatur, quod in Episcopatu Hierosolymitano auctor esset Epiphanius Cypri Episcopus quemquam ordinare: cum tam ex parte prohibeant Canones, ne Episcopi extra Dioeceses suas quemquam ordinent.

Eam calumniam retundebat Epiphanius eo argumento, quod Paulinianus a se ordinatus esset, non in Parochia Ecclesie Hierosolymitanæ, sed in Monasterio (1): *Quoniam in Monasterio ordinaverim, & non in Parochia qua tibi subjecta sit.* Sed multo vehementius insurgit Hieronymus affirmat que ne Monasterium quidem illud fuisse Episcopatus Hierosolymitani, sed Eleutheropolitanæ (2). *Dicit Joannes eum adolescentulum & pene puerulum in Parochia sua Bethleem Presbyterum constitutum, si hoc verum est, cuncti Palæstina Episcopi non ignorant, Monasterium enim sancti Epiphanii nomine vetus dictum, in quo frater meus ordinatus est Presbyter, in Eleutheropolitanæ territorio & non in Aliensi situ est.* In his omnibus ultro citroque accusationibus & responsionibus, nullo usquam loco, nullo in numero habetur patria, vel locus originis.

X. Sed præteriri sine piaculo non potest, quod repuluit Epiphanius ad accusations que sibi a Joanne aspergebantur. Non siuebant Canones, ut extra fines suæ quisque Dioecesos quenquam ordinarent Episcopi. At summa Canonum dispensatrix & optima interpres caritas illum usum invexerat firmaveratque inter Episcopos Cypri, ut Clericos Ordinum detrectatores fugacei que, Episcopi quilibet in quorum manus incidissent, ordinare possent, piosque transfugas ad Episcopos suos remittere. Huic mori se obsecutum fuisse, & caritati servisse, sperabat Epiphanius in ordinando Pauliniano: *O vere benedicta Episcoporum Cypri mansuetudo, & bonitas, & nostra rusticitas sensu tuo, & arbitratu, digna misericordia Dei!* Nam multi Episcopi communionis nostra & Presbyteros in nostra ordinaverunt Provincia, quos nos comprehendere non possemus, & ad nos miserunt Diaconos & hypodiaconos, quos suscepimus cum gratia. Nec eo se gyro continebat Cypri Episco-

porum caritas. Si qua latius longiusque patet Dioecesis, pacate & lubenti animo se rebant Episcopi, ut vicini Collegæ ordinarent Clericos in Ecclesiis sibi quam Diocesano Episcopo proxioribus: Et ipse cohortatus sum beata memoria Philonem Episcopum & sanctum Theophobum, ut in Ecclesiis Cypri que junta se erant, ad meæ ausem Parochia videbantur Ecclesiam pertinere, eo quod grandis esset & late patens Provincia ordinerent Presbyteros, & Christi Ecclesia providerent. Hæc tum erat Episcopalis amplitudo caritatis, cuius contemplatione facile adducimur, ut dicamus, laudabilis violatos fuisse ab Epiphanio Canones, quam a Joanne vindicatos: quod ejusmodi nimirum incident commissuræ seram temporumque, ut Canonum litteram & quasi corticem vulnerari necessum sit, quo eorum spiritui & menti obsecundetur.

XI. Porro ea insulæ Cypri consuetudo erat, ut mea seru opinio, tanquam residuum quoddam vestigium vulgatissimæ Ecclesiæ disciplinæ, dum levirent persecutiones. Cum enim plures tunc perière Ecclesiæ Pastoribus viduatæ micerent: vel vicini Episcopi, vel longinqui etiam, quos huc illucque fugiantes, eo ejecerat procella, non poterant non obsequi caritati, quæ tam Catholica est, quam fides ipsa, ut Presbyteros, Diaconos, atque adeo & Episcopos nonnunquam orbatis Ecclesiis ordinarent. At Presbyteri, Diaconi, & alii Clerici ita ordinati, non utique Episcopo ordinatori suo alligabantur, sed Ecclesiæ ad quam fuerant ordinati. Uno rem illustrabimus exemplo Eusebii illius sanctissimi Episcopi Samosateni. Cum illum enim particulari sua Ecclesia exturbasset Valens, omnium Ecclesiæ universalem se ille egit Episcopum, quas ejusdem persecutionis turbo vastaverat: omnesque perlustrans in militari veste, vacuas sedes Pastoribus donabat, Presbyteros Diaconiisque ordinabat, ubicunque erat Episcopus, denique exules & vacantes Episcopos vacantibus Ecclesiis praeficebat. Audiendus hic Theodoretus (3): *Habitu militari indutus, & capite Tiara opero Syriam, Phœniciam & Palæstinam peragavit, quo tum Presbyteros & Diaconos crearet, tum alia Ecclesiastica obiret officia. Quod si quando in Episcopos secum doctrina consentientes incidebat, eos Ecclesiæ que carebant Pastoribus, præfecit.*

XII.

(1) Epist. ad Joannem Hieros.

(2) Epist. 62.

(3) L. 4. c. 12.

XII. Ita solers & ingeniosa semper Episcoporum caritas id præstabat, ut eorum illa non fuga jam, sed vincendi pernicitas esset; nec exilium, sed longinuarum Provinciarum sanctitas & felicitas. Narrat Sotzomenus (1), ut in fuga sua Athanasius Arianos, quorum insaniam fugiebat, vicissim ipse fugaverit ab Ecclesiis, quibus incubabant, Catholicosque Pastores sufficerit. Hac nimirum accusatione gloriam ejus cunctularunt, qui eum postea insimularunt, quod Ecclesiæ curæ suæ & potestati non subditas Pastoribus donasset: Paulique zelum proprius æmulatus est, qui orbem terrarum universum imperio Christi subjecere moliebatur: Illud demum ei criminis loco objecerunt, quod scilicet in urbibus nihil ad se pertinenter Ministros instituere auderet (2). Ad eundem Athanaliū scribens Basilius, id summa laudi verit, quod criminis dabant, qui virtutum splendore præstricti, invidere malebant, quam imitari Tantam geris Ecclesiæ omnium curam, quantum ejus que tibi peculiariter a Domino concredita est.

**C A P U T II. P. I. l. 2. c. 2.**

**De eadem re, Clericos proprie Ordinatione sola Episcopo suo mancipatos fuisse; residere omnes debuisse.**

I. *Alia eorum exempla, qui Episcopo ad dicti suo non fuere nisi Ordinatione, cum longinquis ex regionibus in eam Ecclesiam concessissent. De Paulino.*

II. III. *De Augustino & Piniano.*

IV. V. *De litteris Dimissoriis. De B. Martino.*

VI. *Disciplina hac ex eo manabat, quod tardus tum plerique, & longe a patria baptizarentur.*

VII. *Probatur Ordinationis vinculo strixissime quemque suo devinctum fuisse Episcopo.*

VIII. *Exceptiones duæ. Ubì vis adserebatur cuiquam. Et cum Ecclesia excisa jacebat.*

IX. X. *Ordinatio non Episcopo tantum, sed & Ecclesiæ alligabat, & residentia legi subiectebat. Varie ad id probations.*

XL *Car. Clerici sua ipsi sponte ab una Ecclesia ad aliam ejusdem Diœcesis migrare non possent, ab Episcopo transferri possent?*

XII. *Summa capita doctrina de residentia & stabilitate Clericorum.*

XIII. *Episcopo originis plus reverentia impendi tum caprum est, cum ab infancia dari suscipique capis baptismus.*

I. **V**Enio ad Paulinum, qui baptizatus Burdegalz, ordinatus postea Presbyter fuit a Lampio Episcopo Barcinonis, ubi tunc sedem fixerat. Cum extrema quædam vis ei renitendi adhibenda fuerit, ut ordinari se pateretur, hanc ille sibi licentiam jam tum usurpavit, palamque professus est, nequaquam se Ecclesiæ Barcinonensi obligatum iri, unde & postea illigari se clero B. Ambrosii assensus est. Hoc ipse de se profiterur (3): *Ego et si a Delphino Burdigalæ baptizatus, a Lampio apud Barcinonam in Hispania per vim inflata subito plebis sacraus sum, tamen Ambrosii semper & dilectione ad fidem nutritus sum, & nunc in sacerdotiis Ordine confoveor, denique suo me Clero vindicare voluit, ut et si diversis locis degam, ipsius Presbyter censear. Et alibi: Nos modo in Barcinonensi civitate consimilimus, repentina vi multitudinis initiatus sum. Simile veri non est tam diutinas Paulinum Barcinonæ traxisse moras, ut illum quasi domicili jure urbi suæ sibique Lampinus adsereret. Potestas itaque Lampii in Paulinum non enituit nisi in impressione & vi quam illi plebs intulit. Paulinus quoque adversus Ordinationis suæ vincula non objecit, quod Barcinonensis civis non esset, sed vim sibi adhibitam esse exceptit. Quæ causa tam justa, absolutus ab Ecclesia Barcinonensi, non ei se addixit, cujus civis erat origine, non ei in qua sacro fonte illustratus fuerat, sed ut omnino sui juris, Ambrosii Ecclesiæ adscribi voluit. Hinc liquet tenuissima tunc fuisse Episcoporum iura in laicos suæ ditionis, ubi de Ordinationibus agebatur.*

II. Nec minus est in Augustini exemplo momenti. Tagastæ oriundus erat, quæ urbs Episcopalis est: sedem quoque ibi fixerat. Cum forte Hippoem perrexisset, populi turba in eum impetum fecerunt, atque ita vi Presbyter ordinatis est. Nulla ratio habita Epitcopi Tagastensis. Possidius rem totam narrat, nec dissimulat laicum tunc adhuc fuisse Augustinum, nec evitare solitum nisi urbes, quæ Episcopis essent orbatæ: Solebat laicus ab illis tantum Ecclesiæ, quæ non

(1) L. 3. c. 2.

(2) Epist. 25.

(3) Epist. ad Alipi.

8. *Vetus & nova Ecclesie Disciplina*

*non haberent Episcopos, suam abstinere presentiam (1). Non nesciebat ergo Augustinus, in eligendis & ordinandis Episcopis, parum curari, au ejus, vel alterius essent Diocesanos, qui ordinabantur. Denique Valerius Hipponensis Episcopus, merito reformatans tantarum virtutum laude nobilis Presbyter postularetur in Episcopum, & præcipiteret sibi ab alia quavis Ecclesia, cuius Carthaginensis Episcopus votis aspiraret: illum sibi Coadjutorem asciscere & Episcopum ordinare maturavit (2): Metueret cœpit, ne ab alia Ecclesia sacerdos probatus ad Episcopatum quereretur, & sibi auferretur.*

III. Narrat alicubi ipsemet Augustinus, a Tagastensibus concivibus suis ne Clericatus quidem honore affectum se fuisse: at Hipponenses rescito ipsum temporales facultates omnes abdicasse, vim fecisse sibi, ut Episcopum eligerent & ordinarent (3): *Cum Ecclesia Tagastensis, quæ carnalis patria mea est, Clericatum mihi non imposuisset, quando potuerunt Hipponenses, habendum invaserunt. Addit Augustinus Piniani nobilissimi & prædivitis viri conversione audita exarsisse quoque Hipponensem plebem, ut illum Ecclesiaz suæ Presbyterum crearet: verum noluisse se manus illi imponere, & eam unam allegasse causam, quod Ordinationi suæ reniteretur Pinianus: Nec aliud dixisset, nisi cum me invitum ordinare non posse. Non ergo extranei Ordinatione arcebantur, eo tantum nomine, quod extranei essent. Pinianus ipse professus est, & Hipponensi plebi recepit, si quando contingeret, ut Clericatu acquiesceret, Hipponensi se Ecclesiaz Clericum lubentissime accessurum: at si vi ageretur, statim se abiitum ex Africa, satis gnarum violenta Ordinatione neminem cuiquam Ecclesiaz obligari.*

IV. Alibi vero idem Sanctissimus Pater Clericum suæ Ecclesiaz unum nobis exhibet, sacrorum Ordinum vehementissime cupidum, sive in Hipponensi, sive quavis in alia ejus commendatione Ecclesia. Nec votis ejus oblitore nisi obliquiores quadam de innocentia ejus suspiciones (4): *Cum promoveri in Clericatu, sive illic per me, sive alibi per litteras meas vehementissime conaretur; ego autem nullo modo adducerer ei homini, de quo tantum malis existimarem, manus Ordinationis imponere, aut per commendatio-*

*nem meam alicui fratri meo cum subintroducere.*

En dimissorias Litteras, non laico concessas, ut ab Episcopo quopiam alio quam Diocecelano ordinari posset: nec enim ejusmodi Litteris opus erat: sed Clerico indulitas ab Episcopo, qui jam cooperat illum ordinare, & qui eum Coepiscopi cuiusdam sui potestati transcribebat. Porro verbis istis Augustinus id luculenter edocemur, si quo vel consuetudinis vel decoris jure utebantur Clerici, ut superiores Ordines spes præsumerent; Episcopos summa auctoritate potuisse justis de causis, justis & suspicionibus hanc eorum spem frustrare, vel differre, ut ne qua Ordinatio inconcussis sanctimoniaz regulis obstreperet.

V. Natales sortitus erat B. Martinus in Pannonia, Ambiani baptizatus fuerat; Hilarius tamen suæ illum locare Ecclesiaz enixus est, Diaconum illum ordinando, nulla vel patriæ, vel baptismi ratione habitat. Tentavit idem Hilarius imposto Diaconatus officio sibi eum arcuus implicare, & ministerio vincire divino. At Martinus nisi Exorcista Ordini non assensus est, & deinceps parentis optimi loco habuit Hilarium.

VI. Ut ad ipsam usque enitamus originem ejus disciplinz, quæ quoad Ordinationem Episcopo originis minimum in laicos potestatis tribuebat; illud mihi potissimum ponderandum videtur, quod tunc temporis non fere baptizarentur, nisi proiecta extra. Argumento esse possunt exempla ipsorum Ecclesiaz lumina, Ambroſii, Augustini, Hieronymi, Basili, Gregorii Nazianzeni, & aliorum complurium, quibus & ipsis adjicies, si libet, Imperatores. His hisdem vero exemplis patet, id quoque utilissimum fuisse, ut extra patriam baptizarentur, Episcopus porro qui ordinabat, vitam & mores ad examen revocare non debbat, nisi post baptismum. Ad eum ergo potius qui sacro fonte tinxerat, ordinandi jus spectare videbatur, quam ad eum Episcopum, in cujus quisque Dioceſi exortus erat. Ita sensisse videri potest Concilium Eliberitanum (5): *Omnes qui peregre furint baptizati; eo quod eorum minime sunt cognita vita, placuit ad Clerum non esse promovendos in alienis Provinciis. Paulinus quoque assentiri videbatur, cum supra ajebat, se Burdegalæ baptizatum, non potuisse nisi inconsulta plebis tumultuatione Bar-*

(1) Cap. 4.

(2) Cap. 8.

(3) Epist. 225.

(4) Epist. 137.

(5) Can. 24.

cinone rapi ad Presbyteratum. Sed cum non ita diu plerique demorarentur in Ecclesiis, in quibus sacro fonte iustrati fuerant, ut eorum omnium exemplo evincitur, quos modo laudavimus: hinc siebat, ut nec ab Episcopo qui baptizasset, necessario suscipiendo essent Ordines sacri. Itaque nec patria, ubi ne baptizabantur quidem plerique: nec baptismalis Ecclesia, ubi pauci diu commorabantur, quenquam astringebat, ut ibi potissimum ordinaretur. Sed preventonis jus prepollebat, ut qui Clericatu quempiam initialiter Episcopus, dum ne vis facta esset, eum sibi vinculo & nexus deinceps mancipatum haberet. Erat enim fas aduersus vim contestandi, reclamandique, ne qua hinc servitus ingereretur invitisi: ut exemplo Paulini manifestum est (1): *Ea conditione in Barcinonensi Ecclesia consecrari adductus sum, ut ipsi Ecclesia non alligarer in sacerdotium Domini, non etiam in locum Ecclesie dedicatus.*

VII. Si ea autem vis, & contraria obnuntiatio Paulini, sicut & Hieronymi, legitimæ exceptionis pondus habebat: constat ergo universum id valuisse, ut Ordinatio sacris quibusdam & æternis nexibus Clericos Episcopo devinciret, & Ecclesiæ, in qua ordinati fuissent. Expressissimus in eam rem est Canon Concilii Milevitani I. Placuit, ut quicunque in una Ecclesia vel semel legerit, ab alia Ecclesia ad Clericatum non teneatur (2). Illustri exemplo res firmatur. Timotheum Augustinus ordinaverat Lectorem: ab alio se post ille Episcopo Subdiaconum ordinari curavit: denique juramento confirmavit nunquam se a Severo Episcopo recessurum. Augustinus illum repetit, scriptisque ad Severum, suadens ut Timotheum remitteret: ita enim nec perjurii reum fore Timotheum, qui non sponte sua Severum dimitteret: & primariæ legi illi obtemperaturum, quæ illi Episcopo Clericos proflus addicit, qui eos prior ordinari. Audi ipsamet Augustini ad Severum verba (3): *Christum consulas tua menti præsidentem, utrum homo, qui in Ecclesia mea dispensationi credita jam legere cœperat, & non semel; sed iterum & tertio, non fuisse Lector possit & debeat judicari, &c. Non vereor ne parum intelligas, quantus aditus aperitur ad dissolvendum ordinem Ecclesiastice discipline, si alterius Ecclesiæ Clericus cuicunque jura-*

Thomæ. Tom. IV.

verit, quod ab ipso non sit recessurus.

VIII. Indubium est ergo, præter illas causas duas, cum Clerico vis allata est, ut supra patuit: & cum Ecclesia diruta est, quod additum est in Concilio Chalcedonensi: *Qui proprias amittentes patrias, seu provincias, ad alias Ecclesiæ transferunt: indubium, inquam, est his exceptis causis duabus, ad strictos fuisse Clericos ejus Ecclesiæ & Episcopi obsequis, qui primus Clericatum contulisset. Itaque non Monachos tantum Religiosa professio vinciebat, sed & Clericos Clericalis, ut aureis his vinculis absolví non possent, nisi exceptione legitima, vel canonica dispensatione. Ita peripue Concilium Toletanum I. ubi & alia profertur exceptio, quæ nonnisi rarissima est, ubi Clericus ab hereticorum tenebris in lucem Ecclesiæ prodit (4): Liberum nulli Clerico sit discedere ab Episcopo suo, & alteri Episcopo communicare, nisi forte ei, quem Episcopus alius libenter habeat, de hereticorum schismate discedentem, & ad fidem Catholicam revertentem.*

IX. Hinc vero illud quoque manifeste efficitur, Clericos olim omnes in Ecclesiis quemque suis residere debuisse. Si enim Ordinatione ipsa sua Episcopo suo & ejus Ecclesiæ indivulse illigabantur: non poterant ergo a residendi necessitate solvi, nisi ex dispensandi graves & necessariae causæ inciderent, quæ conscientiam in tuto locant. Hinc Concilium III. Carthaginense (5): *Ut Clerici in aliena civitate non immoren- tur, nisi causas eorum justas Episcopus loci, vel Presbyteri locorum perviderint. Refertur in Concilii Ephesini I. (6) Actis libellus supplex Monachorum adversus Nestorium, ubi gravissime expostulant de interrogatis sibi contumeliis infestationibusque Clericorum, Nestorii insaniz ministrorum: qui secundum Canones in Ecclesiis suis residere debuissent: Opera utitur Clericorum quorundam ab externis pareccis & discipulis ad seitorum, quibus tamen secundum Ecclesiasticos Canones in alieno Episcopatu vel Ecclesia degere non licet, sed iis solum locis & civitatibus, idque quiete, quibus ordinati sunt. In Concilio Chalcedonensi innovata est hæc eadem Constitutio de necessaria residentia quorumvis Clericorum, Imperatore ipso urgente (7): Clericos in Ecclesia ministrantes, in alterius civitatis Ecclesia*

col-

B

(1) Epist. 5. ad Severum.

(2) Can. 15.

(3) Epist. 24.

(4) Can. 12.

(5) Can. 37.

(6) Conc. Eph. Part. I. c. 30.

(7) Sess. 6. c. 3. Sess. 15. Can. 20. 23.

collocari non oportet, sed ea contentos esse, in qua ab initio ministrare meruerunt. Exceptis illis, qui proprias amittentes provincias, ex necessitate ad aliam Ecclesiam transierunt. Si quis autem Episcopus post hanc definitionem suscepit Clericum, ad alium Episcopum pertinentem, placuit & susceptum & suscipientem communione privari; donec is qui migraverat Clericus, ad propriam fuit regressus Ecclesiam. Alio mox Canone jubentur Defensores Ecclesie Constantopolitanæ ejicere e civitate Regia Clericos, Monachosque, qui eo se conferebant, & Episcoporum suorum iuventa diutius ibi commorabantur. Hunc Chalcedonensem Canonem Breviariorum suo Canonum inclusit Cretensis: *Quod non liceat Clericis & Monachis absque voluntate Episcopi, ad urbem regiam proficiere.* Ex quibus liquidum fit, obedientiam, residentiam, & unius loci stabilitatem, non monasticas tantum fuisse virtutes, sed & Clericales, quinimmo in Clerico quam in Monasteriis antiquiores, cum de antiquitatis laude non possint Monasticae ulla Regula cum Ecclesiasticis Regulis & Canonibus certare.

X. Idem præceperat Arelatense Concilium (1): *In quibusunque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis perseverent:* Et mox: *Presbyteri & Diaconi, si relicta locis suis in quibus ordinati sunt, ad alium se locum transferre voluerint, deponantur.* Et Concilium Andegavense (2): *Clericis non liceat de loco ad alium sine Episcopi permissione transfire.* Et Concilium I. Taronense: *Si quis Clericus absque sui Episcopi permisso, derelicta Ecclesia sua ad alium se transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur.* Et mox (3): *Clerici non absque sacerdotum suorum commendatione, ad alias provincias seu civitates ambulare disponant.* Idem sanctum jam olim fuerat in Concilio Laodicio: *ne Clerici vel itineri se committerent inconsulto Episcopo (4): Non oportet sacerdotem vel Clericum sine iustificatione sui Ponificis iter ingredi.* Et Nicenum Concilium (5): *Qui discedunt ab Ecclesia presbyteri, vel Diaconi, aut quicunque sub regula την καρδιην, profus exstant, hi nequam debent in aliam Ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parochias revertantur (6).* Quod rursus roboratur decrexis Concilii Antiocheni, necnon & Sardicensis.

In Sardicensi conquestus est Episcopus Thessalonicensis de diutina commoratione in civitate sua plurium Presbyterorum & Diaconorum non lux Diœcesis, sed aliarum provinciarum. Tum vero a Synodo pronuntiatum est Clericos omnes eadem residentia lege teneri, qua & Episcopos (7): Universi dixerunt: *Et tempora que constituta sunt circa Episcopos, & circa has personas observari debent.* A Concilio Carthaginensi IV. definitum est, non posse Episcopos transferri ab uno Episcopatu ad alium, nisi auctoritate Synodi provincialis: sed alios Clericos solius Episcopi auctoritate posse ab una Ecclesia ad aliam traduci (8). Inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii Clerici, concessione suorum Episcoporum, possunt ad alias Ecclesias transmigrare.

XI. Nemini non statim obvia & prompta est ratio, qua Beneficiarios & Clericos vetat ab una Ecclesia suopre marte in aliam transilire, nec prohibet auctoritate Episcopi eo traduci. Certissimum quippe est, ea potestate non uti Episcopos, nisi invitante utilitate Ecclesie; vel cogente necessitate: at Clericos singulos impellit frequenter avaritia, ambitio incitat, innata & propria exagitat levitas atque instabilitas. Sic enim Leo Papa I. (9) *Illam quoque partem Ecclesiastice discipline, qua olim a sanctis Patribus & a nobis sepe decretum est, ut nec in Presbyteratus gradu, nec in Diaconatus ordine, nec in subsequenti ordine Clericorum ab Ecclesia ad Ecclesiam cuiquam transfire sit liberum, ut in integrum revoces admonemus.* Et unusquisque non ambitione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum depravarus, ibi, ubi ordinatus est, perseveret: ita ut si quis sua querens, non qua Jesu Christi, ad plebem & Ecclesiam suam redire neglexerit, & ab honoris privilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus. Grande sane habebatur piaculum non residere, cum eo obstricti clerici, honoris privilegio, seu Beneficio privarentur & tam demum excommunicatione percellerentur. Ut Episcopi enim inescari poterant Ecclesie opulentioris & splendidioris spe & inanibus id genus illecebris, ut sponsam suam sanctiorem forsitan, sed pauperiorem repudiarent: ita & Presbyteri aliquique Clerici illiciebantur persæpe alterius alicujus Ecclesie uberioribus proventibus, vel honorum splendore.

XII.

(1) Can. 2. 21.  
(6) Can. 3.(2) Can. 1.  
(7) Can. 20.(3) Can. 4. 12.  
(8) Can. 27.(4) Can. 42.  
(9) Epist. 86.  
(5) Can. 16.

XII. Ut paucis manc in pauca & summa constringam quæ duobus his capitibus dicta sunt: Ostensum est 1. obligatos fuisse ordinatione sua Clericos Episcopo, eo vinculo, quod omnino solvi non posset, ab ipsis quidem. 2. Atque ita minoris momenti fuisse contemplationem patræ, Domicilii, Baptismatis, sti fuerint Canones sparsim aliqui, qui auctoritatem his quererent. 3. Ita semel quocunque ordine ab Episcopo aliquo iniciati, non poterant reliquis ordinibus ab aliis Episcopis donari. 4. Stabilitatis autem in Ecclesia, in qua quis ordinatus esset, lex vigebat inexorabilis. 5. Lex residentia pariter complectebatur Episcopos, Presbyteros, Diaconos & Clericos omnes inferiores. 6. At Episcopus ipse poterat tamen Clericos suos aliis Episcopis commodare, & commendare, eis operas suas navaturos. 7. Poterat & ab una eis Diœcesis suæ Ecclesia in alias transferre. 8. Nec in iter se dare poterat Clericus sine litteris Episcopi sui. 9. Erant justissimæ quandoque causæ, ut de hac Canonum austeritate remitteretur aliquid. Exempli gratia, si qua devastata esset Ecclesia, poterant ejus Clerici ad alios Episcopos convolare. Si vis facta esset, poterat quis subducere se ejus Ecclesia servituti. Non abs re hæc consexui hic brevissime, & in unum concessi, ut intelligas adeo apta & concatenata hæc inter se esse, ut non potuerint non promiscue pertractari.

XIII. Posterioribus sæculis multa mutata, novata non pauca, illiciente sèpissime utilitate. Si enim jam a teneris unguiculis ringi coepere parvuli, si orbis pene universus ab ipso Episcoporum ore fidei documenta haesit, id certe in immensum cessit Ecclesiæ compendium & decus. Et inde tamen factum est, ut locus originis, & baptismi jam majoris haberetur ponderis in Ordinationibus administrandis. Æquissimum enim est, ut Episcopus ministros suos eligit ex eorum numero, quos ipse per Baptismum sibi Ecclesiæque suæ filios genuit, & quorum vitam moreisque a pueritia observavit. Cum ex adverso prioribus quinque Ecclesiæ sæculis, nondum Christi & Ecclesiæ jugo subessent omnes orbis Romanie provincie & civitates, nondum omnes suos haberent Episcopos, qui inde erant priundi, non poterant Episcopo se utili aptius adgregare, quam ei qui primus ipse illis manus injiciebat, ut eos sibi vindicaret.

## C A P U T III. P. 2. l. 2. c. 1.

Clerici Episcopo suo adstringebantur Ordinatione magis, quam origine, vel domicilio, saeculo VI. VII. VIII.

I. Concilia Gallie prohibent, ne Episcopi alii aliorum ordinent, non laicos & cives, sed Clericos. Nec vero rationem habent domicilii. Quomodo nexus inferioris ordinis vincat vinculum superioris?

II. & III. In Hispania & in Italia vigebat eadem prorsus disciplina.

IV. Pœna Canonica in eos, qui preter has leges ordines vel conferent, vel suscipient.

V. Servitutis quoddam nobile genus est ex Concilio Aurelianensi V. quo Episcopis suis Clerici mancipantur.

I. Secunda quoque Ecclesiæ etate, Ordinatione portius quam origine, vel domicilio Clerici Ecclesiæ suæ adstringebantur. Prohibet Concilium Arvernun, ne Episcopi admittant, vel ordinibus superioribus doinent, non laicos, & diœcesanos, sed Clericos aliorum Episcoporum, quos illi nempe clericatu ipso sibi adseruerant (1): Nullus Episcopus alterius Clericum contra voluntatem Episcopi sui suscipere audeat, aut sacerdotio prorogare. Concilium V. Arelatense idem ruris vetuit, & licentiam scripto dari debere significavit, qua suum Episcopos quis Clericum Coepiscopo concedit: alioqui trium mensium spatio communione privaretur alieni juris usurpator Episcopus, & desertor Clericus ordine accepto exueretur, velut defectionis suæ pretio (2): Ut Episcopus alterius Clericum, in gradum, sine Epistola Episcopi sui provehere non presumat. Nec ab his abludit Concilium Cabilonense anni 650. (3): Ut nullus alterius Clericum retinere presumat, sicut præcis est Canonibus statutum, nec ad facrum ordinem, sine voluntate Episcopi sui penitus promovere. His Canonibus satis aperte proditur, Episcopos tunc aliquando id sibi sumpsisse, ut Coepiscoporum Clericos sibi vindicarent, collato eis Presbyteratu, quo tanquam sanctiore & strictiore vinculo, solveretur prior nexus, quem per minores ordines cum alio Episcopo contraxerat. Huic improba spei ad-

B 2

(1) Can. 41.

(2) Can. 7.

(3) Can. 13.

adversantur hi Canones. Denique cum alii Episcopi diutinum prætexerent alienorum Clericorum domicilium in sua Dioecesi, ut eos suo jam Clero annumerarent, eam quoque inanem spem excusit hoc Canone Concilium III. Aurelianense (1): *De his vero Clericis, qui sub qualibet occasione, aut conditione, a iorū civitatibus, vel territoriis crediderint immorandum, ne ad ullum Clericatus honorem, absque sui Episcopi scripto atque consensu debeat promoveri.* Unus ergo tunc Beneficii titulus, ab ordinibus ipsis individuus, Clericos quoslibet Episcopo unita illigabat, ut a nullo præterea Episcopo ceteros ordines accipere possent.

II. Idem prolsus obtinebat Disciplina teñor in Hispania & in Italia. Concilio Valentino non interdicitur Episcopis, nisi ordinatio Clericorum alienorum, non autem laicorum; quin & insinuat universim eo conspirare universos Canones antiquos (2): *Ut nullus alienum Clericum, secundum decreta Canonum sine consensu Episcopi sui audeat ordinare.* Idem præcipit Braccharense Concilium; ubi & hoc additur, ut si Clericum suum Episcopus collegæ alicui concedat, id scripto testatum faciat (3): *Ut nullus Episcopus Clericum alterius ordinare præsumat, sicut & antiqui Canones veterunt, nisi forte signata sui Episcopi scripta suscepit.*

III. Scribit Gregorius Magnus ad Episcopum Syracusanum, ut Clericos omnes Baccandæ Episcopi, Clerique ejus desertores, & tota sparsos Sicilia, ubi etiam sacros Ordines suscepserant, ad eum redire compelleret (4): *Indicavit nobis Baccanda frater, & Coepiscopus noster quosdam de Cle-ro suo in Sicilia partibus, ad sacros Ordines pervenisse. Qui quoniam neque Presbyterum, neque Diaconos se habere commemorat, eos ad se petit debere transmitti. Proinde fraternitas tua ubique illos reperiet, hoc eos sine dilatione transmittat, quantum & illi ad Ecclesiam, in qua olim militaverunt, revocentur, & antedictus Episcopus optatum de eis possit habere solatum.* Quibus Gregorii verbis edocemur 1. qui uniuersel Episcopo tanquam cœlestis militiaz duci nomen dederunt, quolibet ordine ab eo suscepto, non posse jam eos se alterius cujuscunque Clero adscribere, nisi eo assidente; & quantumvis maiores ordines

ab aliis Episcopis postea suscepserint, ad primum ordinatorem suum redire compellendos esse, quod ab eo semper revocari possint. 2. Quanquam minores ordines Ecclesiastice videri possint institutionis, sacri autem Ordines sint prorsus divinae, strictius tamen & indissolubilius esse vinculum, quod per minores ordines prius contrahitur, quam quod posterius per maiores. Ratio aperta est. Nec enim tam dignitas spectatur Ordinis, quam fides & devotione priori Episcopo dicata. Invictius est hoc vinculum, quia prius. Vel minores spectantur ordines, ut rivuli quidam Diaconatus, & portiones quadam divini Ministerii. Unde nec fidei per hos obligatae temere quicquam potest illudere.

IV. Concilium Ilerdense, si qua præter Canones fiat ordinatio, ordinatorem Episcopum potestate privat ordinandi, ordinatum vero eo exuit ordine, quo male investitus fuerat (5): *Qui contra decreta Canonum indiscretæ Clericos ordinaverunt.*

Concilio Aurelianensi III. (6) eadem pena decernitur, sed ad sex mentes contrahitur suspensio, ad omnes aliqui Episcopales functiones exporrecta (7): *Sex mensibus a celebrandis Officiis sequestretur.* Veratur eodem in Concilio, ne in aliena dioecesi Episcopus ordinet quenquam, ne Clericos ordinet aliorum Episcoporum.

V. Est autem in Aurelianensi Concilio V. unde aliquid luculentius exculpamus. Postquam enim prohibiti sunt Episcopi quenquam sibi arrogare alienorum Clericorum, etiam Lectorum, vel superiores illis ordines conferendo, vel illos sibi suæque Ecclesiæ obligando: vel quacunque demum alia ratione (8): *Ut nullus Clericum, seu Lectorem alienum, sine sui cessione Pontificis, vel promovere, vel sibi quibuslibet conditionibus audeat vindicare.* Illico ibidem declaratur (9), nec servos sine dominorum assentiū, a quo servitute absolvantur, nec libertos ordinari posse, nisi consentientibus Patronis. Nihil hic inquiritur de patria, nihil de domicilio: sed spectatur tantum perpenditurque obligatio prior, qua tenentur Clerici primo ordinatori suo, servi domino, patrono liberti: eorumque assentius desideratur, ut soluta illa priori obligatione, nova instituatur. Nobilissima ergo quadam servitus in Ordinibus etiam Ecclesiasticis

ipe-

(1) Can. 15.  
(6) Can. 6.

(2) Can. 6.  
(7) Can. 13.

(3) Can. 8.  
(8) Can. 5.

(4) L. 3. Ep. 40.  
(9) Can. 6.

(5) Can. 12.

*De Beneficiis, Part. II. Lib. I. Cap. III.*  
spectabatur, qua non hominibus, sed Deo,  
sed Ecclesiæ, sed sponso Ecclesiæ Christo  
Clerici astringebantur.

#### C A P U T IV. P. 2. l. 2.c. 2.

Ordinatio Clericos prorsus omnes Episcopo  
& Ecclesiæ adglutinabat, ut residere  
tenerentur saeculo VI. VII. & VIII.

I. Concilia Gallia de stabilitate Clerico-  
rum agunt, ut antiquiore, quam Monacho-  
rum.

II. Non sinunt ut peregrinentur sine litteris  
Episcopi sui, nec ab alio quopiam Epi-  
scopo Beneficiis donentur ullis.

III. Clerici Oratoriorum eidem necessitati  
adstricti.

IV. Clerus Episcopi non urbanos tantum,  
sed & agrestes Clericos complectebatur.

V. Residendi necessitas omnes Clericos com-  
pletebatur.

VI. Nec sine licentia Episcopi fas erat Pa-  
latium adire Principis.

VII. In Hispania eadem necessitas vel ul-  
timos Clericos constringebat, & residendi in  
Ecclesia, & Clero morigerandi.

VIII. Eos quoque quos parentes ab infan-  
tia ultra devoverant.

IX. Origo aurea hujus servitutis.

X. Episcopo ea arctius, quam Ecclesia  
alligabat. Unde poterat Episcopus Clericos  
transferre suos, vel cedere.

XI. Episcopus Clericos fugaces Iudici Re-  
gio tradebat.

XII. Isidori sententia de Clericis Acepha-  
lis.

XIII. Eadem regnabat in Africa quoque  
disciplina.

XIV. XV. In Italia quoque, quod ex Gre-  
gorio Magno approbatur.

XVI. De Ecclesia Orientali.

I. Q ualiscunque demum foret ordinatio,  
ea obligabantur Clerici omnes Epi-  
scopo, Ecclesiæque, ut penes il-  
lum, ut in ista constantissime rehiderent.  
Agathense Concilium communem facit Cle-  
ricis Monachisque stabilitatem; sed penes  
Clericos antiquiore aliquanto. Itaque ne-  
fas erat abesse Ecclesia sua, sine licentia &  
litteris Episcopi (1): Clericis sine commen-  
datiis Epistolis Episcopi sui, licentia non  
pareat evagandi. In Monachis quoque par-

<sup>43</sup>  
sententia forma servetur. Vetat Epizonense  
Concilium Presbyteros Diaconosque extra-  
neos ad communionem admitti, sine Epi-  
scopi sui Litteris (2): Presbytero, vel Dia-  
cono sine Antifitis sui Epistolis ambulant,  
communionem nullus impendat.

II. Sed longe alia erant ex Episcopi Lit-  
teræ, quibus assentiebatur Clericorum suo-  
rum breviori itineri, vel longiuscula pere-  
grinationi, ab iis, quibus Clericum quem-  
libet suum alteri transcribebat Episcopo,  
qui eum deinceps habebat sibi proprium,  
unicuique Ecclesiarum suarum perpetuuna  
defigebat ministrum. Vide quid ea de re  
fanxerit Concilium Epzonense: Ne Presby-  
teri territorii alieni, sine conscientia Epi-  
scopi sui, in alterius civitatis territorio pra-  
sumat Basilicis atque Oratoriis observare,  
nisi forte Episcopus suus illum cedat Epi-  
scopo illi, in cuius territorio habitare disponuit.  
Ex quibus liquidum fit, Clericos ab uno  
Episcopo semel ordinari coepitos, jam ab  
alio donari non potuisse, sive Ordine quo-  
libet, sive Beneficio. Presbyteri enim de  
quibus hic agitur, nihil novi Ordinis ab  
Episcopo hoc alio accipiebant, sed Ecclesiæ  
eius alicui se se astringebant regendæ, quod  
omnino nefas erat, nisi Episcopus cui se  
prius addixerant, eos relaxaret, & prorsus  
deinceps cederet Collegæ, qui eorum in se  
curam & regimen recipiebat, et si eos ipse  
minime ordinasset, ut hoc eodem Canone  
significatur.

III. Libertatem suam maxime venditare  
posse videbantur illi Clerici, qui nec urba-  
no clero, nec Parochiis agrestibus erant de-  
vinciti: sed qui privatorum in Oratoriis ruri  
ministrabant. Et ita tamen non solum ibi-  
dem jugiter residere tenebantur, sed pra-  
cipuas qualque anni solemnitates, Natale  
Christi, Pascha, Pentecostem, & bonnullas  
alias, in civitate cum Episcopo agere adi-  
gebantur in Ecclesia Cathedrali. Nihil aperi-  
tius Concilio Arverno in eam rem (3):  
*Si quis ex Presbyteris, aut Diaconis qui  
neque in civitate, neque in Parochiis Cano-  
nicus esse dignoscitur, sed in villulis habi-  
tans, in Oratoriis Officio sancto deserviens,  
celebrat divina mysteria, festivitates praeci-  
puas nullatenus alibi nisi cum Episcopo suo  
in civitate teneat.* Si qui alii fuissent Cle-  
rici, nec Clero Episcopali, nec Parochiis  
ruris affixi, nec domesticis Magnatum Ora-  
toriis, eos æque designasset hæc Synodus,  
utque

(1) Can. 38.

(2) Can. 6. Concil. Roman. Can. 12.

(3) Can. 35.

utque se Episcopo suo diebus solemnioribus recolligerent, compulisset. Sed nemo tunc inter Clericos erat, qui non vel Episcopo, vel Ecclesiæ alicui, vel certo ministerio affigerecur.

IV. Est & alind quod in huic Canonem animadvertisamus. Nempe Clerum Urbanum & Episcopalem, tunc quidem constare solitum, tam Clericis Urbanis omissibus, quamquam in omnes civitatis Parochiales Ecclesiæ dispersis: tam etiam rusticani Clericis omnibus. Illud tamen intercedebat discrimen, quod rusticani solemnioribus tantum diebus cum Episcopo congregarentur, non in Oratoriis suis, non Parochialibus etiam Ecclesiæ, cum Parochis ipsis. Illustrari id ipsum potest ex Concilio I. Matiscapensis (1): *Ut Presbyteri, Diaconi, vel qualibet ordine Clerici, Episcopo suo obedienti devotione subjaceant: & non alibi dies serios nisi in obsequio illius dicent tenere, aut celebrare.*

Depositio quoque hic intentatur Clericis, qui per cuiuscunque patrocinium desponsam Episcopo suo obedientiam prestare detinabunt. Eo incitati fuerant Concilii V. Aurelianensis Patres (2), ut ne libertos ordinari sinerent, nisi Patroni assentirentur, assensuque suo jus ornare patrocinii sui in Episcopum transfunderent.

V. Narbonensis Concilio Clerici minus residentes, minus observantes Episcopi sui mandatorum, distributionibus spoliabantur, & ipsa etiam Communione (3): *Defixum est, ut nullus audeat Clericorum ordinacionem sui Episcopi contempnere, sed ubi ordinatus fuerit, ambulare debeat cum gratia & obedientia, & que iuncta fuerint agere.* Hanc obedientiam devovebant Clerici Episcopo eos ordinanti, Ecclesiæ ministeriis jugiter inherere, residere, Episcopalibus decretis mores vitamque accommodare.

VI. Concilium denique Aurelianense I. Sardicensi succinens, prohibuit ne Abbatibus Clericique ulli omnino ad Aulam Principis pergerent, aliquid gratia & beneficii petiunti, nisi Episcopo suo permittente (4): *Abbatibus, Presbyteris, omniisque Clero, vel in Religionis professione viventibus, sine discussione, vel commendatione Episcoporum, propterendis Beneficiis ad Dominos ventre non dicent.* Concilium Aurelianense II. illud ipsum manifestis etiam declaravit, non posse ni-

si ab Episcopis hanc concedi Clericis licetiam, suis ut abessent Ecclesiis (5): *Abbatis, Martyrii, Reculæ, vel Presbyteri Apostolica dare nos presumant.*

VII. Nec minor erat Hispania vel religio, vel diligentia, in Clericis omnibus ad stabilitatem, ad residentiam, ad obedientiam Prælatorum compellendis. Præstantissime Concilii Valentini Patres pia hæc & necessaria Clericorum prorsus omnia officia exequuti sunt (6): *Hoc etiam placuit, ut vagus atque instabilis Clericus sive etiam in Diaconi ministerio, vel Presbyteri officio constitutus, si Episcopi, a quo ordinatus est, præceptis non obedierit, ut in delegata sibi Ecclesia officium dependat assiduum, quo usque in vita permanferit, & communione & honore privetur, &c. sed nec illum sanctorum Sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non spoponderit. Perpicis ut omnes omnino Clerici vinculo stabilitatis, residentiae & obedientiae Episcopo quisque suo obligarentur, cui hoc imperium ordinatio pepererat.*

VIII. In Concilio Toletano II. eisdem legibus & imperiis Episcoporum subjiciuntur Clerici omnino omnes, illi etiam ipsi qui ab infantia in Seminariis adolevere, ut quos maxime excoluit Episcopus, fructum ex eis capiat plurimum: *Quia durum est ut eum quem alius rurali sensu ac squalore infantie evexit, alius suscipere ac vindicare presumat.* In Concilio Hispalensi II. ad prius suum remittetur Episcopum desertores Clerici, qui ab eo cui se ab infantia devoverant, ad aliud quemvis Episcopum defecissent. Quin & hanc perfidiam poenitentia in Monasterio aliquo agenda laboribus expiare jubentur (7): *Desertorem Clericum singulo honoris atque ordinis sui exustum: aliquo tempore Monasterio delegari convenit, sicutque possea in ministerio Ecclesiæ stabi ci Ordinis revocari.*

IX. Intimas hujus disciplinae causas non silet hoc Concilium. Agricolas quippe leges civiles in natali solo affixerant, ut nunquam liberum ipsis esset in alias demigrare regiones. Plus suavitatis dignitatisque erat in ea servitute, quam Ecclesiastica leges Clericis indicabant; ager qui colendus injungebatur, amenior, feraciorque: fruges ipsæ eternæ & incorruptæ. Hinc tanto major cura stabilitatis & assidui cultus. Quod de agri-

(1) Can. 10.  
(5) Can. 13.

(2) Can. 5.  
(6) Can. 5. 6.

(3) Can. 10.  
(7) Can. 2.

(4) Can. 7.

agricolis attigit hoc Concilium, id ad omnes hominum fere conditiones porrigi fas est; quibus singuli ab exortu suo per eisdem publicas leges ita astringebantur, ut ad artes alias opera & nefas esset se conferre. Itaque his iam servitutibus assueverat humum fere genus, nec quisquam ab his compedibus resiliebat: *Scribitur enim in lege mundiali de coloniis agrorum, ut ubi esse jam quisque capiat, ibi perduret. Non aliter & de Clericis, qui in agro Ecclesie operantur, Canonum decreto precipitur, ut ipsi permaneant, ubi esse cuperunt.*

Vera & vilis servitus ea erat, qua nascendi lex ipsa terrae tunc homines colendae affigebat: at residentia & stabilitas Clericorum in Ecclesia, optatissima libertas est. Nec enim liber est, qui instabilis est & inconstans. Etiam fugaces & huc illucque palabundi servi, servi sunt. Longe aliud libertas, aliud inconstantia & levitas animi. Longe aliud stabilitas, aliud servitus. Est libertati sua stabilitas laudi, est servituti sua instabilitas vitiosa. Felicitas summa libertatis est, si officio suo & aequitati irrevocabiliter adhærescat.

X. Ceterum Episcopo magis suo devineti hærebant Clerici, quam Ecclesiæ, cui eos ille dicaverat. Cum enim ab ordinatione ea manaret servitus, ordinatori suo utique potissimum subjiciebantr. Ideo & Emeritensis Concilii decreto fas est Episcopo, Clericos quoslibet ab Ecclesiis quibuslibet sua ditionis in Ecclesiam suam Cathedralem transferre, quandocunque ita expedire senferit. Si enim secundum Canones Clericos suos potest aliis Episcopis petentibus concedere: quanto facilius & quibusque poterit ipse eos in principalem Ecclesiam suam traducere (1): *Si priorum Canonum sententia hunc re tenet ordinem, ut Episcopus ab alio Episcopo, si indigentiam habuerit, Clericum in ordinandum petat, & accipiat: cur qui in Diœcesi sua habet eos, quo pro Dei officio & suo juvamine dignos repererit, ad suam principalem Ecclesiam non perducat, & habeat? Pro cuius rei causa hoc elegit unanimitas nostra, ut omnes Episcopos Provincie nostræ, si voluerint, de Parochianis Presbyteris & Diaconibus, Cathedralem sibi in principali Ecclesia facere, maneat per omnia licentia.*

XI. Concilii Toletani XIII. Canone constat nobis, Regiis Edictis iussos fuisse Epi-

scopos, ut publicis Judicibus sistenter fugitivos & desertores aliarum Diœceseon Clericos, & certo tempore ad proprios Episcopos eos amandarent. Monachorum & Canonicorum hoc Canone par habetur ratio (2): *Si dicat quis simplici animo alterius Clericus se suscepisse, nec nosse eum fugitivum existere, tunc evidens innocentia sua puritas approbanda est, quando eum quem suscepit, & infra octo dies juxta legum sanctionem Judici presentaverit, & infra tempus legibus constitutum, illuc fugitivum reduxerit, unde per fugam vagabundus exiuit.*

XII. Fugacium & erronum Clericorum multitudini incredibili & vita prorsus licentiosæ plurimum indeolescit B. Isidorus Hispanensis, ut qui non Hispanias tantum; sed & Occidentem universum erroribus suis inquinarent. Ne Clericorum quidem nomine illos dignatur; cumque nec laici essent, eos non aliter detestatur, quam ut portenta quædam in Ecclesiastice disciplina dedecus nata (3). Duo sunt igitur genera Clericorum, unum Ecclesiasticorum sub regimine Episcopali degentium: alterum Acephalorum, id est, sine capite, quem sequantur ignorantium. Hos neque inter Laicos & secularium officiorum studia, atque inter Clericos religio retentat divina; sed solitos atque aberrantes, sola vaga vita complectitur, &c. Hippocentauris similes, neque equi, neque homines, mixtumque genus, prolesque biformes, ut ait Poeta. Quorum quidem sordida atque infami numero sciat satis superque nostra pars Occidua polluitur.

XIII. Quod ad Ecclesiam Africanam attinet, diximus jam beatum Fulgentium, cum a Monasterio, ubi Abbatem agebat, secessisset, ab Episcopo suo revocatum fuisse, & Presbyteratu initiatum; ut Diœcesi sua duplice hoc nexus illum alligaret, & spem ejus sibi vindicandi ceteris omnibus Episcopis presecaret. Ferrandus in ejus vita in hunc modum rem narrat (4): Repente eum sacerdos consecrat Presbyterum ut Abbatum, & Presbyteri decoratus officio, nec Monasterium relinqueret, nec in alia posset Ecclesia forsitan ordinari. Verum postquam profligatis Barbaris, Africam Justinianus Imperator Romano restituit Imperio, Episcopi Africani supplices petiere a Joanne Papa II. ut Clerici omnes Afri, ab Episcopis ad Lectores nemine dempto, similes hereticis judicarentur, nisi tranato rursum mari

[1] Cap. 12.

[2] Can. 12.

[3] De Eccles. Offic. l. 2. c. 3.

[4] Cap. 15.

mari in suas se reciperent Ecclesiæ, a quibus ausogerant. Mortuo interim Joanne, redditæ sunt eæ Litteræ Agapeto successori ejus, qui tam piis, & tam necessariis votis obsecundans, rescriptis, stabilitate Clericorum suis in Ecclesiæ constabili virtutes, effervescente caritatem; diuersationibus hanc extingui, illas in dies magis magisque extenuari (1): *Quia permanendo in Ecclesiæ in quibus militant, & ministerii sui portunt assiduitate in Dei Salvatoris nostri amore servescere, & quæ in pervagatione reprehensibilia sunt, vitare.*

XIV. Ex hac Agapeti Epistola edocemur, qui mores Romæ, quæ in Italia leges vigerent, in stabilitate Clericorum, & prouissima in Episcopos obseruantia tuenda. Diximus iam ut Gregorius Magnus Bæcandæ Episcopi dispersos Clericos conqueriri jussit, eique reddi (2): *Quatenus & illi ad Ecclesiæ, in qua olim militaverunt, revocentur, & antedictus Episcopus optatum de eis possit habere solatium.* Cum e vivis excessisset Syracusanus Episcopus, successorem ei dari Catanensem Archidiaconum Gregorius exoptavit; sed intellexit & ipse necesse esse, ut assentiretur Catanensis Episcopus, relaxaretque nexus, quo sibi Archidiaconus obligabatur (3): *Quod si factum fuerit, etiam frater, & Coepiscopus noster Leo ei cessionem prestatæ debet, ut liber ad ordinandum possit inveniri.* Cum de Ravennate Archidiacono Florentio in Anconitanum Episcopum eligendo ageretur, monuit Gregorius emerendum primo esse assensum Archiepiscopi Ravennatis, & ita emerendum, ut ne suspicari quidem posset, partes suas Romanum Pontificem in eam rem interposuisse, quo tanto liberius assentiretur (4): *Apud Episcopum ejus agi necesse est, ut ei debeat cessionem concedere, non tamen ex nostro mandato, vel editto, ne contra suam voluntatem eum cedere videatur.* Scribebat quidem Gregorius Corsicæ insulæ Episcopo, ordinatum a se Acolyton, ad eum le remittere (5): *Latem præsentium per intercessionem sanctitatis vestra Acolyton fecimus; quem ad obsequia vestra transmisimus, &c.* Verum aut ea erat generalis regulæ exceptio, aut illum ordinaverat quidem Gregorius Acolyton, sed ad titulum Ecclesiæ Corsicæ, & Episcopi Corsici commendatione: vel strictissimam

illam in Episcopos obedientiam a majoribus tantum Clericis exigebat: *Quisquis in hac Ecclesia Ordinem sacrum acceperit. Hoc exemplo id illustratur.* Elias Isauræ Abbas Epiphanius discipulum souen ad Gregorium miterat, ut ab eo Diaconus ordinaretur, sibi remitteretur. Gregorius Diaconum quidem illum ordinavit, at mox Eliam certiore fecit, hoc Ordine sacro, velut inviolabili sacraque catena novum hunc Diaconum Ecclesiæ Romanæ illigatum esse: *Diaconus quidem factus est, sed quisquis semel in hac Ecclesia Ordinem sacrum acceperit, egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet, &c.* Epiphanius huic Ecclesiæ Diaconatu interveniente ligavimus, &c. Communis ea erat Clericatus ipsius lex, cui tanto lubentius faciliusque accommodabat se Romana Ecclesia, quod nec utilitas, nec dignitas major usquam alibi esse posset Clericatus.

Fortunatus Neapolitanus Episcopus oravit a Gregorio facultatem transferendi suam in Ecclesiam Diaconi Ecclesiæ Venafranæ. Tanto proclivior fuit Gregorius ad assentiendum, quod eam urbem hostes invassissent, eique nec Ecclesia supereret ulla, nec Episcopus (6): *Et quoniam nec Episcopus cui obsecundare, nec propriam habet Ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere, petitionem tuam non prævidimus differendam.* Clerici Lilybæi in Sicilia Romam se contulerunt, ubi impetrata a Gregorio potestate elegendi sibi Episcopi, Parochum elegere agri Romani, quem & concessit Gregorius (7): *Lilybetana Clerus Ecclesiæ huc pro ordinando sibi veniens sacerdote, licentiam eis de exquirendo sibi Episcopo nos dedisse cognoscas.* Qui rapientes Decium forensem Presbyterum, &c. Leo Episcopus Siculus sua in Catanensi Ecclesia instituerat Presbyterum Ecclesiæ Syracusanæ. Joannes novus Ecclesiæ Syraculanæ Episcopus Presbyterum suum repetebat, quem ordinaverat ipse, cesseratque Leoni. Jussit Gregorius reddi Presbyterum, quod novis potissimum Episcopis opus sit fidis amicis, qui suis ipsis consiliis operisque levent, & suffulcent (8): *Quia in novam Ecclesiam vadit, & suos illic proprios homines habere necesse est, ut cum causarum tumultibus premitur, in secreto suo inveniat ubi requiescat.*

Afu-

(1) Epist. 2. [2] L. 3. Ep. 42. L. 4. c. 19.  
[3] L. 7. Ep. 2. [4] L. 12. Ep. 6.

[5] L. 4. Ep. 30. [6] L. 5. Ep. 13. [7] L. 5. Ep. 13. [8] L. 5. Ep. 10.

Aufugerant ab Ecclesia Romana duo Clerici sine licentia Papæ (1) : *sine nostra benedictione*. Condonavit eam culpam, pœnasque remisit Gregorius, dum Officio se suo quamprimum redderent. Calaritanum vero objurgavit Episcopum, quod in Clericos non animadverteret, qui aliis quam Ecclesiæ suæ negotiis se implicarent, nec Episcopo suo morigerarentur (2). *Quod fraternitatis vestre iussionibus obedire postponant*, atque in aliorum se magis obsequiis ac laboribus occupantes, sua deserant, ubi sunt necessarii, actus Ecclesia. Observatum illud supra est, hoc cavisse Gregorium in creandas Defensoribus Ecclesiæ, ut ne cuiquam alii Ecclesiæ jam essent per Clericatum obligati (3) : *Nec fuisti Clericus alterius civitatis.*

XV. His Gregorii testimoniis undique conspirantibus liquet, juxta decreta Canonum, Episcopos non aliter suæ ordinationis Clericos habuisse, sibiique vindicasse, quam ut sibi proprios, & devotos, ut *suos proprios homines*. Ita enim loquitur Gregorius: quasi diceret solemnī hominio, sive homagio Episcopis propriis obligatos; ea quippe vis erat ejus vocis, jam tum ævo Gregorii: Homines dicebantur, quos postea dixerunt Vassallos.

XVI. Cursim saltem adeamus Ecclesiam Orientalem, de qua jam testatum fecit Isidorus, religiosius ibi, quam in Occidente observatam fuisse regulam Concilii Chalcedonensis, nec ulli essent Clerici, qui non alicujus Ecclesiæ ministerio manciparentur. Execratus est Justinianus Imperator ambitionis Clericos, qui Magnatum patrocinia aucupabantur, ut ab aliis, & a Provinciarum quoque Ecclesiis ad Ecclesiam Constantinopolitanam majorem transferri possent (4): *Quod hactenus indecenter fiebat, nequaquam in Republica geratur, id est, multos reverendissimorum Clericorum dediti gnari quibet in iis quibus ordinati sunt sanctissimis Ecclesiis, aut hic, aut Provinciis deservire, ad sanctissimam vero majorem Ecclesiam, & venerabilem Clerum ejus per patrocinium quodlibet accedere. Quod de ceteris fieri omnimodo prohibemus. Sed permirum illud est quod addit Imperator; si per leges Canonique non licet Monachis ex Monasteriis aliis in alia demigrare: multo intolerabiliorem fore id genus instabilitatem.*

*Thomaf. Tom. IV.*

tatem in Clericis, quos multo vehementior exagitare potest, vel pecuniae fames, vel honorum dignitatumque cupido: *Nam si prohibemus ex uno Monasterio in aliud transmigrare, multo magis neque Clericis hoc permitimus, lucri & negotiationis habere demonstrationem hujusmodi horum desiderium judicantes: Denique cum immunes a tutelis fore sanxisset idem Imperator Clericos Monachosque; negat sanctioribus his nominibus comprehendi eos, qui extra Ecclesias, extra Monasteria sua vagantur, undique fugaces, ubique inertes; cum eo fructu detur ea immunitas, ut rebus divinis vacare liceat per otium (5). Eos tamen Clericos, & Monachos hujusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas Ecclesias, vel Monasteria permanent, non divagantes, neque circa divina ministeria desides. Cum propter hoc ipsum beneficium eis indulgeamus, ut aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhæreant. Consule Nomocanonem Joannis Antiocheni, ut Canonum Legumque concordiam in hoc negotio intelligas.*

## C A P U T V. P. 3. l. 2. cap. I.

Subjiciebantur potius Clerici Episcopo ordinationis, quam Originis, vel Domicilii, sub Imperio Caroli Magni, & ejus stirpis.

I. Probatur ex Conciliis innexos potius fuisse Clericos Diæcesi, ubi Tonsuram & Clericatum, quam ubi patriam, vel ubi baptisimum nati fuerant.

II. Probationes aliae ex Capitularibus & Conciliis.

III. Probatur domicilio non translatos fuisse Clericos ex Diæcesi una in aliam.

IV. Probationes novæ ex formulis Ordinationum.

V. Quo different dimissoriæ tunc, & nunc litteræ?

VI. Ultra annum nongentesimum viguit hæc Disciplina.

VII. VIII. Solvuntur objectiones de loco originis.

IX. Episcopus cui alienus concedebatur Clericus, examini illum subjecere poterat.

C

X. In

(1) L. 5. Ep. 28.

(2) L. 7. Ep. 67.

(3) L. 9. Ep. 33.

(4) Novell. 3. c. 2.

(5) Cod. I. 1. De Epist. & Cleric. Leg. 51.

*Vetus & nova Ecclesie Discipline*

X. In Oriente eadem vigebat Discipline, quoad Episcopum Originis & Clericatus.

XI. Quando cœperint Episcopi aliorum Episcoporum Diœcianis Tonsuram & Minores non conferre?

XII. Consensus utriusque Ecclesie.

**I.** TRIBUS HIS quoque admodum saculis Imperii Caroli Magni, stirpsque ejus Regiae, idem semper obtinuit mos, ut ei magis addicerentur Clerici Episcopo, qui primus eos clericali Tonsura initialisset, quam qui originis loco, vel baptismo praefuisse. Itaque si alienos Dicecianos occupasset Episcopus tondere, & Clericos, aut Lectores etiam creare, tam inconveniens censebatur. illos sibi vinculis constrinxisse, ut eos nemo alias deinceps posset Episcopus, nisi a se vel permisso, vel emancipato, Ordine aut Beneficio ullo donare. Ea est haud dubio sententia Canonis Concilii VERNI anno 755. (1) Clericos in Ecclesia militantes, sicut jam constitutum est, non licere in alterius civitatis Ecclesia, vel in potestate laicorum militare. Id est non posse eos ab Episcopo recedere, a quo cœperint ordinari, ut alii se Ecclesiæ voveant, vel Capellæ domesticæ cujuscunque Magnatæ: sed ibidem permanere, in qua principio ministrare meruerunt. Non eximuntur, nisi ii, quorum vel Ecclesia, vel civitas ipsa complanata est: Extra eos qui amissa patria ad aliam Ecclesiam pro necessitate venerint. Suspensione & excommunicatione plectitur aliqui tum Clericus ipse, tum Episcopus, Nobilisque qui alienum Clericum retinet: Qui vero Episcoporum, aut laicorum post hoc constitutum, alterius Ecclesia Clericum suscepit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit a communione suspendi & eum qui suscepit, & eum qui suscepimus est, quousque Clericum, qui translatus est, fecerit ad suam reverti Ecclesiam.

II. Consuetudini & Legi eidem adstipulantur Capitularia Caroli Magni (2): Ut nemini licet alterius Clericum recipere; nec ordinare in aliquo gradu sine commenda Episcopi. Ita anno rurius 789. in alio Capitulari Aquisgranensi: In Decretis Leonis Pape sanctum est & in Concilio Sardicensi, ne Episcopus alterius Clericum ad se non sollicitet, nec ordines. Theodulfus Episco-

pus Aurelianensis Parochis suis precipitat, ut ea mutuo verecundia sint, qua sunt Episcopi in Coepiscopos, ut ne alii aliorum Clericos sollicitent & abducant (4): Hoc modis omnibus prohibemus, ut nullus vestrum alterius Clericum ad se non sollicitet, nec ordinet. In Concilio Verno II. anno 844. innovata est suspensio olim decreta in Concilio Chalcedonensi, aduersus Clericos prioris Ecclesie suæ trans fugas, & Episcopos qui non eos procul a se ablegarent (5): De Clericis Ecclesiarum desertoribus antiquæ forma Chalcedonensis Concilii servanda est.

III. Concilii Meldensis anno 845. habiti Patres, ut præverterent incontulatas & precipites Clericorum eorum Ordinationes, quorum nec explorata satis est vita anteacta, nec eruditio; quod longinquis nimis regionibus cum Magnatibus quibus adhaerescunt, advenerint: sanxere, ut nullus eos ordinaret Episcopus sine Diversoriis ejus Episcopi litteris, qui eos primus clericatu ornaret. Itaque sola domiciliæ ratione nondum Clerici ab una Diœcesi in aliam transferebantur (6): Qui cum Senioribus suis de aliis Provinciis ad nostras Parochias veniunt, &c. Si ad ordinandum offeruntur Clerici hujusmodi, instrui debent, ut ad Episcopos, ex quorum Parochiis sumpti sunt, eos remittant, & eis ibi ordinentur, aut litteras Canonicas ab Episcopo, ex cuius Diœcesi sunt, proferant; sicut Canonica docet auctoritas. Edicitur mox ut Diceciani ipsi annuo saltem spatio in Episcopali immorentur Diœcesi, ut eorum & conversatio & doctrina perspectior esse possit Episcopo a quo ordinandi erunt (7): Qui vero ex nostris Parochiis, nullatenus ordinentur, nisi aut in Clero certo, aut religioso, vel etiam in civitate saltu uno anno immorentur, ut de vita & conversatione atque doctrina illorum certitudo possit agnoscere. In Concilio Nannetensi innovatur Chalcedonensis Canon, ne Clerici aliarum Diœceton ordinentur (8).

IV. Inter Antiquas formulas legere est Epistolam Episcopi Venciensis ad Ganelonem Archiepiscopum Rothomagensem, qua commendat ei Vulfadum Diaconum, quem negotia nescio quæ Rothomagi remorabantur oratque, ut & ad Ordinem superiorem illum provehat: sicut & commendatione sua illum Ebbo Remensis Archiepiscopus Dia-

(1) Can. 12.  
(5) Can. 4.

(2) Cap. 6.  
(6) Can. 51.

(3) Cap. 36.  
(7) Can. 32.

(4) Can. 15.  
(8) Can. 7.

**Diaconum ordinaverat**, cum ipse met olim illum adhuc Subdiaconum Vencensi Episcopo concessisset (1) : **Filium Ecclesie nostra Vulfadum Subdiaconum**, me petente traditum mihi per litteras formatas ab Ebone, &c. Me suggestente ordinavit idem Ebbo in gradu Diaconatus, &c. **Vobis eum commisso**, **vestraeque custodia & providentia dele-**go, & ut ad maiores gradus eum provehatis suppliciter exoro. Credimus enim, quoniam & sapientia & mores ad hoc eum dignum indicant. Occurrit & alia ibidem Epistola Enea Parisiensis Episcopi ad Hincmarum Archiepiscopum Remensem, ut ab eo peteret cedi & transcribi sibi Acolythum: Bernonem quem vestra fraternitas Acolythum ordinavit, &c. quoniam sine vestra licentia eum nolumus in nostra Ecclesia diutino tempore immorari, perimus ut de illo nobis litteras Canonicas faciat, quatenus eum in nostra Ecclesia possimus regulariter ordinare. Legitur mox ibidem Epistola Hincmari in Episcopum Parisiensem transribentis, quidquid sibi ipse pepererat auctoritis & juris in hunc Acolythum, ipsa hujus Ordinis collatione: **Canonica atque Ecclesiastica sancit auctoritas**, ut nemo Episcoporum alterius Ecclesie ordinatum, sine consensu vel litteris dimissoriis illius Episcopi cuius ordinatus fuerat, in propria Parochia retinere, aut ordinare presumat. Rogatis, &c. Hesitationem omnem abstergit vox illa toties iterata ordinatus, ostenditque dimissoriis opus non fuisse, nisi Clericis quos Episcopus aliquis coepisset ordinare. Obvia ibidem est Epistola Episcopi Noviodunensis ad Laudensem, Presbyterum suum ita cupientem concedentis. Missa facio complura alia ibidem ejusdem rei exempla, quibus patet eas Clericorum cessiones fieri solitas, vel petentiibus Episcopis, ut Ecclesias suis prouiderent, vel exorantibus Clericis ipsis, ad certas rerum causarumque necessitates.

V. Facile autem intelligitur has litteras **Formatas & Canonicas**, quas & jam tum Dimissorias vocabant, ab eis quae usitatisimae jam sunt, plurimum discrepasse. Cum enim tunc Episcopi Clericos ordinatione ipsa sibi manciparent, illos hujusmodi cessione emancipabant quodammodo, & jus omne suum in aliud transfundebant Episcopum, cui Clerici deinceps hi eterno nexus & vinculo adstringebantur. Nemo non videt quantum ab eo distent hodiernae

dimissoriz litteraz: nec aliunde ea manavit diversitas, quam ex eo quod non iam Tonsura, Clericatus, Ordinatio spectantur, ut quondam, tanquam indissolubiles quidam nexus cum eo qui Regalis Christi Sacerdotii caput est & princeps. Non cedunt alii aliis Episcopi jus & imperium illud in Clericos, quod passi sunt dilabi.

Damnat Hincmarus ordinationem ejus qui posteriores Ordines susciperet in ea Dioecesi, in qua priores, vel Tonsuram ipsam non accepisset (2): *Qui contra sacras regulas ab Ecclesia in qua fuerit tonsus & ordinatus, discedens ad alias Provincias convolavit.* Si vel ad Episcopatum electus esset Clericus alterius Dioeceseos, non poterat is novae assentiri & acquiescere dignitati, nisi permittente Episcopo, cui haec tenus fuerat obnoxius: *Canones decreverunt, ut ab alia Ecclesia petitus, vel sumitus, is qui fuerit ordinandus Episcopus, non sine placito, vel litteris ejus Episcopi, cuius fuerat Clericus, ordinetur.*

VI. Eadem innovata sunt Decreta in Concilio Romano anni 433. ubi demonstratur Romana ipsa Ecclesia locum originis non tanti fecisse, quanti ordinationis & clericatus, qui tunc a Beneficio non divellatur, & ex indeclinabili tunc lege residentiaz certum secum invehebat domicilium (3): *Nullus Episcoporum audeat alterius civitatis Clericum sine dimissoriis sui Episcopi suscipere.* Denique anno 895. Concilium Triburiense apertissime prodit usque ad annum Christi millesimum Episcopos Germaniaz potuisse sibi vindicare alienos quolibet eives & Dioceſanos, collato eis vel Clericatu tantum, vel Ordine etiam aliquo, atque ita certo eos Beneficio & ex lege proinde residentiaz certo domicilio affigere: dummodo ne sibi Ecclesiæque suæ ita devincire illos tentarent, qui ab alio jam Episcopo illaqueati fuissent sacris istidem vinculis. Non aliud enim hæc Syndodus in ea re, quam Canones innovat Nicænos, Chalcedonenses, Sardenses, Africanos. Atqui his vetatur id unum, ne quis Episcopus alienos ordinet Clericos.

VII. Nec tamen dissimulandum nonnullis in locis videri posse, habitam esse rationem originis. In Capitulari Angilrami, quod ei traditum ferunt ab Hadriano Papa, vertantur Episcopi alienos ordinare Parochianos, id est, Dioceſanos: quæ nunc enim

(1) Concil. Gall. Tom. 2. p. 669. 670.

(2) D: Præd. 6. 36. T. 1. p. 319.

(3) Can. 11.

enim Diœcesis , ea tunc vocabatur Parochia (1) : Si quis Episcopus judicaverit , vel ordinaverit alterius Parochianum , sine consilio & voluntate Episcopi sui , &c. ultra non solvat Canonem . Sed promo certiorem profecto probationem ex Capitularibus Caroli Magni (2) : Nullus Episcopus alienum Parochianum præsumat retinere , vel ordinare ; vel judicare absque propriis Episcopi voluntate . Quia sicut irrita erit eius ordinatio , ita & disjudicatio . Qui eum ordinare non posuit , nec judicare ullatenus poterit .

In antiquis Formulis impetrat Archiepiscopus Senonensis a Bituricensi , ut Presbyter natus & ordinatus in Diœcesi Senonensi possit in Bituricensi domicilium figere (3) : Parochianum nostrum in nostra Diœcesi natum , & sacras litteras edictum ad Ordinem sacrum promoveri jussimus . Hinc marcus Remensis Episcopus ajebat Vulfdum in Ecclesia Remensi baptisma & Tonsuram consecutum , non potuisse Lingonensem ordinari Episcopum , nisi contentiente Remensi Archiepiscopo (4) : inconsulta Remensi Ecclesia , in qua baptizatus & in Clericum tonsus , &c. Narrat Flooardus Episcopos provinciaz Turonensis petuisse , ut Aetardus Nannetenlis Episcopus ad Ecclesiam Turoensem transferretur (5) , quia in eadem Ecclesia baptizatus , nutritus , & ordinatus fuerat . Plura ejusdem rei exempla capite sequenti contexentur .

VIII. Verum nec numero , nec pondere paria sunt harum probationum atque superiorum momenta . Inde ergo illud tantum existit , locum originis , vel potius baptismi aliquando in pretio esse expesse , non semper . Viennensem Archiepiscopum objurgabat Joannes VIII. quod intercederet promotioni Episcopi Genevensis , ea nimurum de causa , quod nec baptizatus , nec tonsus , nec ordinatus Genevæ fuissest , nec penisi quidquam haberet , quod nec ipse horum quidquam sacramentorum Viennæ accepisset (6) : De hoc quod dicas , quod Optandus in Genevensi Ecclesia nec baptizatus , clericatus , ordinatus , acclamatus , eruditus unquam existerit : interim silentio est regendum , eo quod nihil horum habens , sanctitas vestra in Viennensi Ecclesia est consecrata . Nec in hoc exemplo quidquam est

quod assentiri cogat . Unus est Capitularium locus a me relatus , quod nulla possit cavillatione deludi . At si uni illi statuto obiciatur illa congeries testimoniorum supra laudatorum , planum est nunquam usum receptum illud fuisse .

IX. Unum restat quod addam ; potuisse videlicet Episcopum Collegis suis aliquem concedere & addicere Clericorum suorum , cum accessione suffragii & testimonii sui , ut illum ad Ordines superiores propellerent , ut superiora declarant exempla : sed non eo prohibitis fuisse alios Episcopos , quin novum hunc Ecclesiae jam suæ militem probarent , excuterentque apud superiori Ordini par esset . Quin ex advercio cum suo in hunc Clericum jure omni se exueret Episcopus , eoque Collegas investiret , illum ergo prorsus eorum arbitrio judicioque committiebat . Unde & in Antiquis Formulis ita Episcopo Argentoratensi Clericum suum commendat Constantiensis , ut penes eum esse velit , an ille ad superiores Ordines sit promovendus (7) : Vobis licentiam tribuimus , ut si dignum eum judicaveritis , ad sacros Ordines promoteatis .

X. Quod ad Orientalem jam spectat Ecclesiam , Constitutione Michaelis Anchiali Patriarchæ Constantinopolitanæ , synodice trutinata cum Episcopis compluribus , & Magistratibus Imperatoriis , faciuntur juxta Canonicas sanctiones , non posse ab Episcopis conferri Diaconatum , vel Presbyteratum iis qui ex alienis Diœcesibus ad eos ventitant (8) : Diaconorum & Sacerdotum ordinationes facere : vetantur autem vel maxime Episcopi Regis urbi vicini , manus imponere Diœcesanis ullis civitatis Constantinopolitanæ , addito etiam , ut qui Presbyteratu in aliis Diœcesibus initiati fuerint , ad eas profiscantur , sacro illo Ordine perfuncturi . Ejus Decreti sensus germanissimus ad solos spectare videtur Clericos , non laicos . Clericis enim , & Ordine jam aliquo donatis , aut adjici , aut abnui possunt Ordines superiores , non laicis . Sunt tamen in ea Constitutione ejusmodi verba , quæ prohibeant tonderi , vel ordinari ab Episcopis , nisi ipsorum Diœcesanos , ut paci Episcopos inter alendas consultum sit : Manus autem imponere & sacros Ordines conferre , non iis qui undequaque

(1) Can. 30. (2) L. 7. c. 229. (3) Concil. Gall. Tom. 2. p. 665. 666. (4) Tom. 2. p. 279.

(5) Flooard. L. 3. c. 21. [6] Epist. 25.

(8) Juris Orien. Tom. I. p. 227. &c.

[7] Concil. Gall. Tom. 2. p. 666.

que veniunt, sed iis solis qui sunt ejus Diœcesis, unicuique Antistiti Canone cautum est; ne inter eos confusio seditione versetur, a quibus ordo & pacis bonum aliis quoque certa debet regula dari.

XI. Video hæc quoque verba ad Ordines sacros trahi posse, quos non possit conferre Episcopus; nisi iis qui Dicecelani ejus sunt, vel propter originem, vel propter Tonfuram & priores Ordines, quibus ei adscripti insitique sunt Dioceſi. At vero Balsamon in Responſionibus ad Marcum Patriarcham Alexandrinum, affirmat in hac Constanti-nopolitana Synodo actum fuisse de Laicis, iisdemque poenitentiæ addictos fuisse Episcopos, qui alienis ex Dioceſibus oriundos ordinarent (1): *De laicis autem simul quaſitum eſt, in ſancta Conſtantinopolitana Synodo, &c.* Et facta eſt synodalis ſubnotatio ex equo puniri eum qui ex aliena Provincia ordinat laicum, præter Episcopi ipſius ſententiam.

Sed cum eodem Balsamone fati cogi-mur, tum primum coepisse id prohiberi. Cum enim ea quæſtio universim proposita fuisset, an possit Episcopus alienos ordi-na-re Dioceſanos: respondet Balsamon, quod ad Lectores ſpectat, qui ſuperiores Ordines ab alio ſuſcipiunt Episcopo, quam ab eo qui ipsos Lectores ordinavit, eos canonicis legibus poenitentiæ ſubjici: quoad Laicos autem, definitam fuisse quæſtionem eam in Concilio Conſtantinopolitano ſub Michaeli Anchialo.

XII. Hinc ergo illud conſtantissime efficitur, uisque ad annum Christi millesimum utriusque Ecclesiæ potuisse Episcopos conſerre Tonfuram & Ordines Laicos alienæ Dioceſeos: at maiores Ordines iis impar-tiri non potuiffe, qui minores jam ab alio vel Tonfuram ſuſcepſiſſent. In aperto ratio-est. Vigebat quippe adhuc vetuſiſſima illa lex, ut clericatus & ordinatio Clericos quoſlibet uni Ecclesiæ in reliquum vitæ tempus defigeret, adeoque connexum ſibi & Beneficium haberet, & domicilium. Quo fiebat ut perinde eſſet, ac ſi ex ea regio-ne oriundi fuiffent. Tum Beneficio ergo, tum domicilio Dioceſani evadebant quodammodo: quod tunc demum deſtitum eſt, cum deſtit ordinatio Clericos omnes ſuſ quemque Ecclesiæ in perpetuum affigere & devincire.

## C A P U T VI. P.3. L.2. c. 2.

Ordinatio Clericos uni alligabat Episcopo & Ecclesiæ, in qua residere cogebat, sub Imperio rurſum Caroli Magni, & ejus stirpis.

I. Illigari ordinatione non poterant Clerici uni Ecclesiæ, quin ibi domicilium ſorti-rentur, atque ita Dioceſani quodam ſuo mo-do evaderent.

II. Clerici omnes Episcopo obnoxii.

III. Tentata ratio in communis vita ſo-cietatem illos adgregandi ſub Episcopo.

IV. Principum & Conciliorum decreta ad residentianos Clericorum omnium in ſuis Ec-clesiis.

V. Regibus ipſis & Optimatibus Capel-lani ab Episcopis affignabantur.

VI. Nefas erat transfilire ab una Ecclesia ad aliam.

VII. Non poterant electi Episcopi acquieſcere, citra conſenſum Episcopi, cui erant obnoxii.

VIII. Exempla alia accuratissima reſiden-tia Clericorum.

IX. Residentia vinculo interim ſolveban-tur, qui ſtudiorum cauſa ad publicas Scho-las proficiſcebantur.

X. Que leges imponerentur ſtudentibus?

XI. In Oriente Patriarcha Conſtantinopo-litanus ſua inferebat Ecclesiæ Clericos Monachosque aliorum Episcopatum. Quod raro tamen fiebat.

XII. Ad id quoque Litteris proprii Epi-scopi opus erat.

XIII. Clerici non residentes excidebant Beneficiis. Quanto tempore?

XIV. Decreta contra vagos & acephalos Conſtantinopolis Clericos.

I. **N**on fruſtra, etiſi forſan ad fastidium uisque Lectoris inculcamus, Clericatum & Ordines aureas veluti fuit ſimili compedes, quibus Clerici alligarentur Episcopo & Ecclesiæ, in qua deinceps perpetuum reſiderent. Inde fiebat enim, ut Episcopi alii aliorum Dioceſanos paſſim ordinarent, quod ordinatione ipſa jam perpetui Dioceſani fierent novæ hujus Ecclesiæ, in qua deinceps & Beneficium & domicilium per-petuum

(1) Juris Orient. Ibid. p. 382. 383.

petuum haberent. Nec aliter etiam nunc fit: ubi vel Beneficio quis, vel domicilio fixus est alicubi, Diœcelianus censetur, & jure communi ab Episcopo Diœcelsano ordinari potest, quanquam originem alibi nactus. Unum id interest, quod non statim suscipiendo Clericatu & Beneficio investitur quis, & domicilio figitur, ut olim; propter necessariam olim Clericorum omnium in Ecclesiis suis residentiam, nunc minime necessariam.

II. Rursus ordinari Presbyteros voluit Vermeriale Concilium anni 752. qui ab Episcopis vagantibus & sine Episcopatu ordinati fuissent (1): *Ut ab Episcopis ambulantibus per parrias, ordinatio Presbyterorum non fiat. Si autem boni sunt illi Presbyteri, iterum consecrantur.* Poterat hac Ordinum imputari iteratio dubitationei, an vere fuissent Episcopi, qui esse se venditaissent. Sed in eo Decreto sublucet mira quedam animorum alienatio, & ab Episcopis, qui nulli Ecclesiæ; & a Presbyteris, qui nulli Episcopo sunt addicti. Unde & Concilium Vernum anno 755. Episcopi summæ potestati subjicit Presbyteros omnes, qui nisi eo annuente, nec tingere possunt, nec sacrificare (2): *Ut omnes Presbyteri, qui in parochia sunt, sub potestate Episcopi esse debeat;* & de eorum ordine nullus Presbyter presumat in illa Parochia baptizare, nec Missas celebrare, sine iussione Episcopi in cuius Parochia est.

III. Ulterius vero progressi sunt Concilii hujus Verni Patres in obedientia & coniunctione describenda Clericorum cum Episcopis suis. Hinc enim cœpere Clerici colligi in unam sub Episcopo societatem, ut Monachi communem sub Abbatे suo degebant vitam (3): *De illis qui dicunt quod se propter Deum tonsurassent, placuit ut in Monasterio sint sub habitu regulari, aut sub manu Episcopi sub ordine canonico.* Illud quoque additum, ut prohiberentur Clerici omnes ab una Ecclesia in aliam migrare, vel Magnatum Oratoris sese ad dicere: *Clericos in Ecclesia militantes non licere in alterius civitatis Ecclesia, vel in potestate laicorum militare.* Capitulare Aquilgranense anno 789. Chalcedonensem Canonem innovavit (4): *Ut nullus absolute ordinetur, & sine pronuntiatione & sta-*

*bilitate loci, ad quem ordinatur.* Itaque uti nunc Episcopi, ita tunc vel extreimi Clerici non ordinabantur, qui alicui illigarentur Ecclesiæ: utque etiam nunc Monachi stabilitatem & residentiam vovent, ita & tunc Clerici.

IV. Rex ipsemet Carolus Magnus in Concilio Francoordieni anno 794. cum Episcopis connexus est, ut residentia post hac religiosius observaretur ab Episcopis, Presbyteris, Diaconique (5): *Definitum est a Domino Rege & a sancta Synodo, ut Episcopus non migret de civitate in civitatem, sed curam habeat Ecclesiæ sua, similiiter Presbyter & Diaconus maneat in Ecclesia sua canonice.* Paulo post in omnes Clericos idem jus exporrigitur (6): *De Clericis ut nequaquam de Ecclesia ad Ecclesiam transmigrent, neque recipiantur sine conscientia Episcopi.* Denique vagæ ordinationes proscribuntur (7): *Ut non absolute ordinentur.* Vagos Clericos, & nec Episcopo, nec Abbatì addictos Concilium Magonitum anni 813. carceri addixit: *Negque sub Episcopo neque sub Abbatè, sed sine Canonica, vel regulari vita degentes.* Jussit etiam ut Episcopi transfugas Clericos undique conquiri facerent, propriisque restituerent Episcopis (8): *Ut unusquisque Episcopus in sua Parochia diligenter Presbyteros, vel Clericos inquirat, unde sint;* & si aliquem fugitiuum invenerit; *ad suum Episcopum redire faciat.* Eiusdem anni Concilium Taronense perquiri eisdem jussit, ut ne divina celebrare mysteria permetterentur ii, qui ex aliena Diœcesi adventarent, sine proprii Episcopi litteris: *Ne sine litteris commendatissimis celebrare presumat.* Plumbo muniri has litteras sanxit Concilium Cabilonense II. ejusdem anni 813. (9): *In quibus nomina Episcopi & Civitatis plumbō munita.* Quin & Romam peregrinari, vel Cœsarodonum Turonum Presbyteros, Clericosque prohibetur, nisi permiserit Episcopus (10): *Romam sive Turonum absque licentia Episcopi sui adire, penitus decrevimus inhibendum.* Denique usque adeo persuasissimum erat Carolo Magno, strictissimæ residentiæ Clericos omnes subjici debere, ut cum Presbyterum Anglium merito suspectum in Angliam remitteret, ad Angliæ Regem scriperit, consultius visum esse Gallicanis Episcopis, ut eum

(1) Can. 14.

(2) Can. 8.

(3) Can. 11. 12. Ibid.

(4) Can. 25.

(5) Can. 7.

(6) Can. 27.

(7) Can. 28.

(8) Can. 13.

(9) Can. 41.

(10) Can. 44 45.

eum ad proprium ablegarent Episcopum, cui primum professus fuerat se obtemperaturum: *Vixum est nostris Sacerdotibus, illum ad sui Episcopi, ubi Deo votum fecit, dirigere judicium.* Ponderanda hæc verba: *Deo votum fecit.*

V. Tam præclare constituta Disciplina Cleri non multo post labefactari coepit. Id enim vero est quod vehementissime dolebat Concilio VI. Parisiensi sub Ludovico Pio anno 829. (1): *Eo quod multi Ecclesiastice regule subjecti, propositi sui & loci desertores effecti, ab aliis Episcopis & Abbatibus, Comitibus & aliis Nobilibus viris recipiuntur.* Expostulat autem vel maxime de Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Nobilibusque Italæ, qui Clericos Galliæ desertores passim excipiebant, & nihil fasciabant Canones, quibus id toties esset prohibitum. Interpellatus est ab hoc Concilio Ludovicus Pius, ut Imperatoria potestate revocari ex Italia aliquaque provinciis curaret Presbyteros Clericosque fugaces quoslibet, & suis reddi Ecclesiæ: *Per Missas vestras perquirantur, & unicuique Ecclesia, a qua per contumaciam defecerunt, restituuntur.* Concilii II. Aquilgranensis Patres anno 836. ne in Palatio quidem Imperatorio consistere possi sunt Presbyteros, qui ab Episcopis suis descivissent (2): *De Presbyteris qui in Palatio morantur, ut sine proprii Episcopi consensu ibi locum confundendi non habeant.* Concilium Meldense anno 845. vagas proscriptis ordinationes, & ne Regibus quidera ipsis concilfit, ut sine Episcoporum assensu, Clericum sibi quemvis vindicare possent (3): *Cum quilibet Canonorum ad regiam venerit majestatem, & suo se voluerit mancipare servitio, consensu Episcopi, ad cuius Diœcesin pertinere cognoscetur eum recipiat.* Concilium Ticinense anno 850. albo expunxit Clericorum eos, qui sub nullius Episcopi potestate degerent, edixitque, ut ne viri Nobiles Capellanos Oratoriorum suorum acciperent, nisi a proprio Episcopo (4): *Nulla ratione Clerici, aut Sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius Episcopi disciplina & providentia gubernantur.* &c.

VI. Joannes VIII. Papa ad Archiepiscopum Ravennatem scriptis, ut Ecclesiae Faventiae Clericos omnes redderet, qui ab ea, ut minus splendida & opulenta, ad

Ravennatem confluxerant. Detestantur enim sacri Canones hanc Clericorum instabilitatem, hanc opum, hanc honorum famam (5): *Quia non licet quenlibet Clericus in duarum Civitatum conscribi simul Ecclesiis, & in qua ab initio extitit, & ad quam confugit, quasi ad potorem, ob inanis gloria cupiditatem.* Et ideo eos ad Ecclesiam revocari decernimus, & de illis amplius nullo modo recipias. Idem ipse Pontifex Monacho nescio cui rescriptis, ut fidam & constantem prestaret obedientiam ei Episcopo, cui suus Abbas & prior Episcopus eum volentem cupienterque per Litteras dimissorias concessisset (6): *Valpertus Episcopus te a proprio Episcopo atque Abate per dimissoriam acquisiuit; tua potius interveniente petitione.*

VII. Antiquas inter formulas Episcopaliæ Promotionum insignis illa est Guilleberti Episcopi Catalaunensis. Cum jam Presbyter esset, illum parentes obsequio Regis astrinxerant, consentiente vel maxime Præsule suo, Archiepiscopo Turonensi (7): *Per licentiam mei Archiepiscopi Herardi, a parentibus meis regiis sum mancipatus obsequiis.* Hincmarus qui præter electioni Guilleberti in Episcopum Catalaunensem, consensum flagitavit Herardi Archiepiscopi Turonensis, qui præsens aderat: *Quia uester natus, nutritus, vel educatus & ordinatus dignoscitur, & Clerus, Ordo & Plebs Catalaunica illum depositus, habeamus vestram licentiam,* &c. Requisita sunt Canonum Capitula, & inventum est, quia ab illo eum petere debebant, cuius natus, nutritus & ordinatus foret, &c. Omnes prater Presbyteratum Ordines accepterat ab Herardo Guillebertus, qui postea ejusdem Herardi Dimissoriis munitus a Sylvanectensi Episcopo Presbyter creatus fuerat: *Ab Herardo litteris ad Erpointum datis, Presbyterii onus suscepit.* Hæ dimissoriae Litteræ persimiles erant earum, quæ nobis in usu jam sunt, Clericosque prioris Episcopi sui obedientiæ adserebant. Est etiam hic in honore Episcopus originis; sed id juris accumulatione fieri sulpicor, quod qui originis, idem Ordinationis esset Episcopus. Missas facio alias Dimissorias complures, quas ab Episcopis suis impetrabant Clerici, ut in alias se Diœceses omnino transferrent, ob necessaria quedam negotia

(1) Can. 34.

(2) L. 3. c. 13.

(3) Can. 52. 58.

(4) Can. 18.

(5) Epist. 273.

(6) Epist. 238.

(7) Con. Gall. Tom. 2. p. 652.

gotia sua (1) : *Ob sui comodam facultatem, &c. Ut sue deserviat utilitati, &c.*

VIII. Hincmarus ipse Remensis Archiepiscopus unum ex Monachis suis sancti Remigii concessit Episcopo flagitanti, & tum sacros Ordines, tum curam animarum ei credituro (2) : *Quem eidem Episcopo id pertenit ad ordinandum & regendum commitit.* Donatur a Carolo Magno Alcuinus, virtutum & eruditionis gloria suo quidem ævo nulli secundus, duabus Abbatiis, alieno solo prouersus defigi noluit, nisi ante in patriam, in Angliam inquam remeasset, ut a Rege & Episcopo suo eam impetraret licentiam: ante enim attensus & Diaconus ordinatus fuerat, quam in Galliam se conferret (3) : *Alcuinus nolens absque auctoritate Regis sui & Episcopi proprium deserere locum, quo educatus, quoque common capitis amiserat, ac in Levitam consecratus fuerat, &c.* In Capitularibus Episcopis precipitur, ut cum Parochias Presbyteris administrandas committunt, stabilitatem eos profiteri cogant (4) : *Ut Presbyteri qui in titulis consecrantur, secundum Canones antequam ordinentur, promissionem stabilitatis loci illius faciant.* Parochi Diaconique obedientiam Episcopo suo profiteri adgebantur: *Quando Presbyteri, vel Diaconi per Parochias constituantur, oportet eos professionem Episcopo suo facere.* Monet Presbyteros suos Ahyton Basileensis Episcopos, cum sponsi sit Ecclesiarum, infatigatam vigilantiam, & jugem residentiam praestari ab eis debere (5) : *Sciunt quia in Ecclesiis quibus præsunt, sponsi facti sunt.* Et ideo omni vigilantia, qualiter eas decorent, & eis incessanter deserviant, totius vita sue vigilantiam impendant. Lopus Ferrarensis Abbas Litteris ad Ganelonem Archiepiscopum Senonensem datis, mira eruditionis copia refertis, exprimere ab eo enixus est, ut duo ejus Parochi Ecclesiis suis abire, & Monasticum institutum ipso consentiente amplexari possent (6) : *Dignetur vestra Paternitas hec studiosius pertrahere, & Presbyteris ad melius de bono tendentibus, non cunctetur licentia aditum referare.*

IX. Jam vero alia se aperit multo frequentior deinceps futura occasio, a residentiæ nexus solvendi Clericos, ut in celebri-

res convolarent scholas, strenuam litteris sacris Ecclesiasticisque operam navaturi. Tam pia vota Episcopi persæpe disensu suo frustrabant, prætexebantque Canones residentiæ vindices. Suppeditat nobis Regino quæstionis hujus solutionem, qua declaratur; et si vagos & fuzaces Clericos presribant Canones, non tamen inertæ, aut imperitiæ patrocinari: residentiam ergo quæ ab illis exigitur, remorari non debere cursum & incrementa perfectioris sapientiæ ac pietatis (7) : *Invidia Pontificum sepe prohibentur, dum Canonem XX. Chalcedonensis Concilii eis opponunt.* Ubi dicitur Clericos in Ecclesia administrantes, in alterius civitatis Ecclesia statutos fieri non oportet; & sequentia invida offuscatione abulent; ubi illi excipiuntur, qui ex necessitate ad aliam Ecclesiam transferint. Magna sane necessitate premitur qui fame constringitur, & qui injuria æctatur insipientia, opus habet recti doctrina scientia. Inter fugitivum denique & studiosum caute ab Episcopo discretio prospici debet; ut ille locum delitescendi non inveniat; ita vero locum in melius mutare, & ire de virtute in virtutem volenti offendiculum non opponatur, sed caritatis adjutorio, quæ nunquam excidit, sublevetur. Igitur si pie & justè recto currebant hactenus viam tramite vita, pro religione perfectiora expetere loca, licentiam eis non denegandam esse censuimus, &c.

X. Ea fuere initia incredibilis illius frequentiæ Clericorum ad Litterarias Universitates posterioris ætatis. At interim hic observa, 1. has licentias non concedi nisi Clericis, qui pietate præfulgent: *Si pie, & justè, &c. 2.* Et qui ad studia litterarum non apprehendunt, nisi ut Ecclesiasticis ministeriis aptius poltea, & felicius inferuant. *Pro religione.* 3. Quique ingenio pollent, & acumine: *Qui capacioris sunt, & argutioris ingenii.* 4. Denique non relaxantur a canonica residentia, nisi ut pergent ad celebriores Scholas: *Ad loca que scientia, & doctrina excellentiora conspi ciuntur.*

XI. In Oriente solus Constantinopolitanus Patriarcha abutebatur potestate eadem, ex Balsamone, qua Carthaginensis in Africa Episcopus, ut Clericos aliorum Episcoporum admitteret Ecclesia suæ gremio, eique

(1) Ibidem. 691. 66.

(2) Flodoard. L. 3. c. 27.

(3) In ejus vita.

(4) L. 5. c. 108. L. 7. c. 366.

(5) In Capit. c. 23. Spicil. t. 6. pag. 698.

(6) Epist. 29.

[7] Regino. Append. 2. c. 30.

que consociaret, invitatis etiam Episcopis. Admonet tamen idem Balsamon tum deum eo jure uti Constantinopolitanum Episcopum, cum penuria laborat ipse Clericorum, deficitque in Ecclesia Conitantino-politana ille, qui Constitutionibus Imperatorum definitus est numerus. Denique id difficillime accidere posse idem observat, propter incredibilem Clericorum multitudinem, qui regia semper in urbe diversantur (1). Quod quidem Constantinopolis locum non habet, propter multitudinem Cleri ipsius, & quod nulla sit omnino eorum penuria. Addit idem alibi, post Imperatores Clericos ab una Ecclesia in aliam transferre: Nota autem quod etiam Imperatori concessum est facere Clericorum translationes. Majorem certe supra suspeximus, vel Episcoporum magnitudinem animi, vel Principum temperantiam, ut ne Canonicis Regulis fieret injuria.

XII. Sed ne Episcopus quidem Constantinopolitanus Clero suo adglutinare poterat Clericos extraneos, nec sacras illis permettere functiones, nisi commendatitias afferrent ab Episcopis suis litteras, quibus constaret eos, & Tonsura, & Ordine quovis fuisse donatos (2): Patriarcha Constantinopolitano permisum est alienos suscipere sine dimissoris litteris ejus, qui ipsos ordinavit, si modo litteras commendatarias attulerint, quibus se ordinatos, & Clericos esse probent. Nec Hierosolymitano, nec Antiocheno Patriarchis fas erat id sibi sumere, quod unius Constantinopolitanus speciale erat privilegium, ut sive Clericos, sive Monachos alienos posset sibi Ecclesiæque suæ vindicare (3): Ipsa enim ab alienis finibus sine impedimento Monachos, & Clericos recipere concessum est.

XIII. Affirmat denique Balsamon, juxta Novellas Constitutiones, ubi Clericus a loco suo desideraret, & officio, alium subrogari solitum, qui distributiones perciperet, atque ita desertori jam regressus in suam sedem non pateret (4): Ut si ab aliqua Ecclesia recedant Clerici, alii qui subrogantur, annonarias pensiones percipient: neque illi, si revertantur, illas capiant. Videtur alibi Balsamon hujus absentiae tempus triennio definire, ut eo elapsò jam Clericus suo Beneficio jure spoliatus censetur.

Thomas. Tom. IV.

featur (5): Si enim deponitur, qui triennio in aliena Parochia versatur. Quin & aliqui functionum sibi incumbentium tam arcta necessitate urgebantur ad residendum, ut post temetrem absentiā successores acciperent: Et si non ad sex usque menses ad ministerium surrexerint, extrudantur.

XIV. Complectitur Jus Orientale Declarationem Heraclii Imperatoris adversus Presbyteros Clericosque errores (6), & licentiosos, qui undeque Constantinopolim advolabant irrepebantque in Ecclesiis, in Xenodochia, in Oratoria Optimatum, nec ullo se obsequio Patriarchæ obnoxios profitebantur. Damnatur hæc discursatio, & fuga ab Ecclesiis propriis, & prohibetur ne quid stipis in hos erogent Ecclesiæ, vel Xenodochia, vel Monasteria, ne πόνος, διερπάται, in eos effundant.

## C A P U T VII. P.4.l.2.c.1.

Dioecesani obnoxii Episcopo Originis, Domicilii, Beneficii, post annum Christi millesimum.

I. Vestigia quedam residua discipline veteris, ubi plus momenti erat in Episcopo ordinationis.

II. Hac extrema etate pluris fit Episcopus originis. Probationes.

III. Exemplum mirum trium Episcoporum, qui totam sibi mutuo potestatem communicant.

IV. Pontifices, & Concilia ratas habent ordinationes factas ab Episcopo, vel originis, vel domicilii, vel Beneficii.

V. Quot annorum debeat esse domicilium. VI. Varie Declarationes Congregationis Concilii de Episcopo originis, & Beneficii, itemque de Dimissoriis.

VII. Decreta Conciliorum de examine Dimissoriis præmittendo.

VIII. Decreta alia de Regularibus, & de Dimissoriis ad quoslibet Ordines.

IX. An Ordines ab Abbatibus, an a Capitulis Dimissoria dari possint?

X. De eo qui alibi natus, alibi baptizatus est.

D

XI. De-

(1) In Nomoc. Tit. 3. c. 26. Et in Canon. 16. Apost.

(2) In Can. 10. Synod. 7.

(3) In Can. 83. Synod. Carthag.

(4) In Nomo. Tit. 8. c. 2.

(5) In Suppl. pag. 1124.

(6) Juris Orient. To. 1, pag. 84. 85.

I. Cum Leodiensis Episcopus omnes ad se revocaret ordinationis suæ Clericos, interpellavit eum enixius B. Fulbertus, ut Subdiaconum sibi quempiam cederet, quem deinceps haberet mutui pignus amoris (1): *Oramus ut nobis eum remitte-re, ac vestris Litteris commendare dignemini, ut præsentia ejus sit pignus vestre ca-ritatis erga nos.* Claromontano Episcopo cessit Hildebertus Cenomanensis Episcopus unum ex Subdiaconis, quem Archidiaco-num crearet (2): *Eundem Willelmum vo-bis, & vestra commodo Ecclesiæ, ab ea quam consecratori suo debet, obedientia li-berum omnino, & absolutum.*

Concessit Innocentius III. Mediolanensi Archiepiscopo, quod ab eo expetitum fuerat, ut Diaconatu, & Presbyteratu dona-re posset, quos ipse Pontifex minoribus initiaverat Ordinibus (3): *Qui ab ipso Ro-mam Pontifice Ordinem receperunt. Docet etiam Radevicus Clericum, & Subdia-co-num Papæ non posse nisi eo assidente a quoquam ordinari (4): Clericus de Reve-rentia vestra, & in Subdiaconatum a Papa con-sacratus, non nisi ejus coniuvencia, & as-sensu in aliam Ecclesiæ transferendus pu-tabatur. Non obscura sane hæc sunt pri-stinæ disciplinæ vestigia: ubi plurimum omnium potest Episcopus Ordinationis.*

II. Sed ingenue confitendum est hac extrema Ecclesiæ ætate, post annum Christi millesimum, Episcopo originis multo plus auctoritatis affuisse, quam prius. Vetus Concilium Ravennas anni 997. ordinari, vel promoveri quenquam ex Dicecelianis alterius Episcopi, sine ejus Dimissoriis (5): *Nemo nostram alterius Diaconenses, vel Parochianos recipere, aut promovere, seu retinere presumat, sine Canonis Epistolis.* Concilium certe Londonense anni 1075. prohibuit tantummodo ordinari a quoquam Clericos Monachosque alterius Episcopi, convenienter priscis Canonibus, & Pontifi-cis Decretis: *Ex multis Romanorum Pra-sulorum Decretis, & Canonum auctoritatibus, ne quis alienum Clericum, vel Monachum, sine commendariis Litteris retineat, vel ordinet.* Urbanus vero II. permisit Archie-

piscopo Lugdunensi, ut breviori perfuncto penitentia recolligeret eos Clericos Eccle-siæ suæ, qui ab aliis deinde Episcopis or-dinati fuissent (6): *Lugdunensis Parochie Clericos contra statuta Canonum ab alterius Parochie Episcopis ordinatos, &c. Sed non docet hic Pontifex potuisse Laicos Clerica-tu ornari ab Episcopo quovis alio quam suo.* Et Concilium Londonense anni 1125. ordinationem reservavit uni Episcopo Dio-ce-sano (7): *Nullus Episcoporum alterius Parochianum presumat ordinare, vel judi-care.* In Concilio Londonensi anni 1138. servata est solo Romano Pontifici restitutio Clericorum, qui sine proprii Episcopi Di-missoriis ab alio quopiam Episcopo ordinari voluissent: *Clericos a non suis Episcopis absque Litteris proprii Episcopi ordinatos, a susceptorum officiis Ordinum inhibemus, sole que Romano Pontifici corundem plenaria restitutio reservetur, nisi Religionis habitum suscepimus.* Hæc Monachorum exceptio non alio ex capite manare videtur, quam quod inde oriundi jam censerentur, ubi pro-fessi fuerant.

III. Admirandum prorsus Episcopalis concordia & pacis specimen effulgit in tribus Neustria Episcopis, Lexoviensi, Ebroi-censi, & Sagensi, cum ad communem Ecclesiæ suarum utilitatem, reciproca fœse licentia impertierunt fungendi Pontifi-calibus munis omnibus in tribus his Dio-ce-sibus: Audiendus hic Ordericus (8): *Hi tres in Normannia tunc maxime pollebant divini cultus fervore: & unanimi consensu, tantoque necabantur amore, ut quisquis eorum in Diaconis confratribus, velut in pro-pria, prout tempus, & ratio poscebat, omne divinum opus exerceret sine litigio, & labore.* Non erant nescii Episcopi isti, sicut nec Urbanus II. cuius Epistola supra laudata, concordia ejus mirabilis, quam alebant inter se olim Cypræ Episcopi, qua de re nos fuisus alibi ex B. Epiphano.

Verum hæc exempla, ne dicam mira-cula, caritatis, supra leges omnes assurgen-tis, non possunt esse, nisi rarissima. Ideo & Mom-Pessulanum Concilium anni 1258. prohibuit, ne quis Tonsuram, & multo magis ne quis sacros Ordines acciperet ab alio quovis, quam ab Episcopo Dicecel-sano, quantumvis certa spes effulgeat ab eo ratum

(1) Epist. 37.

(2) Epist. 55.

(3) Regest. v. Epist. 22.

(4) L. 1. c. 15.

(5) Can. 3.

(6) Append. Epist. 19.

[7] Can. 10.

(8) Scrip. Norman. pag. 478.

satum habitum iri : Nullus Episcopus de cetero praetextu ratihabitionis , cuiuslibet alterius Diaecesanum aliquem absque licentia sui Episcopi tonsurare audeat , nec ipsum multo fortius ad minores , vel maiores Ordines promovere .

IV. Episcopos Italos vetuit Clemens IV. ne ultramontanos ordinarent Clericos , sine Dimissoriis Litteris Episcopi , vel originis , vel domicilii (1) : Ne Clericum ultramontanum ordinare presumat , nisi a nobis specialem licentiam habeat , vel ab Episcopo , de cuius Diaecesis traxit originem Ordinandus , vel in cuius Diaecesi beneficiarius existit . Si qui Decreto huic minus morigeros se praebant , ordinatores quidem poenitentia , ordinati vero irrevocabili suspensionis sententia plectantur , adempta absolute spe dispensationis . Atque adeo duplicitis tantum generis sunt Episcopi Diaecesani , qui canonicas ordinationes celebrare possint , nimirum originis , & Beneficii . Episcopus Tonsuræ hic non memoratur . Ambigitur porro an Episcopi unius Diaecesanus possit citra ejus licentiam Beneficium impetrare ab alio Episcopo , & in alio Episcopatu . Olim non potuit aliquandiu Parochianus a Parochia , vel Diaecesi sua in aliam migrare Parochiam , vel Diaecesim , nisi Episcopo , vel Parochio suo permittente . Observari id potuit in priori Canone Concilii Ravennatis hoc ipso in capite superius allato . Sed parum probabile est , non potuisse a Laicis mutari domiciliam , nisi de consensu Episcopi . Id porro satis erat ad Beneficium ab alio jam Episcopo habendum . Ideo & Bonifacius VIII. tres agnoscit Episcopos , a quibus tanquam a Diaecesaniis suis possit quisque ordinari , nulla aliunde experita licentia (2) : Cum nullus Clericum aliena Parocchia præter Superioris ipsius licentiam debeat ordinare , Superior intelligitur Episcopus , de cuius Diaecesi est is , qui promoveri desiderat , oriundus ; seu in cuius Diaecesi Beneficium obtinet Ecclesiasticum , seu habet , licet alibi natus fuerit , domicilium in eadem . Excepit Pontifex Monachos non exemptos , qui ejus Diaecesis sunt , ubi domicilium habent , hoc est , ubi Beneficium . Monachi enim locus Beneficii instar est . Synodus Excestensis anno 1287. ea de causa Regulares , & Beneficiarios conjungit (3) : Religiosis , & Beneficiatis

duntaxat exceptis . Copulati fuerant , & in Concilio Lordinensi supra laudato . Ceterum quod modo protuli Decretum Bonifacii , confirmatum illud fuit a Concilio Auxiensi anni 1300. (4) ubi pronuntiatur posse dimissorias accipi Litteras a quolibet horum trium Episcoporum . Concilium Senonesse anni 1528. id quoque confirmavit (5) .

V. At vero in Concilio Mediolanensi IV. anno 1576. definitum est , non tantum posse quenque ordinari ab Episcopo originis , Beneficii , & domicilii : sed & illud quoque , decem annorum esse debere domicilium : Decennali domicilio . Idem declaratum est a Concilio Aquensi anni 1585. ubi & illud ex Sancto Carolo habetur (6) : Vel decennali domicilio , vel alia ratione Diaecesanum esse , aut familiarē Episcopi , qui per triennium cum illo commoratus sit . Id vero ex Concilio Tridentino decerpturna est (7) , ubi non sinitur Episcopus extraneos ordinare in familiam suam ascitos , nisi totum triennium cum eo commorati sint . Itaque dormiculum aliis decennale , familiaribus Episcopi triennale sufficiebat . Verum ibidem mox jubet Concilium , ut Episcopus ubi extraneum ordinat , quem in familiam suam ascivit , statim Beneficio donet , ut eum arctius , & sibi , & Ecclesiaz sua astringat .

In Concilio Narbonensi anno 1609. cautum est ne Episcopi (8) , vel Dimissorias , vel Ordines concedant , nisi vel oriundis ex sua Diaecesi , vel iis qui pacifice per triennium obtinuerint in ea Beneficium , cuius annui redditus sint saltem triginta Philippeorum . Hodierna Galliae Jurisprudentia pati jam videtur , ut Canonici Cathedra- lium , & Parochi , ut qui ad residentiam stricto jure obligentur , possint ab Episcopo Beneficii ordinari . Prohibuit Concilium Mexicanum anno 1585. (9) ordinari eos qui dormiculum in aliqua fortiti sunt Diaecesi , nisi ex diurna jam eorum ibi commemoratione conjiciatur propositum nunquam inde discedendi . Additur hic porro , qui ab uno coepirint Episcopo ordinari , non posse eos ab aliis Episcopis ceteris donari Ordinibus , nisi per prioris Episcopi Dimissorias liceat . Vestigia hæc sunt residua veteris disciplinæ , ubi ratio potissimum habebatur Episcopi qui prior ordinasset .

VI. His addenda nonnulla ex Congre-

D 2 ga-

(1) In Sexto De Temp. ordin. (2) Ibidem. (3) Cap. 7. (4) Can. 13.

(5) Can. 5. (6) Can. 8. (7) Sess. 23. cap. 9. (8) Can. 21. (9) L. 1. Tit. 4.

gatione Concilii Tridentini Decretis declarandis præposita (1). 1. Si fraudulente, & ad declinandum Episcopi Dioœcesani examen, aucupatus sit aliquis Beneficium in alia Dioœcesi; & ibi ordinatus sit, suspendi illum a suuptionibus Ordinum; perinde ac si extraneo ab Episcopo ordinatus esset. 2. Quamvis alteri quis Dioœcesi alligatus, vel domicilio suo sit, vel Beneficio: integrum tamen ei semper esse ordinari ab Episcopo originis (2). Est enim nativitas æternum aliquod vinculum, ut & patria. Non ita olim se habebat res, quando priori quis Ordine tuicunque illigatus fuerat, vel Episcopo, vel Dioœcesi. (3) 3. Ubi Episcopus acceptis Litteris dimissoriis quempiam ordinatus est, potest, et si non tenetur, novo examini ordinandum subjicere, quantumcunque de ordinandi peritia testimonium diceret Episcopus Dioœcesanus.

VII. Concilium Senonense anni 1528. præceperat, ut ne cuiquam Dimissorias darent Episcopi, nisi examine tam scrupuloſo præmisso, quam si Ordines collaturi essent, si per valetudinem autem, aut causam aliam quamvis id minus liceret, per Litteras ipsas dimissorias monerent Episcopum ordinaturum, ut ejus conscientiam onerarent, addita hac clausula: *Super quo conscientiam tuam oneramus*. At vero Concilii Narbonensis anno 1551. Patribus visum est, Dimissorias dari citra examen, & alterius Episcopi conscientiam onerari, inertia id incuriaque inexcusabilis argumentum esse: ideoque id genus Dimissorias irritas esse pronuntiatum est, nisi certum iis testimonium ederetur de ejus peritia, qui eas impetrasset (4): *Hanc inferet clauſulam, quem idoneum, & dignum reperimus; aut nulla litteris fides adhibebitur*. Eam accusationem prævertisse videbatur Senonense, cum incurreatibus causis supponeret non potuisse Episcopum ipsum examini illi vacare. At Concilium Narbonense censuit, nulli Episcopo deesse posse, per quos uti Vicarios examinaret, quos ipse non posset. Eidem sententiaz accessit Tridentinum (5): *Subditos suos non aliter, quam jam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimittant*. Similiterque cum prohibuit ordinare eos etiam qui

Romanis Rescriptis muniti essent, nisi & proprii Episcopi testimonium accederet (6): *Nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur*. Alioqui ordinatore ab ordinandi potestate in annum suspenso, ordinatis autem suspensis tandem, quandiu proprio visum fuerit Episcopo.

VIII. Quanquam propria sit Monachorum, & sejuncta ab aliis causa, statutum est tamen in Concilio Burdegalensi anni 1624. eos qui stabilitatem profitebantur in proprio Monasterio, ordinari non posse, nisi a Dioœcelano ejus loci; qui vero domicilium subinde mutant, ab Episcopo loci, ubi commorantur. Confirmatum hoc ipsum fuit in Comitiis Generalibus Cleri Gallicani anno 1625. (7).

In Concilio rursus Narbonensi anni 1551. decretum est, ut ad singulos Ordines singularè dentur dimissoriæ Litteræ, ut certius liceat peritie ordinandi suffragari (8): nisi is Doctoratus insignia consecutus esset, ut ne in dubium quidem vocari possit ejus eruditio. Idem constitutum est in Concilio Mediolanensi IV. anno 1576. additumque ut non ad unum duntaxat Ordinem Dimissoriæ coartarentur: sed & ad certum tempus, unius, aut alterius mensis, vel anni. Cui Constitutioni accessere Concilia complura alia, Aquense (9) anni 1585. Narbonense (10) anni 1600. Mexicanum anni 1585. (11).

IX. Prohibiti sunt a Concilio Tridentino Abbates, & quicunque Prælati exempti, etiam nullius Dioœceseos, Tonsuram, vel Minores aliis quibusvis, quam Regularibus suis conferre (12). Nec per idem Concilium eis licet, uti nec Capitulis, etiam Cathedralibus dimissorias Litteras Clericis sacerularibus dare, nihil profuturis, vel consuetudinibus immemorabilibus, vel Privilegiis quibuscumque, quod ea sint nimirum propria, & peculiaria Episcoporum jura (13). Publicatum fuit hoc Decretum in Concilio quoque Burdegalensi anno 1624. Damnaverat Innocentius III. inolentissimam eorum Archidiaconorum audaciam, qui si quos Episcopos ab Ordinatione repulisset, iis ad alios Episcopos Dimissorias dabant. Sic ergo Innocentius ad Episcopum Tarvisinum (14): *Cum a te promoveri non possint, cum litteris Archidiaconi tui ad*

Epi-

(1) Fagnan. in l. 4. Declar. Part. 2. p. 135.

(2) Idem in l. 3. Part. I. p. 384.

(3) Ibid. pag. 213.

(4) Can. 12.

(5) Sess. 23. c. 3. 8.

(6) Cap. 12.

(7) Sess. 24. c. 8.

(8) Cap. 12.

(9) Cap. 13.

(10) Cap. 21.

(11) Cap. 6. n. 12.

(12) Sess. 23. c. 10.

(13) Cap. 6. n. 12.

(14) Regest. 1. Epist. 182. 183.

*Episcopos vicinos accedunt, & ab eis se faciunt ordinari, &c. Interdicas Archidiacono tuo ne sine conscientia, & auctoritate tua concedas suas litteras promovendis.*

X. Cui in una Dioecesi nasci contigit, & in alia renasci: potest is jure nunc communi in alterutra ordinari (1). Jure quippe antiquo, baptisimi ferme potius, quam originis ratio habebatur. Bonifacius tamen VIII. ut Episcopum Dioecesanum designet, his utitur verbis: *De cuius Dioecesis est oriundus, is qui, &c.* Et in alio capite ejusdem *Tituli de Temporibus Ordinationum*, non spectat idem Pontifex, nisi Episcopum originis: *Nullus Episcopus, vel quisvis alias homini Dioecesis aliena Clericalem presumat conferre Tonsuram.* Itaque quanquam, & originis, & domicilii, & Beneficii Episcopos tanquam Dioecesanos approbasset ante Bonifacius: hic tamen ad Episcopum originis magis videtur propendere.

XI. Accessit & suffragatio Comitiorum Generalium Cleri Gallicani anno 1655. ubi additum est præterea (2). *Vix dignosci posse quantum annorum ad domicilium fundendum requiratur, & vix posse rationem haberi Episcopi Beneficii, cum non ita jam ut olim Clerici Ecclesie quisque sua effigantur, cum beneficio renuntiare, cum plura possidere possint in variis dioecesibus, quo Clericis evagandi, & eludenda obedientia ansa porrigeretur; decretum Bonifacii VIII. de tribus Episcopis propriis, vix in Gallia usu receptum unquam fuisse; porro expeditissimum jam esse, ut Episcopus proprius non esset cuique nisi unus, a quo posset ordinari.* Denique decretum est, monendos hortandosque Episcopos, ne quos ordinarent; nisi suis ex dioecesibus oriundos, quod juri in primis consentit.

Cumque in hac Cleri Gallicani Congregatione repræsentata essent Rescripta Sedis Apostolicæ, quibus permittebatur, ut in aliena quis dioecesi attonderetur: statutum est, ut admoneretur Nuntius Apostolicus, littereque scriberentur ad exorandum summum Pontificem, quo deinceps hujusmodi Rescriptorum subreptitias impetrations prohiberet. Denique ut Encyclicis litteris Episcopi Regni omnes invitarentur ad eos Tonsura Ordinibusque arcendos, qui ijsiusmodi Rescripta proferrant; nisi ut sanctum est a Concilio Tridentino, litteras af-

*ferant Episcopi dioecesani testimoniales de vita, moribus, & doctrina.*

Denique pronuntiarum est in his Generibus Cleri Comitiis, *consentaneæ Conciliis Mediobitanensibus sancti Caroli, & non paucis Provincialibus Gallicanis Conciliis, post Tridentinum habitis, rogandos Episcopos omnes, ut ne dimissorias plerumque darent, nisi ad singulos Ordines, ad quatuor, aut sex mensas, & apposita cautione piis aliquot dierum secessus, qui iam mos in plerisque Ecclesiis convaluerisset.* Denique ut recens promoti Episcopi monerentur, revocare dimissorias omnes a predecessoribus suis datas, vel a Capitulis vacante sede. Ita deliberatum tunc, decretumque unanimi assensu Comitiorum Generalium Cleri Gallicani. Ita verti posse visa sunt Decreta hæc Generalium Comitiorum.

## C A P U T VIII. P. 4. l. 2. c. 2.

Potestas summi Pontificis in ordinandis Clericis aliarum Dioeceseon. De Episcopis negantibus vel Collationes.

Ordinum, vel institutiones Beneficiorum, hac ultima ætate Ecclesiæ.

I. Cum Ecclesia Romana sit cardo, & centrum communionis Catholicæ, & mater orantium Ecclesiarum, nemo Catholicus Roma hospes, aut peregrinus est. A. Concilio quadam expeditum est, ut Collegio Cardinalium inferenter doctissimi quique, & sanctissimi Orbis Christiani Clerici.

II. Juris Ecclesie Romanae ad vindicandos sibi aliarum Ecclesiarum Clericos exempla, & munimenta.

III. Quos limites addiderit Concilium Tridentinum Rescriptis Romanis, quibus conceditur, ut a quo quis volet, ordinetur Episcopo?

IV. Episcoporum potestas in abnuendis Ordinibus, patrocinito fulta Concilii Tridentini.

V. Ad ordines id spectat, non ad Beneficia. Ante Concilium Tridentinum poterant Abbates, non poterant Episcopi ab Ordinibus rejicere indicta causa.

VI. Concilium eadem qua Abbates, Episcopi-

(1) In Sexto C. Cum nullus, & C. Nullus De temp. ord.

(2) Procès verbal de l'Assemblée en 1655. pag. 1176. Mémoires du Clergé Tom. I. p. 823.

*Iscopos quoque potestate armavit, cum non postulantur Ordines nisi sub titulo Patrimonii. Probationes.*

*VII. Ut compulsi quandoque fuerint Pontifices summi ad eos ordinandos, vel idoneis Rescriptis donandos, quos proprii Episcopi abiecissent.*

*VIII. Improbata Armeniorum consuetudines.*

*IX. De iis quorum ordinatio integra servabatur Pape.*

*X. De Episcopis abnuentibus institutionem Beneficiariorum.*

*debet superiorum gradum accipere: His documentis omnibus liquet integrum sibi servasse Pontifices potestatem, non tantum diligendi toto ex orbe qui digne impleant vacas Romanæ Ecclesiaz sedes, sed eos etiam ablegandi in alias aliasque Ecclesias, ubi eorum industria necessaria est. Duxi supra hos mores fuisse Gregorii Magni, qui in Palatio suo institueret, & in omnes orbis Ecclesias misitaret præstantissimos Clericos ad variarum Ecclesiarum gubernacula capessenda. Blande & peramanter ad Anselmum Beccensem tuum ad huc Abbatem conquestus est Urbanus II. quod præter opinionem suam injuriosus fuisse Ecclesiaz Romanæ, Clerico Romano ad Professionem Monasticam, & ad superiorum Ordinem proiecto (3): In vos querela Romana pendet Ecclesia, quod ipsius Clericum monachare, & alioribus gradibus provehere presumpsisti. Alludit haud dubie Urbanus ad Dictatus Gregorii VII. paulo supra allegatos, & quorum capita aliqua dici possent non unius Romanæ Ecclesiaz propria fuisse; cum universum indubitatissimum sit Clericos ordinatione ipsa sua uni Ecclesiaz ita illigatos fuisse, & Episcopo, ut citra ejus assensum, nec profiteri in Monasteriis posse, nec ab alio Episcopo ulteriores Ordines consequi.*

*Cum Clerus Rothomagensis in Episcopum sibi delegisset Hugonem Abbatem Radighensem, imperato prius consensu Regis Angliae, & Episcopi Salisberiensis, cui obnoxius is erat, assensionem quoque Honorii II. Papæ flagitavit, qui sibi hunc Abbatem vindicaret, tanquam Clericum Ecclesiaz Romanæ (4): Ipsum itaque sub primo jure, absque (atque) dominio nostro, tanquam specialem beati Petri, & S. R. E. Clericum retinemus. Denique Innocentius III. percontanti Episcopo Florentino de quibusdam Subdiaconis Ecclesiaz Romanæ, qui Prælaturas in Diocesi sua obtinuerant, & canonicam tamen sibi obedientiam præstare detrectabant, respondit, consentaneum quidem esse, ut hi Subdiaconi Subdiaconis aliis præponerentur (5): Etsi decens sit, ut illis quantum convenit, a te inter alios tibi subditos deferatur. Sed non eo illos ab obedientiaz Episcopalis jugo relaxari, quod manus illis summus Pontifex imposueret: Ab obedientia, quam alias tibi debent, minime absolvuntur.*

III. Quod

(1) Epist. 14.

(2) Dictatus Greg. VII.

(3) Anselm. l. 2. Epist. 32.

(4) Spic. tom. 8. p. 151.

(5) C. Per tuas, De major. & obed.

III. Quod ad Rescripta autem Apostolica, ut a quoque Catholico Episcopo ordinari quis possit, addita est a Concilio Tridentino clausula, cum magni momenti, tum Episcopis plurimum honorifica: Testimonium Ordinarii de probitate, & moribus necessarium semper fore: *Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cuiusvis generalis, aut specialis Rescripti, vel privilegii pretextu, etiam statutis temporibus permittatur, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur* (1). Alioqui Episcopus qui confert Ordines a collatione Ordinum per annum suspensus est, & qui eos suscipit, suspenditur ab eorum functionibus, quādiu volet Ordinarius.

Adde quod & permittit Concilium, ut ab Episcopo examinentur, quicunque ordinati fuerint, non ex suis dimissoriis, nec ab ipso ante examinati, qua demum cunque auctoritate ordinati fuerint quacunque auctoritate promoto: utque ab ipso suspendantur, vel interdicantur, si minus idoneos judicet, quamvis ordinator idoneos judicasset (2): maxime vero si ii sint superiorum Ordinum Clerici.

Agnoscit ergo Tridentina Synodus, incidere causas, ubi Clerici ordinabuntur sine examine, & sine dimissoriis Episcopi proprii; non tamen exprimit, a Metropolitano tunc, an a Primate ordinentur. Verba enim hæc extremo loca proleta, capi possunt de Ordinibus per Apostolicum Rescriptum suscepitis, vel per dimissorias Capituli, vacante sede. Proeno nunc Decretum, quod de Rescripto Pontificio intelligi necesse sit. Eo autem edicitur (3), ut *Facultates de promovendo a quocunque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam ob quam a propriis Episcopis ordinari non possint, in litteris exprimendum*. Concilium Senensem (4) anno 1528. illis successit, qui Episcopi sui examen fugitantes, Romanum pergerent, ibi sine ejus dimissoriis ordinandi: voluitque, ut suspendantur, donec representassent ordinationis suæ litteras: ostendissentque Episcopum, a quo ordinati fuerant, ad id a Pontifice delegatum suiss: denique donec scrupulosissimo examine de doctrina, vita, moribus, aetate, patrimonio, idonei sufficiente comprobati. Placuit huic quoque Sy-

nodo, ut Parochi, quanquam Romano proiecti rescripto, ab Episcopo examinarentur, eorumque loco substitueretur Vicarius cum portione congrua, si minus idonei reparentur. Jam ad Tridentinum redemus, quo hæc decreta ex parte confirmata sunt.

IV. Sive Pontifex spectetur, sive Primas, sive Metropolitanus, non satis in speciem constare sibi videtur Concilium, dum illis potestatem facit ordinandi Clericos cuiuscumque Episcopi ejus injussu, aut eo retinente. 1. Clericos enim omnes vehementer hortatur Concilium, ut malint minoribus acquiescere Ordinibus, & sola modestia laude clarescere, quam ambitionis conatibus ad superiores gradus, prater Episcopi sui voluntatem. 2. Episcopis id permittit, ut interdicant Ordinibus sacris, quos indignos conisperint, etiam ob occulta crimina, & sine figura judicii (5): *Cui ascensus ad sacros Ordines, a suo Praelato, ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extrajudicialiter fuerit interdictus*. 3. Non patitur, ut ii, qui ita interdicti fuerint, possint unquam licentiam impetrare Ordinum præter voluntatem Episcopi proprii suscipiendorum: *Nulla contra ipsius Praelati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo suffragetur*. 4. Qui ab Episcopo suspensi fuerint Ordinibus, Gradibus, & Dignitatibus, præter ejus voluntatem redintegrari non posse declarat.

V. Ut concilientur ergo Rescripta Apostolica, & *Facultates de promovendo a quocunque*, cum hac Episcoporum potestate abiciendi quoslibet ab ordinibus ob occulta crimina etiam indicata causa, & excisa appellandi facultate, distingui necesse est iura legesque, quæ ante Tridentinum Concilium, & quæ postea viguere. Ante Tridentinum enim poterant Abbates quidem, & Ordinibus, & Dimissoriis Monachos suos frustrare, indicata causa, & propter occultissima crimina (6): *Quoniam esse potest quod Praelati eorum commissa secreta noverunt*. Ita enim habent verba Decretalis Pontificiæ. At non eodem modo Episcopos in Clericos suos gerere poterat. Ab Ordinibus eos arcere non poterat, nisi propter publica scelera. Ita apertissime Alexander III. ad Episcopum, qui ipsum ea de

(1) Sess. 23. c. 8.  
(5) Sess. 24. c. 1.

(2) Sess. 24. c. 3.  
(6) C. Ad auctos. Extra. De temp. Ord.

(3) Sess. 7. c. 12.

(4) Cap. 7. 8.

*Vetus & nova Ecclesia Disciplina*  
de re sciscitatus fuerat (1) : Veruntamen quia peccatum occultum est si promoveri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.

Tam diversæ porro Monachorum Clericorumque disciplinæ, duas fas est adferre causas. Prima est quod Clericis Ordines multo magis debeantur, quam Monachis, cum Clericatus ipse jam initatio sit Ordinum, & quasi rudimentum. Altera est quod Ordines indivulse adhuc quodammodo adhærerent cum Beneficiis, ubi de Clericis agebatur, non vero ubi de Monachis. Non poterant vero Abbates tam facile, & tam crebro humanis affectibus & privatis cupiditatibus exagitari, ut Monachos ab Ordinibus arcerent; quam Episcopi, ut Clericos a Beneficiis.

VI. Ideo & Tridentini Patres cum suo jam ex fere Ordines sine Beneficio conseruentur, eadem donavere Episcopos protestate in Clericos, qua jus commune Decretalium in Monachos Abbates armaverat, ut Ordines, vel Dimissorias penitus abnuerent, etiam indistincta causa, nec cuiquam mortalium redditia ratione. Cum de solis quæstio vertatur Ordinibus, ad quos solo pietatis instinctu anhelare fas est, iisdem verbis utitur Concilium Tridentinum, quæ in Decretali *Ad aures usurpata* fuerant (2): quo Clericos adducat, ut acquiescant repulsæ, & voluntati Episcopi sui, malintque humilitate crescere, & teste Deo illustrari, quam superbia vanescere & obscurari.

Hinc ergo jure insertur ex Tridentini Concilii placitis, Episcopos nullius prorsus velut superiori judicio obnoxios esse, si quos ordinare recusent, nec ad ulterius Tribunal ullum provocari posse. At ubi non de meritis Ordinibus agitur, sed de Beneficiis, longe aliter res habet, recusandi rationes proferant necesse est, de quibus ad superiores Ecclesiasticos Judices referri possit. Nec est quod quisquam eo moveatur: quando de Beneficiis controvertitur: cum ante Tridentinum ne Ordines quidem ipsos posset Episcopus abnuere, nisi publicæ essent culpæ causæque abnuendi.

Cum vero constet ea in re antiquo Decretalium juri derogatum esse a Tridentino, assentiendum est in solis Ordinibus, non in Beneficiis derogatum esse, cum de

solis Ordinibus expresse mentio habeatur. Ex solemnî enim, & decantatissima Juris regula, correctiones, & derogationes Juris ulterius urgenda non sunt, quam disertis verbis exprimatur.

Addé quod cum alicubi absolutissime distinguatur in Tridentino Titulus Beneficii, & Titulus Patrimonii, non illud uiquam ibi habetur posse Episcopum Ordines abnegare, cum Beneficii Titulo flagitantur: sed expressissime ibi jubetur, ut Episcopi non plures sub titulo Patrimonii ordinent, quam quos utiles necessariosque censuerint Ecclesiarum suarum ministeriis obeundis (3): Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possint, nisi illi quos Episcopus judicaverit assumendos, pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum.

Addé rursus quod eum Tridentina statuit Synodus (4); ne quis deinceps Clericus secularis, quamvis alias idoneus sit moribus, scientia, & aetate, ad sacros Ordines promoteatur, nisi prius legitime constet, eum Beneficium Ecclesiasticum pacifice possidere; non potest ea mens esse Concilii, ut qui & his pollut virtutibus, & Beneficium præterea obtinent, possint Ordinibus arbitrio Episcopi frustrari.

Ad eum modum doctrinam, & mentem Concilii Tridentini interpretati sunt bene multi Canonistæ, quorum nomina leges, si vacat, apud Barbosam, qui in eadem & ipse lenientia est, Rotamque consentientem se habere præferebant (5): Illud notare oportet, denegare Ordines, aut dimissorias non posse Episcopum ei qui obtinet Beneficium, vel est in dignitate Ecclesiastica constitutus, nisi canonicum habeat impedimentum. Alii vero Ordines non tenent conferre Episcopos, maxime stante dispositione Concilii Tridentini, illis verbis (6): Nisi illis quos Episcopus judicaverit assumendos. Quæ verba cum denotent boni viri arbitrium, &c. Si Episcopus legitime non interponat arbitrium, Deum solummodo judicem habebit, ac proinde non dabitur appellatio, &c.

Non eidem prorsus suffragatur doctrinæ Fagnanus, nec multum tamen ab ea abudit. Statuit enim ille quidem posse Episcopum occultis de causis, & criminibus, tum Ordines, tum Dimissorias denegare, etiam Be-

(1) C. ex tenore Ibid. (2) Sess. 14. c. 1. Sess. 21. c. 2. (3) Ibidem. (4) Ibidem.

(5) De Offic. & Potest. Episc. par. 3. alleg. 4. n. 4.

(6) Sess. 21. c. 2.

**Beneficiariis.** At illico profitetur repulsam passos posse ad Papam confugere, qui Metropolitano, vel Episcopo proximiori præcipiet, ut ab Episcopo resciscat causas repulsa; & si minus canonicas judicet, ut Beneficiarium ipse sacris Ordinibus initiet. Affirmat Fagnanus hunc esse receptissimum usum Dataria Romanæ, quæ Decreto inititur Gregorii XIII. & Congregationis Concilii. En ipsa Fagnani verba (1): *Cum olim de hoc dubitatum esset, sacra Congregatione ad Gregorium XIII. relata, edidit decisionem, quæ postea perpetuo obtinuit in Dataria, videlicet quotiescunque Ordinarius recusaverit quenquam ordinare, committendum esse Metropolitano, vel viciniori Episcopo, ut ab eodem Ordinario, requirat cur recusaverit, quo causam legitimam non allegante, liceat illi eundem recusatum ordinare.*

Addit Fagnanus Regulares ipsos, quos Ordinibus, & Prælaturis Superior Claustralibus interdicebat, ad Papam potuisse recurrere, qui Abbatem cogebat assentiri electioni factæ Monachorum suorum ad Regularem aliquam Dignitatem. Quæ Fagnani doctrina (2) tanto plus habet momenti, quod constantissimæ inititutur regulæ, in omnibus Decretis Conciliorum Generalium excipi semper, & incolumem vigere atque inconcussam Papæ potestatem dispensandi. Ecce enim dubium, quin de suis ipsa statutis possit Ecclesia dispensare? At per longissima Conciliorum Generalium intervalla, hæc dispensandi auctoritas in sola residet Apostolica Sede.

Nec silere possum quod senserit Compilator ipse Decretalium Gregorianarum B. Raymundus de Pegnafort. Existimat enim, si Clericus secularis ordinari se postulet, posse quidem Episcopum occulti ejus flagiti consciuum dehortari, posse detergere, non posse prorsus abnegare si persistat (3): *Si est Clericus secularis, admoneri potest in secreto, ut abstineat; alias si ille infiterit, debet eum Episcopus ordinare.* Et est expressum extra cap. Ex tenore. Si Regularis autem sit, a Prælato suo absolutissime repudiari posse, quod Monachij arctius subjiciantur suis Prælati, & strietiori vinculo teneantur ad virtutes honoribus, & dignitatibus anteponendas (4): *Si vero est Regularis, non debet ordinari*

*Thomæ. Tom. IV.*

*contra voluntatem Prælati sui; non enim in sublimitate gradum, sed in amplitudine caritatis acquiritur regnum Dei. Ratio diversitatis est, quia Regulares sunt fortius adstricti suis. Prælati, quam seculares. His denique subjicit doctissimus vir, quod maxime consentiat iis quæ in Concilium Tridentinum commentati sumus: si Beneficiarius sit, cuius Beneficio annexus sit Ordo, non posse eum ob occulta crimina ab Ordinibus repellere: alias posse: Vel alter, Si habet Clericus jus petendi Ordinem, forte ratione Beneficii cui est Ordo annexus, non potest Episcopus eum prohibere, quamvis sciat illum commisso peccatum occultum, & ita potest intelligi illa, Ex tenore. Si vero non habet jus petendi, non tenetur eum Episcopus ordinare, & ita intelligas, illam, Ad aures.*

VII. Nec temporo mihi, quin referam hic etiam quod Flodoardus narrat in historia sua Remensi. Cum ordinaret Archiepiscopus Lugdunensis Episcopum Lingensem, Cleri populi electione minime expectata: eo Episcopo mortuo maturarunt Lingones alium eligere, quem, & Romanum ablegarunt, ut a Papa ordinaretur. Remisit illum Pontifex ad Archiepiscopum Lugdunensem, ut eum ipsem ordinaret. Verum fatigati ejus tergiversationibus (5), & procrastinationibus Lingones, secundo eum Romanum miserunt, quo a Pontifice tunc demum ordinaretur. Rufus & Pontifex illum remisit ad Archiepiscopum, quo vel ipsum ordinaret, aut causas recusationis rescriberet: *Aut ipsum consecraret, aut quid in eo reprehensibile judicaret, rescribere maturaret.* Archiepiscopus adeo non paruit, ut alium Episcopum consecraret. Tunc Pontifex electum a Clero, & populo Episcopum sua ipse manu ordinavit, mandavitque per litteras Fulconi Archiepiscopo Remensi, ut eum ipse Lingonas deduceret, sedique invehiceret Episcopali. Scriptit Fulco ad Pontificem, *se paratum fuisse, & esse, quæcumque ab ipsis Pape celsitudine injuncta fuerint adimplere.* Sed dilatuisse, quod præciperet Rex ipse Roman Legatos ad Pontificem mittere, qui voluntatem ejus ipsius ab ore resciscerent: *Dum Rex Legatos ad Papam dirigeret, ut per eos iussionem ipsius certissime cognosceret.*

Multa hinc emicant documenta sedulo

E

ani-

(1) In cap. ex tenore, & C. ad aures, L. 1. Decret. Part. 2. p. 182. & seq. p. 187.

(2) Ibidem. (3) Sum: & I. 3. p. 315. (4) Extra C. Ad aures. (5) Flodoard. L. 4. c. 2.

animis commendanda . 1. Episcopos nonnunquam homines esse , & humana pati , & præjudiciis , vel cupiditatibus quandoque præcipites agi in causis hujusmodi institutionum , confirmationum , & ordinationum . 2. Ideoque necesse esse , ut inspectores habeant suos ipsi , qui inspectores aliorum omnium sunt ; nec tanti momenti res , quanti est quidquid beneficiorum usquam est , unius hominis arbitrio absolutissime permittatur , qui humanis potest , & deludi præjudiciis , & affectibus abripi . 3. Flagitabat iure suo Pontifex , ut Archiepiscopus Lugdunensis , aut electum ordinaret Episcopum , aut quamobrem id non faceret , causas aperiret , ab Apostolica Sede discutiendas . 4. Contumacius agente Episcopo , ut & ordinationem denegaret , & negationis suæ reticeret causas , ejus vicem implevit Papa , & ordinavit ipsem etiam Episcopum . 5. Ita longo saeculorum tractu fieri vix , aut nec vix potuit , quin causæ istiusmodi subinde incidenter , ubi interpellaretur Papa , & impetrarentur Rescripta , ut ordinari quis posset ab alio , quam ab ordinario Episcopo .

Potuit & schisma his rescriptis viam quoque aperire latissimam . Per longum illud enim schismaticumque dissidium , altercantum cum Romanis Pontificibus Germanorum Imperatorum , quis ambigeret , plurimos perfugium habuisse Romam , ne ab Episcopis schismati implicatis ordinarentur ? Perinde res se habet , & in simoniacis Episcopis Germanicæ , & circumiacentium Provinciarum , eodem fere tempore : quando tam late simonia manavit , & non aliter habiti sunt , qui ab Episcopis simoniaciis ordinabantur , quam si ab hereticis , aut schismaticis Ordines suscepissent . Perdiu grassata est utraque hæc pestis , & frequentissime tunc adeunda fuit Sedes Apostolica , vel Rescripta ejus impetranda , ut hæc ordinationum contagio declinaretur . Omnino necessaria tunc fuere hæc Rescripta , & inde originem eorum repeti debere , verbis ex ipsis facile intelligi potest , quibus ea contexta sunt .

Inter Statura complura Cardinalis de Finali Archiepiscopi Turonensis anno 1512. istud quoque ad rem præsentem decretum est (1) : *A Domino Archiepiscopo definitum est , ut cum quis repulsam passus fuerit in*

*sacrorum Ordinum populazione , Romamque ea de causa consugerit , tenetur exponere , & repulsum , & causas repulsa . Utque nullus Diœcesis Turonensis ad sacros Ordines proiectus sine Dimissoriis predicti Archiepiscopi , aut ejus Vicariorum , etiam ex commissione domini nostri Pape , aut Legatorum Sedis Apostolicae , possit mysteria celebrare in Turonensi Diœcesi , nisi ordinationis sua Litteras representarit Archiepiscopo , aut Vicariis ejus , aliqui contra eum ex regulis juris procedatur . Hinc perspicitur qui usus vigeret ante Tridentinum .*

VIII. Anno 1341. (2) Benedicto XII. Papæ exhibitæ sunt in unum compilatæ Armenorum Consuetudines variae , quarum vitiosæ non paucæ , nonnullæ prorsus non ferendæ . At præ ceteris hæc : Ubi quis inquinamento gravi carnalis libidinis deturatus fuerat ante ordinationem , confiteri Sacerdoti jubebatur ; tum Episcopus ordinationem auspicaturus , Confessarium interrogabat , an Ordine sacro dignus esset qui presentabatur . Negabat Confessarius , atque ita poenitentem ordinatione arcebat . Si quis in Ordine sacro constitutus jam erat , eadem contaminaretur libidinis fodiitate , executioue Ordinum illius interdicebat Confessarius ; si pergeret nihilominus sacra fœdere Mysteria , Episcopum monebat . Multa hic sunt quæ offendiculo non possent non esse ; & quæ vitari in Ecclesia Latina non facile potuere , nisi ad eos usus se converteret , qui supra memorati sunt .

IX. Nolui illis immorari , quorum videbatur olim ordinatio summo Pontifici reservata . Hoc privilegium auctore Ditmaro quondam consecutus fuerat Archiepiscopus Magdeburgensis . Eodem gavilum fuisse Bambergensem locupletissimus testis est Paschalis II. quo tamen Metropolitani sui obedientiæ non subducebatur : *Salvo Metropolitani jure Presulem ordinavimus . Non potuere hoc privilegio ordinari nisi Episcopi , & multo magis Metropolitani , ii certe quibus nulli eminebant Primates .*

X. Finem his faciet Edictum Blesense Henrici III. Regis , quo cavetur , ut quibus Romæ provisum fuerit de Beneficiis , ii examen subeant ; & Visa , seu institutionem Episcopi accipiant , qui abnuere , & denegare non poterit , nisi expressis in chara causa recusationis suæ : ut tunc recurri pos-

(1) Metrop. Turon. Part. 2. p. 127.

[3] Rainal. an. 1003. n. 11. & 1103. n. 4.

(2) Rainald. an. 63.

[4] Edit. de Eleis art. 13. 64.

possit ad Superiorem Ecclesiasticum ; ita ut nunquam sacerdotes Curia, & publici Judices intervenire possint , aut Prælatis vim adferre ad Beneficiorum collationem . Perspicue inde infertur (1) , multo minus posse sacerdotes Judices , ubi de sacris Ordinibus agitur , vim adferre Prælatis , sed Partes remittere ad Judices Ecclesiasticos superiores . Sed non minus perspicue inde liquet , non posse Episcopos non causas edere , quibus adducti iis denegant , qui beneficiis arctati sunt , ut de his cognoscant suo jure Judices Ecclesiastici superiores .

Scripsit olim Innocentius III. (2) ad Archiepiscopum Senonensem , si pergeret Carnotensis Episcopus eos ablegare , & institutione fraudare canonica , qui ab Archidiacono ad Beneficia presentabantur , trina ipsem monitione præmissa , eos institueret . In Concilio Remensi anni 1585. statutum est (3) , ut ne posset Prælatus Ecclesiasticus instituere Beneficiarios Prælati inferioris , nisi eo recusante , & examinatis causis recusationis . Plura de his alibi . Hæc sunt ad stabiliendum Edictum Blesense . Addam duat taxat Edictum anni (4) 1629. prorsus consentire Edicto Blesensi . Addam & Comitia Generalia Cleri Gallicani anni 1636. (5) ubi multa tentata , multa decreta sunt , ne instituerent Episcopi eos unquam , quos instituere Ordinarius Episcopus recusasset , nisi Ordinario superiores essent Praesules : & ne Ordines conferrent alienis Dioecesanis , sine dimissoriis proprii Episcopi . Quæ Decreta rursus innovata fuere in Comitiis Generalibus Cleri anno 1660. & 1665.

## C A P U T IX. P. 4. l. 2. c. 3.

De Ordinationibus sine Titulo , & sub Titulo Patrimonii , hac extrema Ecclesiæ etate post annum Christi millesimum .

I. *Decreta Conciliorum adversus Ordinationes Clericorum maxime superiorum sine titulo , idest , nulli affixorum Ecclesiæ . De Optimatum Eleemosynaris . Monachi ipsi sub Titulo aliquius Ecclesiæ ordinabantur .*

II. *Aliqua advertuntur in Canonem Concilii Lateranensis III. quem suffragatum opinantur primum Titulo patrimonii ad Ordinationem . Quid inde emerget detrimentum ?*

III. *Poſteriora Concilia Titulo patrimonii auctoritatem adjecere .*

IV. *Habentus semper Episcopis incubuerat cura alendorum eorum , quos ordinassent .*

V. *Alia Concilia ad Titulum patrimonii . Que olim summa ejus proventuum necessaria ?*

VI. *Decreta Concilii Tridentini longe pulcherrima de Titulo patrimonii . Non debet ordinare Episcopus , nisi quos censuerit Ecclesia utiles suæ fore , vel necessarios .*

VII. *Uni quoque illos mancipare debet Ecclesia .*

VIII. *His Decretis se mos gereretur , quam proxime accederemus ad elimatissimam primæ Ecclesiæ Disciplinam .*

IX. *Concilia Gallie , & Edicta Regum , quibus confirmata sunt ea Concilii Tridentini Decreta .*

X. *Alia Concilia ad faciliorem eorum executionem .*

XI. *Varia elucidamenta Congregationis Concilii , maxime circa discrimina juris antiqui , juris Decretalium , & juris novissimi post Tridentinum .*

XII. *Cardinalis Bellarmini doctrina .*

I. **E**x indulgentia , Tullensi Episcopo , & ut praesentibus prospectum esset ejus Ecclesiæ necessitatibus , concessit Urbanus II. ut aliquos retineret eorum , qui sine Titulo ordinati fuerant , hoc est , sine Beneficio (6) . *De his qui sine Titulis ordinatis sunt , licet ejusmodi ordinatio sanctorum Canonum sanctioni contraria judicetur , &c.* Concilium Melphense sub eodem Pontifice anno 1089. excanduit adversus Clericos Acephalos , qui Optimatum Principumque in aula diversabantur , Magnatis alicuius , vel Matronæ obsequiis devincti : statuitque , ut deinceps Episcopi Optimatibus Nobilibusque his designarent ipsimet Confessarios , & conscientias rectores , quibus hic esset veluti Canonicus Ordinationis Titulus (7) . *Quia novum hoc tempore Clericorum Acephalorum genus emerit , qui demorantur in Curia , & viris , & fæminis ad sui Ordinis dedecus subditi , &c. prohibemus ne quis*

(1) Edit. de Melun. art. 15.

(2) Innoc. III. Regest. I. Epist. 87.

(3) Conc. Remen. C. de Episcop. n. 18.

(4) Art. 2.

Part. 2. p. 49. 33. 57. 58.

(5) Memoires du Clergé. Tom. 2.

(6) Epist. 17. Appen.

(7) Can. 9.

*Vetus & nova Ecclesia Disciplina*  
*quis retineat hujusmodi. Sed proceres ab Episcopis animarum suarum Procuratores postulent, qui Episcopi iussione pro tempore, ac vicissim in Curia convergentur. Eo verbo vicissim innui videtur, ab Episcopo subinde revocatos fuisse hos Confessarios, aliosque subrogatos, ne diuturniori mora in aula contagiole ejus afflatu inficerentur.*

In Concilio Placentino anno 1095. irrita pronuntiata est ordinatio, quæ sine Titulo fieret (1). Ut sine Titulo facta ordinatio irrita habeatur. Ea irritatio non spectabat nisi ad Ordinum executionem; cum dispensatum in iis fuisse jam viderimus. Placuit Concilio Claromontano ejusdem anni, ut omnes Ordines sub titulo unius Ecclesiaz uni darentur (2). Ut omnis Clericus ad eum titulum, ad quem primum est ordinatus, semper ordinetur. Innovatum & ibidem est illud decretum de Capellanis, & Confessariis ab Episcopo cuique designandis. Inter labentis Ecclesiasticæ disciplinæ corrupelas, hanc quoque numerabat Joannes Gersonius, quod illud Decretum in desuetudinem abiisset (3). Ubi est, quod nullus Principum Laicorum Capellani habeat, nisi ab Episcopo datum, in casu ab Episcopo deponendum, vel corrigendum. Concilium Londinense anni 1125. necessitatem Tituli visum est arctasse ad Presbyteros, & Diaconos (4). Nullus in Presbyterum, nullus in Diaconum, nisi ad certum titulum ordinetur. Qui vero absolute fuerit ordinatus, summa careat dignitate. Idque confirmatum est in Concilio Lateranensi III. anno 1179. sub Alexandro III. ubi statutum est (5), ut si Episcopus Presbyterum, vel Diaconum ordinaret quempiam, sine sufficien-  
tia Titulo, quo sustentari posset, suppeditaret ipse necessaria alimenta, donec aliquid Beneficii illi conferret; nisi is qui ordinatus fuerat, sui se sumtibus patrimonii alere posset.

Ne Monachi quidem ipsi profitebantur, nisi ad unius Ecclesiaz, vel Altaris Titulum. Narrat ipse Ditmarus, qui Mersburgensi postea donatus est Episcopatu, se triennali novitiatu perfunctum in Magdeburgensi Monasterio sancti Joannis, professio-  
nem emisisse in alio sancti Mauritii nomine dicato; quod in Monasterio nimirum sancti Joannis nullus vacuus esset locus (6).

*Quia ad Altare hoc me dare non potuis: De fratre suo inferius agens, qui Monachus Corbejensis in Germania erat, ita ait: In nova educatus Corbeja, & ejusdem Altaris servus. Ea erat ratio, que Monachis stabilitatem indicaret, perinde ut Clericis: illi Professione, hi Ordinatione sua mancipantur Ecclesia, & Altari, cui ministrant, de quo vivunt. Altari servus. Praeposituram alicujus Ecclesiaz ase-  
cutus fuerat Ditmarus (7); eam ubi ad Episcopatum accitus est, fratri suo contulit, ejusdem tum Ecclesiaz Canonico: *Huius Altaris servo.* Geron Capelianus Henrici I. Imperatoris, cum ad Archiepiscopatum Magdeburgensem vocatus esset, Altari pri-  
mum dicavit se tum sociatus est Capitu-  
lo. In Ecclesia se primitus Altari tradens,  
& communionem fratrum decem mansis ac-  
quirens, &c. Edgarus Angliae Rex qui re-  
gnare coepit anno 959. Regio Privilegio ornari Abbatiam Glastemburiensem voluit,  
referente Willelmo Malmesburiensi, ut Mo-  
nachi Clericique, quos Abbas ordinari en-  
peret, ordinarentur sub titulo sanctæ Ma-  
riæ Glastemburiensis: *Tum Monachos, quam  
Clericos, quos idoneos judicarent, ad titu-  
lum sanctæ Mariæ ordinari facerent.**

II. Referamus jam nos ad Concilium Lateranense III. & ad Canonem quem ibi promulgari de Titulo patrimonii curavit Alexander III. Papa. Primo intendendus hic est Canon ipse, qui primus censetur hujus disciplinæ fundamenta jecisse. *Episcopus si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vita percipiat, in Diaconum, vel Presbyterum ordinaverit, tandem necessaria ei subministret, donec in aliqua ei Ecclesia convenientia stipendia militia Clericalis assi-  
gnet. Nisi forte talis, qui ordinatur, ex-  
itterit, qui de sua, vel paterna hereditate  
subsidiū vita possit habere.*

Illud primum hic observandum est, ne-  
quaquam hoc Canone revocari, aut debi-  
litari tot olim Synodos, tot Canones, tot  
Decreta, quibus inculcatum fuerat, ne qua-  
fieret sine Titulo Ordinatio. Vigent ergo  
etiam nunc leges illæ sacræ, sed hoc in  
Concilio poenæ decernantur in Episcopos,  
qui Presbyteros, vel Diaconos ordinaverint  
sine Titulo, & sine Patrimonio, jussis Epi-  
scopis, ut eorum ipsi provideant susten-  
tatio-

(1) Can. 15.  
(5) Can. 5.

(2) Can. 15. 18.  
(6) L. 14.

(3) Gerson. To. 1. p. 205.  
(7) L. 6.

[4] Can. 8.

tationi. Et sane priscum illud, & solempne statutum de non ordinandis sine Titulo, vel sine Ecclesia Clericis, duabus nitebatur gravissimis causis. Altera erat qua ad temporem spectabat Clericorum sustentationem. Altera autem longe potissima causa erat, ipsa Clericorum residentia jugis, & indecessa assiduitas ad Ecclesiasticas functiones. Clericus sine Titulo ordinatus, inopia premebatur, eique consultit Concilium, adsignato vel Episcopi censu, vel Clerici ipsius patrimonio. Sed aliud erat præterea quod in eo desideraretur, nimirum munus, & officium aliquod juge, quo suam aliorumque salutem infatigato studio procuraret: idque mox dicemus a posterioribus Conciliis maxime provisum accuratunque fuisse. Cum Diaconus & Presbyter sine Titulo ordinatus, re familiari non carebat, justæ erant causæ non urgendi ad ejus sustentationem Episcopi. Id ab Alexandro III. præstitum, qui procul erat interim a voluntate permittendi, ut passim sub Titulo patrimonii ordinarentur. Et id tamen inde vulgo expressum, & conclusum est. Eiusmodi ordinatio sine Titulo, ex quo impune abiit, licita plerisque visa est. Exinde Clericorum vagantium inertiumque innumerabilis frequentia. Exinde & copia laudabilis optatissimaque spontaneorum Ecclesiæ militum, gratis & præservide tamen merentium in pietatis, & caritatis castris. Illud Concilia moliri postea non desiere, ut malum illud præverterent qua fieri posset; bonum istud interim non everterent.

III. Anno 1200. Concilium Londinense Canonem illum Lateranensis Concilii III. ad Subdiaconos ampliavit (1). *Idem in Subdiaconi Ordinatione statuimus.* Archidiacanos quoque eidem poenæ subjecit, si ordinandos offerrent Clericos majores, sine Titulo, & sine Patrimonio. In Decretalibus Gregorianis (2) promulgatus est Canon Lateranensis, & ejus rationem perspicias in priori Decreto, petito ex Ecclesiæ usu antiquissimo, quod nempe ad societatem, & participationem ascisceret Episcopus redditum Ecclesiæ, quo scunque Clero suo per ordinationem adgregabat (3). Non liceat ulli Episcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias praestare. Sed duorum alterum eligat, vel non faciat Clericos; vel si fece-

rit, det illis, unde vivere possint. Idem declarat Innocentius III. C. Accepimus.

IV. Inde concluditur Canone Lateranensi isto, non tam poenam contineri, quam delinimentum Episcopis concessum. Antiquissimo enim usu, ut posteriori hoc Canone liquet, non majorum tantum sed & omnium prorsus Clericorum sustentationi prospicere tenebantur. Innocentius III. suo etiam ævo moris fuisse declarat, ut sub unius Ecclesiæ Titulo plures ordinarentur Clerici, qui statim ejus proventibus pro suo quisque gradu, & ordine alerentur. Ait enim in Decretalibus, Clericum qui ad Subdiaconatum suspirabat, & Tituli expers erat, tamen a Parocho impetrasset, ut illum sub Ecclesiæ sua titulo presentaret, clam pollicitum, nihil se unquam ejus ex redditibus accepturum (4). Presbyterum exoravit, ut ipsum ad Ecclesiæ sua titulum presentaret, &c. Repromisit quod nunquam in Ecclesiæ sua aliquam peteret portionem, &c. Pactionem hanc simoniae damnat Pontifex. In persimili specie Gregorius IX. Episcopum fraudis conscienti suspendit per triennium ab Ordinum collatione (5), praesentatorem ab executione eodem ipatio temporis, & eum qui ordinatus fuerat, donec dispensationem Romæ impetrasset. In Concilio Ildebrandino anno 1229. Clericatu, & Ordinibus interdicti sunt (6) qui latine loqui nesciunt, præsertim in illis locis, in quibus obtenta tonsura prima, ratione uatalis soli, sibi in Ecclesiæ vindicant portionem.

V. Quanquam eo quo diximus modo inventus sit patrimonii Titulus: certissimum est tamen exinde penes Episcopos fuisse liberam potestatem, ut Clericos ordinarent, vel sub vero, & prisco Titulo, seu Beneficii, vel sub recentiore patrimonii. Ab anno jam inde 1223. coepit Biterrense Concilium Titulum patrimonii exigere, qui centum faltem Turonensem Solidorum esset (7): *Sine Titulo patrimoniali centum solidorum ad minus, vel Ecclesiastico Beneficio competenti nullatenus admittatur.* In Simoniacorum etiam classem eos rejicit hoc Concilium, qui quos ordinabant, juramento adstringebant, nihil unquam sibi molestiae creaturos, de patrimonialis, vel Ecclesiastici tituli tenuitate.

Quod

(1) Can. 6. (2) C. Episcopus. De Præbendis. (3) A. Non liceat, ibid. C. Accepimus.  
De actar. & qual. ordinand. (4) C. Per tuas. De Simonia. (5) Ibidem. C. Si quis.  
[6] Conf. Concil. Tarrac. l. 1. Tit. 6. (7) Can. 6. 8.

Quod Decretum in alio postea Biterrensi Concilio anno 1246. iteratum est. Concilio Senonensi anni 1528. placuit (1), ut Titulus patrimonii, vel Beneficium, vicenarum taltem esset librarum Parisenium. Edictum Aurelianense anni 1560. quinquaginta librarum esse sanxit (2). Cum deinde & auri, argenteique copia in immensum excreverit, & magno constare coepertint, quæ vilissimo ante erant pretio, nesciunt fuit, ut in aliis aliquaque dioecesis, pro opum rerumque copia, vel tenuitate, Titulus desideraretur centum, vel centum quinquaginta librarum.

VI. Postremo Concilium Tridentinum (3), ne sacri Ordines mendicitate Clericorum vilescerent, constituit, ut ne pothac secularis Clericus ad sacros Ordines propelli posset, nisi Beneficium obtineret, quo commode, & honeste sustentaretur; nec illud cedere, vel resignare posset, nisi eo expresso, quod ille Titulus sibi Ordinationis sacræ esset; & denique tum irritam fore resignationem, nisi aliunde suppeteret ei quo vicitaret. Quoad illos vero, qui Beneficio carent, patrimonio autem, vel pensionibus abundant, constituit Tridentinum, ut ex iis non plures ordinaret Episcopos, quam quantos Ecclesiaz suæ necessarios utilesque opus haberet ministrorum. Addidit & illud, patrimoniale titulum idoneum esse debere ad unius Clerici sustentationem; denique alienari non posse, nisi aliunde suppeditaretur tantum aut patrimonii, aut Beneficii, quantum opus esset.

VII. Sed cum inflammaretur hæc Synodus eodem cælestis caritatis spiritu, quo primigenia seruebat Ecclesia; nec nesciret priscorum Conciliorum Prudentiam in Titulo Ordinationis regendo, non ad viæ temporealem modo speßasse: alia postea sessione cavit, ut convenienter regulis Concilii Chalcedonensis, ne pothac ordinarentur, nisi qui utiles, & necessarii fungendis Ecclesiaz muneribus existimarentur (4). Cum nullus debeat ordinari, qui judicio sui Episcopi, non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis. Et ubi ordinarentur, illigarentur protinus Ecclesiaz, cuius utilitati, & necessitatibus destinati fuissent,

ut suos ibi Ordines exercerent, & proinde jugiter residenter: Nullus in posterum ordinetur qui illi Ecclesiaz, pro cuius utilitate, aut necessitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Si ea porro discedant Ecclesia inconsulto Episcopo, ab Ordinum funktionibus interdicantur: Quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitum interdicetur.

VIII. Primigenia hæc omnino est Ecclesiaz doctrina, & disciplina de Titulo Ordinationis; hæc Tituli patrimonialis ad usum rectissimum, & ad Titulum Beneficii revocatio; hæc Tituli Beneficii in primævam naturam restitutio, & in antiquissimam residendi, & sacris munis defungendi obligationem. Si enim in mores religiosius invehernetur Decretum hoc Tridentinum: 1. plus momenti esset in Titulo ad salutem animarum promovendam, quam ad corporis alimenta. 2. Posset patrimonialis ipse Titulus instar haberi Beneficii, cum is esset proventus Clerici, æternum Ecclesiaz obsequiis mancipati. 3. Et quidem qui olim inter Clericos ad culmen perfectionis ferventius enitebantur, Ecclesiaz gratis ministrabant. Similiter & nunc qui patrimonii Titulo ordinantur complures, suo sumptu vitam tolerant, seque interim totos Ecclesiaz utilitatibus impendunt. 4. Si vigeret Decretum Tridentinum, Clerici qui sub Titulo Beneficii ordinantur, residenter utique omnes, & sacras obirent functiones. 5. Jam nulli essent vagi, & acephali Clerici. Canone enim isto continentur Clerici omnes, non majores tantum.

IX. Jam vero Decretum hoc Concilii Tridentini admiserunt approbaruntque Concilia Provincialia complurima (a), Remense anno 1564. (b) Avenionense anni 1574. (c) Rothomagense anni 1581. (d), (e) Burdigalense anni 1583. & 1624. (f) Turense anni 1583. (g) Aquenae anni 1585. (h) Tolosanum anni 1590. His adde Edictum Aurelianense articulis 12. 13. 14. & Blesense articulo 17.

X. Beatus Carolus in Concilio IV. Mediolanensi illud sanxit, ut qui ad ordinarii Episcopi Dimissorias, a quovis alio ordinatus

(1) Can. 4.

(2) Arr. 12.

(3) Seff. 21. c. 2.

(4) Seff. 23. c. 16.

(a) C. 12.

(b) C. 10.

(c) Tit. de Episc. offic. num. 6.

(f)

(d) C. 14.

(e) Tit. de Ord. n. 28

(g) Tit. quas ad sac. Ord.

C. 14.

(g) Tit. quas ad sac. Ord.

(h) Can. 7.

tus esset, accederet quamprimum ad proprium Episcopum, ut Ecclesiaz alicui ab eo addiceretur (1). Concilium Meclhinense anni 1570, concessit Episcopis, ut ordinarent quos Ecclesiaz suaz extimarent utiles, etiam sine Titulo, dum eos aleundos in se reciperen. Comitia Cleri Gallicani anno 1625. Episcopos invitauit (2), ut ne Regulares amplius promoverent ullos ad sacros Ordines, nisi Monasteria ipsa sponderent in seque reciperen, ut eos alerent, qua demum cunque causa Claustris exilirent. Si vero Conventus ejusmodi sint, qui nullos habeant certos reditus, spondeant Episcopis, hos Monachos ejectum non iri, nisi monito Episcopo vel Vicario ejus.

XI. Suppetunt & paucula quaz hic adantur. Cum magnopere dissiderent Canonista in ea questione, an minoribus etiam Clericis titulus necessarius esset, quem Episcopi exigenter, vel ipsi suppeditarent: id solos ad maiores Clericos revocavit Concilium Tridentinum. Perspicua in eo est sessio xxii. (3) Cui addi potest Decretum ejusdem Concilii Tridentini, ad restituendas functiones Clericorum minorum, & assignandam eis portionem congruam juxta proventus Ecclesiaz: quod longe diversum est a Titulo (4): *Ex aliqua parte reddituum simplicium Beneficiorum, vel fabricæ Ecclesiae stipendia assignent.* Leget qui volet Epistolam Stephani Tornacensis Episcopi ad Pontificem Romanum (5), qui mandaverat ut aleret ipse Clericos quoquaque sine Titulo ordinasset, donec eis aliquid Beneficii impertisset. Declarat Stephanus, nec id fieri posse per facultates Ecclesiaz, nec per Canones fieri debere, cum Concilium Lateranense III. eam legem Episcopis non imponat, nisi ad eos quos Diaconos, vel Presbyteros ordinarent. 2. Illud professa est Congregatio Concilii, post Tridentinum Concilium, peræque ut & ante Lateranense III. solo Beneficio obtineri Titulum canonicum ad Ordines. Titulum vero Patrimonii ex dispensatione admissum esse, ad utilitatem & necessitatem Ecclesiaz. Accipe ut ea de re differat Fagnanus (6): *Hodie solum Beneficium est Titulus legitimus ad sacros Ordines; patrimonium vero*

*non nisi dispensative, quemadmodum etiam alias declaravit sacra Congregatio Concilii interpres.*

3. Tenetur Episcopus ei stipendia suppeditare, quem ordinavit sine Titulo, quamvis Subdiaconus jam, vel Diaconus esset. Si plures Episcopi varios Ordines eidem Clerico contulerint, tenentur omnes in solidum. Episcopus qui tenetur examinare & ordinare in alterius Dioecesi, eandem & ipse incurrit obligationem: successor Episcopi in hanc quoque sarcinam succedit, ut qui parens in commune sit & tutor Clericorum omnium. Eadem denique obligatio transfunditur ad hæredes patrimonii Episcopi (7), ex sententia Canonistarum quos profert Fagnanus.

4. Innovantur in Concilio Tridentino poenæ antiquorum Canonum in ordinatio sine Titulo. Atqui prisci Canones a Gratiano relati (8), C. *Neminem*, C. *Sancctorum*, cum ordinationem sine Titulo irritam declararent, suspendebant ita ordinatos, unde erumpente irregularitas, si facris se functionibus inferrent. Decretales Gregorianæ C. *Jamdudum*, C. *Non liceat*, & C. *Episcopus* (9), fanciebant id unum, ut Clericos maiores sine Titulo ordinatos alere Episcopi cogerentur. Cum jam ergo persuasissimum esset his posterioribus & minoribus Decretis obliterata esse vim & austerioritatem anteriorum: a sacra Congregatione declaratum est, innovatas esse a Tridentino poenas Gregorianis Decretalibus, non Gratiani Decreto contentas. Contrariam scriperat Bullam Sixtus V. eam Clemens VIII. revocavit. Sed quoad illos Clericos, qui falsis Titulis Beneficii, vel Patrimonii ludificantur Episcopos; cum probabile esset, poenam suspensionis ab antiquis Canonibus in eos intortam, a Decretalibus posterioribus revocatam non fuisse: ideo cessuit sacra Congregatio a Tridentinis Patribus eam fuisse innovatam.

XII. Luculentissima inter illa monita, quæ Bellarminus Cardinalis, vir nunquam nobis sine singulari laudis encorio nominandus, nepoti suo Theanensi Episcopo insuffravit: non leviter prætereundum illud est, quod ad nimiam spectat Clericorum copiam, cum sine examine, sine delectu

(1) Cap. 8.

(2) Tit. 17.

(3) Can. 2.

(4) Sess. 23, c. 17.

(5) Epist. 12.

(6) Fagnan. in l. 3. Dect. Part. 1. p. 87.

(7) Ibid. pag. 111. &amp; seq.

(8) D. 74.

(9) Tit. De Præbend.

lectu ordinantur : In hac re multi falluntur , qui existimant multiplicandum esse Clerum , & ideo sine magno delectu manus imponunt . Addit Bellarminus , esse quidem optatissimum , ut longe plurimi digni inventiantur Clericatu : at indignos ordinari Clericos , id vero perinde esse , ac fundamenta Ecclesiæ emoliri (1) : Optandum quidem est , ut multi Clericatu digni inventiantur : sed indignos promovere est Ecclesiæ evertere .

Declarat mox ex vitis Pontificum , qui Romanam tribus prioribus seculis Ecclesiæ rexere , quam exiguo essent tum numero Presbyteri , quos illi ordinabant : & quanto hoc incitamento esse deberet Episcopis , ut ne manus imponerent , nisi vires eruditio juxta & morum sanctimonia spectabilibus : cum inde , vel maxime pendeat Ecclesiæ pulchritudo puritasque , cui uni curam industriamque suam & studium omne debent Episcopi impendere : Hec certe paucitas tantorum Pontificum deberet omnes Episcopos serio admonere , ut nonnisi viros doctos & probos , & eo gradu dignos eligerent : quod omnino facient , si decorum domus Domini ex animo diligent .

Denique palam profitetur Bellarminus , pravi illud esse , & si copia datur , eliminandi moris , ut tot ordinentur Presbyteri , quot sub Titulo Patrimonii id ambiunt ; cum in eis sint dubio procul non pauci , qui cum gradum concupiscunt , non utilitati Ecclesiæ , sed suæ cupiditati servire certi , & quantum sibi ex incruento sacrificio paratur , ut desidiosam posthac agant vitam , dedecorosam Clero , & fidelibus ipsis aspernabilem . Proinde maximus est abusus ordinare quoslibet ad Titulum patrimonii . Plurimi enim ordinari cupiunt pro utilitate sua , non Ecclesiæ ; & de cœlebratione Missæ faciunt artem de pane lucrando , unde Sacerdotium contemptibile redditur , & Ecclesia scandalis patet .

## C A P U T X . P . 4 . l . 2 . c . 4 .

Tonsura & ordinatio Clericos Episcopo & Ecclesiæ uni obligant , postrema etiam hac ætate .

I. Varia argumenta ejus conjunctionis strietissime , que Clericos omnes Episcopo & Ecclesiæ quemque sua devinciebat .

II. Professo ea erat obedientia , ut Beneficia alibi consequi non possent , nisi permittente Episcopo proprio .

III. Poterat Clericos cogere Episcopus ad superiorem gradum .

IV. Summa illa conjunctio & necessitudo diutius in Ecclesia Romana habet , quam usquam alibi .

V. Concilium Tridentinum Clericos omnes addicens uni Ecclesiæ , et si Beneficio careant , priscam discipline restauravit disciplinam .

VI. Mira quadam posteriorum Conciliorum Decreta , ad Clericos omnes Ecclesiæ ministriis innodandos , & obsequiis Episcopi . Sola cupidine proventuum temporalium Beneficia exposcere , piaculare flagitium est .

VII. Cur concessione summi Pontificis opus fuerit Monasticis Congregationibus , ut Clericos seculares admitterent ?

VIII. An possint Beneficiarii in Monasteriis profiteri , non consentiente Episcopo ?

I. **N**E initio quidem extremæ hujus ætatis post annum Christi millesimum , nodos illos sacros abruperant Clerici , quibus sua illos ordinatio Episcopo suo illigaverat . Diœceœos finibus egredi non poterant sine formatis Episcopi sui Litteris . Scribebat Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis ad Episcopum Londinensem , pricipiebatque Diœcesi ut abigeret sua Clericum extraneum , apostalix suspectum (2) ; aut cogeret formatas Litteras Episcopi sui , sicut Canones jubent , ostendere . Aneimus Lanfranci successor quam arte harereret Clericus Episcopo suo quilibet , exemplo docet nos ejus adglutinationis , qua Clericus Abbatii cohæserat , cuius Ecclesiæ suo ipso Clericatu innexus fuerat (3) : Alligatus Ecclesiæ vestra per quandam professionem , quam in habitu Clericali vobis fecit . Cum enim

(1) Contr. 4

(2) Epist. 24.

(3) L. 3. Ep. 77.

enim postea Clericus iste Monasticam Professionem fecisset in Abbatia S. Petri Car-  
notensis, & incertus utri harum Professio-  
num serviendum sibi esset, quod neuter  
Abbatum eum relaxare vellet, sciscitatus  
est B. Anselmum, qui ad Abbates scripsit,  
ejus esse qui caritatis visceribus magis abun-  
daret, ut jure suo prior decederet: & pie-  
tatem emularetur ejus matris, quæ maluit  
natum in emulæ sinu vivere, quam in suo  
emori: *Nam vera mater mavult filium suum  
in alieno sinu vivere, quam in suo mortuum  
fovere.* Certum est ergo magni utramque  
ponderis Anselmo fuisse hanc professionem,  
tum Monasticam, quam in Monasterio suo  
residere Monachus profensus erat: tum Cle-  
ricalem, qua se Clericus Ecclesia devove-  
rat ei, ad quam fuerat ordinatus. Variæ  
autem fuere cause; quæ illum adduxerint,  
ut existimaret suo potius in Monasterio  
Monachum residere debere: *Magis expedit  
propter plurimas causas.*

II. Id vero Clericorum omnium erat  
commune vinculum, ut Episcopo suo &  
Ecclesiæ suæ inexplicabilibus nodis cohære-  
rent: & hac vere professio erat, atque  
obedientiæ maxime professio. Inde enim  
fiebat, ut in alia quavis Ecclesia Benefi-  
cium obtinere non possent, nisi obediens-  
tiam sibi desponsam prior Episcopus remi-  
ssisset. Ita Hildebertus Cenomanensis Epi-  
scopus Subdiaconum quandam suum cessit  
Claromontano Episcopo, qui eum sibi Ar-  
chidiaconum adsciscere avebat (1): *Eum  
vobis, & vestre commodo Ecclesia, ab ea  
quam consecratori suo debet, obedientia li-  
berum omnino & absolutum.*

III. Eadem obedientiæ lege tenebantur  
Ordines sacros adire, cum ab Episcopo  
proprio jubeantur; ut ex Concilio Ave-  
nionensi liquet anni 1209. (2). *Iubemus  
tam Prepositos, quam alios Clericos ad ex-  
hortationem, vel ad mandatum sui Episco-  
pi, sine difficultate qualibet ad sacros Or-  
dinis promoveri.* In eam rem profertur a  
Gratiano Carthaginensis Canon, quo Cle-  
risci Ordine & Beneficio exvuntur, si mi-  
nus se morigeros præstent Episcopo, qui  
Ecclesiæ suæ consulens necessitatibus, ad  
Ordinem illos superiorem promovere decre-  
vit. Id amplexa est Ecclesia, potius quam  
Decretum Gelasii, qui invitatos promovere  
*Tomas. Tom. IV.*

refugiens, ex Clericis potius inferioribus,  
qui nulla necessaria virtute defierent, ordi-  
nari volebat Presbyteros quam ex Diaconi-  
nis, qui in eum assurgere gradum refu-  
giant. Decretales quoque Gregorianæ Car-  
thaginensem Canonem sequuntæ sunt. Ec-  
clesiæ Tricassina Episcopis confirmavit In-  
nocentius III. privilegium a Majoribus suis  
concessum, ut cogere possent Clericos ad  
maiores Ordines subeundos (3): *Secundum  
privilegium ab Alexandro Papa indultum.*  
Certum est Episcopos persæpe antiquissima  
& indubitate dignitatis suæ jura Apo-  
stolicis sibi Rescriptis confirmari voluisse,  
quo novus hic auctoritatis cumulus acce-  
deret.

IV. Observatum illud jam supra est, quos  
semel Pontifex Romanus ordinare cœpisset,  
absque ejus assensu superiores Ordines a  
quovis alio Episcopo suscipere non potuisse.  
Anno 1198. concessit Innocentius III. Ar-  
chiepiscopo Mediolanensi (4), ut Ordines  
sacros conferre posset iis, quos Minoribus Pon-  
tifex donasset. Fuerat ea lex & consuetudo  
peragatissima omnium orbis Episcoporum,  
eo jam propria Ecclesiæ Ecclesiæ, quod  
illa retinentior esset præcæ disciplinæ, quam  
quævis alia; quod illustrari exemplis aliis  
compluribus posset.

Enimvero quamvis Gregorianis Decre-  
talibus intextum esset illud Alexandri III.  
Decretum (5), quo prohibebantur Clerici,  
vel irrepere in Ecclesiæ & beneficia unius  
Diœceseos, vel ea retinere, vel iis renun-  
tiare, ut in alias migrarent Ecclesiæ citra  
confessionem Episcopi; observabant tamen  
antiquiores Canonistæ ab illo jure & amo-  
re jam passim deviatum esse, & impune  
Beneficiarios unius Diœcesis inconsulto Epi-  
scopo ad alias Ecclesiæ & ad alia Bene-  
ficia devolare. Privatae cupiditati indulgebant  
quandoque Episcopi (6), ut discedentium  
Beneficia aliis conferrent.

V. In Concilio Tridentino non pristinus  
tantum vigor huic disciplinæ redditus est,  
sed ulterius etiam aliquid & eliminatus in-  
stitutum (7). Etenim illi etiam qui Bene-  
ficii expertes sunt, & qui sola tamen or-  
dinatione sua alicui sunt Ecclesiæ affixi,  
vetiti ibi fuere ab ea omnino recedere,  
nisi Episcopo permittente. Ex quo infert  
Fagnanus scitissime, incogitantiam illam  
esse,

(1) Epist. 55. Ansel. I. 4. Epist. 25.  
Epist. 191. (4) Rainald. ann. 1198. n. 11.  
(6) Fagnan. in C. Admon.

[2] Can. 19.  
(7) Sess. 23. c. 15.

(3) Innoc. III. Regest. 1.  
(5) C. Admon. de Renun.

*Vetus & nova Ecclesia Disciplina*  
 esse, vel mollitatem Canonistarum recentiorum quorundam, qui existimarent, Presbyteros, Clericosque alios, nullo beneficio obligatos ad residendum in una aliqua Ecclesia, posse in quo volent loco sedem sibi defigere, nec posse aliis ab Episcopis suis litteras denegari commendatitias. Id quippe manifestissime refragatur huic Concilii Tridentini Decreto (1) : *Cavendum est a modernis Collectoribus, dum dixerunt Presbyteris & Clericis non habentibus Beneficium in titulum personalem residentiam requiriens, licitum esse ire, quo velint, & Ordinarius teneri eis litteras commendatitias concedere. Hoc enim est contra præcitatum Concilii Decretum.* Ita Fagnanus.

Invehitur & in eos idem Fagnanus, qui scriperant (2), non posse Episcopum in sua Dicecesi remorari & affigere eos, qui sub Titulo patrimonii ordinati fuissent. Ostendit huic jam doctrinæ locum non esse post Tridentinum, quo sanctitur, ut sub Titulo patrimonii non ordinentur, nisi ubi utilitas vel necessitas Ecclesiæ postularit. Itaque Ordinatio ad normam Concilii Tridentini facta Clericum quilibet inexplicabili nodo innectit Episcopo & Ecclesiæ certæ (3): *Qui in sua ordinatione permisit se adscribi, ac tanquam servum adscriptorum mancipari servitio Ecclesiæ, pro cuius utilitate est ordinatus. Unde non mirum, si eo casu locum deferere non potest in consulo Episcopo. Verba sunt hæc Fagnani.*

VI. Anno 1564. in Concilio Remensi corroborata sunt decreta hæc omnia Concilii Tridentini (4), & Clericorum prorsus omnium firmata sunt splendidissima illa vincula, quibus Episcopo suo, Ecclesiæ que suæ tuæ mancipati fuere, cum ordinarentur.

Anno 1565. in Concilio Mediolanensi I. decretum est, ut si qua in Ecclesia essent Dignitates, Personatus, Officia, quibus nullæ adhuc sacræ functiones adscriptæ fuissent, vel ab origine sua, vel Jure communii, vel particularibus Constitutionibus (5) : ab Episcopo adsignarentur consentaneæ quidem, adhibito duorum Canonorum consilio, quorum unus ab ipso, alter a Capitulo deligeretur. Denique ut Beneficia quævis, etiam simplicia ab Epi-

scopo similiter functionibus & muneribus quibusdam sibi concientibus onerarentur. Confirmatum illud ipsum est in Concilio Avenionensi (6) anno 1594. sicut & in Burdigalensi anni 1624.

In Concilio Mediolanensi II. sanctum est, ut Clerici omnes in Tonsura & veile Clericali, diebus Dominicis & Feitis quibulque Officiis divinis interessent in Ecclesia Parochiali, vel in ea cui eos Episcopus atroxisset: iussis Parochis ipsis tertio quoque mense Episcopum commonefacere, an statuto huic obtemperetur.

In Concilio III. Mediolanensi jubentur Clerici omnes, & ipsi etiam Presbyteri, ut intersint solemni Missæ, Vespertinis Officiis, Expositioni & Processionibus sanctissimi Sacramenti, quo solemnior fiat hæc Eucharistia pompa & circumgestatio publica. Idem quoque decretum in Concilio Bituricensi anno 1585. in Aquensi anno 1584. in Burdigalensi anno 1524. Denique anno 1581. Rothomagense Concilium idem promulgavit Decretum (7).

In Concilio Remensi anni 1581. concessum est Episcopis (8), ut Beneficiarios cogere possent sacris implicari Ordinibus, prout Ecclesiarum suarum necessitas depositeret, utque contumaces quarta parte multarent proventuum Ecclesiasticorum. Turense ejusdem anni, non modo Clericos omnes sacros præcepit, in superpelliceo & pileo Ecclesiastico interesse omnibus Parochiæ Officiis: sed & vetuit, ne ab Ecclesia cui adscripti fuere, discedant unquam (9), sine Episcopi sui scripta permissione, qua absentia causa continetur. Denique cum detestandæ avaritiae impulsu non pauci Prioratus simplices ambirent & aliquanto post tempore abdicarent, ut secularibus se rursus inquinamentis immergerent: jussi sunt hoc Concilio Piores hujusmodi ad Ordines sacros accedere; jussi sunt Episcopi ad id eos compellere, cum primum ætatem & doctrinam idoneam assecuti essent: alioqui Beneficiis suis his spoliarentur.

Concilium Bituricense (10) anni 1584. ulterius rem promovit. Eos enim pronuntiavit ingentis piaculi reos, & ad restituendum constrinxit, quicunque Beneficia suscepissent non alio magis stimulo, quam profanae reddituum sacrorum cupiditatis: Cum Be-

(1) Fagnan. Ibidem.

(5) Cap. 36.

(9) Tit. de Ordin. c. 24.

(2) Ibidem.

(6) Cap. 18.

(10) Tit. 36. c. 2.

(3) Sess. 21. c. 2.

(7) Tit. De curat. Offic. n. 18.

(8) Tit. 35. c. 15.

*Beneficium Ecclesiasticum non otiosis, sed officium suum exequentibus sit constitutum: & propter officium detur Beneficium: de-nuntiat hæc Synodus omnibus cuiuscunq[ue] gradus & conditionis, qui beneficia Eccle-siastica solius temporalis proventus gratia suscipiunt, eos non facere fructus suos, sed ad restitutionem tenori. Ea verba fere memini a me alio loco prolatæ fuisse: sed ea semel iterumque inculcari operæ pretium duxi.*

In Concilio Mexicano anni 1585. multæ cautions excogitatæ sunt (1), ut ne pos-sent qui Titulo patrimoniali ordinati es-sent, ab Ecclesiis suis deficere: sancito, ut in eorum Ordinationis litteris exprimatur nomen Ecclesie cui illigantur, utque Visi-tatores explorent, an religiose satis resi-deant.

Concilium Tolosanum anni 1590. ju-bet (2), ut in Ordinationis litteris adscri-batur Ecclesiæ nomen, cui Clericus quisque defigitur, neu quis inde abesse possit, nisi licentia scripto data, nec danda sine legi-tima causa. In litteris omnibus quæ ordi-natis in testimonium conferuntur, Ecclesiæ locice pii, cui illi dicati adscriptaque sunt, a quo absque Episcopi scripta licentia, in aliud demigrare non poterunt, ex Triden-tina Synodi decreis mentio fiat. Hujusmo-di autem licentia absque justa causa non detur.

Burdigalense Concilium anni 1624. edi-xit (3), ut Presbyteris, qui ex aliis Diœ-cesisbus aliquo adventarent, cum Episcopi sui litteris, ut ultra menem ibi demora-rentur, assignaretur ab Episcopo loci Ec-clesia ubi divinis adessent Officiis, & Pa-storem ejus Ecclesiæ testem & monitorem haberent.

Nemo, ut reor, moleste feret hanc meam tantam prolixitatem in excutiendis Conci-liis Canonibusque; cum hinc tantum glo-riæ & laudis redunderet in nostrum hocce sæculum, ubi meditatæ, expolitæ, promul-gatæque sunt ejusmodi morum & Discipli-na Regulæ, quibus accuratiores, sanctio-resque ne aurea quidem olim Ecclesiæ sæ-cula commentari & publicare potuerant. Illud etiam affirmare ausim posterioribus his Conciliis absolutius aliquid & cumula-tius præceptum fuisse, quam antiquis, ad Clericos singulos alicui Ecclesiæ adstringen-

dos, ad sanciendam eorum residentiam ad sacras functiones ab eis exigendas, ad eos Episcopali obedientiæ mancipandos. Sed quantum hinc efflorescit gloriæ, vereor ne tantundem ignominiae emergat ex præclarissimaru[n] legum tam rara & tam igna-va observantia.

VII. Unum fere restat, quod impensius attendi debeat. In antiquissimis videlicet concessionibus suis, indulisse Monachis summos Pontifices, ut Clericos sæculares ad Professionem recipient. Honorius II. anno 1125. Cluniacensibus permisit (4): *Laicos, seu Clericos sæculares, nisi qui pro certis criminibus excommunicati sunt, ad conversionem suscipere.* Urbanus III. anno 1185. idem rursum permisit confirmavique. Ejus generis exempla complura occurrunt in Magno Bullario, recentioribus concessa Institutis. Perspicue vero id argumento est, sicut Ecclesiæ alia aliarum Clericos, & Monasteria alia aliorum Monachos admittere non poterant; ita nec Monasteria Cle-ricos, nisi consentiente Episcopo, cui jam fuerant illigati. Liquebat id supra ex Ansel-mo, qui negabat professionem Clerici in una Ecclesia, obliterari potuisse per Pro-fessionem Monasticam in alia, nisi ex con-sensu prioris Ecclesiæ Prælati. Id liquet & ex his Bullis, quæ id annuunt, tanquam ex gratia & indulgentia, tanquam ex dispen-satione. Id rursum liquet ex nuperis Bul-lis, quæ recentioribus Congregationibus id concedunt, ut eos omnes admittant, qui nullo adhuc solemini voto sunt obligati (5). Germanus is est eorum verborum sensus: posse a superioribus harum Congregationum admitti omnes Clericos sæculares. Perinde est enim si dicas Clericos sæculares, ac nullo solemini voto constrictos; idque ad id unum spectat, ut solvantur ii ab eo ne-xu & vinculo, quo Episcopo suo, & ejus jussu Ecclesiæ alicui fuerant, vel esse de-buerant alligati.

VIII. Ceterum ex C. Licet, *De Regu-laribus*, conclusum quidem est a Canoni-sis, ut poterant omnes a mitiori ad du-riorem Religionem migrare, petita Præla-ti licentia, quanquam non obtenta: ita posse ab Ecclesia sæculari ad Professionem Monasticam transiliri, petita, et si non im-petrata Episcopi permissione. Verum ea quanquam non absurdâ, argumentatio ta-men

(1) L. i. Tit. 4. L. 3. Tit. 15. n. 14.  
(4) Bibl. Clua. pag. 1379. 1448.

(2) Cap. 7. n. 9. 11. [3] Cap. 13. n. 1.  
(5) Bulla Cong. Orat. ann. 1613.

*Vetus & nova Ecclesia Discipline*  
 men tantummodo est (1). Certissimum autem ejus rei fundamentum est dispensatio, quæ ad omnes jam permanavit Congregationes, atque ita in Jus commune non immrito recepta fuisse censetur. Cum ardori sectandæ perfectionis nullam debeant Episcopi objicere moram, qui ad eam potius esse debuerant incentores. Luculentissime eam rem prosequutus est Stephanus Tornacensis, ubi de Parochis agit (2): *Parochiales Presbyteri obedientiam quam promittunt, debent Episcopis suis. & sacramentaliter alligati sunt Ecclesiis quas regunt, tanquam uxoribus propriis.* Lege autem communi Canonum sine licentia Episcoporum suorum, quibus obedientes esse debent, nec ipsis recedere, nec alii recipere eos debent. Lege autem privata, qua instinctu Spiritus Sancti in corde scribitur, si ad Monasterium, vel Canonicam Regulari transierint tales, etiam contradicentibus Episcopis, recipi possunt. Ait enim Urbanus Papa: *Si quis in Ecclesia sua sub Episcopo populum retinet; si afflatus Spiritu Sancto in aliquo Monasterio, vel Regulari Canonica salvare se voluerit, etiam Episcopo suo contradicente, est liber auctoritate nostra: Justo enim lex non est posita.* Et ubi spiritus Domini, ibi Libertas; & si spiritu ducimini, non eßis sub lege. Episcopum Parisiensem monuit Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus, non potuisse ab eo extrahi Cantorem Ecclesie Parisiensis a Monasterio sancti Martini de Campis, ubi Monasticam induerat vestem: cum beatus Gregorius Episcopum etiam animadvertisit ad pium ejusmodi facinus, & cum Concilio Toletano IV. (3) vetentur Episcopi intercedere, aut reniti tam sanctis Clericorum suorum consiliis.

Non potuisse quondam Clericos a Clericatu resilire.

### C A P U T XI. P. I. l. 2. c. 3.

Per priora quinque sacula non potuisse Clericos a Clericatu resilire.

I. *Quanquam nuptias optare possent Mi-*

(1) Fagnan. l. 1. Decr. Part. 2. pag. 146.  
 (2) L. 3. Epist. 10.  
 (3) Can. 6.

(2) Epist. 1.

nores Clerici, tamen ne vel ipsis quidem Clericatu renuntiare poterant.

II. III. *Varia ex Concilis probationes, maxime ex Chalcedonensi, cuius Canon diligenter expenditur.*

IV. *Ab ea stabilitatis lege non deviabant Clerici, qui ad Monasticam vitam & professionem assurgebant.*

V. *An ea disciplina mutari potuerit?*

VI. VII. *Argumenta varia ex Concilis, & ex Ambroſio.*

VIII. *Juris quodammodo naturalis est, ut personarum consecratio irretractabilis sit.*

IX. *Hieronymi testimonium.*

X. *Horrendum Clerici desertoris exemplum.*

XI. XII. XIII. *Quid ageretur cum desertoribus Monachis.*

XIV. XV. *Qui alicubi impune nupserine Vidue Deo devote?*

XVI. *Cassianus Ecclesia Constantinopolitana Diaconus, et si Monachus esset Massiliensis Monasterii.*

I. **U**T ipsis serviamus rerum & questionum connexioni, patefacta Clericorum omnium arctissima coniunctio cum Episcopo suo, & cum Ecclesia, cui ab illo fuerant illigati; illud jam superest, ut quam Clericatu ipsis inexplicabilibus nodis devincti essent, patefiat. Poterant minoris Clerici ad nuptias convolare, non poterant etiam conjugati a Clericatus professione recedere. Poterat eos Ecclesia & Clerici coetu expungere, & in laicorum classes deprimere; ipsis Clericatus non poterant excutere jugum. Denique si tam residetiam, stabilitatem, obedientiam profitebantur Clerici, quam Monachi: ita & tam non poterant illi, quam hi eam professionem retractare.

II. *Cæſaraugustana Synodus adversus Priscillianistas habita, non posse Clericos pronuntiavit a suis functionibus desciscere, ne specie quidem & obtentu Professionis Monasticæ (4).* Si quis de Clericis propter luxum vanitatemque presumptam, de Officio sponte discesserit, ac velut observatorem legis, Monachum videri se maluerit, quam Clericum, ita de Ecclesia repellendum, ut nisi rogando, atque obsecrando plurimis temporibus satisficerit, non recipiatur. Suffragatur & Canon Concilii Milevitani II. ut in

in quibusdam editionibus habetur (1) : *Ut quicunque in Ecclesia, vel semel legerit, ab Ecclesia ad Clericatum non teneatur.* Docet Cyprianus legendi munus quandoque pueris ante delegatum fuisse, ut periculum eorum fieret, antequam Lectores ordinarentur. Canone isto definitur, & si quis semel in Ecclesia legerit, non illico teneri eum in Clericatu perserverare, ac si Lectoris Ordine fuisse initiatus. Contendebat supra Augustinus ad Ecclesiam eum sux Clerum pertinere, qui sapius in ea legisset, nec ab alio sibi subripi posse Episcopo. Rursus in Epistola quadam Augustinus non statim Lectorem docet censeri, qui semel in Ecclesia legerit (2) : *Miror utrum potest jam Lector deputari, qui non nisi semel scripturas legit.* Hinc non parum lucis affunditur supra allatae editioni Canonis Milevitani. Valde tamen propendeo in hanc aliam ejusdem editionem, juxta quam nihil ille ad rem nostram facit. *Qui semel suscepit officio in Ecclesia legerit, ab alia Ecclesia ad Clericatum non teneatur.*

III. At Canone Chalcedonensi perspicuus definitur (3) : *Qui semel in Clero deputati sunt, aut Monachorum vitam elegunt; statutus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam, aut hoc tentantes, & non agentes penitentiam, ita ut redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari.*

In eum Canonem multa animadvertiscere est. 1. In eadem classe locantur Clerici, Monachique, quod attinet ad irrevocabilem professionem. 2. Omnes prorsus Clerici ea lege, iisque verbis continentur, της ἀπεξ δι κληρον ουταλεγων. Itaque Lectores, Acolythi, aliique minorum gentium Clerici parem profiteri censemabantur in ipsa sua ordinatione stabilitatem. 3. Tacite tunc fiebat haec Professio, tum in clero, tum in Monasteriis. Unum enim id satis erat superque, ut ea esset lex, ea conditio instituti, cui nomen dabant. 4. Hallucinantur ergo vehementissime, qui eam stabilitatem solis majoribus imputant Ordinibus: cum minores eidem prorsus omnes subessent. Sed inde manavit error, quod stabilitatem a calibatu non satis distinxere. Hic proprius est & peculiaris majorum Ordinum, illa omnibus promiscue communis. 5. Ubi minores Clerici conjugio se innodaverant, non tamen Cleri functiones declinare, non

leges peculiares transgredi poterant. Non exempli gratia militare, & merere stipendia, qui coelesti jam militiæ essent inscripti. Non prehensare sacerduli dignitates, in praecessori Clericatus culmine jam locati. His addenda complura alia, illis omnibus consentanea, qui pompis & vanitatibus sacerduli ubi nuntium remiserint, omnia sua in Deo uno habent. 6. Denique Clerici propositi sui transfugæ, non prioribus tantum emolumenti privantur & ornamenti, sed & anathemate hic percelluntur.

IV. Meminit Augustinus in Epistola quadam recentioris Canonis in Concilio Africano editi, quo vetiti fuerant Clerici in Monasteriis admitti (4). Recense Concilium & ibi invenies de solis Clericis, non etiæ de Laicis fuisse statutum, ut undecunque venientes, non recipiantur in Monasterium. Id vero intelligendum de Clericis qui ab Ecclesiis suis discedebant non permittente Episcopo. Cum licentia enim Episcopi poterant utique profiteri, illæsa quam voverant Clericatus stabilitate. Quantum adversatur Clericatu secularis vita, tantum illius concinit sanctimoniaz & stabilitati Monastica professio.

Non est ergo quod quisquam sibi persuadeat, Canone Cæsar-Augustano supra laudato prohiberi Clericos a Monastica vita sectanda. Soli ibi proscribuntur Præcillianisti pseudomonachi, qui detestandas impieates sanctissimæ professionis habitu dissimulabant. Ad prævertendam apostasiam præmonentur Clerici, non posse eos a statione discedere injussu Episcoporum.

V. Non me fallit diuturnitate temporis multa mutari in disciplina morum, & viore suo excidisse horum Canonum non paucos. Sed cum in canonicis quandoque regulis nonnullæ radient divini & naturalis juris scintillæ, viderit Lector eo an non in numero sit is Canon, quem hic versamus. Intentato quippe anathemate jubentur hic Clerici, Monachique desertores, priorem in suam sanctissimamque se recipere stationem, quam olim Spiritus sancti instinctu delegerant. Ut redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt. Atqui nulla de Monachis dissensio est, quin et si cessent leges poenæque in desertores, eterna tamen, invicibilis & incomutabilis, indeclinabilisque lex illis impendeat, insidiatque in conscientiæ penetralibus, atque

(1) Can. 15. (2) Concil. Afric. sub Coœlest. & Bonif. c. 57. (3) Can. 7. (4) Ep. 235.

que sempiternas subinde interminetur pœnas, nisi ad sanctissimum priusque proposum suum sele referant. Clerici similiter Clericatum amplexari, & minores Ordines, sanctissimæ se Professioni illigavere: Dei se religioni speciali devovere: pompis opibusque & deliciis nuntium remisere fallacissimi sæculi. Itaque quanquam ducere uxores possint, & liberos suscipere, propositum tamen sanctum violare, consecrationem sui priorem profanare, ejuratas vanitates sæculi iterum sectari, fidem Deo clam, immo & publice despontam fallere sine grandi piaculo non possunt. Hæc etiam atque etiam inculcanda sunt iis, qui minoribus sele illigare Ordinibus, vel Clericatum ipsi meditantur.

VI. Andegavensis Concilii Canon (1) compendiosius idem habet quod Chalcedonensis (2): *Clerici quoque qui relicto Clero se ad seculararem militiam & ad Laicos contulerint, non injuste ab Ecclesia, quam reliquerunt, amoventur.* Idem censendum de Turonensi, qui facta Clericis minoribus copia uxoris ducendæ, mox vehementissime prohibet, ne ad Laicorum sæcularem vitam & sæcularia retro labantur munera. *Si quis vero Clericus relicto offici sui ordine, laicam voluerit agere vitam, vel se militia tradiderit, excommunicationis pena feriatur.*

VII. Scriptit Ambrosius de re ita Epistolam ea spiritus & caritatis suavitate delibutam, qua scripta ejus omnia scarent. Ea enim declarat, non posse nisi molestissime ferri in servis Dei incontumiam & instabilitatem, et si in quacunque alia sorte leviter ea feratur (3): *Quod in alio genere hominum tolerabile, in iis vero qui rei divine intendunt, plenum doloris.* Clericatus prærogativas non in temporalibus emolumentis & subsidiis sitas esse, sed in præsidii certissimis quibus æterna salus mortaliitate hac exhausta comparetur. *Quasi vero hoc solum sit in Clerico, ut sumptum expeditat suum, & non divinum sibi post mortem potius subsidium locet.* Professione Clericatus servitutis nos mancipari, sed nobilissimæ, suavissimæque, & ex qua vera libertas scaturit. Quid enim amabilius, quid liberalius, quam sapientia & justitia, quam Christo & æternæ vitæ servire? *Bonum est adhærere alteri, & inserere collum in tortus ejus, & subjecere humerum, & portare illum, nec tediare ad vincula, quia*

*de domo alligatorum exivit qui regnet, &c. Perfecta absolutio existimata est sub Christo degere, & ejicere pedes in compedes sapientie ipsius: captivum esse, ut sis liber ab adversario.*

Denique coelitus hausta eloquentia illud luctuente intonat Ambrosius, sas nunquam fuisse, nunquam fore, anteponere terram cœlo, æternitati tempus, infamem sæculi servitutem qualicunque participationi Regalis Christi Sacerdotii. *Dum vult regnare, quasi voluntatis sua dominus, nec sub vinculis esse Domini Jesu, inveteratus in peccatis, stultus incidit deformitatem. Quid enim stultus, quam relictis cœlestibus ad terrena intendisse, & posthabitis perpetuis, elegisse ea quæ caduca sunt & fragilia?*

VIII. Complurium Clericorum vita sæcularibus immerita prorsus iudibriis hoc errore & ipsorum & ceterorum hominum mentes imbuīt, ut jam fere non perpendant Clericatum, ut sanctimoniaz stationem, ut consecrationem hominis Deo devoti, ut alienationem ab omnibus sæculi vanissimis oblectamentis, denique ut juge Altaris ministerium, æternitatilque meditande studium. Et hæc omnia tamen Clericatus complectitur ipsa sua institutione; professione expressa, quæ tum emititur, cum quis ordinatur: obtestatione illa solemini, se Dei, Deum suam portionem & hæreditatem immarcessibilem fore: denique consecratione ipsa, quæ sejungi ab ordinatione nullatenus potest. *Tu quicunque in Clero es Domini, portio ejus & possessio, noli recedere de Domini possessione,* ut ait ibidem Ambrosius. Ordinatione Deo nos addicimus, Deo consecramus, ut portio ejus simus. Latrocinium est Deo suffurrari quod dederis: sacrilegii genus est profanare quod Deo sacrum fuit: Nec possunt hæc flagitia nisi restitutione expiari. Prisci Testamenti Levitæ irrevocabili destinatione sacris Templi ministeriis addicti erant. Non Pontifices tantum, aut Sacerdotes, sed omnes prorsus Levitæ, tot in classes distributi, quorum omnium portio Deus erat. Si irretractabilis ea erat & professio & consecratio, quin & nostra Clericorum fuerit? Tribus Ecclesiæ prioribus sæculis, cum necdum ulli essent Monachi, Clerici soli Collegium conflabant a Laicis non minus morum sanctimonia & religione semotum, quam Altaris ministerio. Ubi deinde orbi illuxit Monastica institutio, & san-

(1) Can. 7.

(2) Can. 8.

(3) Epist. 17.

sanctitas atque innocentia morum : tum duo hæc Clericorum & Monachorum instituta spectari coeperunt , tanquam ex æquo voluptatibus vanitatisque seculi inimica . Audi quid de his Hieronymus ad Nepotianum : *Petis ut tibi digeram quo ratione , qui faculi militia derelicta , vel Monachus coepit esse , vel Clericus , rectum Christi tramitem teneat , ne ad diversa visiorum diverticula rapiatur .*

Bisariam ergo seculo renuntiabant tunc temporis , aut Clericatu , aut Monastica professione . Utraque relicta seculari militia , veluti coelestis quedam militia supererat , cui inscriberentur , terrenarum nugarum pertæsi , a qua deficere non possent sine salutis discrimine .

IX. Monet ille ibidem nomine ipso suo Clericos admoneri , le Domini sortem esse , Dominum sui : ideoque degenerare se ab instituto suo , si accumulandis deinceps diuitiis studeant . Quod secularis nimirum illa cupiditas sit , augendo incumbere patrimonio (1) . Si ergo pars Domini sum , & funiculus hereditatis ejus , nec accipio partem inter ceteras Tribus , sed quasi Levita & Sacerdos , vivo de Decimis , & Altari serviens , Altaris oblatione suscitator , habens victimum & vestitum , his contentus ero , & nudam crucem nudus sequar . Ne officium Clericatus genus antiquæ militie putas , idest , ne lucra seculi in Christi quaras militia , ne plus habeas , quam quando Clericus esse coepisti , &c. Nonnulli enim sunt diuidores Monachi , quam fuerant seculares : & Clerici qui possideant opes sub Christo paupere , quas sub locuplete & fallace diabolo non habuerant : ut suspireret eos Ecclesia divites , quos mundus tenuit ante mendicos . Ita minores Clerici quanquam opibus non renuntiarent , in rei tamen secularis administratione , a spiritu , ingenio moribusque seculi longe aberant .

X. Ne quis vero sibi ipse fucum faciat , quasi exoleverit proorsus hujus disciplina memoria , audiendus hic est Author vita sancti Engelberti Archiepiscopi Colonensis circa annum Christi 1200. ubi verba facit de Friderico Comite , qui Canonicus cum fuisset , Clericatus vestem abjecit , gladio latus munivit , ut fratrī sine liberis functi locum & hereditatem adiret (2) : Frideri-

cus Comes fratre seniore in fata cadente , sine filio , ut fratrī esset bares recedens a Clericatu , factus est miles , & tanto fortassis ad malignandum promptior , quanto a gratia remotor . Non potest esse sine periculo & gracie detrimento , quando Clerici , qui secundum nomen suum de sorte sunt Dei , ordine mutato , militia se mancipant seculari . Tales , sicut exemplum habemus in multis , cum ad malum , ut dici solet , deterius tendunt , etiam malis pejores , & crudelibus crudeliores sunt . Fuerat Fridericus majoris Ecclesie Colonensis Canonicus , in Consitem ex Clerico mutatus , &c. Apostatae hujus atrorum impietas eo tandem erupit , ut dux ipse auctorque fuerit infandi parricidii , quo Engelbertus Colonensis Archiepiscopus suo sanguine Martyrum palmas assecutus est .

XI. Accedet aliquid lucis rei huic , si retexamus hic obiter quid his prioribus seculis in Monachos apostatas decerneretur . Noluit B. Ambrosius suo amplius Monasterio excipere Monachorum suorum non nullos , qui inde exilierant prætigiis effascinati Joviniani , qui jejuniis & virginitati bellum indixerat : *Hic positi primo jejunabant , intra Monasterium continebantur : nullus erat luxurie locus , interdicta ludibriosa disputationis licentia . Hoc delicati non potuerunt ferre . Abierunt , deinde volentes redire , non sunt recepsi . Pleraque enim audieram , que deberent cavere . Menaueram , nihil profeceram .*

XII. Basilius Monachos contestatur , postquam se Deo totos dedicarint , jam non posse nisi per summum flagitium seculari bus se nugis & implicamentis inferere ; si qui eorum Monasteriis exilierint , iis admitti jam illos non posse , ne iter agendo quidem , tanquam hospites (3) . Qui se ipsum semel Deo devovit , hic si ad aliud vitæ genus transferit , sacrilegii se scelere obstrinxit , quippe qui se ipsum Deo , cui se consecraverat , veluti subterfuratus sit . Porro , hujusmodi hominibus nullo modo appetiuntur fratrum janua , ne si prætereuntes quidem , ut recte recipiantur , ad ipsos diverterint . Jubet alibi (4) abdicandi & ablegari eos qui nulla arte emendari potuerint . Ne uno quidem Monasterio egressos alios suscipi sinit . Quas vero ille ad apostatas hos Monachos litteras dedit , quisquis perlege-

(1) Ibid. Ep. ad Nepot.

(2) Surius die 7. Novembr.

(3) Sermo de inst. Mon. Ex Regul. ful. disput. cap. 14. 68.

(4) Const. Mon. cap. 33.

legerit, is facile doctrinæ huic nostræ af-sentietur, circa disciplinam eorum tempo-rum.

XIII. Nec alia ratione Moniales coer-cabantur. Ubi jam desperata erat earum emendatio, vel exilire Claustris sinebantur, vel etiam ejiciebantur, ne pium gregem contaminarent. Ita præscriperat Augusti-nus ipse in Regula (1): *Convicta secun-dum Præpositæ, vel Presbyteri arbitrium debet emendatoriam sustinere vindictam, quam si ferre recusaverit, & ipsa non abscesserit, de vestra societate projectatur. Non enim & hoc sit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat.*

XIV. Nec aliam agendi rationem te-nuerat Cyprianus erga Virgines Deo sa-cratas (2): *Si se ex fide Christo dicaverunt, pudice & caste sine illa fabula perseverent; ita fortes & stabiles præmium virginitatis expectent. Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est ut nubant, quam in ignem deliciis suis cadant.*

Nec Augustini, nec Cypriani ea mens erat, ut penes ipsas esset periculum salutis earum, quæ vel Claustris exilirent, vel convolarent ad nuptias. Sed utrique ea in-federat animo sententia, quantumcunque id esset flagitium, pacate serendum esse, ne gravius aliiquid & facinorosius commi-teretur. Ita perspicue sentit Gelasius Papa in Decretis, ubi verba facit de Viduis pro-fessis (3): *Si propria voluntate professa-mæ castitatem calcaverit, periculi earum intere-rit, quali debeat Deum satisfactione pla-care. Nos autem nullum talibus laqueum debemus injicere, sed solas adhortationes præmii sempiterni, pœnasque proponere di-vini judicis; ut nostra sit absoluta consciен-tia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio. In hunc quoque sensum trahen-dus Palladius in vita Chrysostomi, de pro-fessis Viduis si verba faciat, ubi ait Chry-sostomum eas exhortari solitum, ut potius nuberent, quam offendiculo Ecclesiæ essent.*

XV. Nec enim in controversiam trahi-potest, quin piaculare flagitium sit, si de-sponsa Christo infringatur fides; cum tam diligente & tam exerte Paulus de viduis quæ se primo cælibatu dicaverant, & postea nupturiebant, pronuntiet (4): *Habentes da-mnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt. Ubi advertit Augustinus, in ipfa*

etiam voluntate hujus defectionis hærente crimen (5): *Nubere volunt, &c. Ut appa-reat voluntatem quæ a proposito cecidit, es-se damnatam. Fatetur tamen sanctus Pa-ter, harum tunc viduarum valida fuisse coniugia, nec posse ea nisi exaggerata qua-dam audacia adulteria vocari, cum nequa-quam juberet Ecclesia ea separari.*

Cum vero abuterentur nonnulli verbis Apostoli, ajentis conducibiliores esse nu-ptias, quam extuentes quibus uterentur cu-pidates, ita eum cuneum retundit Am-brosius (6): *Melius est nubere, quam uri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Ceterum quæ se spopondit Christo, & sanctum velamen accepit, jam nupsit, jam immortali juncta est viro. Et jam si voluerit nubere, communis lege con-jugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Si hoc ita est, quid de illa di-cendum est, quæ occulta & furtiva turpi-tudine constupratur, & fingit se esse quod non est? Habit uirgo, facta non virgo. Bis adultera, & in actu, & in aspectu.*

His Ambrosii verbis planum fit, non potuisse non scelestas & sacrilegas esse fœ-minarum Deo dicatarum nuptias; sed im-minebant aliunde ea facinorum portenta, ut juxta Patres superiori numero laudatos, ad hæc declinanda, possent sibi ut nube-rent permitti; non quod malum non esset ita nubere, sed quod malum multo minus esset. Ceterum translate hic sumitur adul-terii vox. Ita sumvit Ambrosius. Eam vo-cem abjecit Augustinus, quod proprio sen-su eam acciperet. Si dicat autem idem sanctus Pater validum nihilominus esse con-jugium, præter fidem Christo sponso datam contractum: Ecclesiæ fux suique ille ævi sermoni, & consuetudini se se accommodat. Nec enim ea in re eandem semper & ubi-que retinuit Ecclesia disciplinam.

XVI. Finem faciet huic capiti, quod majora visum est habuisse ad institutum nostrum momenta. Ea est Altaris mini-strorum consecratio, quæ tam non potest, vel deleri, vel revocari, quam nec Alta-rium, vel Templorum. Docet nos Ca-sianus, se speciali adoptione insertum fuisse Clero Ecclesiæ Constantinopolitanæ a B. Joanne Chrysostomo, & ipsa ordinatio-ne Deo oblatum consecratumque (7): *Ado-ptatus enim a beatissimæ memorie Joanne*

Epi-

(1) Epist. 109.

(2) L. I. Ep. 11.

(3) Cap. 21.

(4) 1. Tim. 5.

(5) De bono viduit. c. 10.

(6) Ad virgin. laplam, c. 5.

(7) Cont. Nest. L. 7. c. 31.

*Episcopo in ministerium sacrum, atque oblatus Deo; et si corpore absum, affectu illic sum; & illi dilectissimo Dei populo, eis nunc praesentia non admisceor, tamen mente conjugor.* Simile veri est, ne in ea Ecclesia residere obligaretur Cassianus, eadem illi indulgentia & dispensatione concessum fuisse, quæ concessa Paulino quoque & Hieronymo aliquando fuit. Porro quamvis absentem, ejus tamen se Ecclesiæ & esse & censeri existimat, & præ se fert, quod Deo in ea consecratus fuisse ab Episcopo, a quo fuerat ordinatus. Eo Cassiani exemplo edocemur, professione Monastica nihil derogatum fuisse habilitati, quam ipso Clericatu suo Clerici profitebantur. Cum Monachus enim Cœnobii Matliliensis esset Cassianus, ad Ecclesiam tamen Constantinopolitanam pertinebat.

## C A P U T XII. P.3. l.2.c.3.

Nec saeculo vi. vii. & viii. potuisse Clericos a Clericatu resilire.

I. Poenarum acerbitas ex Justiniani legibus in Clericos desertores.

II. III. Que horum desertorum poena, & eorum qui exandorabantur. Dejectio civilis erat frustratioque civilium omnium bonorum & dignitatum.

IV. In Italia transfugas istos revocat & plectit Gregorius Magnus.

V. Par & in Gallis in eos auctoritas.

VI. VII. Similiter & in Hispania, ubi non multum discriminis interjicitur Clericatus & Monasteriorum transfugis.

VIII. Non poterant Episcopi Clericos vi extrahere e Monasteriis, in quæ se ipsi concierant, ut Deo liberius vacarent.

I. Clericos omnes commonefecit Justinianus Imperator, jam integrum ipsi liberumque non esse in secularis vitæ ludibria revolvi ac retrolabi, nisi servitutes & onera rursum subire velint omnia, atque dedecora, quibus eos subduxerat Clericatus (1): Semel factos Diaconos aut Presbiteros nullo modo derelinquere sacerdotium, sed neque si Subdiaconus, aut forte Lector fiat alquis, hunc relinquere pristinum sche-

Thom. s. Tom. 1<sup>o</sup>.

ma & ad alteram migrare vitam: scientes quia si tale aliquid elegerit, secundum quod a nobis jam sanctum est, aut in Curiam cum substantia, aut sub inopia degens, ad officiale deponetur fortunam. Quasi dicat, si quæ his Clericis essent facultates, ubi a Clero descivissent, Curialium exceptionibus, oneribus & servitutibus illos protinus obnoxios fore; si nullæ essent, ipso met dejectum iri in officia quæque vilissima & onerosissima Reipublicæ.

II. Eadem rursum alibi lex, eadem poenarum acerbitas (2): Et generaliter sancimus, nulli licere, in quolibet Ecclesiastico gradu constituto, discedere ab eo, & seculari fieri; scientibus, quia & quasi apposito sibi cingulo, aut dignitate, aut militia, & Curiali fortune proprie civitatis tradentur; ἐτι τὸν οὐκ εἰπεῖνον εὐτός ζῶν, οὐδὲς οὐ σπεῖται, γνωρίσθωται. Quibus ultimis verbis declaratur, qui Clericatum abdicarent, eos publicis statim legibus abdicatos fuisse dignitate, militia & nobilitate prorsus omni, addictosque sorti omnium vilissimæ & molestissimæ, videlicet Curialium.

III. Ea quidem in re testatum facit Justinianus (3) ingressum se esse in veititia priorum Imperatorum Arcadii & Honorii, ubi eadem poena in eos decernuntur, quos Episcopus Clericatu movisset. Nec enim inficias ire quisquam potest, quin crebræ tunc fuerint depositiones ac degradaciones. At non una ea ingruerat apostatis poena, ut Clericatus exuerentur ornamenti & immunitatibus, ac in priorem relaberentur sortem, laicorum deinceps turmæ permixti. Ruinam ilam sequebatur infamia, nec ea tantum infamia, quæ nomen & famam macularet; sed quæ illos summoveret ab omnibus civilibus honoribus, a dignitatibus, a militia; quæ denique perlonas ipsas & res eorum propudiolas & gravi subjeceret servituti, quæ ipsa per se sine flagitio a Clericatu arceret.

IV. Nec minus honoris & reverentiaz impensum est in Ecclesia Latina Clericatus professioni, nec minus inustum ignominiae ejus desertoribus. Decrevit Gregorius Magnus, ut Clericus transfuga, & qui in Africam aufugerat, revocatus, corporali poenæ subjeceretur, tumque addiceretur poenitentiaz, ut carnis vulneribus anima curaretur (4): Paulum Clericum, qui sepe di-

G. citur

(1) Novel. 6. c. 7.

(2) Novel. 223. c. 15.

(3) Cod. de Episc. & Cler. l. 1. Leg. 15. Novel. 6. c. 5.

(4) L. 3. Ep. 24.

citur in malefactis deprehensus, qui despe-  
go habitu suo ad laicam reversus vitam,  
in Africam fugerat: si ita est, corporali  
prius proveniente vindicta, prævidimus in  
pœnitentiam dari, quatenus & secundum  
Apostolicam sententiam, ex carnis afflictio-  
ne spiritus salvis fiat, & peccatorum sor-  
des lacrymarum possit affluitate diluere.  
Petrus Acolythus, quem Gregorius Diacono-  
no Sabiniano Constantinopoli Apocrisiario  
Sedis Apostolicæ junxerat, Hierololymam  
cum aufugislet: scriptit Gregorius ad Amos  
Patriarcham Hierololymitanum, ut illum  
capi, Romamque remitti curaret, indictio  
anathemate, donec Romam redux esset (1).  
Ut diligenter requiratur, injungite, & in-  
ventum ad nos transmitte. Consimile  
exemplum supra retulimus.

V. In Gallia vero communione extur-  
batus est ab Episcopis regni Episcopus,  
qui Episcopatu[m] nuntium remiserat, capil-  
lum promiserat, priorem revocaverat uxori-  
rem, spe inescatus potiundi Comitatus Pro-  
vincie Aremoricæ, quem frustra vendita-  
bat & falso Clodovæ Regis ditioni obno-  
xiuum fuisse nunquam. Audi Gregorium  
Turonensem (2). Hic apostata & demis-  
sis capillis, uxorem quam post Clericatum  
reliquerat, cum Regno fratris simul accepit.  
Sed ab Episcopis excommunicatus est. Lo-  
quitur & alibi de apostata Diaconatus, nec  
filet in quam se postea scelerum voraginem  
conjecerit, & quam atroci cœlitus vindicta  
oppressus sit. Ebroinus Clericatum  
exuit eadem, qua induerat impietate, nec  
Regis, quam Dei fidem religiosius coluit (3): Clericatum abjiciens, ad mulierem  
ut canis ad vomitum, post sacrum rediens,  
Ec. Quia dereliquerat fidem & Deum,  
contra terrenum dominum etiam apertum se  
prodidit Adversarium. Nec idem certe sen-  
tiendum de fratre Clodovæ II. Regis, cui  
capillos incidentur aulici adulatores, quasi  
gratiæ a Rege inituri, qui factum tamen  
detestatus est, jussitque fratrem suum in  
San. Dionysiano Monasterio demorari, do-  
nec erinæ, quem amputaverant, enfrireret.  
Aliquantis post annis regius iurenis sceptro  
potitus est Regni. Refertur id & ab Ado-  
ne in Chronico: Franci Daniælem quendam  
Clericum post abjectionem Tonsuræ, in Re-  
gno stabiliunt, atque Chilpericum nuncu-

pant. Zacharias Papa in responsione ad  
articulos a Pipino Majore Palatii proposi-  
tos anno 748. quorum unus hic erat: *De  
Clericis & Monachis non manentibus in suo  
proprio*: respondebat stabilitatem ex Conci-  
lii Chalcedonensis Canone Monachis Cle-  
ricisque esse per necessaria.

VI. In Hispania detractionis suæ facinus  
luebant Clerici apotata per pœnitentiam,  
ante peragendam, quam suis adderentur  
functionibus (4): *Defertorem Clericum cin-  
gulo honoris arque ordinis sui exutum, ali-  
quo tempore Monasterio deligari convenit,*  
*sicque postea in ministerio Ecclesiastici Ordini*  
*revocari*. Si ut desertores poenas da-  
bant Clerici, qui ab una Ecclesia ad aliam  
deficiebant, quanto detestabiores erant qui  
prosuls deficiebant a quacunque Ecclesia?  
Si terrenæ permagnum erat dedecus desertæ  
militiæ, quantum cœlestis? Concilium  
Toleranum IV. (5) ne iis quidem, qui  
infantes Clericatu[m] a parentibus mancipati  
sunt, potestatem facit ei renuntiandi, aut  
seculari se vita reddendi: *Non aliter &  
hi, qui detonsi a parentibus fuerint, aut*  
*sponte sua amissis parentibus se ipsos reli-  
gioni devoverunt, & postea habitum secu-  
larem sumpserunt, idem a sacerdote com-  
prehendi, ad cultum Religionis, acta prius*  
*pœnitentia, rovocentur. Quod si converti*  
*non possunt, velut apostata anathematis sen-  
tentia subjiciantur. Ea vox Religionis, tum*  
Clericali competebat professioni, tum Mo-  
nasticæ, quibus non multum interponeba-  
tur discriminis, quoad stabilitatem, obe-  
dientiam & regularitatem. Ejus rei suppe-  
tit & aliud argumentum ex eodem Conci-  
lio, quo jubentur vagi, & discursantes,  
seu Monachi, seu Clerici, qui vere nec  
Monachi sunt tamen, nec Clerici, sed  
utriusque proposito indecores, compellantur  
posthac indissolubili nexu Clero, vel Coe-  
nobio adhærescere, ut quod semel professi  
sunt, constantissime deinceps lervent (6).  
*Religious propriæ regionis, qui nec inter Mo-  
nachos habentur, sive hi qui per diversa*  
*loca vagi fuerint, ab Episcopis in quorum*  
*conventu commanere noscuntur, licentia eo-  
rum coerceantur, in Clero, aut in Mono-  
steriis deputati; prater illos qui ab Epi-  
scopo suo propter atatem, aut propter lan-  
guorem fuerint absoluti. Extremi porro il-*  
*li,*

(1) L. 7. Ep. 7.

(2) Hist. I. 4. Cap. 4. De gloria Mart. I. 2. Cap. 17.

(3) Du Chesne Histor. Franc. t. 1. p. 702. 605.

(4) Concil. Hilpal. c. 3.

(5) Can. 53.

(6) Can. 53.

**II.**, qui huc attinguntur, non habendi utique illi sunt, tanquam immunes functionum capitalium Cleri, vel Monastici instituti; sed eorum duntaxat, quæ operosiores & duriores erant: quod effæti viribus, vel grandevi jam essent, cujusmodi sunt, quos vulgo Jubilatos appellant.

**VII.** Nihil discriminis interponit Concilium Toletanum VI. inter perseverandi necessitatem Monachorum Clericorumque, si qui voluntarie se alterutri proposito deovererunt: sancitque ut utriusque propositi transfuge compellantur abjectum indui rursum habitum, & Tontura uti Clericali (1): Aut si vir deditus Ecclesie choro, vel feminina fuerit, aut fuit delegata puerarum Monasterio, in utroque sexu pravaricator, ad propositum invitius reverti cogatur, ut vir deindeatur; & pueria ad Monasterium regrediatur.

**VIII.** Ingenui tamen fateri cogimur, si qui Clerici infuscato amore sanctioris & asperioris propositi, ad Monasteria, & ad professionem Monasticam anhelarent, prohiberi eos ab Episcopo non debuisse, multo minus avelli potuisse, ubi professi semel fuerant. Itaque Gregorius Magnus Desiderium Galliarum Episcopum per litteras commonefecit, adeo non debuisse illum potestate abutiri sua ad extrahendum Pancretium Ecclesie suæ Diaconum ex Monasterio, cui se ad religiosam vitam dicaverat; ut illum prius Clericum, post Diaconum suum accendere potius debuisset, ad constantissime perseverandum in Monastico proposito, & in fuga illa omnium mundi ineptiarum sollicitudinumque, a quibus non usquequa expediti sunt Clerici (2): Magis adhortationibus succendite, ut &c. Ut qui a turbulentu curarum sacrarium tumultu se segregans, quietis desiderio portum Monasterii appetit, rursum in Ecclesiasticarum curarum non debeat perturbationibus implicari, sed in Dei laudibus permittatur secure ab his omnibus remanere, ut postulat.

## C A P U T XIII. P. 3. l. 2. c. 3.

Sub Imperio Caroli Magni, & Carolinæ familie Clerici nulli Clericatum abdicare poterant.

**I.** Idem prorsus Canones Clericos Monachosque apostatas dannant.

**II.** Capiebantur vi transfuge Clerici, & invitis crines attondebantur.

**III.** Transfuge celibatiæ astringebantur, quamvis minoribus tantum Ordinibus donati fuissent.

**IV.** Etiam depositi & degradati Clerici, Clericatus legibus obsequi cogebantur. Exemplum Principis Caroli M. n.

**V.** Clerici depositi paenitentia subjiciebantur.

**VI.** Paena Clericorum apostatarum in Oriente.

**VII.** Ibidem Clerici propter sclera aliqua depositi, in habitu & tonsura Clericali esse cogebantur.

**VIII.** Vei illi ipsi qui nigra tantum ueste ab Episcopo donati fuerant, abficere eam non poterant.

**IX.** Clerici exaultorati secundas nupias contrahere non poterant.

**X.** Conferuntur Justiniani & Leonis Sapientis Leges.

**XI.** Quæ personæ Deo semel consecratae fuerere, non possunt ejus consecrationis reliquias omnes unquam abstergere.

**XII.** Variae annotationes in eam rem.

**I.** Poterant, ut jam semel iterumque monuimus, inferiores Clerici uxores ducere, non poterant Clericali professioni terga vertere, seculares mores induere, seculi ambi dignitates. In ea quidem re Capitulare Aquilgranense anni 789. nihil distare vult Clericos a Monachis, quod perinde utrique voto & proposito iuso teneantur, quod nefas & sacrilegum fuerit transfilire ex Concilio Chalcedonensi (3); Item in eodem Concilio ut Clerici, & Monachos in suo proposito & voto quod Deo promiserunt, permaneant. Paucioribus verbis idem sanxit Francofordiensis Concilium (4): De Clericis & Monachis, ut in suo proposito per-

G 2

(1) Cat. 6.  
(4) Can. 24.

(2) L. 10. Epist. 39.

(3) Can. 26.

permaneant. Concilio Arelatensi VI. præcipiuntur (1) Episcopi Presbyteros Clericosque omnes fugaces perquirere, & ad Episcopos suos remittere. Postquam indoluit Concilium Tullense II. incredibili apostatarum multitudini, seu Monachorum, seu Clericorum ex occasione internecini Normanorum belli, tum præcipit Episcopis, ut conquiri & reduci eos jubeant ad Episcopos, vel Abbates suos, nil discriminis interjiciens transfugis Monachis, Clericisve (2). Sub hac occasione multi lascivi Clerici & Monachi, relicto Religionis habitu retro abierunt, & absque ulla canonica licentia & reverentia vagabundi feruntur? Ideoque Patrum auctoritate volumus, ut tabibus omnis necessitas imponatur, quatenus ad ordinationem & dispositionem Episcoporum & Abbatum suorum revertantur, & sub disciplina eorum maneant.

II. Concilio Triburiensi placuit, ut Episcopus manus injiceret in transfugas Clericatus, comamque resecaret, si publice in Ecclesia legissent, aut cecinissent, aut quovis alio munere functi essent: si rursum desicerent, rursum tonderentur inviti, nec fas illis esset, vel uxores ducere, vel ad Ordines progrederi superiores; Si denique tertio desicerent, tum anathemate ferirentur, ut Chalcedonensi Canone præcipitur, & in Regula Crodogangi (3): Statim ut Clericus Ecclesiastice nutritus in Ecclesia coram populo, vel legens, vel cantans, si postmodum relicto Clericatus habitu, a castris Dominicis, quibus adscriptus est, profugus & apostata elabitur, & ad seculum regreditur, ab Episcopo canonice coeretur, ut ad finum matris Ecclesie revertatur. Quod si in hac indiscipline perdurat, ut comam nutrit, constringatur, ut iterum detondeatur, & postea nec uxorem accipiat, nec sacrum Ordinem attingat, &c.

III. Movebitur forsitan aliquis & minus probabit, cogi ad continentiam Clericos apostatas. Ut ergo eximatur is scrupulus, protero canonem Synodi Augustanae anni 952. quæ Superiorum Ordinum & ipsorum etiam Subdiaconorum cælibatu non contenta, Clericos prorsus omnes, etiam infimos, continentiae astringi jussit, cum priuimum paulo maturiorem attigissent ætatem (4): Ceteri autem Clerici, quando ad

maturiorem ætatem pervenerint, licet nolentes, ad continentiam cogantur. Regula Crodogangi non omnem amputat nuppiarum spem desertoribus Clericatus, sed vetat ad militiam, aut secularem quamcunque dignitatem promoveri (5): Qui semel in Clero deputati sunt, aut Monachorum vitam experierunt, statim neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam. At Ratherius Veronensis Episcopus, non obscure declarat, non posse parentes, quos semel filios Deo devoverint, terrenas iis postea meditari & parare nuptias, nisi ut sacrilegio se gravissimo coinquint, qui hostiam suis Deo manibus oblatam ita contaminatum eant (6): Cum quilibet filium suum ad Clericatum adduxit, videtur quod, ut & facit, seculo illum auferat, & Domino tradat. Unde cum antea lege ipsa deberet vivere, qua vivit Respublica, postea lege vivere incipit canonica. Et ut primitus ad Reipublice pertinebat Praefectum, ita post ad Ecclesie attinet Prælatum, hoc est Episcopum legaliter institutum. Quod cum ita sit, qui filium suum Ecclesiæ mancipat, canonice Domino militaturum, & postea seculare illi adquirit conjugium, perspicue cernitur, quod eadem manu eum Domino auferat, qua illum Deo ipse tradiderat, & ablatum Ecclesiæ reddat, prob! nefas, Curie.

IV. Enitescat etiam dilucide, quæ tunc impendebat ineluctabilis necessitas perseverandi in Clericatu, ex scævilia Conciliorum in eos qui canonico judicio abdicati fuerant & depositi, atque in Laicorum quoddammodo fortē dejecti. Memorandum cum primis ejus rei exemplum extat in Carlomanno Principe Caroli Calvi Imperatoris filio, qui ad Diaconatus Ordinem primum evectus, postea ob enormia quædam flagitia in Concilio Sylvaneætensi ex-auctoratus, Deponentes illum ab omni gradu Ecclesiastico, laica sibi communione servata: blandiri sibi cœpit, quasi hac degradatione in laicorum fortē & licentiam restitutus fuisset: ideoque cum coniuratio-nis suæ confortibus etiam de regni successione, vel invasione consilia agitare: Quid liberius ad nomen & ad potentatum regium conscendere posset, quia ordinem Ecclesiasticum non haberet: & qui Episcoporum iudicio Ecclesiasticum gradum amiserit, etiam

ton-

(1) Can. 24.

(2) Ann. 860. Can. 5.

(3) Can. 7.

(4) Can. 11.

(5) Cap. 57.

(6) Spic. t. 2. pag. 238.

tonsuram Ecclesiasticam amistere licentius posset. Quæ altera jam rebellio a secularibus judicibus morte ulciscenda visa est (1), eaque sententia non aliter mitigata, quam ut nefariæ conspirationis dux Carolumannus oculis & libertate orbaretur.

V. Concilii Parisiensis VI. anno 829. habitu Patres adgressi jam erant quorundam infringere Clericorum audaciam, qui insulissima opinione imbuti erant, se semel canonica sententia degradatos, jam nullis omnino teneri legibus: non enim Ecclesiasticis, cum Clericali ordine extrusi fuissent, non secularibus, quod nec ipsa degradatio expungere potuisset penitissimas pristinæ suæ consecrationis & dignitatis notas (2): *Ut nec publicis, quia fas non est, nec canonicis, propter quorundam Episcoporum injuriam legibus constringantur.* Ne fingi quidem poterat quidquam inscitius: & tamen intana hujusmodi præsumptio nonnullos ad clericatum alliciebat (3). Et ob id quibusdam ministerium sacerdotale non divino amore appetitur, & irreverenter tractatur, & impudenter amittitur. Itaque mox idem Concilium præcipit, ut Episcopi adeo non Ecclesiasticis legibus solutos istos habeant Clericos discinctos, ut eos penitentiaz etiam legibus subjiciant, & per vigiles illis, illorumque moribus & viræ immineant: *Decrevimus, ut unusquisque Episcorum non solum Presbyterorum, verum etiam sequentium Ordinum Parochia sua, gradum amittentium, vitam & conversationem morumque emendationem, tam per se, quam per ministros suos noverit, eosque canonicæ penitentiaz subdere non negligat.* Non infrequens id quoque in antiquis Conciliis, ut Presbyteri gradu suo moti, ad penitentiam publicam peragendam constringerentur. Ad id laudatur ab hoc Concilio Canon Neocæsariensis.

VI. Congessit in suum Nomocanone Photius Imperatorias leges, quibus statuitur (4), ut Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, qui ad carnales nuptias defluxerint, non ordine tantum & gradu sacerdotali priventur; sed eorum bona Ecclesiastica æratio inferantur; nec ad qualemcunque eorum partem liberi nefaria ex copulati unquam aspirare possint. Si Monachus ad minores Ordines extollatur, con-

jugari non potest; si id ausit, deponitur, & a quacunque publica dignitate proscribitur. Denique Diaconiæ, si vel conjugio, vel quavis criminosa libidine contaminent fidem & continentiam in ipsa ordinatione sua desponsam, ipse quidem mortis supplicio, bona earum Ecclesiæ filio addicuntur; ipsi quoque sacrilegæ contaminationis earum contortes morte luunt, eorumque res inferuntur in ærarium Principis. Miratur Balsamon, ecce non observetur tam æqua lex, ut quarumcunque dignitatum ci-vilium & militarium spe exturbentur, qui sacris ab Ordinibus depulsi fuerint. Exdem vero Imperatoriaz leges (5) ad Curialium fortè calamitosam deprimebant Clericos, Monacholique, qui Ecclesiastice militiaz seculariem armatamque præponebant.

VII. In Concilio Trullano (6) statutum fuerat, ut Clerici depositi, in veste & Tonsura Clericali esse adhuc possent, si modo crimen penitentiaz lacrymis exterissent: alioqui crines promittere cogerentur. Ex adverso autem Leo Imperator statuit, ut qui deponerentur propter conjugia post ordinationem inita, veste nihilominus & Tonsura Clericali uterentur, nec a Clericatu possent descicere. Legis hujus Canonique superioris discordiam tam manifestam, non desperavit tamen Balsamon conciliari posse. Ita ergo ille constituit, agere Canonem de iis quos criminum suorum enormitas dejectit; at legem conjugia revereri; ideoque conjugatis his Clericis, & postea depositis permittere eas functiones, que extra Sanctuarium exercentur.

VIII. Fuisse dicit Balsamon (7), quibus videretur, non statim Clericos esse, qui essent attorsi, ideoque posse eos laicorum se turbis immiscere: sed se procul esse ab ea sententia: *Audihi, dicentes, eum non esse Clericum, qui solam habet tonsuram,* & ideo ei licere in laicalem habitum transmutari. *Quod mihi quidem non videtur.* Sententiam vero suam præsidio munit Syndici VII. sed ulterius etiam rem urget. Censet enim eos qui vel nigrum vestem de manu Episcopi suscepserint, ut aggressentur Clero, non posse amplius eam a se vestem abdicere, qua se Deo consecrarint, & irrevocabiliter affixerint sacra professio-ni. Verba ipsa Balsamonis proferemus capite

(1) Aimoin. L. 3. 29.

[2] Can. 35.

[3] Et Capitul. Carol. Magn. L. 7. c. 138.

(4) Tit. 9. c. 29.

[5] Ibid. c. 32.

(6) Can. 22.

(7) In Cad. 33. Trull. Et in Can. 14. Syn. VII.

*Vetus & nova Ecclesiae Discipline*

**4** pite sequenti : Narrat & alibi Balsamon , quanquam cavitset Justinianus ne Lectores ordinarentur nisi anno ætatis decimo octavo : si ordinaretur ab Episcopo tenuelus puer , m̄nos non eclese ut rurum ordinetur anno ætatis decimo octavo . Alioqui eo intervallo potuisset reddere se seculari vitæ , quod perridiculum est . Si datum fuerit , cum rursus characterem accipere debere ; utpote quod primus character non posset subsistere , ei licebit ante secundum , in laicum transformari . Quod est absurdum .

**IX.** Animadvertisit denique Balsamon (1) , ut non sinebat Basilius Diaconissas nubere , etiam postquam exauktoratae fuerant , quod semper constaret earum corpus cætitati consecratum fuisse (2) : Nos Diaconisse corpus , ut consecratum , esse in usu carnali non amplius permittimus : ita nec per Canones fas esse Clericis depositis , conjugio se iterum implicare . Etiam si semel sacerdotium renuntiaverint , corpora sua , quæ sunt semel Deo consecrata , prohibebuntur secundis nuptiis profanare .

**X.** Discrepare mirum in modum Justiniani , & Leonis Philosophi Imperatorum Novellas docet Jus Orientale . Prohibebat Justinianus , ne abiret quisquam Clericatu : non alia tamen sanctissimi ejus propositi trans fugas afficiebat pena , quam ut civilibus omnibus exueret in posterum honoribus , dignitatibusque , & curialium servituti manciparet , quæ cerumna via usque adeo erat , ut non pauci ejus declinandæ causa Clericatum ambirent (3) . Nemo Clericatum suum relinquens , secularis fiat : nam & dignitate , militiave quam adeptus est , nudabitur , & municipii sui Curia tradetur .

At Leo Clericos Monachoque cogebat abjectas induere rursum veltes , & priori se instituto reddere (4) . **Novella VII.** & **VIII.** Leonis , Clericos atque Monachos , qui habitum mutarunt , & laici facti sunt , etiam invitox habitui pristino restitui præcipiunt . Hic ipse Leo (5) Novellas revocans Justiniani , quæ seculari vitæ , & conversationi permittebat Clericos majores , qui illicita amplexi essent conjugia : sanctitatem cogantur in ueste , & tonsura esse Clericali , utque Clericalibus etiam ministeriis fungantur , quibus hinc nihil dedecoris in-

primatur (6) : Ab Ordine quem ante nupcias obtinuerint , solum recedentes , satis pœnarum luere videantur , & nequaque Clericali habitu , aliore Ecclesiæ ministerio , cuius quidem usus illicitus non est , judicio preventur .

**XI.** Ea autem ratione suam Leo Constitutionem illustrat , quæ illi omnino sit consentanea sapientie , ex qua etiam nomen illi inditum Philosophi . Docet enim nunquam profanari , & plebeis usibus inquinari debere quod semel Deo dicatum fuerit : idque scrupulosius multo servari debere in hominibus , quam in rebus iis , quæ vitæ , & rationis expertes sunt : Quæ semel Deo dicata sunt , ea deinceps auferri non oportere sanctum est : idque non in donariis solum , verum multo magis in hominibus , qui per sacram Ordinem divina Majestati consecrati sunt . Quod resertur autem a Cedreno (7) de Presbytero apostata , qui Imperatorii exercitus dux constitutus fuit , argumento id quidem est , tam præclaris legibus nec Principes ipsos semper obsecutos fuisse .

**XII.** Nec leviter hic & perfunctorie pæreunda est illa Zonarae obleratio in Canonem **xxi.** Concilii Trullani . Nempe eo Canone , ut & aliis quam multis , prohiberi Clericos depositos , & impudentes , non tonsura aut ueste utantur Clericali ; non quo liberam jam , & impune illis sit in secularis vitæ irdes , & nequitias revolveri : sed ut eo saltē dedecore ad poenitentiam serio complectendam stimulenter : Ut cum se antea Sacerdotem , aut Diaconum , nunc in Laicorum ordines relatum , non sine rubore animadvertisat , ita demum se ipse colligat ; mentemque a flagitio evocatam ad seniora consilia proinde convertat .

Postremo denique contestatur Balsamon (8) , si Canone Apostolico detrudantur in laicorum claves Clerici ii , qui Gentilium persecutionibus fatigati , Clericatum ejurant : multo æquius esse , ut eadem multentur pena , qui Clericali se exuerint ueste , uno secularium cupiditatum astu incitati , interdicanturque omnibus Ordinum functionibus , quamvis ad Clericatum postea redierint , vel Monasticam appetient uestem .

In-

(1) In Canon. Carth. 93.

(2) Canon. 44. Epist. Basil. ad Amph.

(3) Juris Oriental. pag. 33.

(4) Novel. 7. 8.

(5) Ibid. pag. 494. 495. Juris Orient.

(6) Leonis Novel. 79. Ibidem.

(7) Cedrenus pag. 781.

(8) In Canon. Apost. 42.

Invaluit tandem aliquibus in Provinciis ea consuetudo, ut Monasteriis includerentur Presbyteri exauktorati, ut ibi paenitentiae se dederent. At inde illud perspicue patet, Clericis quibuscumque Ordine, & gradu suo perturbatis, nequaquam licuisse secularis vita licentiam illecebrasque sectari. Audienda hic verba Concilii Cabillonensis II. anno 813. (1) *Dictum nobis est, Presbyteros propter suam negligentiam canonice degradatos seculariter gradu amissio vivere, & paenitentia agenda bonum negligere. Unde statuimus, ut gradu amissio agenda paenitentia gratia in Monasterio, aut canonico, aut regulari mittantur.*

**C A P U T XIV. P.4.l.2.c.5.**

An postrema hac aetate post annum Christi millesimum liceat Clericatum abdicare.

I. *Varia Conciliorum Pontificumque Decreta, quæ non finunt Clericatum semel amplexos, ab eo resiliere.*

II. *Resiliebant a Clericatu, vel promittendis crinibus, vel corona abficienda, vel seculari induenda ueste.*

III. *Quæ Ecclesia in his & doctrina & disciplina? Willhelmi Parisensis sententia. Decreta posteriorum Tarragonensium Conciliorum.*

IV. *Posterioris hujus etatis Concilia in id collimarunt, ut ne jam Clero adscriberentur, nisi qui pietatis castissima stimulo id perciperent, certumque perseverandi propositum haberent.*

V. *Eadem Concilium Tridentinum collineavit, sicut & posteriores quadam Synodi.*

VI. *Rigidior in hac parte Navarri doctrina.*

VII. *Argumenta alia ex Concilio Tridentino.*

VIII. *Et ex Conciliis Mediolanensibus S. Caroli.*

IX. *Solvuntur objectiones.*

X. *Hodierna Graecorum in his Consuetudines.*

I. **V**estiganda jam nobis sunt, si qua supersint, in hac face temporum,

ut loquitur Hieronymus, antiquioris disciplina fugientia linea menta, ut ne extrema quidem haec aetate professum semel Clericatum liceat abdicare. In Concilio Bituricensi a fidelium communione abscessi sunt Monachi apostatae, Clericatus vero desertores a communione Clericorum (2): *Ut Clerici Clericaturam suam dimittentes, ab aliis Clericis separantur, &c. Concilium Remense anni 1049. ubi Leo IX. presidebat, prohibuit (3): Ne quis Monachus, vel Clericus a suo gradu apostataret. Ubi apparet etiam tunc post annum Christi millesimum, strictissimæ fuisse observantia Clericalem, perinde ut Monasticam stabilitatem, quanquam conjugii copia fieret minoribus Ordinibus.*

Anno 1059. in Synodo Romana Nicolaus II. decretum promulgavit, quo eliminabantur ab Ecclesia communione desertores omnes Clericatus, donec primæ se suæ professioni restituissent (4). *De his autem Clericis, qui tonsuram projiciunt, & a Clericatu recedunt, quos apostatas Julianistas jure vocitamus; statuimus, ut nisi ad professionem Clericatus redierint, omnium Christiana communione priventur. Eadem mox feriuntur poena Monachi apostatae. Porro desertoribus istis, ut vides, non infamia tantum inurebatur apostasiæ, sed & infandum illud dedecus, & probrum, quasi Julianum apostatam, Clerique, & Christiani nominis simul desertorem imitarentur.*

In Concilio Rothomagensi anni 1072. præcipitur (5): *ut Qui coronas benedictas habuerunt, & reliquerunt, & usque ad dignam satisfactionem excommunicentur. At anni 1074. rursus Rothomagense Concilium vetuit, ne Clerici discincti, & depositi possent more laicorum lascivire, ambire dignitates, militare (6): Ne hi qui culpis urgentibus ab Ordine suo depositi, quasi ab omni Clericatu liberi, militent sculo more laicali. In Concilio Juliobonensi anni 1080. apostasia Clericorum Monachorumque inter illa flagitia adscripta est, quæ Episcopo uni solvenda servantur (7). Si Clericus coronam suam dimiserit, si Monachus, vel Monacha habitum suum dimiserint.*

II. Hinc palam fit, Clericorum apostasiam prodidisse le primum ex contemptu, & fastidio coronæ vestisque clericalis (8).

U:

(1) Can. 40.

[a] Can. 23. 24.

(3) Can. 8.

(4) Epist. 8.

(5) Cap. 33.

(6) Cap. 12.

[7] Can. 24. 25.

[8] Can. 11. 12.

*Ut Monachi, vel Clerici, qui Ordinem suum abjecerunt, aut redeant, aut excommunicentur. Ut Clerici patentes coronas habeant. Verba hæc sunt Canonis Concilii Londinensis anno 1102. In Concilio quoque Tololano anni 1119. anathemate feriuntur Clerici, qui coronas obduxerint, barbamque aluerint, quod ea sint veluti præludia & prima quædam apostasie tentamenta (1): Si quis Ecclesiastica militia titulo insignitus, Monachus, vel Canonicus, aut quilibet Clericus, primam fidem irritam faciens, retrorsum abierit, aut tanquam laicus comam barbamve nutriterit, Ecclesiæ communione privetur, donec prævaricationem suam digna satisfactione corixerit.*

*Potesta vero apostasia Clericorum designari cœpit ex clericalis vestis fastidio & abjectione. Tunc ut reor, breviores vestes bracchæque abjecta toga inter laicos frequentiores esse incipiebant; unde prælonga & unicolor vestis propria tandem & peculiaris facta est Clericorum. Alexandri III. hujusmodi sunt verba (2): Clerici qui relicto Ordine Clericali & habitu suo, in apostasia tanquam laici conversantur, &c. Iisdem penne verbis utitur Innocentius III. ut eam describat apostasie sceditatem (3): Quod Clerici qui sunt de apostasia criminè infamati, qui videlicet abjecerunt habitum Clericalem, non sunt in sæculari habitu tolerandi, &c.*

*Ipsæ Decretalium compilator Raymundus de Pegnafort eam questionem attigit, an semel attonsus in Clericum possit resilire & comam alere. Negat autem id constantissime, properea quod sacri Canones anathema intorqueant in eos qui ita resiliunt a Clero, comamque relaxant: vibrari autem telum anathematis non soleat, nisi in via flagitia (4). Quid si aliquis accepit primam tonsuram tantum, numquid potest eam deserere? Credo quod non, quia Clericus, & Clericus quilibet compellitur per anathema vivere clericaliter: & si quis ex Clericis comam relaxaverit, anathema sit. Addit porro, si Clericus minorum Ordinum uxorem duxerit virginem, officii eius esse, ut Tonsura semper Clericali utatur, legat, psallatque in Ecclesia, clericalem vitam & contentanea Clericis studia sectetur: Adhuc tenetur deferre coronam, & cantare in Ecclesia, & clericaliter vivere. Si quibus au-*

*tem se vinculis innectat, quæ Clericatu repugnant, exempli gratia, si viduam ducat, vel hujusmodi quid, Clericatu eum exui debere. Itaque non ille tum abibat Clero, sed illum Clerus abigebat. Hæc præsca utique erat Disciplina, quæ perii simum hunc Decretalium Consarcinatorem præterire non potuit.*

*Sed ibidem mox ille subjicit eam quæ tunc glisebat consuetudinem, & prioris disciplinæ immutationem, ut ne amplius ad perteverandum in Clero cogerentur it, qui Clericali orbari privilegio non abnuerent: sed solis ea Beneficiariis necessitas indicetur. Et hoc verum est nisi in tribus casibus. Unus est si ipse nullo modo vult retinere priuilegium Clericale. Alius si non potest ferre coronam absque scandalo uxoris: quod intellige, si non habet beneficium Ecclesiasticum; quia tunc omni modo deberet portare. Tertius est cum justa causa timor exigit tonsuram, vel habitum transformari.*

*III. Ergo ne dubitari quidem potest: 1. Quin usque ad tempus ineuntis secuui xii. Clerici omnes, perinde ut Monachi stabilitatem profiterentur, & servare compellerentur. 2. Quin iisdem poenitentia delertores Clericalis, atque Monastici instituti obnoxii fuerint. 3. Quin Apostatae jam tum habentur Clerici, cum primum Tonsuram & velut Clericalem abjicerent. 4. Quin ne illi quidem, quos crimina sua gradu moveant, sinerentur laicali more vivere, & Clerici legibus illudere. 5. Quin ea disciplina usitatissima adhuc foret, si Decretalibus his Pontificiis, quibus hodiernum constat jus Canonicum, mores praxesque consentirent.*

*Locupletissimus testis est Willelmus Parisiensis, apostatas suo etiam ævo haberi solitos, qui a Clericatu deficerent (5): Sicut apostasia Monachum precidit ex toto a Monachatu, ita ut de Monacho non habeat nisi solum characterem Monachalem, & vincula votorum, quibus adstrictus est ad hoc, ut sit virrus Monachus. Ita Clericus apostata a Clericatu suo, vel Canonicatu non habet nisi characterem clericalem, & obligacionem, qua obligatus est ad hoc ut sit Clericus, vel Monachus veri nominis.*

*In Concilio Tarragonensi anni 1338. cœtum est, ne Tonsura clericali insignirentur, nisi ii qui propoluissent ad lacros aliquando Ordines provehi (6): Prima tonsura nemini*

*con-*

(1) Cans 10. (2) C. Præter De Apost.

(3) De Collat. Benef. c. 5.

(4) C. Tuse ibid.

(5) Constitut. Conc. Tarr. l. 1. tom. 6.

conferatur, de quo non sit verisimile, quod intendat ad sacros Ordines promoveri. Hoc demum temperamento uti visum est: Clerici desceiverunt ab ea stabilitate inviolabili, qua olim & Clericatus & minores Ordines continebantur: at Ecclesia ipsa instituti sui retinentissima, ordinare, immo & attondere abnuit, nisi quos in sancta professione perseveraturos non temere prælumitur.

Aliam iniit viam Concilium Tarragonense anni 1367. ad colorem aliquem veteris disciplinæ retinendum. Qui pacifice Canonicum possedissent anno *integro*, eos a Clericatu postea deficere pati amplius noluit: quasi expleto novitiatu anno Professiōnē clericalem ipsa perseverantia profisi essent: si postquam autem etatem attigissent Subdiaconis necessariam, eo se iniciari Ordine non curarent, protinus illos Canonicatu spoliavit (1): *Statuimus ut quicumque de cetero in Canonicum Cathedralis Ecclesiae assumptus fuerit, ne a statu retrocedere valeat Clericali, infra annum a die pacifica possessionis adeptæ computandum.* Postquam ad legitimam etatem pervenerit, ad Ordinem Subdiaconatus saltet, legitimo impedimento cessante, se faciat promoveri. Alias ex tunc Canonica sit ipso jure privatus. Idem innovatum est statutum in aliis Tarragonensibus Conciliis anno 1370. & 1424. Hic ergo spectatur Capitulum Cathedralis Ecclesiae tanquam Congregatio quedam Regularis, ubi qui primus degitur annus, is loco novitiatus habetur, quo expleto, jam nefas resilire.

IV. At vero cum posteriora & finitima nobis duo hæc scula, plurimum studii, operaque, & industria posuerint, ut retroresceret tandem aliquando primæva priorum Ecclesiæ sculorum disciplinæ sanctimonia, posteriora quoque Concilia in eo egregie laborarunt, ut animi illa & intentionis puritas revivisceret, qua se olim Clerici, perinde ut Monachi, non alia mente aut voluntate sacro Ordini sacrificisque ministeriis iniciari cupiebant, quam ut totam quanta quanta forte vitam in eo pietatis studio consumarent. Concilium Coloniense anni 1538. Episcopos cohortatur, ut explorent id maxime, quo se quisque consilio, qua voluntate, quo fine, vel attonderi cupiat, vel ordinari (2): *Quo effetu & proposito accepto Thomas. Tom. IV.*

dant ordinandi, videndum, accurateque investigandum est, num videlicet Dei causa tantum, an potius sue commoditatis gratia, ad Ordines capessendos aspirent, querentes quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi. Concilium Bituricense anni 1584. absolute pronuntiavit (3), restituendos esse fructus redituique Beneficii, quo quis solo maxime redituum temporalium amore indui expetiſſet: *Qui Beneficia Ecclesiastica solius temporalis provenitus gratia suscipiunt, eos non facere fructus suos, sed ad restitutionem teneri.* Concilium Burdigalense anni 1583. Tonsuram dari cuiquam prohibuit (4): *Qui ex conjectura probabili existimabitur ob alium finem, quam ut Deo fidem & perpetuum cultum praestet, hoc genus vita elegisse.* Concilium aliud Burdigalense (5) anno 1624. cavit, ne Tonsura donarentur posthac pueri, nisi annos duodecim nati, qua etate certius & velle, & testificari possunt se velle totum vitæ curriculum Deo & sacris altaribus impendere: nisi item tum Parochi, tum Ludimagistri de puerorum voluntate testatum facherent; tum vero assignandos certæ alicui Ecclesiæ juniores hos Clericos, ubi festis & Dominicis diebus in Clericali veste sacris interessent Officiis; si ea quæ par esset assiduitate, hæc pietatis rudimenta obirent, tum Tonsura donarentur, & Ecclesiæ uni affigerentur, ut Presbyteris dicto audientes essent, clericalem habitum gestarent, sacris ritibus imbuerentur: *Gestet quotidie habitum clericalem, sacerdotibus pareat ad nutum, ritus Ecclesiasticos discat.* Si postea vero clericalem rejicerent vestem, vel Officiis se sacris subducerent: ex hinc exortes declararentur & Ordinum, & Beneficiariorum quorumlibet.

In Hispania Concilium Toleranum anni 1566. Tonsuram clericalem conferri noluit (6), nisi Beneficiariis, & iis qui, in via ad Majores Ordines suscipiendos versari videantur. Idem statuit Franciscus Gondius Archiepiscopus Parisiensis, ut ne Tonsura concederetur, nisi iis, quos non vanas spes esset utiles fore, & in sacris Ordinibus strenue aliquando militaturos.

V. In Concilio Tridentino innovata quidem, & in usum revocata non est prisca illa Canonum disciplina, ut nefas sit Clericatum semel susceptum abdicare. At si sedulo servarentur quæ providentissime in

H eo

(2) Ibid.

(2) part. 1. Can. 21.

(3) Tit. 36. c. 1.

(4) Can. 14.

(5) Can. 6. n. 2.

(6) Synod. Paris. p. 456.

*Vetus & nova Ecclesia Discipline*  
 eo sancita sunt, tam rarae nunc essent hoc genus defectiones Clericorum, quam olim fuerunt beatis illis politioris disciplinae sacrae sculis. Si plures non insisterentur Clerico, quam quos vel utilitas Ecclesiae, vel necessitas depositeret: si quam primum attenderetur quis in Clericum, manciparetur Ecclesiae certae, cui sese injussu Episcopi subducere non posset: si minorum Ordinum functiones, nec sine certo veluti Beneficiorum fructu, redintegrarentur: si quam caute hæc provisa sunt, tam sancte observarentur: non oberrarent tot vagi, totque cupiditatum servi Clerici: qui Clericalem non ineunt stationem, nisi ut tum exant, quando eos oblata lucri, vel honorum spes invitarit.

Inde est, quod Synodus apud Noceram habita declaravit, Clericos, qui a Clericatu semel descivissent, ad eum & ad Ordines fore ut nunquam deinceps possent revocare gradum, utque graves arbitrio Episcopi penas darent (1): *Ut qui Clericalem habitum Episcopi auctoritate susceptum, eo inconsulto deposuerit, non solum graves ejusdem arbitrio penas iurat, sed sciatis etiam se omni spe ulterius in Ordinibus progreendi, aut eundem habitum obtinendi caritatum.* Præcepit Tarentina Synodus, ut consilii & propositi castimoniam, & intentionis suæ puritatem sacramento confirmarent omnes ante Tonsuram.

VI. Navarrus porro in ea ipse quidem versatur sententia, idem sacramentum exigiri debere ab iis omnibus, qui Tonsura, vel minoribus initiantur Ordinibus. In ea se certissime esse voluntate eluctandi aliquando ad sacros Ordines, ac proinde constantissime perseverandi in clero (2): *Sequitur magna laude dignos esse Episcopos, qui primam Tonsuram & quatuor minores non conserunt, nisi ei, qui per se si fuerit adulterus, aut per parentes, si puer juraverit se velle ad maiores legitimo tempore ascendere,* &c. Quin & mox vehementius ita invehitur idem Navarrus (3): *Sequitur compluribus, qui prima Tonsura aut quatuor minoribus initiantur, satis fore ipso Ordinationis die frangere crura, quam prima Tonsura, aut quatuor minoribus ordinari; tum propter proxime dicta, tum quod non se ordinant ad finem debitum, nimirum ut ser-*

viant Deo in Officiis Ecclesiasticis, quandoquidem non intendunt iniciari sacris, aut munera sacra, ut tales subire, &c.

VII. Ubi lâxere Tridentini Patres, ne cui minores committantur Ordines, nisi probabilis affulget spes, ad superiores aliquando progreßurum (4): *Nemo iis initietur, quem non scientia spes majoribus Ordinibus dignum ostendat.* Satis aperte prodiderunt neminem ingerere se debere, vel Tonsuræ, vel Minoribus Ordinibus, nisi secum ipse certo statuerit ad superiores se Ordines concensurum, cum Ecclesiae utilitas julserit, vel cœlestis vocatio non levibus significata documentis invitari: *Cum hinc ad altiores gradus, & ad sacratissima mysteria sit ingressus.* Hæc constantissima pricoram Canonum Patrumque & sibi consentiens doctrina; posse Ordinem quemlibet sacrum haberi deligique ut tutam stationem, in qua consistere & defigi possint Clerici, nec ulteriora incrementa meditari: at inferiores Ordines non esse, nisi vias & gradus ad superiores; ita neminem iis inhicare, aut donari debere, nisi ut ad superiores per eos evehatur: atque adeo nisi ea sit voluntate, ut ab hac sanctitatis professione nunquam recedat. Non aliud enim vero sunt minores Ordines, quam sacra veluti quedam tyrcinia, quibus fingantur & præfómentur qui ad Sacerdotii culmina aliquando promovendi sunt. At quis nisi valde vecors dubitet, Tyrcinia & Novitiatum quisquis initia sacrae religionis, eum necessario cupere debere, ut religioni eidem se totum totamque ætatem impendat? Quin idem ipsum Concilium, dum de Seminaris agit, vetat ne juniores Clerici eo admittantur, nisi perseverant in sacro instituto præsumantur (5): *Quorum indoles ac voluntas spem afferat, eos ministerios Ecclesiasticis perpetuo inservituros.*

VIII. Concilium IV. Mediolanense sub Beato Carolo statuit, ut quisquis accederet ad Tonsuram postulandam, contularetur, *spe esse se in Clericalis Ordinis discipline permanfurum*, idque ut similiter tum Parochus, tum ille testaretur dux & rector spiritalis, cui ejus curam mandaverat Episcopus, cum primum resceiverat pium ejus de profitendo Clericatu propositum (6): *Hoc vero testimonium a Parocho, aut ab eo sa-*

(1) Hallier. de sacris election. p. 135. 136.

(2) De horis Canon. can. 7. n. 13.

(3) Hallier. de sacris election. p. 134.

(4) Sell. 23. Can. 11.

(5) Ib. c. ult.

(6) Acta Eccl. Med. p. 144.

*Sacerdote habeat, cui ab Episcopo in disciplinam traditus est, postquam Clericalis ordinis suscipiendo animum voluntatemque ei patefecit.*

IX. Si nobis objiciatur *Cap. Præterea de Apostatis* in Decretalibus Gregorianis, nec non & *Cap. Primum, De Bigamis,* & *C. i. de Clericis Conjugatis* in Sexto, ubi videntur Pontifices copiam fecisse desciscendi a Militia Clericali: respondebimus, ita quidem forsan Canonistas existimasse, sed non satis perpendisse, eas potius fuisse poenas, quæ decernerent aduersus Clericos conjugatos, qui Tonsuram vestemque non gestarent Clericalem, & qui ideo exuerentur exemptionibus & privilegiis Cleri: itemque aduersus bigamos, qui veste & tonsura interdicerentur. Atqui permultum hæc inter se distant, permittere, ut a Clericatu quis desciscat: levi poena ferire eum, qui delickerit: & bigamis tonsura atque habitu Clerici interdicere. Ad hanc sensum deflexæ hæc Decretales, cum superius laudatis facile concordabunt, alioqui mirum quantum dissidebunt.

Simillimum tamen veri est, hinc ortam Clericalis stabilitatis labem; quod post excitatos variis argumentis Clericos, ne sacra hac statione abirent, post levioribus poenis animadversos eos, nihilominus deficerant: eo tandem ventum sit, ut desertores privatione tantum immunitatum Cleri plesterentur. Poenas temperavit Ecclesia, non licentiam deficiendi indulxit: Clerici apostatae hinc se jam liberos & solutos esse gratulati sunt, dum poenas has subirent. Non me præterit tamen impune deficiendi a Clero initium ductum fuisse a Clericis conjugatis, & lege pluribus in regnis promulgata, eos deinceps privilegiis Clericatus spoliatum iri. Id videtur Innocentius III. insinuasse in Epistola Decretali ad Episcopum Pictaviensem, C. *Joannes, de Clericis Conjugatis*. En ipsa ejus verba: *Quoniam igitur idem etiam tonsuratus non potest privilegio Clericali gaudere, mandamus quatenus ipsum super tonsuratione hujusmodi non molestes, dummodo nullum percipiat Beneficium Ecclesiasticum, cuius ratione teneatur Clericalem deferre tonsuram.*

X. Concinit apprime antedictis Græcorum doctrina & consuetudo. Balsamon vehementer iis repugnat, qui sola tonsura ab

Episcopo collata non statim Clericum quenquam fieri opinabantur, nisi & Ordo limul aliquis conferretur: ideoque posse eum impune, et si attonsum, *Laicorum habitum, amictumque accipere*. Apud illos etiam quos oppugnat Ballamon, in confesso erat, non posse post minores Ordines ad sæcularem rediri vitam; de sola tonsura & veste Clericali controversiam faciebant. At Ballamon ultra provehitur, contenditque folia Clericali veste de manu Episcopi suscepta, professionem clericatus irrevocabilem emititi, sicut & susceptione habitus Monasticus, ita ut jam non posset quis a clericatu abiare (1): *Mihi autem videtur, quod qui etiam nigris simpliciter vestibus fuerit induitus ab Episcopo, ut Clericus fieret, amictum amplius mutare non potest, ut qui Deo consecrari proposuerit.* & ideo nec suam Deo pollicitationem rescindere, nec sanctum habitum ludificari, artificum scenicorum instar, possit, quod sape etiam de Monachis dixi. Apertissima est autem hæc Monasticae vestis comparatio. Constat enim non potuisse quenquam, qui Monasticum semel gestasset habitum, in veste postea laica conspici. Teste idoneo Lanfranco Cantuarie Episcopo (2): *Canones Decretaque sanctorum Patrum eos qui vestem Religionis aliquor diebus in prospectu hominum deferrunt, ad sæculum quounque modo postea redire non sinunt.*

Redeo ad Balsamonem, qui alibi docet (3), ut jam a nobis animadversum est, ex Canone Synodi VI. ob facinus aliquod suum exauktoratos, si serio poenitentia incumbant, Tonsuram & vestem Clericalem recipere posse: Novella Leonis Philosophi deponi Clericos, qui post ordinationem conjugia ineunt, sed non exui clericatus veste, nec sacris munis extra Sanctuarium: denique alia ejusdem Imperatoris Novella præcipi, ut compellantur Clericalem vestem repeteret ii, a quibus abjecta est.

(1) In Can. 14. Syn. VII.

(2) Ep. 26.

(3) In Can. 21. Synod. VI.

An ad nutum Episcopi Beneficiarii possent amoveri?

### C A P U T XV. P. I. I. 2. c. 4.

Summoveri a Beneficiis Clerici non poterant per priora quinque saecula.

I. II. Eo stabile, & inconcussum est Episcoporum Imperium, quo legibus iustitia & caritatis temperatur.

III. IV. Probationes ex Paulo, & ex Concilio Niceno.

V. VI. VII. VIII. Probationes aliae ex Concilio Antiocheno & Sardicensi.

IX. Canones hi omnes jubent, ut canonico iudicio agat Episcopus, utque a sententiis ejus etiam canonico iudicio libratis ad Concilium appellari possit.

X. XI. XII. In Conciliis Africanis sanctum est, ut ne possit Episcopus solus ex auctoritate Presbyterum, vel Diaconum sine aliis Episcopis, & ne minores quidem Clericos suos, nisi de ipsis cum Clero suo iudicium instituerit.

XIII. XIV. Eadem Africana Concilia concedunt, ut vel minores Clerici a sententia Episcopi sui provocare possint ad Concilium Provinciale, immo & ad Concilium Universale totius Africe.

XV. Episcopi ipsis hos imperio suo limites circumscribendo, quasi rotidem praesidiis ille munierunt.

XVI. Eadem Concilia uni Episcopo fidem baberi nolueri, in occulto cuiusquam criminis.

XVII. Exemplum Apiarii Presbyteri, cui Africani Episcopi annuebant, ut ad universale Africa Concilium provocaret, dum ne ad Romanum Pontificem.

XVIII. Quo pietatis velo obtendi posset hic eorum ardor, perinde ut Augustini.

XIX. XX. Alia exempla Augustini, & Ambrosii.

XXI. Objicitur Canon Africanus, & solvitur.

XXII. De Ecclesiae Graeca exempla profertur aliqua.

XXIII. XXIV. XXV. Nova exemplorum frues.

I. Declarat lex arctissimo, quo constringebuntur Clerici Beneficiarii que omnes Episcopo suo, Ecclesiae, residenciae, munis & officiis suis, ac denique ipsi clericatui; disceptandum jam supererit, an Ecclesia similiter illis mutuo alligatur nodo, ut non pro arbitratu & nutu possent gradu suo dimoveri. Invalit enim nec paucos, nec indoctos ea opinio, antiquae Ecclesiae Parochos in Episcopi potestate ita fuisse, ut pro arbitrio ejus possent aut continuari, aut transferri, aut penitus spoliari, prout Episcopus conducibilis sua Ecclesiae fore statisset. Porro cum tam splendida sit secundum Episcopos Parochorum dignitas, non potuere illi, ita roti pendere ab Episcopo, quin eadem fuerit & aliorum Beneficiariorum omnium fors & conditio.

II. Sed quo demum cumque lumine & colore hanc illustrare conati sint doctrinam, ut ea delectarentur Episcopi, qui summa auctoritate, & ipsis legibus Canonibusque superiore donarentur: si proprius res introspiatur, & si vacet antiquorum medullam Canonum altius penetrare, contabit contraria sententiam non aequitati tantum, sed & veritati magis consentaneam esse: eaque adjici Episcopis auctoritatem tanto maiorem, quanto firmorem; tantoque firmorem, quanto aequiorem & suaviorem; tanto aequiorem autem & suaviorem, quanto legibus & Canonibus superstructam. Ut externa quippe & incommutabilis est legum iustitia, ita & aeternitatem involvamusque communicat stabilitatem ipsis, vel Principibus, vel Principatibus, quos regit. Quibus paulo perspicaciores sunt oculi mentis, quam corporis, illis in legibus omnibus positivis, maxime Ecclesiasticis, occurunt radii quidam, ac splendoris ex externa & incommutabili lege in eas defluentes. Sed utcumque res se habeat, nativa, inconcussa & incommutabilis ea lex est, Imperium omne legibus regi: legibus subesse debere eos, quibus sublunt omnia; & quantumcumque sibi quis arroget auctoritatis culmen, fastigio leges sedere longe eminentiore. Imperium Episcopale summum erit, etsi infra Canones & infra leges sit. Dei unius voluntas nulli praeterea legi subjicitur, quia lex legum, lex iustitiae, & iustitia ipsam est.

III. Verat Apostolus (1) ne Presbyteri-

ac-

(1) 1. Tim. 5.

accusatoribus aures accommodet Timotheus Episcopus, nisi idoneis testibus & testimoniis utantur. Presbyterorum ergo judices sunt Episcopi, & quidem summi judices. At vel ipsa judicis vox spem non vanam facit, judicium fore, non imperium: servitum iri justitiae, non irae, non affectui, non private cupiditati, non voluntati denique, quæ justa ut sit, at errare potest a justitia, nisi legi justitiae obsequatur. Summa ergo Paulus potestate Episcopos instruxit in Presbyteros, sed quæ ipsam sit in Canonum & legum potestate, quæ ideo ceterarum omnium summa est, quia errare nescia.

IV. Jubet Concilium Nicænum (1) deponi Presbyteros, qui citra examen ordinati fuerint: vel in ipso examine nefaria aliqua confessi, ordinati nihilominus fuerint: irrita habetur hæc ordinatio, quod præter Canones facta sit: *παππας πατερος*. Ergo ante Episcopos ipsimet Canones damnationis sententiam in hos Presbyteros pronuntiaverant. Deponuntur in hoc eodem Concilio, quoscunque persecutionis procella dejecerat, & quamvis idolorum cultu inquinatos, ordinarerat tamen postea Episcoporum, vel incogititia, vel indulgentia, sacris Ecclesiæ legibus inimica. Supervacaneum autem esset de his leges edere, Canonesque, si totum esset positum in voluntate Episcoporum. Sed qui tandem persuadere sibi potuissent sanctissima Episcoporum Concilia, sola Episcopi voluntate infligi posse depositionem, quæ ipsis quidem videbatur poena esse tam atrox, qua enormia quæque Ecclesia vindicarentur? Levis visa esset poena ea, nec gravioribus sceleribus par, quam arbitrio suo in insontes fontesque Episcopus discernere potuisset.

V. Non excommunicationis tantum, sed & depositionis sententia percellit Antiochenum Concilium (2), tum Episcopos Presbyterosque, tum Clericos denique omnes, *πάππας πατερος*, qui ad Aulam Principis fiscicerentur, sine licentia & litteris Episcoporum Provinciae, maxime autem Metropolitani. Longum esset & minime necessarium caulas omnes percensere depositionis, vel suspensionis Presbyterorum, Clericorumque omnium, & hinc leges Ecclesiæ, venturisque seculis condere, si liberum sit Episcopis arbitrari suo easdem penas immentibus infliger. Quid autem de Episcopis ipsis augurandum? Hic enim eisdem le-

gibus pœniisque subjiciuntur, si eorundem criminum affines sint cum Presbyteris Clericisque alijs. An & Episcopi ad nutum Superiorum summoveri poterunt? Nemo tam excors, cui ea vel cogitatio subire in mentem possit. Ergo & Episcopos & Presbyteros Clericosque omnes cum iudicem Canones complectantur, hinc illud efficitur, illos omnes ex æquo & his de causis potuisse, & nonnisi his de causis exauctorari suspendique potuisse.

VI. Verum id rursus ex Canone proximo ejusdem Concilii (3) multo evidenter colligitur. Edicitur enim si Presbyter aut Diaconus ab Episcopo suo dejectus gradu, vel Episcopus a Synodo exauctoratus, cum ad Synodum majorem plurimumque Episcoporum provocare possit, his omissis recurrat ad Principem, irrevocabili damnationis sententia exturbanum illum suo gradu esse. Nihil ergo hic libidini, nihil voluntati, totum canonico judicio datur, aut Episcoporum in Clericos suos, aut Synodorum in Episcopos. Judicium autem est, non magis in reos sœvire, quam tueri innoxios.

VII. Sed illa provocandi potestas a Conciliis concessa argumento est, non tantum nil voluntari, nil arbitrio permitti Episcoporum in Clericos suos, sed ne judicio quidem Canonico primæ instantiæ nimium permitti: cum ad amplius & superius judicium appellari adhuc possit, ubi prius, si necesse sit, judicium irritetur. Quorsum autem appellabunt Presbyteri a sententia Episcopi, & depositione in ipsos vibrata, si sine figura judicii possit semper Episcopus suis illos locis & beneficiis summovere? Quorsum Synodi, si tantum possint singuli Episcopi?

VIII. Tantum roboris, tantumque lumen in eo est arguento, ut aggerandis aliis supersedere possemus. Operæ tamea pretium duxi, non multum his absimilem proferre Canonem Concilii Sardicensis (4): *Si Episcopus, quis forte irascundus, quod esse non debet, cito & asperè commoveatur adversus Presbyterum, sive Diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit; providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem.* Et ideo habet prestatem is qui abjectus est, ut Episcopos frumentos interpellat, & causa ejus auditetur & diligenter tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Epi-

(1) Can. 9.

(2) Can. 11.

(3) Can. 12.

(4) Can. 17.

*Episcopus qui aut iuste, aut injuste cum abjecerit, patienter accipiat ut negotium discessitatur, ut vel probetur sententia ejus a plurimis, vel emendetur.*

Nostræ huic doctrinae impensissime patrocinari videntur singulæ hujus Canonis voces. Persualissimum enim erat his tum Episcopis, si quo alicubi casu expediret Episcopos summa & irretractabili in Presbyteros potestate uti: sexcenties alibi perniciale id fore, & Episcopo ipsi calamitosum, ut cuius tuu iracundia, aut effractata quævis cupiditas, nec Collegarum sapientia, nec legum auctoritate coerceri posset.

IX. Cum provocandi libertatem tuerentur hi Canones, interim sane dum coiret Concilium Provinciale, quod de judicio Episcopi judicium ferret, latæ ab Episcopo sententia morem gerere Presbyteros Clericosque omnes jubebant. Unde ibidem mox: Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum qui fuerit a communione separatus, ante cognitionem nullus alius debet presumere, ut communione societ: Ea excommunicatione depositio nem contineri simile veri est. Verum Africani Episcopis, quorum princeps & caput erat Gratus Archiepiscopus Carthaginensis, grave postea & periculosæ plenum aleæ visum est, ut solius Episcopi judicio interim parere cogerentur Presbyteri, dum penderet appellatio. Statutum ergo ab illis est in Concilio Carthaginensi I. cui ille ipse Gratus præterat, ut illud ipsum primæ instantiæ judicium institui non posset nisi a tribus Episcopis, si de Diacono, a sex si de Presbytero, a duodecim vero si de Episcopo quæstio verteretur (1): A tribus vicinis Episcopis, si Diaconus est, arguantur; Presbyter a sex, si Episcopus a duodecim consacerdotibus audiatur. Nequaquam ergo poterat Episcopus pro voluntatis arbitrio Diaconos Presbyterosque dimovere, cum ne judicium quidem instituere de iis posset, nisi alios ascisceret sibi collegas, judicisque, qui puri essent & immunes earum cupiditatum & suspicionum quæ in ipsum cadere poterant.

X. Concilii Carthaginensis II. Patres munimenta duo haec altruxerunt Presbyterorum, & Diaconorum Innocentia, adversus precipitem quandoque Episcopi proprii excandescientiam. Alterum, ut ne so-

lus cognosceret Episcopus, sed tres saltæ de Diacono, sex de Presbytero Episcopi judicium librarent (2): A duodecim Episcopis Episcopus audiatur, a sex Presbyter, a tribus Diaconus, cum proprio suo Episcopo. Alterum munimentum erat appellatio ad Concilium (3): Si quis Presbyter a Preposito suo excommunicatus, vel corruptus fuerit, debet utique apud vicinos Episcopos conqueri, ut ab ipsis ejus causa possit audiiri, ac per ipsos suo Episcopo reconciliari. Etsi duo hi Canones in unum conflarentur, nihil magnopere nostra referret; perinde enim liqueret Presbyteros Diaconosque adeo non in potestate fuisse Episcopi, qui ad nutrum illos Beneficiis suis ejiceret: ut ne cognoscere quidem posset de eorum causa, nisi cum aliis Episcopis.

In Concilio Carthaginensi III. idem instauratur Decretum, ut Episcopus proprius duos alios adhibeat secum Episcopos, ut Diaconi causam ventilet: quinque alios, ut Presbyteri: quin & illud additur, ut judiciorum formulæ & leges peræque serventur, atque si de Episcopi cœla inquireretur (4): Eadem dierum, & dilationum, & communione remotionum, & discussione personarum, inter accusatores & eos qui accusantur, forma servata. Judiciales sane leges hæc omnes in cassum sancirentur, si solo voluntatis suæ impetu azi, & Clericos suos Episcopus posset Ordinibus & Beneficiis summovere.

XI. Additur hoc eodem Canone posse Episcopum solum de inferioribus aliis omnibus Clericis cognoscere: Reliquorum autem causas etiam solus Episcopus loci cognoscat & finiat. Et sane nec Sardicensis Syndodus, nec Carthaginensis, quarum modo Canones protulimus, eo privilegio nisi Presbyteros Diaconosque impertierunt, ut a solo non possent Episcopo judicari. Sed vel hic ipse Canon Concilii Carthaginensis III. Clericos quoquaque minusculos committit Episcopi non arbitrio, non voluntati, sed æquitati, sed judicio: solus ut judicet, sed judicet tamen, non imperet: cognoscat, non regnet: Causas agnoscat, & finiat. Quanquam vero vel tum non necesse haberet Episcopus Coepiscopos alios sibi adjungere, sed Clerum tamen ipsum suum, sed Presbyteros Diaconosque ut in judicium secum adhiberet, Canones moresque antiquissimi praescribebant. Id vero manifestissime

(1) Can. ii.

(2) Can. xc.

[3] Can. 8.

(4) Can. 8.

stissime declarant Concilii Carthaginensis IV. Canones duo; quorum alter vetat ne quem Episcopus Clericum ordinet, nisi cum Cleri sui consilio: alter prohibet, ne laicorum causas agitat, nisi succinctus Clericorum suorum cœtu<sup>(1)</sup>: Ut Episcopus sine consilio Clericorum suorum, Clericos non ordinet. Ut Episcopus nullius causam audit, absque praesentia Clericorum suorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi Clericorum praesentia confirmetur. Perspicua inde & necessaria existunt argumenta: Si non potest dare, ergo nec auferre poterit Clericatum Episcopus sine consilio Clericorum suorum. Proclivius enim & explicatus semper fuit dignitate quemvis donare, quam exuere. Et rursus: Si irrita est Episcopi sententia in causis laicorum, nisi cum Clero suo cognoscat; quin eadem servetur moderatio in Clericorum causis?

XII. In eodem rursus Concilio Carthaginensi IV. decernitur<sup>(2)</sup>: Clericum intentiones ab Officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab Officio suo removendum. Nihil excogitari potest, quod vel iustitiae, vel prudentiae magis concinat. Sed quorsum ea vel sapientia legum, vel æquitas, si ea Episcopi potestas erat, ut diligentissimos quoque pollet, si vellet elidere, æque ut ignavissimos? Nec aliter testimandum de ceteris hujus Concilii Canonibus<sup>(3)</sup>, ubi flagitia perstringuntur depositioni obnoxia, si adulatores sint Clerici, aut perfidiosi, si obtrecentiores, & desperatae maledicentiae veneno imbuti: si verborum spurcitiae, vel perjuriis linguam inquinant: si denique qui bonus odor Christi moribus suis esse debuerant, pestifero viatorum suorum contagio ceteros perdant. Quæ omnia inanissime & præcaventur & statuuntur, si sola Episcopi voluntas possit vel innocentiam allitare reis, vel innoxios reorum poenis prosternere.

XIII. Denique cum hoc ipsum Concilium Clericos omnes, qui de Episcopi sui servitia expostulabant, sinat ad Provincialem Synodum confugere: hinc docet nos, 1. Clericis prorsus omnibus, quos Episcopus solus, nullis aliis ascitis Episcopis, iudicarat, patefactum jam fecisse aditum ad Concilium Provinciale, ubi judicium illud Episcopi solitarii emendari posset, vel confirmari. 2. Diaconos Presbyterosque qui ab

Episcopo suo cum consilio duorum, vel quinque Coepiscoporum damnati fuerant, adhuc ad Provinciae Concilium provocare<sup>(4)</sup>: Clericus qui Episcopi circa se distinctionem injustam putat, recurrat ad Synodum. Id enim ad minores prorsus Clericos exporrigitur: nec Synodi nomine intelligi potest cœtus trium Episcoporum, ad Diaconi causam advolantium.

XIV. Nec conjecturis utendum, ubi res ipsa conceptis verbis definita est, in Concilio nempe Milevitano II.<sup>(5)</sup> Placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores Clerici, in causis quas habuerint, si de iudiciis Episcoporum questi fuerint, vicini Episcopi eos audiant: & inter eos quidquid est, finiant exhibiti ab eis, ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana Concilia, vel ad Primate Provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur. Clerici proculdubio omnes eo Canone comprehenduntur, quibus conceditur, ut vicinos interpellent Episcopos aduersus Episcopi sui Judicium, vilum sibi quidem subiniquum: utque rursus ab his Episcopis ad Concilium Provinciale appellant: denique non interdictur eis nisi transmarinis Conciliis & Judiciis.

XV. Hos Episcopi ipsi potestati suæ limites circumscriptere, aut firmavere: ut iustitiae & æquitatis leges in seipso primum ditringerent, & tum licentius in alios; utque inconcussa legum auctoritate, inconcussa astraruerint potestati ipsi suæ fundamenta. Non arctatur auctoritas, sed convalescit legum observantia. Nihilominus infinita est potestas iustitiae, legumque, etiæ æquitatis finibus terminetur. Canonum qui potestatem frangunt Episcopalem, Episcopi ipsi auctores conditoresque sunt; Episcopalis Collegii Capita fuere Apostoli, Caput summum per se Cœlitus, vel per Vicarios, utique summus Pastor, & Episcopus animarum nostrarum. Non alii ergo clauditur Episcopatus limitibus, quam quibus se ipse concludit.

XVI. Et & ulterius, & mirabilius aliiquid, quod in Episcopis Africæ summam & incredibilem animi moderationem comprobaret. Vetus enim illi fidem soli E-

pisco-

(1) Can. 22. 23.  
(4) Can. 66.

(2) Can. 504  
(5) Can. 22.

(3) Can. 56. 57. 59. 60. 61. 62. &c.

piscopo haberi ; si quis quid criminis clam illi confessus , publice denegaret . Vetuere & ne is tum ab eo interdici communione posset . Si saceret , ipsum a Coepiscopis suis alienari iussere a communione publica . Singularis vero sapientiae effatum hoc ibidem mox promittur (1) : *Ut magis caveat Episcopus , ne dicat in quenquam , quod alias documentis convincere non potest . Si ne testis quidem potest esse Episcopus solus in crimen laicorum , qui solus judex Clericorum fuerit ?*

XVII. Tam pervagata tritaque est causa Apiarii Presbyteri , ut eam hic retexti supervacaneum proflus fuerit . Apud omnia Ecclesiæ Tribunalia damnatus , Ecclesiaque sua Parochiali spoliatus fuerat , quamquam scripto etiam permissus , Parochiam quamvis alibi gentium administrare , si eo munere Episcopus illum quispiam honestaret (2) : *Placuit , ut de Siccensi Ecclesiæ , retento scilicet honore gradus sui , Presbyter removeretur Aparius , & accepto Epistolo , ubique alibi vellet & posset , Presbyteris munere fungeretur ; quod eidem iusi per proprias litteras postulanti , sine difficultate concessimus .* Hæc Africæ Episcopi in Epistola ad Bonifacium Papam . Quod perinde est ac si diceretur Aparius spoliatus fuisse Parochia sua , non Presbyteratu . Provocatum ab eo est ad Zosimum Papam , a quo & restitutus est . Eam rem molestissime tulere Africani Episcopi , & acerbissimis querelis refertas litteras ad Cœlestinum Papam scripserunt , eo maxime præsidio confili , quod Nicæni Canones causas inferiorum maxime Clericorum , sed & Episcoporum Metropolitani judicio permittant ; quodque in Africa Clerici possint illi quidem a judicio Episcopi ad Concilium Provinciale appellare , & a Provinciali ad universale totius Africæ ; dum ne interminabiles lites suas ad transmarinos preferant judices (3) : *Decreta Nicæna sive inferioris gradus Clericos , sive ipsos Episcopos suis Metropolitanos apertissime commiserunt .* Et infra : *Maxime quia unicuique concessum est , si judicio offensus fuerit cognitorum , ad Concilium sue Provinciae , vel etiam universale provocare .* Non meminerant diserte Nicæni Canones nisi appellationis ad Concilium Provinciale (4) . At Concilium primo Antiochenum , tum Sardicente , ac demum

Constantinopolitanum , supra Provinciales Synodos , Synodos alias pliores agnoverant , ex Episcopis plurium Provinciarum unam conflantium Diœcesim , sub Exarcho , seu Primate uno . Quin & Afri ipsi in hac ipsa Epistola meminerunt Concilii universalis totius Africæ , ubi omnium Africarum Provinciarum Episcopis congregatis præterat Episcopus Carthaginensis , & ad quod ex omnibus Africanis poterat provocari Provincialibus Conciliis . Ne ipsi quidem ergo Africæ Episcopi solis adhærecebant Nicæni Canonibus , nec ex eorum prescripto ad solum Metropolitanum & ad Provinciale Synodus omnia referebant : sed Conciliis plerioribus , Diœcesanis , Universalibus , & rumque Præsidibus plurimum tribuebant . Quin ergo & tantumdem tribuerent Petro , Petri successoribus , ampliorem & dignitatem & potestatem a Christo ipso consecutis , cum Ecclesiasticæ tantum institutionis sint illa , & Concilia , & Conciliorum universalium Capita , seu Exarchi ?

XVIII. Sed ab hoc jam diverticulo in viam redeamus . Ex hac plane Apiarii narratione , & ex hac Africæ disciplina perspicuum omnino est , non fuisse Clericos etiam minores , non fuisse Beneficiarios ita Episcopi voluntati obnoxios , ut ab eo quiores collibitum esset , indicta causa Ecclesiæ suis eliminarentur . Canon ipse Nicænus ab Afris hic laudatus , duas jubebat quotannis haberi Synodos , ad ipsa Episcoporum judicia dijudicanda , ne qua stimulati ira , simulatione , vel cupiditate quavis alia , Clericos vel laicos communione ejecissent (5) : *Ne pusillanimitate , aut contentione , ut alto quolibet Episcopi vitio , videatur a congregatione seclusus quis , seu ex Clero , seu ex laico ordine .* Ceteroqui astricta hic libertas Clericis omnibus ad provocandum ab Episcopis suis ad Africana Concilia , seu Provincialia , seu universalia ; hæc inquam provocandi libertas manifeste prodiit , quam non essent unius Episcopi versatili arbitrio permissi omnino Presbyteri , Clericive alii inferiores .

Nec justis tamen laudibus fraudandus nobis est Africanorum Episcoporum zelus , uti nec Augustini , qui deponendum sibi existimat Xantippum Presbyterum , hoc est Parochum , quod jejunium Ecclesiasticum

(1) Conc. Afr. sub Bonif. & Cœlest. c. 99.  
(4) Can. 5. (5) Can. 5.

[2] Ib. infra.

(3) Id. infra.

**sam** violasset , quodque sine Clerico comite noctem unam egisset apud mulierem famam haud satis integræ , quo in judicio nihil moratus videtur Augustinus judicium quinque aliorum Episcoporum , quos illi consuetudo Africanæ Ecclesiæ socios adjungebat . Audi ut rem ipse denarret in Epistola quadam (1) : *Quod si forte judicibus Ecclesiasticis aliud videtur , quia a sex Episcopis causam Presbyteri terminare Concilio statutum est , committat illi , qui vult Ecclesiam sua cura commissam ; Ego talibus fateor quamlibet plebem committere timeo . Summi & incomparabilis Ecclesiæ doctoris hic zelus non potest videri ex inopia scientiæ profectus fuisse : sed ex præservidæ potius caritatis æstu , mirando nobis quidem magis , quam imitando . Nobis enim supraliges sapere , haud integrum est .*

XIX. Hoc Augustini exemplo liquet proflus , sperasse ipsum , oportasse saltem , ut solus posset Presbyterorum suorum judicia peragere & profigare , cum res urgeret , cum notoria erant crimina : non autem indicta causa eos deponere & amandare . Quam alienus esset ab ea voluntate , ipse met declaravit apertissime , cum Bonifacium Seminarii ejus Presbyterum alias ejusdem loci Clericus execrandi facinoris reum egit . Cum nullæ essent juridicæ probations , contestatus est Augustinus , non posse eum a se gradu moveri , ne iniquitate judicij sui summum & incorruptum judicem in se provocaret (2) : *Breviter dico Bonifacium Presbyterum in nullo criminе apud me fuisse detectum . Quomodo ergo juberem de numero Presbyterorum nomen ejus auferri , vehementer terrente Evangelio , ubi Dominus ait . In quo judicio judicaveritis , judicabimini ? Quis ego sum ut audeam Dei prævenire sententiam , in delendo , vel suppri mendo ejus nomine , de quo nec suspicari temere mali aliquid Episcopus debuit , nec dilucide judicare homo de occultis hominum potuit ? In hac permolesta fluctuatione id consilii cœperat Augustinus , ut opperiretur , dum accusator sibi dudum suspectus , graviori se aliquo constringeret crimen , quo a Clero ejiceretur (3) : *Cogitaveram primo sic ambos Deo relinquare , donec in uno eorum , qui mihi suspectus erat , aliquid existaret , unde non sine justa & manifesta causa de nostro habitaculo projiceretur . Sed**

*Thomas. T. IV.*

cum junior ille Clericus flagitaret , aut se ad majores Ordines promoveri , aut Bonifacium Presbyterum Ordinis sui muneribus suspendi : statuit tandem Augustinus utrumque ad sepulcrum beati Felicis Martyris alegare , ut le Sacramento purgarent : ex nimisrum spe fretus , fore , ut quod frequens ibi erat , perjurii reus cœlestis quodam viadictæ fulmine verberaretur . Incompertum est , qui fuerit rei exitus ; sed vel hinc manifeste patet , quam abhorret Augustinus ab eorum doctrina quos hic oppugnamus : & quam non speraret posse a le Clericum quemlibet , aut primitivo gradu depelli , aut usitata superiorum Ordinum progressione fraudari , nisi eum ante flagitio quopiam innodatum comperisset .

Flagitiosum certe erat quidvis clam posidere proprium , eos qui semel ineuntes ejus Seminarium spopondissent , in seque recipiissent , omnibus omnino terrenis renuntiare . Unde & publice profitebatur Augustinus albo Clericorum suorum omnes eos a se expunctum iri , qui præter propositum & votum suum quidvis possiderunt (4) : *Quisquis inventus fuerit habens proprium , non illi permitto ut inde faciat testamentum , sed delebo eum de tabula Clericorum .* Vociferabatur denique non discessurum se a proposito , quantumvis ad Concilia , vel ad Papam provocaretur ; *Interpellet contra me mille Concilia , naviget contra me quo voluerit , sit certe ubi potuerit , adjurabit me Deus , ut ubi ego Episcopus sum , illit Clericus esse non poscit .* Ex quo constat viros sanctissimos & supra omnem admirationis aleam positos , spiritu aliquando abreptos eo fuisse , qui supra leges est , quia conditor legum , lexque summa ipsa est : in quo etiam diximus , æquum esse , ut plures admiratores habeant , quam imitatores . Ejusmodi enim tanta exuberantia Spiritus , qui legibus non subest , sed præst , eo rarius , quo admirabilior est .

XX. Recusavit quidem Ambrosius Clericum ordinare eum , qui vehementer cupiebat , & hac de causa recusavit : *quod gestus ejus plurimum dedecet .* Non tamen clericatu jam impetrato alium quempiam dejicit , qui eodem vitio laborabat ; quippe aliquandiu ob nescio quam culpam suspensum , muneri suo restituit (5) : *Cum redderetur post offensam muneri , contentus*

I

præ-

(1) Ep. 226.

(2) Ep. 136.

(3) Ep. 137.

(4) De diversit. Serm. 50.

[5] Offic. I. 1. cap. 18.

XXI. Objicitur jam nobis Carthaginensis Canon, quo decernitur depositionis pena & privatio Beneficiorum in Clericos, qui contumacius relutabantur Episcopo volunti superiori Ordinem eos extollere, & in aliam transferre Ecclesiam (1): *Quod Clerici qui Episcopis suis non obediunt ut promoveantur, nec illic manere debeant, unde recedere noluerunt.* Cui difficultati ut fiat satis, refricanda hic obiter memoria eorum est, quæ dicta superius sunt de extraordinaria Episcopi Carthaginensis potestate in omnes Africæ Ecclesiæ, & de jure Clericorum transferendorum ex una Ecclesia in aliam, ubi eorum opera illustrior futura esset, & in primis Ecclesiæ necessaria, facta eis nova ordinationis dignitatisque accessione. In his rerum commissuris tenebantur Clerici obsequi necessitatibus Ecclesiæ, qua suæ ipsorum etiam dignitatis provectione continebatur. Eorum enim gloria & compendio cedebat collatio Ordinis superioris: translatio autem ab una Ecclesia ad aliam, non insidiosa illa erat, nec a malitia Episcopi proficiscebatur, sicut in exemplo Anatolii mox subjiciendo; sed ab eminentissima quadam lege caritatis, quæ tam late patet quam Ecclesia, cogitque privatas rationes universali bono posthaberi. Si Carthaginensis Canon, quem versamus, Episcopos omnes eadem potestate donat, ut urgente necessitate possint & ipsi Clericos transferre, eadem ipsa est semper terna caritatis lex, quæ privatos affectus cogit Ecclesiæ publicis utilitatibus inflectere. Sed eo ita statuto, non statim Beneficiarii a nutu Episcopi uno toti pendent, ut gradu suo excuti possint. Non agitur enim hoc Canone nisi de Diaconis & de Clericis inferioribus, quos ornare Ordine superiori vult Episcopus. En verba ipsa Canonis: *Placuit, ut quisunque Clerici, vel Diaconi pro necessitatibus Ecclesiærum non obtemperaverint Episcopis suis, voluntibus eos ad honorem ampliorem in sua Ecclesia promovere, nec illis ministrarent in gradu suo, unde recedere noluerunt.* Itaque non valet eos Episcopus transferre, nisi in Cathedram Ecclesiam suam, & superiori locare in fede ad utilitatem Ecclesiæ.

XXII. In Ecclesia Graeca disciplina eadem obtinebat. Causa adnotavit Basilius, quibus Clerici destituendi erant (2): *Qui peccatum ad mortem peccant Clerici, de gradu dejiciuntur.* Hæ porro Basiliī Regulae ex Apostolicis haustæ sunt Canonibus (3), qui fructu tam varias pernumerasset iuxta depositionis caulas, si Episcopis fuisset *pro ratione voluntas*, & circa ullam causam, eodem quemlibet potuissent damnationis jaculo configere. Theophilus Alexandrinus Archiepiscopus testatur Clericum ab Apolline Episcopo depositum, ei tentatrix paritum, donec in Synodo innocentiam suam approbet, Apolline ipso presente. Statuit etiam, ut Lector quem Presbyteri expulerant, ut carne lapsum, & qui tamen postea ordinatus fuerat *per manus impositionem*, gradui huic suo ordinique vindicetur, si nullius criminis canonico judicio convincatur. Nec enim temere damnandi, aut dejiciendi sunt Clerici, inanibus suspicionibus, vel calumniis & incertis rumoribus exagitati.

XXIII. Conquestus est apud Marcianum Imperatorem & Pulcheriam Augustam Leo Magnus, de Anatolio Episcopo Constantinopolitano, qui Ætium Archidiaconum Ecclesiæ suæ spoliasset dignitate ea, iudicatorio obtenuit ejus in altiorem Presbyteratus Ordinem provehendi, cum tam insidiosæ provectioni nullo errore, nullo crimen suo Ætius ansam præbuisset (4): *Qui non inveniens quod argueret in fide, quid improbarer in moribus, dejectionem innocentis per speciem provectionis implevit.* Cessit Anatolius, Ætiumque restituit, ut ex Leonis ad ipsius litteras responso patet. Porro illa ipsa Anatolii malitiosa machinatio aperte prodit, nec ipsum sperasse, posse se pro nutu suo Beneficiarios quoslibet abdicare.

XXIV. Qui delegati fuerant Episcopi ad componenda dissidia Ibæ Edesseni Episcopi & Cleri ejus, concordiam demum inter eos ita resarserunt, ut polliceretur etiam cum juramento Ibæ, ejecturum se ex animo quidquid rancoris & odii inhærente poterat adversus accusatores suos, eosque nec Ordinibus suis, nec gradu, quem sua cuique antiquitas contulerat, privaturum (5): *Negue gradu fraudaret, negue minores majori.*

(1) Crescon. Cas. 250. ex Conc. Cart. t. 31.  
(2) Ep. Cas. 3. 31. Canon.  
(3) Apost. 25. 26. 29. 33. 57. (4) Ep. 57. 58. 71. (5) Con. Chal. Act 9.

*juribus propter prefatam contristationem preferret. Denique ne passi quidem sunt pro-  
vidi pacis sequestris, ut posset unquam Ibas  
quidquam decernere adversus quatuor pri-  
mores & quasi principes accusatorum, nisi  
ex consilio & consensu Domini Archiepi-  
scopi Antiocheni.*

XXV. Nec minus id manifestum fit ex libello supplici Theodori Diaconi ad Papam Leonem & ad Concilium Chalcedoneum, adversus Dioscorum Archiepiscopum Alexandrinum, a quo præter fas Ordine suo spoliatus fuerat: itemque ex libello supplici Athanasii Presbyteri, quem idem Dioscorus gradu dejecerat (1): *Presbyterio me privavit, nulla adversus me facta accusatione. Hi certe libelli, qui in Concilio Chalcedonensi perlecti fuere, aperte demonstrant causas Presbyterorum & Diaconorum ad Concilium usque Oecumenicum perlatas fuisse: tantum aberat, ut arbitrio Episcopi permetterentur.*

---

## C A P U T XVI. P.z. l.z. c.4.

**Ad nutum Episcopi Clericos, & Beneficiarios depelli non potuisse, a Clodovæ regno ad Imperium Caroli Magni.**

I. Restitit Gregorius Magnus Salonenſi Episcopo Archidiaconum suum, ut loco dejiceret, ad Presbyteratum evenienti.

II. III. Gregorii præcessor jam id prohibuerat. Restitutus est Archidiaconus.

IV. Ea tamen lege, ut post quinque-  
nium abdicet ipse se, si ita fert ejus Ec-  
clesie consuetudo.

V. Rarissima erant temporaria hec Benesi-  
cia, & ne ea quidem auferre poterat Epis-  
copus pro suo nusu.

VI. Quibus juris formis suum ipse Grego-  
rius Archidiaconum exuerit?

VII. Aliæ ejusdem moderationis animi  
exempla.

VIII. IX. X. Concilia Gallia eisdem li-  
mites delineant potestati Episcopali.

XI. Non eidem legi subjacent Abbates in dispensandis administrationibus claustra-  
libus. Cur?

XII. Viguit in Hispania idem usus. Cur  
Ordines solus dare posset Episcopus, solus  
adimere non posset Presbyteris Diaconisque?

XIII. In Conciliis primum Africanis has  
judiciorum necessitas constituta est.

XIV. Inde in Hispaniam traxerat.

XV. Ecclesia Graeca sartam rectam Episco-  
pis servavit pifcam potestatem, Canonis  
Regulis temperatam.

XVI. Quomodo Vigilius Papa tempora-  
vium creaverit Diaconum?

I. **S**i nec ab Ecclesia discedere, nec ab Episcopo suo Clerici, nec a Clericatu abire poterant suo arbitratu, ita vi-  
ciissim nec Ecclesia illos poterat Clericatu exuere, vel Ordine, vel Beneficio, nisi nocentes & canonice convictos, ut con-  
staret eam esse flagitiæ penam, non Prä-  
fusilis ex odio profectam injuriam. Natalis  
Salonæ in Dalmatia Episcopus, exturban-  
di Archidiaconi sui cupidine incensus, in-  
vitum Presbyteratu initiare voluit. Inter-  
cessit per Epistolas ad eum datas Grego-  
rius; si ne Diaconatu quidem dignum stim-  
maret, Presbyteratu dignandum non esse:  
nec innoxium posse dejici, nec invitum  
extolli; itaque Archidiaconatui restituendum  
esse, aut Romanam mitti debere formam  
judicij, quod tantopere Canonibus adver-  
sari videatur (2): *Concilii vestri gesta ple-  
na iurigorum esse cognovimus, cum uno co-  
denique tempore una persona nolens ad sa-  
cerdotio Ordinem provehitur, que tanquam  
immerita a Diaconatus officio removetur.  
Et sicut justum est, ut nemo crescere com-  
pellatur invititus, ita censendum puto simili-  
liter, ne quisquam insens ab Ordinis sui  
ministerio dejiciatur injuste, &c. locum &  
administrationem suam Honorato Archidia-  
cono restitutas, admonetus, &c. Apposite a  
Gregorio Archidiaconatus Administratio vo-  
catur. Vere enim Beneficia tunc omnia  
meræ administrationes dici poterant. At  
stabilitatis lex, tam ubique, tam in divi-  
nis rebus necessaria, nec sinebat Clericos  
injussu Episcopi loco decidere, vel Episco-  
pos præter iustitiae legumque judicialium  
normam quenquam deturbare.*

II. Gregorii præcessor Pelagius Natalem  
Episcopum eadem ipsa de cœla increpue-  
rat, ut qui Archidiaconum exaltando de-  
primere percupiebat non alia de causa,  
quam quod ab eo prohiberetur, Ecclesiæ  
rebus & sacra supellectile cognatos suos lo-  
cupletare (3): *Quasi ad fortiorum honorem  
provehens, conatus es callida arte Archidia-*

I 2 conum

---

(1) Cón. Chal. Act. 3.

(2) L. I. Ep. 19.

(3) L. 2. Ep. 14. 19. 26.

*Vetus & nova Ecclesie Disciplina*  
*conum degradare, &c. quod vasa sacra &*  
*velamina tuis te parentibus dare prohibeat.*  
**Cum Romam non misisset Natalis, quo**  
*gesta sua Gregorio approbarer, ab eo in-*  
*terdictus est utu Pallii, donec Archidiacon-*  
*num restitueret: additæ minæ negandæ*  
*communionis, nisi quod perperam factum*  
*fuerat, revocaret: exauctioratus est denique*  
*Archidiaconus novus, indicataque est ei ex-*  
*communicatio, si in ejus functiones digni-*  
*tatis sese interponeret. Scriptit Gregorius*  
*eadem de re ad Episcopos Dalmatiarum su-*  
*fraganeos Natalis, & ad Antonium Sub-*  
*diaconum E. R. quem & mandatorum*  
*suorum executorem delegavit.*

**III.** Præter utriusque Pontificis iussa Archidiaconum suum Honoratum abdicarat Natalis. Unde & ad eum rescriptit Gregorius, si in tam audax facinus erupisset quicquam quatuor majorum Patriarcharum, inultam rem non fore (1): *Quod si quilibet ex quatuor Patriarchis fecisset, sine gravissimo scandalo tanta contumacia transire nullo modo potuisset.* Sed tandem resipuit ab insania sua Natalis, Honoratum restituit, Apocrisiarios spondit se Roman missurum, qui causæ suæ non decessent. At cum præmatura mors intercepisset laudabiliores jam hos conatus, Archidiaconum restituit ipse Gregorius, qui jam ordinatus fuerat Presbyter, si Joanni Diacono in vita Gregorii fides adjicienda sit (2): *Item Honorato Salonianus jam ex Presbytero in Diaconatum redacto.* Ex quo firmatur quod alibi dictum est de Ætio.

**IV.** Cum denique Maximus in Episcopatum Salonianum Natali successisset, ei Gregorius Archidiaconum Honoratum commendavit; præfatus tamen, si ea obtinuissest Salonianus in Ecclesia consuetudo, ut Archidiaconi ab hac sua administratione post quinquennium cederent, & si Honoratus ipse eum usum a tribus prioribus Archidiaconis servari curaverat: æquissimum esse, ut & ipse eidem subelset legi (3): *Communem filium Honoratum Archidiaconum commendamus.* De quo si ita est, sicut per Chartularium nostrum didicimus, quia per eum jam tres antea Archidiaconi, servare consuetudinem Ecclesiasticam quinquennio expleto, exendo compulsi sunt: tuz quidem volumus ut caritatem sanctitatis inveniat, nam flagitari de causa judi-

cium non debet, quam ipse judicavit. Sin vero ita non est, nullatenus debet a loco, in quo inventus est, amoveri.

**V.** Tria sunt magni profecto momenti perpendenda in hac Epistola. Primum est ab Episcopo quocunque neminem eorum destitui posse, quos in Beneficiis Ecclesiasticis instituerant sui Majores, seu prædecessores; uti nec qui ab ipsomet instituti fuerant. Tam non poterat enim Maximus Salonianus Episcopus Archidiaconum Honoratum deponere, quam nec poterat præcessor ejus Natalis. Alterum est, fuisse Ecclesiæ, ubi Beneficia quædam temporaria erant, & post certum tempus revocabilia, ut ex hoc patet Salonianus Archidiaconatus. Nec improbat hanc consuetudinem Gregorius: quin potius confirmat eam ab Honorato ipso servari debere, qui tantum studii & operæ posuerit, ut ab aliis observaretur. Tertium est, rarissima fuisse hæc manualium, ut vocant, seu temporiorum Beneficiarum exempla, & ne eorum quidem pro arbitrio suo auferendorum facultates penes Episcopos fuisse. Lege enim privata, vel consuetudine alicujus Ecclesiæ illud tempus ita præfiniebatur, ut nec prorogare illud posset Episcopus, nec contrahere.

**VI.** Gregorio ipsi dura & inevitabilis necessitas incubuit deponendi Archidiaconi sui, ob gravissimas certissime culpas (4): *Depositus est Laurentius qui primus fuerat in ordine Diaconi Sedis Apostolice: proper superbiæ & mala sua, que tacenda duximus, & factus est Archidiaconus Honoratus coram omnibus Presbyteris & Diaconibus, Notariisque, Subdiaconibus, & cuncto Clero in Basilica aures.* Presbyteri, Diaconi, Notarii, qui & Subdiaconi erant, ut supradicimus, unde Primicerius Notariorum erat etiam Primicerius, seu Caput & Princeps inferioris Cleri: denique Clerici omnes Romani præsentes affuere depositioni Laurentii Archidiaconi, & creationi successoris, ut quorum perinde testimonio & illius improbitas, & hujus virtus ac dexteritas constaret. Unus is est quem Gregorius suo Clero ejecerit, enormitate facinorum ejus ad eas angustias detrusus (5): *Nec quenquam eorum ab officio nisi Laurentium Archidiaconum pro superbia reliquisque criminibus sequestravit.* Hæc Joannes Diaconus,

qui

(1) L. 2. Ep. 37.

(4) L. 2. Reg. Prefatio.

(2) L. 3. c. 9. L. 2. Ind. 11. Ep. 32.

(5) L. 3. c. 7.

(3) L. 7. Ep. 130..

qui addit ea in suos humanitate & indulgentia fuisse Gregorium, ut nulli unquam suorum vim fecerit, ut eum, vel ad superiores Ordines, vel ad aliarum Ecclesiarum dignitates proveheret invitum: Neminem proorsus quantacunque necessitate coactus, violenter promovere certabat, ne sub hujusmodi occasione quenquam eliminando depone vide-retur. Unde & cum Neapolitanis cives vota sua contulissent in Florentium Subdiaconum Romanum, ut eum sibi Episcopum deposcerent: ubi sensit Gregorius alienatum proorsus ab ea dignitate Florentium animum, ad Neapolitanos rescripsit (1), alium ut sibi deligerent.

VII. Ulterius etiam progrediebatur Gregorii in suos Clementia. Si Canonicis Cathedralis Ecclesiae ad regendas agrestes Parochias subinviti ablegati fuerant, in pristinam ab eo stationem revocabantur (2): Item Cardinales violenter in Parochiis ordinatos in pristinum ordinem Gregorius revocabat. Verba ea sunt Joannis Diaconi, qui rem illustrat exemplo Cosmæ Monachi, qui Syracusanus primo Subdiaconus ordinatus fuerat, deinde invitus Presbyter inauguratus, & ruri Parochiæ mancipatus. Tanta hinc incessit animi ægritudo & mœstitia, non ipsum tantum, sed & Gregorium, cuius caritatem ne minutæ quidem hujusmodi fugiebant: ut ad Syracusanum Episcopum litteras dederit, quas Joannes Diaconus refert, ut in pristinam illum revocaret Ecclesiam, Presbyterumque in ea Cardinalem institueret.

VIII. Procul erat utique Gregorius ab approbanda Episcoporum imperiosa dominatione, & licentia Clericos suos temere abjiciendi: qui ne passus quidem est ab Archiepiscopo Calaritano (3) Liberatum Diaconum reliquis ejusdem Ecclesie Diaconis preponi, qui eum jussit infra alios omnes dejici: qui insano superbie æstro supra alios evehi ambierat. Adeodatum Presbyterum Parochiæ sur idem Gregorius reddi jussit (4), quanquam successorem illi Syracusanus Episcopus dedisset; quod per duos menses absuisset Ecclesia sua, quanquam impetrata Episcopi ipsius licentia propter graviorem quandam morbum. Revocari denique in Abbatiam suam jussit eum, qui a priore Episcopo institutus,

postea a successore destitutus fuerat (5): Fortunatum Abbatis loco reformare festines, atque ejus Episcopum digna reprehensione increpare, curdecessoris sui, nullis provocatus excessibus, destruere ordinationem mortuus sit.

IX. Nec Gallicanæ disciplinæ vigor ab his deviabat sapientiæ & caritatis regulis. Verat Agathense Concilium, ne seniorum Clericorum, aut Beneficiariorum locum & honoris sedem aliis donent Episcopi, nisi illorum sicuti vel contumacia, vel superbia fuerit ulciscenda. Si non ea autem sit vel dexteritate, vel experientia Archidiaconus, quam id munus desiderat; gaudeat ipse quidem semper honore & nomine: at officium ipsum alii cuiquam exercendum delegetur (6): Episcopus, quorum vita non reprehenditur, posteriori priori nullum præponat; nisi fortasse etatus superbia, quod pro necessitate Ecclesiæ Episcopus jussit, implere contemnat. Sane si officium Archidiaconatus propter simpliciorem naturam expedit, aut implere nequiverit, ille loci sui nomen tenet, & ordinationi Ecclesiæ, quem elegerit Episcopus, præponatur.

Non placuit Concilio Aurelianensi III. ut posset Episcopus revocare largitates & dona, fundos, terras, aut Præbendas, quibus Clerici ejus donati essent vel ab ipso, vel a predecessoribus ejus, nisi sua iplos nequitia his virtutum præmiis & ornamenti spoliaret (7): Ita ut qui predecessorum largitatibus gaudent, officia Ecclesiæ, obedientiam & affectum Sacerdotibus præbeant, &c. si inobedientia vel contumacia accipientis extiterit, in arbitrio sit presidentis, utrum, vel qualiter debeat revocari. Si contumacius Clerici officio suo desint, ad laicorum communionem hoc Canone abiguntur, donec culpe suæ maculas penitentia eluerint: nec interim tamen distributionibus suis fraudantur. Denique Clericis omnibus copiam facit hac Synodus provocandi ad Concilium Provinciale, adversus Episcoporum vexationes, quod minime necesse esset, si possent illos Episcopi indicta causa, nec ullo instituto judicio, gradu suo depellere (8): Si quis Clericorum circa se aut distinctionem, aut tractationem Episcopi sui putat injustam, juxta antiquas Constitutiones recurrit ad Synodum.

X. In

(1) L. 2. Ep. 15. Indic. 11.

(3) L. 1. Ep. 8r.

(6) Can. 23.

(4) L. 3. Ep. 13.

(7) Can. 17.

(2) L. 3. Ep. 10.

(5) L. 12. Ep. 10.

(8) Can. 19. 20.

X. In Concilio Arelatenſi V. prohibetur Presbyter, ſeu Parochus Diaconum exauſtorare, vel Subdiaconum inconſulto Epifcopo (1): *Ut Presbyter Diaconum, vel Subdiaconum de Ordine deponere, neſcio Epifcopo ſuo non praſumat.* Solos ergo Presbyter minores Clericos deponere poterat, ſed potefatis uſum iuſtitia reſit. Deinde Concilium Turonene II. prohibuit, ne Epifcopus de Abbatis, aut Archidiaconi cauſa cognoceret, niſi in coetu Abbatum & Presbyterorum omnium ante expenderet, an pœnitentia acerbitatii responderet flagitiī atrocitas (2): *Niſi factio Concilio iam Abbatum, quam Presbyterorum ſuorum, quem culpa, aut negligentia ejicit, cum omnium Presbyterorum Concilio refuſetur.*

XI. Haud euidem fideiſſor ſim, Abbatibus quoque ipſis eaſdem mordicus iudiciales leges ſectandas fuſſe, in diſpenſan- dis revocandisque administrationibus clauſtralibus. Cum enim Monachi hiſ ſe mu- neribus gravari gementer, exonerari gaude- rent, quæ eorum erat animi moderatio: cumque hiſ administrationibus nihil emolumen- ti, moleſtia & tædii plurimum lu- crarentur: non erat cur tam circumſpecte Abbates cum illis agerent. Qui ſumma fide vitam B. Cælarii ſcripſere diſcipuli eius duo, ii narrant, dum Cellerarius in Mo- naſterio Lerinensi eſſet, eo officio ſpolia- tum eſſe ab Abbatे, magna ceterorum Monachorum conſenſione: qui gravae ad- modum ſerebant, incorruptam indeflexam- que ejus æquitatem & constantiam, denegandi ſuperfluā, quantumvis petentiibus; largiri neceſſaria non petentiibus (3): *In Cellerarium eligitur. Capit igitur attente & ſtudioſe illis velle largiri, quibus eſſet neceſſarium, etiamſi abſtentie amore nihil poterent: quibus vero cognoceret neceſſarium non eſſe, nihil dabat, quamvis vellent accipere.* Unde factum eſt, ut quibus inviſa erat ſancta diſcretio & moderatio, Abbatē ſupplicarent, ut eum a Cellerarii functione removereſet. Quod etiam factum eſt. Quan- quam a virtutis preſtantia quadam occaſio- nem captarint Monachi deponendi Cælarii: poterat forſan iuſta quoque ea nonnullis cauſa videri, quod aquum nonnunquam fit, adeoque neceſſarium, iuſfirmis nonnihil indulgere: ultra neceſſitatem ingerere ali-

quid ad eos deliniendos: eedere etiam quan- doque fortiorum fervori, qui vel neceſſaria ſibi denegant: ex quo uſuvenit non raro, ut horum ardore illorum tepiditas aliquan- do tandem incalſcat; & aliorum inopiam aliorum ſuppleat abundantia, in ea ſancti- ſlimarum Societatum communione.

XII. In Hispania Concilii Hispalenſis II. Patres non tantum in locum ſuum re- diintegrarunt Presbyterum ab Epifcopo Cor- dubensi depositum, ſed priſcas etiam Afri- cae leges innovavere: ut ne Presbyteri Diaconique gradu & ordine exuti ſuo po- ſent, niſi in coetu Epifcoporum. Quan- quam enim Epifcopus Presbyteros Dia- conique ſolus ordinare queat, non po- teſt ta- men ſolus damnare (4): *Ut juxta priſcorum Patrum Synodalem ſententiam, nullus no- ſtrum ſine Concilii examine deſiciendum quemlibet Presbyterum, vel Diaconum au- deat.* Nam multi ſunt, qui indiſcuſſos po- teſteſt tyraṇnica, non auctoritate canonica dannant; & ſicut nonnullos gratia favore ſublimant, ita quodam odio invidiaque permoſi humiliant. Epifcopus enim ſacerdo- tibus ac miſtris ſolus honorem dare po- teſt, ſolus auferre non po- teſt. Praeclarissime ſane hic declarat Canon non obſcurari ſplendo- rem Epifcopalis auctoritatis, cum ad juris regulas, limitesque coarctatur, quod regu- lis ipſis iuſtitiæ nihil ſplendidius, nihil ad gloriam uberioriſi eſſe poſſit: contra autem nihil a gloria & ſplendore alienus quam agi tyraṇnica po- teſteſt, non auctoritate canonica. Si ſolus deſicere non po- teſt Epifcopus, quos ſolus potuit provehere: ideo fit, quod iniquum non ſit ho- nores Eccleſiaſticos non confeſſe omnibus, qui digni ſunt: at ſe- mel iis donatos, imme- rentes detrudere, non poſſit non iniquum eſſe. Nil dedecoris eit, ad Eccleſiaſtas dignitates ſi quis non extollitur, ſumum dedecus eit, ſi quis ex eis depelli- tur. Epifcopalis tum ſapien- tiae, tum caritatis ille cumulus fuit, tuam illam amplificare po- teſtatem, qua proſunt; minuere, qua nocent. Non eo rigore ex- minis diſpenſantur beneficia, quo pœnitentia. Ea ſane ratio videtur fuſſe, quæ quinti maxime ſaculi Concilia adduxit, ut facro- rum Miſtrorum Presbyterorumque deponi- tiones Conventibus Epifcoporum reſervatas yellent: *Qui proſecto nec ab uno dannati, nec uno di- giuante po- terunt honoris ſui pri- vate*

(1) Can. 4.

(2) Can. 7.

(3) L. I. c. 3.

(4) Ann. 590. Can. 6.

vilegiis exi; sed presentati synodali iudicio, quod Canon de illis præceperit, judicari.

XIII. Concilia dixi quinti saeculi, quod Carthaginensia demum Concilia videantur eos maxime limites præfixisse, non potestati Episcopali, sed effervescentia quandoque & indignationi. Ad illa enim usque tempora Episcopus solus cum suo Clero iudex se debat caularum criminalium, sive de Diaconis, sive de Presbyteris quæstio verteretur: sicut & cum suo Clero solus Ordines iis conferebat, quos virtus testimonio publico fulta commendabat. Et hæc ergo Synodus erat Dioecesana, in qua vel ordinabat, vel ordinatos exauctorabat Episcopus. Itaque ne tum guidem solus judicabat, etiam cum solus esse videbatur, quia sine Collegis.

XIV. Ab Afri ad Hispanos manarat illa judiciorum Canonicorum consuetudo, & ad Concilium maxime Hispalense, ex quo in reliquias serpserit Hispanias. Etenim Toletanum IV. Concilium hoc supponere videtur, Presbyteros Diaconosque, nisi synodico iudicio deponi non posse, cum jubet ut si in secunda Synodo restituantur, restituantur illis & ornamenta atque insignia dignitatis omnia que acceperant, dum ordinarentur: & cum illos Episcopos consociat in causis degradationis & restitutio-  
(1) nis: Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, si a gradu suo iniuste dejectus, in secunda Synodo innocens reperiatur, non possit esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari, de manu Episcopi, &c. At Concilium Toletanum XI. Episcopos sibi permisso videtur, ut vel antiquissimam sectentur consuetudinem consulendi Cleri duntaxat sui, vel quandoque etiam populi: vel recentiorem disciplinam, adhibitis ad consultandum duobus, aut tribus Episcopis, quorum prudentia moderari possit cupiditatibus privatis aliquando vehementioribus. Sed & latius patet hujus Concilii Decretum, nec Presbyteros, aut Diaconos solos complectitur, sicut nec de solis agit depositionibus, sed & de gravioribus poenis (2): Dum se simulant spiritalem adhibere correctionem, indiscretam subito afferrunt mortem, cum inauditos a se projiciunt, & occultis eos iudicis sub paenitentia puniunt. Non ergo de cetero perverbis volun-

tatibus sit liberum, simulare quod fingunt; sed quotiescumque quilibet ex subditis corrigerendus est, aut publica debet a sacerdote disciplina curari, aut si aliter Rectoribus placet, duorum, aut trium fratrum spiritualium testimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoscatur, & modus paenitentia irrogetur.

XV. Quod ad Ecclesiam denique Græcam attinet, nulla notabilis diversitas apparet. Episcoporum, sicut & Canorum Legumque potestas eadem & intaminata persistit, damnandis duntaxat reis, infontibus absolvendis. Joannes Eleemosynarius (3) Alexandriæ Archiepiscopus Clericos qui se mutuis plagiæ cæciderant suspendit; mira eius enituit in eum caritas, quem insecurus est fugientem, & pacem Ecclesiæ, quam omni virium contentione expetere debuerat, reformidantem. Agit Joannes Climacus (4) de Archidiaconi depositione in Monasterio ob caulfam leviorem. Sed observatum jam a nobis est, quantum in hoc negotio Monachos inter Clericosque intersi discriminis. Enimvero hic ipse Archidiaconus se non exauctoratum, sed exoneratum fuisse sapientissime interpretatus, aduci non potuit, ut assentiretur Abbatii post quadraginta dies restituere illum fatigenti: injuriam tam conducibilem sibi refarciri passus non est, effecitque ut poena irrogata & voluptati sibi esset, & laudi.

XVI. Objici nobis posset Vigilii Papæ Epistola ad Rusticum Diaconum, ubi Diaconus ad tempus tantum ordinatus fuisse videtur Rusticus ipse, Diaconi Papæ ordinarii reverterentur (5): Absentibus nostris Diaconis a nobis postulasti, ut ad tempus pro implendo officio, absentium loco Diaconum te interim faceremus, donec revertentur Diaconi memorati: aut quanto tempore in Levitarum voluissemus ordinatione ministrale, &c. Non spectat hæc temporis coarctatio, nisi ad functiones Diaconatus ipsi Pontifici exhibendas. Qui enim ordinabantur Diaconi, Apocrisiarii mox Constantinopolin profecturi, & qui ad regendum Ecclesias Romanæ patrimonium varias in provincias ablegabantur, non ad Diaconatus tantum, sed & ad alia complura munera ei dignitati illigata destinabantur. Rusticus ipse diversas provincias obierat rectorem agens patrimonii sacri. Sed quod

(1) Can. 28.

(2) Can. 7.

(3) Vita ejus. c. 13.

(4) Grad. 48.

(5) Synod. V. Collat. 7.

quod ad summam rei attinet, quam hic tractamus, hac ipsa Vigilius Pontifex Epistola Rusticum & Eleutherium Diaconos non exauktorat, nisi pernumeratis eorum defectionibus & rebellionibus, & Chalcedonensi maxime Canone allegato, quo percelluntur Clerici omnes in Episcopos suos audacius insolescentes.

## C A P U T XVII. P.3. l.2. c. 4.

**Ad nutum Episcoporum, Clerici & Beneficiarii non abdicabantur, sub Imperio Caroli Magni & Carolinæ stirpis.**

I. In Oriente Clerici omnes appellare poterant ad tribunal superius, postquam ab Episcopo suo damnati fuerant.

II. An prima sententia semper executioni mandaretur, dum *Judex appellationis eam infirmaret?*

III. Cogi poterant Clerici ab Episcopo, ut ad superiorem gradum vel inviti accenderent, non ut descenderent in inferiorem, citra suam culpm.

IV. Synodus VIII. confirmat appellationes Clericorum ab Episcopis suis ejectorum.

V. In Occidente Clerici depositi in Monasteria compingebantur.

VI. Deponi non poterant Parochi, nisi ob grave crimen.

VII. Episcopi ad Pontificem referebant quandoque causas Clericorum spinosores.

VIII. Cœpit Metropolitanus servari integrum prime instantia judicium depositionis majorum Clericorum.

IX. Probationes nova Canonici judicij ad spoliandos Beneficiarios necessarii.

X. De appellatione Clericorum inferiorum ad Papam contenditur.

I. Nec resilire a clericatu poterant Clerici, qui Episcopis devinciebantur; nec vicissim Clericos dejicere immerentes poterant Episcopi. Judicia Canonica qui regerent, innumeri fuere Canones, ac testes totidem, non in Episcoporum arbitrio, sed in Canonum legumque constantia sitam fuisse Beneficiariorum securitatem. Narrat alicubi Balsamon (1), Clericum a

Metropolitano suo Philippolitano suspensum, nullum non movisse lapidem, ut ejusdem sibi gratiam recolligeret, sequestris etiam ad id expugnandum adhibuisse Metropolitanos alios complures: cum irritata hæc omnia caderent, confugisse tandem ad Patriarcham, & ad Synodum Patriarchalem, a qua restitutus sit. Ea erat necessaria progressio ut de Episcopi sui sententia quirantes, interpellarent primo vicinos Episcopos, & Synodum Provinciarum, antequam ad Patriarchæ Synodum & auctoritatem recurrerent.

Illud quoque animadversum est a Balsamone, Antiochenos quidem Canones Episcopis potestatem fecisse Presbyteros etiam Clericosque deponendi: at experientia magistra didicisse Carthaginenses Synodos, utpote posteriores, paulo majori circumspetione tractari debere ea judicia, unde & dejici Presbyterum noluerunt, nisi a sex faltem Episcopis, Diaconum a tribus. Hæc ipsæ Carthaginenses Synodi duodecim saltum judices desiderabant, ut de Episcopi causa criminali cognosceretur: cumque Archiepiscopus Cyprum cum aliis Episcopis undicim Episcopum Amathuntis exauktorasset, Lucas Patriarcha Constantinopolitanus illud judicium retractans, pronuntiavit, duodecim Episcopis opus fuisse præter Metropolitanum, quin & omnium Cypri Episcoporum cœtum congregandum fuisse (2), cum tam facilis & expedita esset ea convocatio. Nec sane permisum est, nisi ob paucitatem Episcoporum in quibusdam Africæ Provinciis, ut Episcopus loci unus esset ex illis sex, qui de Presbytero cognituri erant.

II. Est & majoris aliquanto momenti, quod idem alibi observat Balsamon in eum Canonem Africanum (3) qui Clericos exercratur, Episcoposque, si qui eorum se communioni ante ingerant, quam judicium quo percussi fuere, superiori in Synodo expensum fuerit. In ea erant complures sententia, quantumvis injustæ, parendum tamen esse Episcoporum sententiæ, pendente appellatione. Censebant alii, cum Canones pernumerarint ea sclera, quæ depositione feriri debeant, illis utique obtemperandum judiciis, quæ secundum hos Canones librata fuerint: ceteris autem nequaquam, ne sinantur Episcopi tyrannica abuti dominatione.

(1) In Can. Carth. 11.

(2) Ibid. In Can. 14. 23.

(3) Ibid. In Can. 32.

tione : Si enim datum fuerit Episcopo , si-  
ve recte , sive perperam Clericos & Laicos  
segregare , & neceſſe habere eos qui segre-  
gantur , segregationem servare , tyrannidem  
exercebunt Episcopi , & in omni re domi-  
nium obtinebunt : & nemo erit qui eis re-  
ſiſtar , propter metum segregationis : forte  
autem & ipſi pietati insultabunt : &  
divini Canones erunt multorum malorum au-  
tores , quod est absurdum . Ea erat op-  
inionum diſſensio in re tanti ponderis . Nunc  
promenda Balsamonis responſio , an potius  
fluctuatio , & perplexitas : Ac ipſi quidem  
hec . Ego autem non habeo quemnam eorum  
ſequar . Nam & a pietate trahor ; fed ab  
eo quod fit contra Canones , retrahor . Cupio  
ergo dicere , quid agendum ut qui tota  
vita velim eſſe puer & discipulus . Verum  
& hæc ipsa Balsamonis addubitatio indu-  
bium illud prodiſt fuisse , solo nutu & ar-  
bitrio Episcoporum exentiſt suis Beneficiis  
ordinib⁹que Clericos non potuisse .

III. Nec prætereunda hæc tercia ejus-  
dem obſervatio in Canonem alium Africana-  
num (1) , quo permittitur Episcopus Cle-  
ricos , Diaconosque deponere , si quos ob-  
ſtinatus ſibi immorigeros experiatur , cu-  
pienti eos in altiorem propellere gradum ,  
ut Ecclesiæ ſuę neceſſitatibus conſulat . De  
provectione ad Episcopatum non agitur uti-  
que hoc Canone , cum de Presbyteris nul-  
la fiat mentio , nec Episcopi fit ad Epi-  
scopatum Clericos ſuos promovere , ad quem  
non patet aditus niſi per electionem popu-  
li , Cleri , Synodi Provinciæ , & Metropoli-  
tani . Præterquam quod ut ait Balsamon ,  
& plures , & justiores ſint cauſe detra-  
ctandi Episcopatus , quam ceterorum Or-  
dinum .

Sed cum ex hoc Canone nonnulli argu-  
mentarentur , poſſe Patriarchas & Episco-  
pos , Dignitates & Officia , *προστάτες κοινωνίας* , transferre ad Clericos alios , cum ii  
qui ea obtinebant , ad Episcopatum eligun-  
tur , nec electioni acqnieſcent : negat Bal-  
ſamon eo ſenſu donari poſſe Canonem qui  
id unum molitur , ut poſſint Episcopi Cle-  
ricos ſuos , Diaconosque altius evehere ,  
ubi ita fert Ecclesiæ neceſſitas . Itaque gra-  
du ſuo depelletur Lector , ſi inertia & tor-  
pore Ordinem ſuperiorem , ſed operoſiorem  
detrectet . Poterit & exauſtorari Diaconus ,  
ſi pertinacior fit in recuſando officio refe-  
rendarii , vel Doctoris : *διδακτολογος* . Addit  
Tomas. Tom. IV.

denique Balfamon poſſe Episcopum invitos  
compellere Clericos ſuos ad hæc incrementa  
dignitatis . At non poſſe immitterentes &  
invitos ad inferiorem gradum quenquam  
detrudere , ut nec juniores Senioribus pre-  
ponere in dignitatum proceſſione , nec va-  
cantem dignitatem junioribus confeſſe ,  
contemtis Senioribus : Et nota quod Epi-  
scopis datum eſt , Clericos ſuos ad maiores  
gradus provehere , non autem ad minores  
deprimere . Denique ex Canonum norma  
& meritorum æqua lance , confeſſi , vel  
auſteri par eſt Ecclesiasticas dignitates ,  
Ordinesque ipſos , non ex mera voluntate  
privatoque Episcoporum affectu . Alioqui  
caſſe & inaneſ effent omnes judiciorum le-  
ges , & merita quantacunque contemtui  
& ludibrio forent : Similiter nota , quod  
Ecclesiastica officia non ſunt Episcoporum po-  
teſtatis , ut dicunt nonnulli , ſed Canonum  
auctoritatis & dignitatis : ſicut nec reli-  
quorum Ordinum jura , ſcilicet Diaconorum ,  
Sacerdotum & reliquorum . Niſi enim ita  
eſſet , non cum diſtinguione , ſcilicet propter  
inobedientiam , Clerici ſuis gradibus exci-  
derent : ſed ſeu bene , ſeu male quando  
veſſent Episcopi hoc fieri . Hoc autem San-  
ctis Patribus minime viſum eſt .

IV. Statutum denique fuit in Concilio  
VIII. oecumenico , ut Presbyteri , Diaconi  
nique ad Metropolitanum provocare poſſent , ſi ſua ſe contumelia gravari ſentirent  
ab Episcopo , vel ſibi ſubirato , vel aliorum  
amantio ; Metropolitanum vero tunc ope-  
ram daturum , ut & Episcopus arcellere-  
tur , & in Provinciali Concilio ſententia  
ab eo lata retractaretur (2) : Et Metropoli-  
ta advoceſ Episcopum , qui depositus , vel  
alio modo Clericum laſit , & apud ſe cum  
aliis etiam Episcopis negotii faciat examen ,  
ad conſirmandam ſcilicet ſine omni ſuspicio-  
ne , vel deſtruendam per ampliorem Syno-  
dum , & multorum ſententia Clerici depo-  
ſitionem . Additur & Episcopos ſimiliter  
ſi Metropolitanum ſubiniquum ſibi fuſſe  
ſuſpicentur , poſſe ad Patriarcham recurre-  
re . Hæc judicia , hæ provocationes , hæ  
judiciorum retractationes argumento ſunt ,  
nunquam ita Clericos Beneficiariosque Epi-  
ſcoporum voluntati permifſos fuſſe , ut in-  
dicta cauſa , ſolo nutu exturbari Ordine ,  
vel Beneficio poſſent .

V. Haecneſt de Oriente , nunc ad Oc-  
cidentem . Concilium Cabilonense II. Pre-  
sby-

(1) Ibid. In Can. 34.

(2) Ep. 26.

sbyteros canonico judicio depositos , jubet reliquo vitæ tempore pœnitentia lacrymis & laboribus macerari , & si qua fieri possit , in Monasteria compingi . Non ergo gradu suo cadere poterant , nisi perpetratu scelere , quod pœnitentia eluendum esset . Ergo nullæ ibi partes erant vel voluntatis & imperii , vel odii studiive Episcoporum (1) : *Dictum nobis est Presbyteros propter suam negligentiam canonice degradatos , seculariter gradu amissu vivere , & pœnitentia agenda bonum negligere . Unde statuimus , ut gradu amissu , agenda pœnitentia gratia , in Monasterio , aut canonico aut regulari mittantur .*

VI. In eodem Concilio damnata Patronorum temeritate , qui sui juris Parochias inconsultis Episcopis dabant , auferebantque pro libitu suo : sancitur ut Parochi canonice instituti non possint nisi ob crimen , & canonico Episcopi judicio exauditorii (2) : *Nullus absque consensu Episcopi Presbytero Ecclesiam det , quam si juste adeptus fuerit , hanc nonnisi gravi culpa sua & coram Episcopo canonica severitate amittat .*

VII. Quin & ad Sedem Apostolicam Episcopi ipsi quandoque referebant causas id genus aliquanto implicatores . Rescripsit Joannes VIII. Papa (3) ad Archiepiscopum Narbonensem , suspensum fuisse ab Episcopis ejus Provinciæ Presbyterum , & nonnullis pœnitentiæ exercitiis addictum , usque ad judicium sedis Apostolice . Imputabatur autem ei Presbytero proprii fratris interitus ; in quem seditionis incensor alias ovm impulerat tanto impetu , tantaque vi , ut eo casu & pondere afflictus oppressusque interiisset . Sed monet Pontifex prius causam ipsam ex rigore Canonum expendendam fuisse ab ipsius Provincia Episcopis , assignatis judicibus quatuor , & tum si quis inexplicabilis nodus occurreret , acta ipsa judicii Romam referri debuisse : *Sed tunc hoc solemniter agerent , si primum ipsi plenaria & ex Canonibus in cause Presbyteri delegato judicio quatuor deputatis , ex venerandis decretis & legibus , personis presentibus , hanc ventilassent , & subili examine discussissent : ut ita facta scripto relatione , si quid dubium sit , seu difficile ingessisse videretur , nostrum super hoc more prioco decretum exposcerent .*

Addit Pontifex Romæ judicium ferri non posse de causa , cuius ibi nec instrumenta , nec testimonia sint ulla : & proinde de necesse esse , ut ipsem etiam Metropolitanus definit cum sex aliis Episcopis Provinciæ suæ , vel vicinis , praeter suspensi Presbyteri Diœcesanum : *Ergo saltem nunc fraternitas tuae Metropolitanæ jure potita ex Episcopis sub se degentium , vel vicinorum , sex una cum Episcopo , cuius est iste parœcia , sibi socians , tantum negotium subtili venientis discussionis ventilabro , & invento quod justum est , canonice decernat , & communis fratum censura diffiniat .*

Non alibi facile illustrior occurret occasio , ubi elucescat , quam deberent judicia suspensionum vel depositionum , ubi de Beneficiariis agitur , summa quadam diligentia & maturitate tractari , consultarique inter Episcopos Provinciæ , Metropolitanos & Pontifices ipsos : & quam peregrini fuerint in Ecclesiastice historiæ Canonumque disciplinæ monumentis , qui in voluntate unius Præfulis totum posuerunt .

VIII. Concilium Forojuilense sub Patriarcha Paulino anno 791. non finit ab Episcopo deponi Diaconum , Presbyterum , Abbatem , nisi re cum Patriarcha Aquilejensi , seu cum Metropolitanano communicata (4) : *Item placuit , ut nullus Episcoporum Presbyterum , aut Diaconum , aut Archimandritam in dispendo honoris condemnare presumat , absque hujus veneranda Sedis consueto . Synodi VIII. Canon supra relatus hoc ipso capite , non patiebatur , ut descingere & deponere posset Episcopos Metropolitanus , inconsulto Patriarcha . Extra controversiam est , ex antiquissimo Ecclesiæ usu , in potestate fuisse Episcoporum , ut Presbyteros nocentes deponerent ; similiter & penes Metropolitanos fuisse , ut Episcopos gradu Synodico judicio dejicerent : sed ita ut his illisque fas esset judicium superius interpellare . Et disciplina circa nonum sæculum additamentum non leve accessit , nec alio ut reor consilio , quam ut novæ judiciis his tam gravibus cautiones adderentur , & Presbyterorum Episcoporumque depositiones aliquanto difficiliores polthae essent . Quanquam enim post depositum ab Episcopo Presbyterum , a Metropolitanano Episcopum , ad superius tribunal recurratur : pendente interim appellatione jacet uterque tandem*

(1) Ann. 813. Can. 40.  
(4) Can. 27.

(2) Can. 42.

[3] Conc. Gall. t. 3. p. 519.

tandiu ruina & dedecore oppressus prioris judicii, cuius præterea retractatio in multum quandoque tempus protrahetur. Video quantum etiam malorum impendeat a longa criminum impunitate. Sed cum hinc & inde formidantur & præcautentur mala, faciles esse debemus, ut nobis persuadeatur, si ad alterutram partem se conferat tandem Ecclesia, id cœlesti excubante providentia ita disponi, quod ea tum temporis opportunitiora futura sint remedia.

IX. Concilium Papiense anni 855. repres-  
sa Patronorum audacia laicorum, ne ab ipsis  
quidem Episcopis sint Parochos Beneficii  
spoliari, nisi gravi sua culpa judicio cano-  
nico afflerti sint (1): *Ipsi vero qui ad gu-  
bernandas plebes legitime sunt proiecti, nul-  
latenus a suis Episcopis repellantur, nisi  
aut in alicujus criminis reatum inciderint,  
aut easdem plebes male tractaverint.*

Innovati sunt a Concilio Triburensi Ca-  
nones Africani, quibus Episcopi depositio Epi-  
scopis duodecim, Presbyteri sex, Diaconi  
tribus integra servatur, non numerato Epi-  
scopo proprio; reliquorum Clericorum cau-  
sis permisis Episcopi voluntati, immo æqui-  
tati, sacris regulis accommodatae (2): *Re-  
liquorum Clericorum causas etiam solus Epi-  
scopus loci cognoscat, definiat. Vox ea co-  
gnoscat abunde innuit, Episcopum judicem,  
non dominum agere, cognoscere, non ju-  
bere: cognoscere autem consentaneæ judi-  
ciorum legibus. Itaque Nicolaus Papa Dia-  
conum restituit, qui ab Episcopo suo depo-  
sus fuerat, non advocate Episcoporum cer-  
to numero (3): *Quia sine certo numero E-  
piscoporum, immo sine criminis approbatione  
fuerat judicatus.**

X. Non hic ergo moras traham in excu-  
tienda quæstione, quam ventilavit Hinc-  
marus Remensis Archiepiscopus, de appella-  
tione Presbyterorum & inferiorum Cleri-  
corum ad Summum Pontificem. Pertendebat enim Hincmarus non posse eos appelle-  
lare omnino, nisi ab Episcopi judicio ad  
Concilium Provinciae. Sed quamcumque de-  
mum in partem inclinaret animus, illud  
certum & indubium semper existebat, nec  
Clericos unquam, nec Beneficiarios fuisse  
ullos, ita nutoi & arbitrio Episcopi obno-  
xios, ut indicta causa illos posset abjecere.  
Ideo & cum Hincmarus Laudunensis Epi-  
scopus uno excommunicationis laqueo inclu-

sisset omnes Diocesis suæ Clericos, qui  
quingenti, vel quadringenti saltem erant;  
insulſitatem temerarii ejus judicii fugillavit  
Archiepiscopus Hincmarus, ut quo fontes  
& infantes promiscue configerentur (4):  
*At ubi sine aliqua ratione, vel culpa obje-  
ctorum, contra omnem auctoritatem, trecenti,  
vel quadringenti, sive quingenti, solo  
tuo furore, & causa injuriarum tuarum sunt  
abjecti, &c.*

## C A P U T XVIII. P. 4. l. 2. c. 6.

Nec post annum Christi millesimum revo-  
cabiles ad nutum Episcopi Clericos,  
vel Beneficiarios fuisse.

I. Diversa Concilia perpetuant Beneficia-  
rios omnes, adeoque & Parochos, nisi eos  
Episcopus canonico deſicitat judicio.

II. Alii Canones, ut non Episcopi, non  
Patroni possint ad nutum Clericos deſtituere,  
aut Beneficiarios.

III. Poterat Episcopus ad tempus delega-  
re regimen Parochie dum designatus Paro-  
chus probaretur. Deportum origo.

IV. Quando id ſibi sumpſere Episcopi, &  
Abbes, ut ad libitum Beneficiarios ſibi ob-  
noxios deſtituerent; id ſibi summi quoque  
Principes arrogavere, ut ipsos deſtituerent,  
vel transferrent Episcops.

V. Discrepancia Monachorum & Beneficie-  
riorum quorumvis aliorum.

VI. Canones rursum & Decreta aduersus  
doctrinam Parochorum, aut Vicariorum revo-  
cabiliū.

VII. Rursum Decreta alia aduersus Vicar-  
rios temporarios. De numero necessario Epi-  
scoporum ad depositionem Presbyteri, vel  
Diaconi.

VIII. Quantum malorum nascatur ex Vi-  
cariis illis temporariis.

IX. Temporariis his Vicariis aduersantur  
Decreta & Decretales Pontificum, adeoque  
& Concilium Tridentinum.

I. C Anonica stabilitas Clericorum & Be-  
neficiariorum, de qua superius, non  
naturalem tantum frænabat inconstantiam,  
sed & fidem quodammodo obligabat Epi-  
scoporum, ut ne eos qui a statione sacra re-  
filire

(1) Can. 5.

(2) Can. 10.

(3) Anaſt. in ejus vita.

(4) Hincmar. t. 2. p. 1.

silire non possent, ipsi temere excuterent, nec omnino nisi canonico judicio. Ea est Canonum, ea est hujus maxime Canonis sententia Synodi Placentinæ anni 1095. (1) Sine Titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua quilibet titulatus est, in ea perpetuo perseveret. Necnon & Synodi Claramontanæ eodem anno habita (2). Ut omnis Clericus ad eum titulum ad quem primum ordinatus est, semper ordinetur. Quo tempore Clericis, eo ipso sibi leges stabilitatis defigebant Episcopi, ut ne quod facerant, infectum vellent: ne quos evexerant, me-ro nutu deprimarent. Apertius etiam Ne-mauense Concilium anni 1096. (3) Sacerdotes, quando regendis praeficiuntur Ecclesiis, de manu Episcopi curam animarum suscipiant, ubi & in tota vita sua Deo deserviant, nisi canonico degradentur judicio. Nihil disertius in Parochorum etiam causa. Apertissime hic statuitur, ut nec ipsi desciscere sua sponte possint a commendato sibi munere; nec ab Episcopo vel alio quovis extrudi, nisi consentaneo legibus sacris judicio. Idem sanctitur & in Concilio Londonensi anni 1125. (4) Nullus Abbas, nullus omnino Clericus, vel laicus, quenquam per Episcopum, in Ecclesia ordinatum, absque propriis Episcopi judicio, presumat ejercere.

Illud innuitur hoc Canone, exturbatos nonnunquam fuisse Parochos suis Ecclesiis, a Patronis laicis, vel Ecclesiasticis, maxime ab Abbatibus, quibus plures suberant Parochiæ. Illi quidem praesenteraverant, at solus instituerat Parochos illos Episcopus, solusque proinde destituere poterat, non tamen sine figura judicii. Quos sane ad nominationem Patronorum instituebat Episcopus Parochos, valde perspicuum est, non potuisse illum eos invitit Patronis dejicere. Quarum vero Parochiarum collator Episcopus erat, si sine forma judicij Parochos abrupte arbitratu suo abstulisset, nra ille Patronos exemplo suo armasset in Parochos eos ipsos, quos jamdiu fatagebant Synodi aduersus eorum injurias impetusve munire.

II. Concilium Remense anni 1131. ve-tuit, ne conductitiis Presbyteris Ecclesiæ committerentur, sed unaquaque suum ha-beret Parochia Parochum, si suppeterent redditus (5): *Placuit etiam ne conductitiis Presbyteris Ecclesia committantur, & una-*

*gusque Ecclesia, cui facultas suppetit, pro-prium habeat Sacerdotem. Concilium Late-ranense II. hoc Decretum totidem verbis confirmanavit anno 1139. Concilium Remen-se anno 1148. illud ipsum ingeminavit, cum hocce novo additamento (6): Nec ab ejus regimine, alicujus, nisi Episcopi, in cuius Parochia fuerit, vel Archidiaconi ca-nonico judicio depellatur. Cui de bonis Ec-clesie tantum beneficii praebatur, unde con-venienter valeat assignari. Ubi notandum est, 1. ne hos quidem Parochos, quos par-te aliqua proventuum Ecclesie Episcopus do-nabat, vel portione congrua, vel agellulis & fundis exiguis, ad nutum Episcopi de-stitui potuisset. 2. Ne Episcopus quidem eos nisi canonico judicio impetrat, ut exem-ple suo Patronos addoceat, quam reverenter habendi sint. 3. Ab Episcopo & Ar-chidiacono destitui poslunt; seu ut ab Ar-chidiacono, ita & ab Episcopo, nonnisi ser-vato juris ordine.*

III. Poterat quidem Episcopus ad anni spatium Parochiale Ecclesiam Presbytero commendare dum eum ipse probaret, quem ei Rectorem praeficere meditabatur. Nec enim improbatum est ab Alexandre III. quod Episcopus Tornacensis ad breve tem-pus Ecclesiam ei commisisset, quem probare magis quam praeficere in animo habebat, & quem reapie aliquandiu probatum reje-cit (7): *Quod Ecclesia non fuerit praedito Danieli concessa, sed ad probationem usque ad annum commendata; ita quidem ut si non esset idoneus, & ejus conversationis & vita, cuius esse deberet, exinde amoveretur, ut Ecclesia illa libere posset honesta persona concedi.*

Hinc manarunt forsitan Deportus, quos existimare possis initio Commendas veluti quasdam fuisse ad aliquot menses, vel ad annum, ut periculum fieret eorum, quibus Parochiales Ecclesiæ destinabantur magis, quam concedebantur. Mirum est, si ea tam-en Deportuum origo est, eo rem tam pie institutam non spectari jam a permultis, nisi tanquam exactiones quasdam pecuniaz ad Episcopos vel Archidiaconos reddituræ. Certe ex ejusdem Pontificis litteris manife-stum est, Tornacensis tum Diœcesis Paro-chos de ingravescientibus Episcopi Tornacen-sis exactiobus acerbissimas in ejus aures Pontificis querelas deposuisse. Veram ut eo

(1) Can. 15.  
(6) Cap. 10.

(2) Can. 13.  
(7) Append. 1. Ep. 14. 15.

(3) Can. 9.

(4) Can. 9.

(5) Cap. 10.

eo reflectatur oratio, unde hoc deflexit, re-scriptum est ab eodem Pontifice ad Episco-pum Ambianensem & ad Abbatem sancti Remigii, ut Ecclesiam Parocho huic suam restituí curarent, si & ante canonice ab E-piscopo institutus, & nunc sine canonica criminis convictione destitutus fuisset: Si Ecclesia illi fuerit canonice tradita, & po-stea de aliquo crimine non fuit convictus, aut confessus, propter quod ea de jure de-buerit spoliari: ipsam ei faciatis restitui, &c.

Quod hic cursim attigimus etiam de De-portibus, approbari potest Decreto Con-cilii Turonensis anno 1163. Ibi enim cauterio censorio inusta est consuetudo, quæ tum il-labebatur, Parochias ad annum conductis Presbyteris committendi (1): Quoniam enor-mis quedam consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum Patrum constitutiones inva-luit, ut sub anno prelio Sacerdotes ad Ec-clesiarum regimen constituantur: id ne fiat modis omnibus prohibemus. Et rursus Con-cilium Abrincatense anni 1272. (2) Eccle-sia Vicariis annuis non committantur. Ne-cesse ergo tunc erat ut tam Vicarii, quam Parochi perpetui essent.

IV. Si quando Episcopi & Abbates eam sibi arrogarunt licentiam, ut obnoxios sibi Beneficiarios, prout collibitum esset, abdi-carent: non Patroni tantum laici eandem sibi usurparunt, quod non poterat non in sumnum vertere dedecus Episcoporum: sed Principes ipsi Regesque adgressi sunt, suo arbitratu Episcopos destituere, vel trans-ferre. Id plane liquet ex Edicto Regis Hun-gariæ anno 1169. quod Annalibus suis in-feruit Baronius (3). Eo enim se se Rex suc-cessoresque astringit suos, ne amplius spo-liant transferant Episcopos Regni sui si-ne consensu Romanorum Pontificum. Sed mox ibidem præcipit idem Rex, ne Epi-scopi suos Beneficiarios, nisi canonice con-victos spoliarent: Nulli Episcoporum, Electo-rum, Prepositorum ac Abbatum, deinceps liceat de Prepositoris suis Prepositos remo-vere, vel alias Ecclesiasticas personas suis dignitatibus, aut Ecclesiasticis Beneficiis pri-vare, nisi forte fuerint de criminе convicti canonice, vel confessi.

V. Hanc Innocentius III. discrepantiam Monachis, aliisque Beneficiariis interjecit, quod non necesse sit easdem juris strictissi-

mi formulas & morositates observare, ubi deturbandus suo loco est Claustralibus aliquis Collegii Regularis Officiarius, aut Admini-strator (4): Hunc tamen Ordinem circa Re-gulares personas non credimus usquequaque servandum, quæ cum causa requirit, facilius & liberius a suis possunt administratio-nibus amoveri. Ita ille in Concilio Latera-nensi IV. anni 1215. cum processus Juridi-cos enarrasset.

VI. Porro idem ipsum Concilium agens de Canonicatibus, vel Dignitatibus, quibus adnexæ sunt Parochiales Ecclesiae, consti-tuit, ut instituantur ibi Vicarii perpetui, cum portione congrua redditum (5): Nisi forte Præbenda, vel Dignitati Parochialis Ec-clesia sit annexa: in quo casu concedimus, ut is qui tales habet Præbendam, vel di-gnitatem, cum oporteat eum in majori Ec-clesia deservire, in ipsa Parochiali Ecclesia idoneum & perpetuum studeat habere Vicaria-rium, canonice institutum, qui congruen-tem habeat de ipsis Ecclesie proventibus portionem.

In Concilio Lateranensi III. prohibitum (6) duntaxat fuerat, anno 1179. ne unus plu-res in posterum Parochiales Ecclesias admi-nistraret. Ita qui plurimas jam fuerant con-secuti, eas nihilominus retinuerunt, in ea-rum una residentes, in reliquis Vicariis per-petuis sibi subrogatis. Quod & in Consti-tutionibus Synodalibus Episcopi Sarum in Anglia confirmatum est anno 1217. (7) In aliis perpetuos ordinet Vicarios. Concilium Oxfordense (8) anni 1222. non agit et iam nisi de Vicariis perpetuis.

Concilium Moguntinum anni 1225. cui præfuit Cardinalis Legatus, omnes ner-vos contendit, ut enormem extingueret con-suetudinem, quæ alras jam radices egerat in Germania, ut Vicarii temporarii, & con-ductitiis instituerentur (9): Quia enormis quædam consuetudo in quibusdam Alemannia partibus contra canonicas sanctiones invaluit, ut ponantur in Ecclesiis conductitiis Sacer-do-tes, Vicarii temporales, ne id fiat de cete-ro, auctoritate legationis qua fungimur, in-hibemus. Sed cum Vicarius poni debet & potest, perpetuo institutur, idque assensu & auctoritate Diæcesani & Archidiaconi lo-ci illius. Biterrense quoque Concilium anni 1233. nec Parochos voluit, nec Vicarios Ecclesiis regendis præfici, nisi perpetuos (10):

Recto-

(1) Can. 5. (2) Can. 4. [3] Num. 40. (4) Can. 8. [5] Can. 32.

(6) Can. 13. [7] Cap. 83. [8] Can. 13. 15. [9] Can. 32. (10) Can. 11. 12.

*Rectores, seu perpetuos Vicarios, &c. Ut qualibet Parochialis Ecclesia proprium beat & perpetuum Sacerdotem.*

Constitutiones synodales sancti Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis anno 1236. (1) ne Vicarios quidem finunt a Parochis ejici, nisi justæ intercedant causæ. Concilium Campinianense anni 1262. (2) vix iplos patitur Archidiaconos & Archipresbyteros, vel Decanos rurales subrogare sibi absentiibus Vicarios, cum assentu Episcopi. Concilium Budente anni 1279. (3) poenas decrevit aduersus Archidiaconos, Parochosque, qui Vicarias suas Laicis, Clericis conjugatis commendabant. Sed non hi sunt Vicarii, de quibus hic sermo est, & quos revocabiles nunquam fuisse contendimus.

VII. Fateor quidem in hac tenus laudatis Canonibus, in culpa maxime fuisse Patronos, qui in suæ ditionis Parochias latius se impuniusque dominaturos sperabant, si temporariis tantum ex Vicariis committerentur. Sed ii tamen qui prolati sunt Canones, temporariis prorsus omnibus adversantur Vicariis, sive Patronis, sive Episcopis, sive denique Capitulum eorum intercedat perpetuitati. Cum tot Concilia Episcopos præstiterint tuitioni Vicariorum & Parochorum irrevocabilium, adversus Patronos, pro arbitrio revocari eos a se posse venditantes: præpostorum omnino fuisse, si Parochos ad nutum revocabiles voluissent Episcopi ipsi. Unde Concilium Salisburgense anni 1274. (4) In Beneficiis quibus licet per Vicarios deservire, volumus ut viri idonei Episcopo presententur, qui ipsis in hujusmodi Vicariis perpetuet. Concilium Provincie Auxiensis anno 1326. vel ab ipsis Monachis præsentatos Episcopo Parochos Vicarioisque, voluit esse perpetuos (5): Quia ex quo instituti in eis sunt, censetur esse perpetui. A Monachis sancti Benigni Divionensis impetrata sunt privilegia, quibus Episcopi Lingonensis & Tullensis concessere (6), ut Parochos & instituere possent temporarios, & destituere.

Fateri rurum cogimur a Gregorio IX. concessum esse ut pro Episcopis, qui arcessendi erant ad majorum Clericorum judicia, assumat Episcopus Diœcesanus Abbates, atque Praelatos: quod & Tridentinum Concilium comprobavit. Fatemur etiam hic non

agere vel Gregorium IX. vel Tridentinum (7), nisi de solemni degradatione, non de depositione simplici. Sed cum nemo neciat prioribus sæculis unum idemque fuisse depositionem & degradationem: potuit quidem hactenus disciplinæ vigor remittere, ut non amplius ille idem Episcoporum numerus, ad deponendos Presbyters & Diaconos esse necessarius, qui desiderabatur juxta Carthaginenses Synodos: sed infringi & debilitari usque adeo ille non potuit, ut ne Episcopus quidem proprius Canonicorum judiciorum formulis te accommodare dignaretur, ut id perficeret, quod olim nisi ab Episcopis compluribus fieri non potuerat.

Obiter monebo Concilium Rothomagensis anni 1072. primum videri declarasse, si sex ad Presbyteri, tres ad Diaconi judicium necessarii tum Episcopi, convenire non possent, opus esse ut Vicarii saltem totidem ab Episcopis delegarentur: *Vicarium quisque suum cum sua auctoritate transmittat.*

VIII. Non supervacanea cferi poterit hæc tanta Canonum testiumque congeries, si in mentem veniat tot Ecclesiarum Cathedralium Collegialiumque, quæ suam, quæ longe plurimas obnoxias sibi Parochias concredunt Parochis Vicariisque temporariis. Convenit Canonistis jure id licere. Addubitascent forsan nonnihil, si hanc expendissent continuatam traditionis seriem sibi aduersantem. Non dubitat certe Fagnanus (8), quin optatissimum sit, ut promulget Pontifex Decretum, ut omnibus in Ecclesiis Vicarii instituantur perpetui. Propterea nimis quod, ut ait ille, expeditissimum sit cuique Ecclesiaz proprium ut habeat sponsum & pastorem. Diligentius curramus quæ nostra singulorum sunt, quam quæ cum multis communia. Dissident per se Canonici, in nominatione Vicariorum: revocant illos quandoque levioribus de causis; Vicarii ipsi mercenarii cum sint, minus student promovendis Ecclesiaz suæ commodis; a qua prorsus etiam desciscunt, ubi aliqua pinguior occurrerit. Vix adduci possunt, qui quantulocunque merito præstant, ut eos Vicarius admittant. Ne plebs ipsa quidem ea est in Vicarios & conductitios observantia & religione, quæ in Parochos & Pastores perpetuos. Denique qui videri potest non repugnare juri ea consuetudo

Ca-

(1) Can. 29.

(2) Can. 6.

(3) Can. 10.

(4) Can. 10.

(5) Can. 36.

(6) Recueil pour l'hist. de Bourgogne p. 203. 223. Ext. de hæret. c. I.

(7) Sess. 13. c. 4.

(8) In C. Ex parte, de Officio Vicarii.

Capitulorum, ubi in communi exercetur cura animarum, sed per Vicarios temporarios exercetur: cum jure sanciatur, ut unaquaque suo gaudeat sponso Ecclesia, suo qualibet proprio fruatur Pastore? Ideo & Romæ in omnibus Patriarchalibus & Collegialibus Ecclesiis, quibus animarum Cura incumbit, perpetui sunt Vicarii, per quos ea geratur.

IX. Profert Gratianus Decretum Concilii Remensis (1): *Sicut in unaquaque Ecclesia unus Presbyter debet esse; ita ipsa quæ sponsa, vel uxor ejus dicitur, non potest dividii inter plures Presbyteros, sed unum tantummodo habebit Sacerdotem, qui eam castè & sincere regat.* Et Decretum Innocentii II. *Præcipimus ne conductiis Presbyteris Ecclesia committantur; & unaquaque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat Sacerdotem.* In ipsis Decretalibus præcipitur (2), ut Canonici qui Præbendis suis annexas habent Parochias, perpetuos ibi constituent Vicarios. Bonifacius quoque VIII. Monachis præcepit, quibus subsumt Ecclesiæ Parochiales ut ab Episcopo in eis carent Vicarios institui perpetuos. Ideo & Concilium Tridentinum apertissime suffragari visum est Vicariis perpetuis, in illis etiam Ecclesiis, quæ unitæ sunt Ecclesiis Cathedralibus, Collegialibus, Abbatialibus, nisi videatur Episcopis speciali aliqua ratione minus id tum expedire: *Nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiæ regimine aliter expedire videbitur.* Nisi ergo specialis aliqua subst̄ ratio, abigenda est revocabiliū Vicariorum consuetudo. Et eo quoque sensu capienda est Congregationis Concilii declaratio, posse a Capitulis Vicarios ad nūrum destitui temporarios, non posse ab Episcopis, nisi eo casu, quo & perpetui destituerentur.

Quæ porro hactenus disputata sunt, ea nihil pertinent ad Parochos Regulares, nec ad eam quæ fruuntur eos revocandi potestatem Prælati Regulares. Vide si vacat in eam rem Epistolam Stephani Tornacensis (3), & quæ referuntur in Bibliotheca Præmonstratenſi. Consule & Acta Cleri Gallicani (4), ubi occurret Constitutio Ludovici XIII. Regis anno 1629. Artic. 12, & Declaratio Regis Ludovici XIV. anno 1657. ad interpellationem Cleri edita, quæ

jam non patitur, nisi perpetuis Vicariis mandari Parochias annexas Abbatiis, Prioratibusque, & Ecclesiis, seu Cathedralibus, seu denique Collegialibus.

---

Poterat Episcopus Beneficiarios transferre ad Ecclesiæ utilitatem.

---

### C A P U T X I X. P. I. l. 2. c. 6.

Nec cedere, nec discedere poterant Beneficiarii nisi Episcopi assentu. Poterat eos Episcopus transferre. Non tamen invitos.

I. Senatu & consilio Cleri opus erat ad destituendos Beneficiarios, multo magis quam ad eos instituendos.

II. Probationes ex Concilio Antiocheno, quo Beneficiarii omnes affiguntur Episcops Parochie, hoc est Diœcesi.

III. Poterat Episcopus Clericos suos transferre in alias sua Diœcessis Ecclesiæ: poterat & aliis Episcopis cedere, sed tum non nisi consentientes.

IV. At Beneficiarii ipsi, nec cedere poterant, nec resignare, nisi consentiente Episcopo.

V. Consimili necessitatibus suberant Episcopi ipsi, pro suo modo.

VI. Canones stabilitatis & residentie Episcopis & Beneficiariis communes erant.

VII. Carthaginensis Canon copiam facit Episcopo Beneficiario sui territorii transferendi in Cathedralem suam Ecclesiam, etiam renentes. *Que de causa?*

VIII. Parva acerbissima in Clericos & Beneficiarios vagos, nec residentes.

IX. Cur tam facile Clerici ab Ecclesiis suis discederent.

X. Divina vocatio, quæ Ordinatione ipsa sua Clero & Beneficiis Clericos illigat, stabilem formitatem præfert.

I. SI ordinatus fuerat Timotheus, auctor re Paulo ipso (5), cum impositione manuum Presbyteri, hoc est Presbyterorura ceterus: & si etiam nunc ad eundem modum ordinantur Presbyteri: peripicum hinc

(1) 21 q. 2. (2) C. Extirpande, de Præbendis C. Presbyteri. De Cappellis Monach. in Sexto. Conc. Trident. Sect. 25. c. 6. Sect. 7. c. 7. Fagnan. in L. 2. Decr. part. 2. p. 193. (3) Epist. 279. Bibl. Præmonstr. p. 285; 286. 287. (4) Mémoires du Clergé T. 1. p. 200. (5) I. Timoth. 4. 14.

hinc argumentum elicitur, quanquam solus Episcopus Presbyteros ordinet, Beneficiariosque instituat, Cleri tamen sui tum ei Senatum prelato esse debere. Idem sentiendum de eorundem delitituzione, cuius Paulus (1) idem ipse summam auctoritatem penes Episcopum esse jubet; sed ea quæ potestati & copulanda semper, & æquanda saltē sapientia est, multo magis sine consilio destrui res verat, quam construi. Hæc superioribus Capitibus elucida sunt.

II. Sed et si non potest Episcopus, nisi observatis diligentissime judiciorum Regulis, quos semel instituit, postea destituere, an ne transferre quidem potest ab Ecclesia una ad aliam suæ similiter Dioecesis? Et an verantur ipsi Clerici, hærentes affixaque eidem semper Dioecesi, ab una in aliam migrare Ecclesiam? Id vero est quod hic endare adgreditur.

Non animadvertis Concilium Antiochenum, nisi in eos Clericos, qui discedunt ab Episcopi sui Dioecesi circa ejus assensum, ut aliis Episcopis se dedant (2): Si quis Presbyter, aut Diaconus, & omnino quilibet ex Clero propriam deferens Parochiam, ad aliam properaverit; vel omnino demigrans in alia Parochia per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministret: maxime si vocanti suo Episcopo, & redire ad propriam Parochiam commonebti obedi contempserit. Quod si in hac indiscipline perdurat, a ministerio mundis omnibus amoveatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inventiat. Si vero pro hac causa depositum alter Episcopus suscipiat, hic etiam a communi coarctatur Synodo. Idem hic est, atque undecimus inter Apostolicos Canones. Parochia hic ex primorum sæculorum usu vocatur, quæ nunc Dioecesis. Alio rursus Canone (3) ejusdem Concilii Parochia, παροικία, vocatur Dioecesis seu territorium omne Episcopi; quas autem vocamus ruris Parochias, seu Parochiales Ecclesias, ex ibi χωρας vocantur: Episcopos nihil agere oportet, nisi ea tantum quæ ad suam Parochiam pertinent, & possessiones ei subiectas, τη ὀχετε παροικία, η τοις ὑπ' αὐτήν χωρας. Unusquisque enim Episcopus habet potestatem sua Parochia, τη εἰστε παροικία, ut regat & providentiam gerat omnis possessionis, seu regionis χωρας,

que sua urbi subest, ita ut Presbyteros & Diaconos ordinet. Canone sequenti (4) agitur de Choropiscopis, qui demorantur in vicis, ἡ ταῖς κώμαις, καὶ ταῖς χωραῖς. Exdem ipsis voces vocumque significaciones obviae sunt passim, tum Conciliis in aliis (5), tum in Patrum litteris ejusdem ævi. In Concilio quidem Chalcedonensi (6) Ecclesiaruris appellatae sunt Parochia; sed additum est ruris: ἀγροικίας παροικίας. Patet ergo hoc Antiocheno Canone non collineari, nisi ut prohibeantur Presbyteri & Clerici omnes inferiores, recedere a Dioecesi & Episcopo, cui sua illos nexus & mancipio ordinatio illigavit.

III. Concilium Carthaginense IV. non sinit Episcopum ex una Dioecesi in aliam migrare, sine assensu Synodi Provincialis: at Episcopo potestatem facit Clericos suos ab Ecclesiis suis aliis in alias transferendi, adeoque aliis permittendi Episcopis (7): Inferioris vero gradus Sacerdotes, vel alii Clerici concessione suorum Episcoporum possunt ad alias Ecclesias transmigrare. Cum hic conjunctim agatur de Episcopis & de Clericis, hinc emicat de translatione agi ex una Dioecesi in aliam. Sed hinc illud certissime concludetur, posse Clericum ad una in aliam eiusdem Episcopatus Ecclesiam traduci ab Episcopo, a quo potest & in alium Episcopatum. Sed non perfunctorie legendum illud est posse Clericos transmigrare; eo quippe innuitur aperte, non Episcopi tantum, sed & ipsorummet consensione rem perfici debere.

IV. Hinc rursus illud emergit, nisi permittente Episcopo, nec cedere, nec discedere, nec aliis sua resignare Beneficia potuisse Clericos. Si potuissent enim, potuissent utique postea ad alias migrare Dioeceses. Atqui id minime poterant; ut liquet ex iis quæ coacervata superius fuere, de necessaria omnium Clericorum residencia. Et qui potuissent, quos tam diversis validissimisque vinculis supra ostendimus Episcopo suo constrictos fuisse?

V. Jubet Antiochenum idem Concilium, ut Episcopi, qui semel ordinati detrectarent ad destinatum sibi gregem pergere, ex communicationi subjiciantur, nec solvantur eo vinculo, donec morem gerant (8): Donec suscepit coactus officium. Huic lege poenæque non eximuntur, nisi ii, qui recepti

(1) Item 5. 19.  
(6) Concil. Chale. c. 17.

(2) Can. 5.  
(7) Can. 27.

(3) Can. 9.  
(8) Cap. 17. 18.

(4) Can. 10. 18.  
(5) Conc. Anc. Can. 18.

cepti non fuerint, vel propter contumaciam alienatos plebis animos, vel obice quamquam alio inexpugnabili. Quibus ita constitutis, ne optandum quidem est, ut meliori Presbyteri condicione fuerint, quam Episcopi; potuerintque a commendatis sibi Ecclesiis impune abire. Lex eadem coelestis oraculi & vocationis divinæ, quæ cogebat Episcopos impactum sibi jugum subire, in Dioecesi, immo & in Cathedrali Ecclesia residere, non unquam ambire sedem quamcumque, & Ecclesiam aliam, deinde constanter immorari, infenescere, immorique stationi, cui eos Numinis providentia affixisset: eadem, inquam, lex, & superna vocatio, ad Presbyteros Diaconosque & Clericos prorsus omnes manabat, eandemque constantiam & stabilitatem prescribebat.

VI. Non permittit Concilium Africanius (1) Episcopis, ut ab Ecclesia Cathedrali sua recedant, aut in alia Dioeceses suæ Ecclesia demorentur diutius, aut sedem figant. An ergo per eosdem Canones licebit Presbyteris, & suis omnino demigrare Ecclesiis, & in alias ejusdem migrare Dioeceses? Hanc animi levitatem & inconstantiam in Episcopis juxta, atque in aliis Beneficiariis damnavit Chalcedonensis Synodus (2): *De his qui transmigrant de civitate in civitatem Episcopis aut Clericis, placuit Canones qui hac de re a Partibus statuti sunt, habeant propriam firmatatem.*

VII. Ex adverso autem damnat Carthaginensis Canon in Codice Canonum Ecclesiæ Remanæ relatus, eorum contumaciam Clericorum, qui Ecclesiæ suæ etiam plus nimio affixi, renituntur Episcopo in Ordinem sublimiorem, & in aliam eos Ecclesiam traducere cupienti (3): *Item placuit ut quicunque Clerici, vel Diaconi pro necessitatibus Ecclesiarum non obtemperaverint Episcopis suis, voluntibus eos ad honorem ampliorem in sua Ecclesia promovere: nec illic ministrent in gradu suo, unde recedere noluerunt. Sed non illud tamen eo Canone significatur, posse Episcopum Clericos omnino suos & Beneficiarios omnes suis abjungere Ecclesiis, & adjungere aliis arbitratu tuò. 1. Nec ibi nisi de Diaconis agitur & inferioribus Clericis. Non ergo ad Presbyteros, Parochosque ea res pertinet.*

*Thomas. Tom. IV.*

nere potest. 2. Nec agitur nisi de Clericis, quos Episcopus evehere cupit in superiorem gradum. Altera hæc ergo ratio est, qua conitatur de Presbyteris non agi. 3. Non agitur nisi de iis, quos contendit Episcopus ab agresti Parochia ad Cathedralem suam transferre. Certum est autem ordinatione Clericos addictos subditosque fuisse universim & primario Episcopo & Ecclesiæ ejus Cathedrali. Itaque ubi rus ablegabantur, in Ecclesiis ibi sitis ministraturi, illud tacite cavebatur tamen, posse eos ad Cathedralem deinceps revocari aliquando, cui jam inde ab initio suæ ordinationis potuissent adstringi. Quod de Diaconis, & de Minoribus Clericis proclivius est intelligere, quam de Parochis, qui cum Ecclesia sua privata arctioribus nodis constringuntur. 4. Itaque nisi malitiose Anatolius non tam augere Presbyteratu Ætium, quam Archidiaconatu dejicere voluisse: potuisset forsan jure cum eo agere, ut ad Ecclesiæ utilitatem, forsan & necessitatem Presbyterum ordinari se pateretur.

VIII. Damnat Gelasius Papa temerarios propriarum Ecclesiarum defortores (4): *Quisquis propriæ defortor Ecclesiæ, nullis existentibus causis, ad aliam putaverit transfeundum, &c. Innovatque Canonem Nicænum, quo jubetur (5), ut Episcopus, Presbyter, Diaconusque cogantur redire ad Ecclesiæ gubernacula, a qua defecerunt. Strictim tamen Gelasius tangit subesse posse justas causas deserenda Ecclesiæ, cui se quis dicatur. Eius rei unum, aut alterum profert Synesius exemplum in Epitola ad Theophilum Episcopum Alexandrinum, ubi defortores hos, vagosque Clericos vocat ~~parvularibus~~. Latina voce *Vagantes*, ad Græcæ linguæ usum deflexa. Sic autem ille statuit, abiciendos eos esse communione, quocunque se contulerint, & pia hac inhumanitate cogendos ad Ecclesiæ suas regredi. Excipit tamen eos, qui contumacissimam obstinationem creditarum sibi plebium nulla arte perfringere potuerunt: & quorum Ecclesiæ diruta fuere (6): *Hi certam nullam sedem habere volunt, qui quam habebant antea reliquerunt, non calamitate expulsi, sed sponte locum mutantes. Honoribus porro fruuntur, eo vagantes; ubi manus compendium est. Mihi vero, Reverendo Pater, ita videtur, oportere iis qui suas**

L

E-

(1) Can. 38.  
(5) Can. 15.

(2) Can. 5.  
(6) Ep. 67.

(3) Can. 31.

(4) In Decret. c. 23.

*Ecclesiis deseruerunt, omni Ecclesia interdici, & priusquam illuc redeentes se receperint, neminem eos ad altare admittere, neque ad primas sedes invitare, sed vulgares illos in plebejis subsellisis relinquere, eum in Ecclesiam irruperint. Cito enim referent se, ubi de honore pericitati fuerint, quae capere ubivis malunt; quam ibi, ubi convenit. Malent autem illuc saltē, quam nūquam omnino percipere. Theophilum quoque consulit Synesius, quæ sibi rationē tenda cura Episcopo, qui populi seditione ab Ecclesia sua effugatus, nunc tamen eo emollito faciles eo aditus habiturus, si velit, malit in ipsa Synesii civitate usque degere & peregrinari.*

**IX.** Infinuata est a Synesio ratio, quanobrem tam frequens prioribus his sacerulis esset hæc defectio, & fuga a propriis Ecclesiis. Episcopi, Presbyterique, & alii Clerici, proprias non raro Ecclesiis deferebant, quod certi essent se aliis in Ecclesiis excipiendos esse honorificentissime, & iisdem emolumentis ac comodis potituros, ac in propriis Ecclesiis, quanquam non partibus gravarentur laboribus, aut curis angerentur. Ea erat enim Canonum Disciplina, ea Ecclesiarum humanitas, largitasque effusissima in hospites, ut iisdem & honoribus & commodis abundarent, atque in Ecclesiis suis. Jusserrat Arelatenie Concilium (1). Ut peregrino Episcopo locus sacrificandi datur. Concilium Sardicense declarat (2), invitari solitos Episcopos, qui interim alieni hospitarentur, ut ipsi ad populum concionarentur. Duo hæc Officia complectit Canon Concilii Carthaginensis IV. & utroque colli jubet Episcopos hospites (3): Episcopi, vel Presbyteri si causa visitanda Ecclesia ad alterius Ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur; & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur. Alicubi agit Ambrosius de religiosissimo Presbytero (4), qui ex ultimo Persidis sumi profectus erat, & post diuturnos labores in Italiam venerat, elegeratque Campania littora & amanitates, ubi extrellum beatumque vitæ mortalis finem, immortalitatis auspicem opperiretur. Attulerat igitur ille commendatarias Episcopi sui litteras, quo uno opus erat ut ab Ecclesiis Italiz non necessaria tantum vitæ subsidia acciperet, sed & cœli solique deliciis abun-

daret. Hac temporalium spiritualiumque bonorum communione nihil religiosus, nihil amabilius, & hinc tamen captata est a non paucis anla, proprias dimittendi Ecclesiis, & in alias immigrandi. Huic ergo malo ut mederetur Concilium Sardicense, vetuit (5) ne ultra tres hebdomadas peregrini Epilcopi eadem in civitate hac Ecclesiæ humanitate soverentur, Synodi posteriores, & Synesius ipse, ægrefcente malo anterioribus remedii utendam censueret. Denique ad excommunicationes devenatum est.

**X.** Summa horum omnium ea est, stabilem inconcussumque esse vocationem cœlitus insonantem, Clericosque suis singulos innectentem Ecclesiis, ut ex eorum ordinatione & consecratione clarefit. Jam non possunt ergo ipsi devolare ab una Ecclesia in aliam, cum ita versatilis & volatilia non sit divina vocatio. In Episcopis res clara & indubitatissima est. At Canones antiqui in ea quidem re Clericos omnes Episcopis æquabant, ut non pro libidine quisque sua despontas sibi divinitus Ecclesiis dimitterent, aut ad alias commigrarent.

## C A P U T XX. P.z. l.z.c.5.

Sæculo sexto, septimo & octavo Clericorum cessiones admittere, vel translationes facere non poterat Episcopus, nisi ad Ecclesiæ utilitatem & necessitatem.

**I.** Ad stabilitatem Clericorum pertinet hac quæstio.

**II.** Probationes quod in Ecclesia Graeca non possent Clerici una ex Ecclesia in aliam migrare, nisi Episcopi jussu.

**III.** In Italia ne electus quidem ad Episcopatum Clericus acquiescere poterat, nisi permittente Episcopo.

**IV.** De permutationibus in Gallia.

**V.** In Hispania poterat Episcopus Parochos rusticanos transferre in Cathedralens suam Ecclesiam. Quibus legibus?

**I.** Ex necessaria Clericorum stabilitate proficiuntur hæc omnia, ut nec ipsi Ecclesiis suas deferere, nec eas aliis re-

(1) Can. 22.  
(4) Ep. 57.

(2) Can. 14.  
(3) Can. 14.

(5) Can. 33.

resignare posset, nec in alias ab Episcopo transferri, vel vicissim permitte, ut pertinat, nisi ad Ecclesias ipsius utilitatem per spicula, aut gravem aliquam necessitatem.

II. Damnatus in Trullana Synodo levitas, ambitio & communia Clericorum, qui a propriis deficientes Episcopis, Ecclesiis & Dioecesis, alius se Episcopis Ecclesiisque adiungunt, iussum proprii Episcopi. Hi sane ministerio omni suspenduntur, donec aut dimissorias a proprio Episcopo acceperint, aut prioribus se reddiderint Ecclesiis (1): *Nulus Clericus in quocunque sis gradu, potestarem habeat sine propriis Episcopi scripta dimissoria in aliena Ecclesia Catalogum referri.* Habes hic pricas litteras Dimissorias, ἡγγαγος ἐποντων; non ut Ordines ab alio Episcopo quisquam acciperet, non ut recederet a prioris Episcopi obsequio, vel a cuiuscumque Episcopi nexus sele expediret: sed ut a priori quis Episcopo suo prorsus absolveretur, a quo Ordine vel Beneficio donatus erat: atque ad alterius Episcopi ditionem accederet, a quo deinceps posset & ordinari in reliquum vitam tempus, & Beneficiis ornari. Addit porro Synodus (2) quo irruens a Barbarorum colluvione procella ab Ecclesiis effugavit, cum primum pax & serenitas rutum illiterit, remigrare ad eas debere.

III. Cum Anconitana vacaret Ecclesia, & plurimorum suffragatio in Florentium Diaconum Ravennatem propenderet, monuit Gregorius Papa, ut electores eum ab Episcopo Ravennate postularent, ut ab eo in Ecclesia Anconitana transferretur jus; & ne de voto Pontificis quidquam significaretur, ne hinc vel tantillum libertas ejus videretur arctari (3): *Florentio Diacono Ravennati, si nullum crimen est quod obfisteret, apud Episcopum ejus agi necesse est, ut ea debet cessionem concedere.* Non tamen est ex nostro mandato, vel editto, ne contra suam voluntatem eum cedere videatur. Sed hoc ut norunt ii, qui eum eligunt, ex se agent.

IV. In Concilio Aurelianensi III. de permutatione ab Episcopo facienda mentio fit; sed rerum magis quam personarum. Quanquam enim non posset Episcopus retractare largitates antecessorum suorum,

poterat tamen Beneficiarios cogere, ut quos acceperant in Beneficium fondos, eos aliis permutarent; si in rem Ecclesiaz id esse existimatetur, & decrevisset Episcopus (4): *De quibus tamen munificentis, que praesens tempore ab his possidentur, si pro opportunitate Episcopo placuerit; quod voluerit commutare, sine accipientis dispendio, in locis aliis commutetur.* At quoad personarum translationes: Pappulus Episcopus Carnotensis ad Patres Concilii IV. Parisiensis conquestus est de Presbytero Promoto, qui sine licentia predecessoris sui scripto data, Parochia sua excederat: *Qui reliquerat sine litteris antecessoris mei cellubam suam, invaseratque Ecclesiam Castrum Dunesis, obtenta novi Episcopatus, auctoritate regia ibi excitati.*

V. In Hispania vero a Concilio Emeritensi definitum est (5), cum possint Episcopi alii aliis vicissim Clericorum suorum aliquos gratificari: multo aquius posse quemlibet Episcopum ad Ecclesiam suam Cathedram arcere & adoptare eorum aliquos, quibus Parochias curas ante crediderat: facta illis potestate alios in locum suum sibi Parochos subrogandi, quibus congruam portionem impartientur, sicut & aliis Clericis, quos illis adjungent: primaria in prioris Ecclesiaz redditus potestate sibi servata: & nomine, aut certe jure ipso primarii Parochi. Notabiles sunt haec circumstantiae omnes, ut e quibus scaturierint compluclae disciplinae consuetudines. 1. Transfert enim hic Parochos suos Episcopos, sed ut ad eminentius culmen eos invehat, ad Cathedralis Ecclesiaz lux sedes. 2. Ea erat probabiliter prærogativa honoris, Cathedrali & matrici Ecclesiaz affixa: quare nec ad alias illos Ecclesias transferre Episcopos potuisset. 3. Hic jam Parochus in Cathedram Canonicum proiectus, primarium pergit agere se Parochum, successorem sibi suum deligit, ministros ei dehinat inferiores, redditus omnes ipse colligit, ipse dispensat, pro aequitatis sua moderamine. Textum Canonis alio loco proferemus. Porro his mutationibus omnibus uni consulebatur Ecclesiaz utilitati.

(1) Can. 17.

(2) Can. 18.

(4) Can. 17.

(5) Can. 12.

(3) L. 12. Ep. 6.

## C A P U T X X I . P . 3 . l . 2 . c . 6 .

**T**ransferre poterat Episcopus Beneficiarios inferiores, & eorum resignationes admittere sub Imperio Caroli Magni.

I. Hac Episcopi potestas utilitati servit & necessitatibus Ecclesie.

II. Parochi, sicut & Episcopi, migrare non possunt, transferri possunt ab Ecclesia una in aliam.

III. IV. Probationes ex Capitularibus & Hincmaro. Rationes canonicae hujus translationis.

V. Resignationes quae in manus Episcoporum fiebant, simplices erant. Proscripta inde collusio.

VI. Frequentissima erat abdicandarum Parochiarum causa professio religiosa, aut ejus propositum.

VII. Exempla resignationum in favorem.

VIII. Quantum periculi sit in resignandis proximo cucunque Beneficiis. Si meritum tam præsent, abjiciendi non sunt.

IX. Ut ingemisceret Hincmarus, & institutionibus & ordinationibus a se factis.

I. QUanquam non possit Episcopus Clericos ad libitum depellere Ordinibus, Beneficiis, dignitatibus, & ne ipsa quidem gradus, aut sedis prærogativa, nisi ex norma juris & judicij Canonici: potest tamen illos traducere ab una Ecclesia in aliam, aut eorum admittere cessiones, dum in eo utrinque uni Ecclesie serviatur utilitati & necessitati. Minor est viliorque potestas Episcopi, si ita in omnibus dominaretur, ut non ipsi prius dominarentur æternæ leges justitiae & caritatis: quæ ipsam sunt leges & regulæ, quibus ipsa Dei regitur omnipotentia. Est enim omnino Dei omnipotentia, sapientiae & justitiae potestas summa.

II. Concilium Remense II. (1) & Tunonense III. anno 813. Parochis prohibuerunt, ne a minori ad majorem Ecclesiam immigrarent, easdemque immorigeris crevere poenas, quas & Episcopis infligunt

Canones, primas suas sponsas repudiantibus, ut opulentiores alias sibi adjungant (2): De Titulo minori ad majorem migrare nulli Presbytero licitum est, sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est. Quod si inventus fuerit contra statuta id facere, eadem seriatur sententia, qua Episcopus si de minori ad majorem transmigraverit sedem. Hinc necelario illud nascitur & spontaneas transmigrations semper in vito esse, quod vel ab opum, vel ab honorum cupiditate profiscantur: & in laude eius posse translationes ut Episcoporum, ita Parochorum, cum uni Ecclesiæ utilitati donantur, & auctoritate fiunt superioris, sive Episcopi in Presbyteros, sive Synodi Provinciae in Episcopos ipsos excubantis.

III. Adstipulantur apertissime Capitularia Caroli Magni huic Episcoporum, nec aliorum prorsus quam Episcoporum facultati, Parochos ex una Parochia in aliam traducendi (3): Presbyteri qui sine iussione proprii Episcopi de Ecclesiis ad alias Ecclesiæ migraverint, tandem a communione habeantur alieni, quandiu ad easdem redierint Ecclesiæ, in quibus primitus sunt instituti. Nec sufficit Patronorum nominatio cum assensu Parochorum, nisi interveniat auctoritas Episcopi (4): Nullus Presbyter creditam sibi Ecclesiam sine consensu sui Episcopi derelinquet, & laicorum sua-  
fessione ad aliam transeat. Si prior Ecclesia transmigrante Parocco uno alium statim acceperat, vacare cogebatur qui transmi-  
grarat & opperiri, quandiu superstes esset successor suus (5): Quod si alius, alio transmigrante, in locum viventis ordinatus est, tandem vacet Sacerdotii dignitate, qui suam deseruit Ecclesiam, quandiu successor ejus quiescat in Domino.

IV. Nec rigor iste Canonum erat, sed indulgentia, cui nec ipse acquiescebat Hincmarus (6), sed sacris Canonum institutis, quæ edicunt, ut tum utraque caret Ecclesia unius desortor, alterius incubator Parochus, sive Episcopus (7): Sicut de E-  
piscopo canonica decrevit auctoritas, ut qui per ambitionem majorem civitatem adpetierit, & illam perdat quam tenuit, & illam nequaquam obtineat, quam usurpare tentavit. Parochi non pauci palliatae pietatis fuco nescio quo, Canonicorum coenobia fre-

(1) Can. 20. (2) Conc. Tur. c. 24. Et Addit. l. 3. Can. 50. Et Concil. Nannet. Can. 16.

(3) L. 6. c. 85.

(4) L. 6. c. 197.

(5) L. 7. c. 73.

(6) Capitul. Hincmar. c. 27.

(7) Conc. Gal. T. 3. c. 622.

frequentabant, urgebantque, ut iis non abdicata Parochia adscriberentur. At obviis illis infestisque prodibat Hincmarus, professiones tam diversas sociari non posse: nec se permisurum, ut in eas societates adoptentur, nisi suis se prius exuant Parochiis (1); *Si quisquam Presbyter Parochia nostra, aut infirmitate corporis, aut latente anima peccato, senserit se non posse proficere plebi sibi commissa, vel non debere praesse, & voluerit Monasterii portum ad agendam paenitentiam secundum decreta B. Leonis expetere; professionis sua libello ab ordine & titulo atque regimine plebis secundum Gregorii decreta se exuat, ut in Monasterium intret.*

Et vel hic tamen Hincmarus duas indigit rationes, & causas justissimas, quibus stimulati possint Parochi Episcopo resignare creditas sibi Ecclesiis, & in Monasteriorum secessum otiumque sacrum se recipere. Primum quidem si corporeis aegritudinibus conflictatus quis, jam minus possit gregi suo consulere & invigilare: *Si infirmitate corporis senserit se non posse proficere plebi sibi commissa.* Secundo si quid occulti sceleris obrepserit, quo maculetur ejus conscientia, nec jam possit satis tuto sacra ministeria obire: *Si latente anima peccato senserit se non debere praesse.* Si neutra interveniat causa, non potest quidem ille impositam sibi sarcinam excutere, quamquam possit Episcopus, cui procurandæ incumbunt omnium Ecclesiarum necessitates, illum alio transferre (2): *Sin autem Ecclesiam suam, & plebem sibi commissam secundum sacras regulas teneat & gubernet.*

Herardus Turonensis Archiepiscopus quantum universim prohibeat, & Presbyterorum, & quorumvis Clericorum voluntarias transmigrations, ut in quas non impellat nisi terrena & immoderata cupiditas (3): *Presbyter de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris Ordinis Clericus: Presbyteris tamen Diaconisque concedit, ut ad alias transeant Ecclesiis, si modo ita flagitent plebes, si annuant Episcopi, si uberior affulgeat Ecclesiastica utilitatis spes: Si Presbyter, aut Diaconus deserit Ecclesiam suam, deponatur, nisi petitione populi, licentiisque Episcopi & utilitate majori.*

V. Puræ tum erant simplicesque Beneficiorum resignationes in manus Episcopi; nec nisi fraudulenta collusione poterat quis proximis, vel amicis ea quidem in re gratificari. Porro fraudes artesque istiusmodi nefariae, execrationi semper fuere. Ejus rei exemplum suppeditat Hincmarus, qui ipsem suadente Archipresbytero Sigloardo, Parochi cessionem admiserat, & vix tandem intellexit, ut circumventus fuisse fraudulentia Parochi ludificatione, qui ex amicis & alumnis unum subrogari sibi pervicerat (4). Presbytero consenserat, ut libello sue professionis a regimine plebis sibi commissa redderet se alienum: *& alium in suo loco expeteret ordinandum, sed collodium quod habebat factum, sibi celaverat, videlicet ut alumnus ejus, sine consensu Senioris sui, in loco ipsius ordinaretur.*

VI. Ea porro erat causa harum cessionum creberrima, ardor quidam astusque amplectendæ cum laboribus suis professionis religiosæ. Archiepiscopus Senonensis Ganelo duos suæ ditionis Parochos copiam adeundi pii hujus secessus petentes rejecebat: donec ad eum Lupus Ferrariensis Abbas (5), in cuius illi cenobium admitti ambiebant, litteras dedit luculentissimas in eam rem, quibus edocet conjugium spirituale, perinde ut carnale, quamvis indissolubile sit, ejus tamen legi & voluntati subjici, qui hanc illi inconvulsam contulit firmatatem, & qui utrobique nonnunquam, quos copulaverat, sejunxit, ut eorum posthac in claustro immo in celo conversatio sit: *Namque qui iussit, ut quod Deus conjunxit, homo non separet, idem quia Deus est, quoties libuit, conjugia separavit.* Plura ejus Epistolæ testimonia in aliud locum (6) conjecimus. Hoc ipsum conjugii exemplum protulit multis post annis & Innocentius III. ut evinceret posse a Pontifice admitti Episcoporum cessiones: uti ex eo hic Lupus Parochorum resignationes approbarat. Utrobique enim Pontifex Summus & Episcopus quilibet spirituale conjugium dissolvunt divina quadam vi & auctoritate, quamquam ejus quoque suo quodam modo inexplicabiles nodi sint.

VII. Simplices ex erant & puræ resignationes, mixtas nunc profero; ubi interveniebant resignantis preces in gratiam alicuius: quas alpernari cum omnino posset Episco-

(1) Pag. 638.

(2) Ibid.

(4) Flodoard. Hist. Rom. L. 3. c. 28.

(3) Ibid. Cap. 47. 48.

(5) Ep. 29.

(6) L. 1. c. 32.

piscopus , iis tamen ut plurimum obsecundabat . Lupus ille idem Ferrarensis (1) ad eundem scripsit Senonensem Archiepiscopum , quo propitiaret illum , inclinaretque ad Parochi vota , ut ejus Parochia in dependentem Diaconatu jam decoratum trasferretur . Uique adeo autem oculorum invalestine laborabat hic Parochus , ut sacerdotali munus obire vix posset : Peto ut ad supplicationem Geroaldi Presbyteri , N. Diaconum ejus propinquum in ipsius titulo dignemini ordinare , quoniam difficultate vius , frequenter non sufficit sacerdotale munus impiere . Memorat Flodoardus ipse in Historia , se anno xatis septuagesimo Prælatura ultro sua abiisse , qua eligentibus Canonicis statim ab Episcopo investitus sit nepos ejus (2) : Ego vero fractus etate & attritus infirmitate , ministerio me abdicavi Prælatura , coram eodem Praefule . Quique me hoc absolvens jugo , imposuit illud per electionem fratrum meorum Flodoardo nepoti meo , septuagesimo octavo meo anno .

VIII. In suspiciones , adeoque in reprehensiones hominum semper incurerunt nominationes istæ , vel electiones nepotum proximorumque . Nec tamen jure quisquam existimarit , Episcopos , Beneficiariosque omnes abhorre semper debere a cognatis suis sibi instituendis , etiam tum , cum & virtutum ornamenti clari sunt , & illis pollutent dotibus , quæ ad Ecclesiæ utilitatem , animarumque salutem promovendam optatissimæ sunt . Non tacet Hincmarus , invidiam hinc sibi conflatam fuisse , quod nepotem suum ad Landunensem provexisset sedem . Respondet autem hinc concerpi se non immerito posse , si Episcopos nunquam alios nisi ex cognatis promovisset suis : cognatione nec merita parari , nec obicem objici iis , qui aliunde coelestis oraculi voce , Canonumque suffragiis vocantur : cum Christus ipse cognatorum nonnullos suorum Apostolatu auxerit (3) : Reputatur etiam mihi quod te nepotem meum gratia propinquitas Episcopum ordinaverim ; quasi non & alii per me sint ordinati Episcopi , qui non sunt mihi carne propinquus . Et nolunt attendere mihi hoc reputantes , quia non impedit ad quenquam ordinandum , carnis propinquitas , si ordinandus fuerit electus , & petitus secundum Ecclesiasticas regulas . Nam & Dominum & quo & per quem excepit

*Episcopatus , carne sibi propinquos legimus ordinasse Apostolos .*

IX. Nec dissimulabat tamen Hincmarus , non posse se non typicale ingemiscere & contremiscere hinc terrifica Dei judicia cogitantem , inde vero factas a se ordinaciones , promotiones , collationesque Beneficiorum (4) : Sed licet in se nepote meo egerrim unde gemio , quia nescio , qualiter de hoc , & de aliis meis factis , terribilis in confilii super filios hominum , in occulto judicio suo , qui posuit tenebras latibulum suum , disponat : scio tamen omnipotentem advocationem , & misericordem judicem meum , & cui gemitus meus non est absconditus .

## C A P U T XXII. P.4.2.c.7.

De solius Episcopi potestate , ad resignationes Beneficiorum admittendas , maxime Parochorum , itemque ad eorum translationes hac extrema ætate post annum Christi milleimum .

I. II. Potestas canonica Episcoporum ad sue ditionis Beneficiorum resignationes , translationes , permutations . Necessarius Capituli consensus , ubi de Canonicis agebatur . Alia & alia probationes .

III. Quando frequentiores esse caperint he resignationes , & quibus de causis ? De resignationibus in favorem in manus Episcopi .

IV. Resignationes Abbatibus factæ .

V. VI. Tria magnopere præcavenda in resignationibus iis , qua coram Ordinario sunt .

VII. Interfuit plurimum ad Ecclesia saltem , ut ne Beneficia hereditaria evaderent .

VIII. Praecara in primis Epistola Hildeberti adversus resignationes Beneficiorum in proximos .

IX. Incontinentia Clericorum eos fere ad id adduxerat , ut Beneficia in suos quasi hereditario jure transmitterent .

X. XI. Decretum Concilii Tridentini in hanc corruptelam , & adversus Regressum . De Regressu .

I. Eam

(1) Epist. 73.

(2) Du Chesne Tom. 2. pag. 622.

(3) Hincmar. Tom. 2. pag. 538.

(4) Ibid.

I. **E**am quidem ipsi sibi suavissimam in-  
duerunt Episcopi necessitatem, ut  
ne excutere gradu suo Clericos possent, nisi  
cogerent Canones, canonico instituto ja-  
dicio: sed admittendarum cessionum, fa-  
ciendarumque translationum beneficam au-  
toritatem non illubentes exeruerunt. Cum  
in manus Gregorii VII. (1) resignasset De-  
canus Ecclesie Lugdunensis Beneficia com-  
plura, quæ inconsulto Capitulo, cuius in  
potestate ea erant, usurpaverat: tum vero  
præcepit idem Pontifex, ut & reliqui Ca-  
nonici resignarent in manus Archiepiscopi  
sui beneficia omnia, quæ pretio compara-  
verant. Odonis Parisiensis Episcopi Con-  
stitutiones Episcopo soli integrum servant  
facultatem excipiendarum resignationum,  
ubi de Parochis agitur (2): *Inhibetur ne  
faciant resignationes Ecclesiarum in manu  
Abbatum, vel quorumlibet Patronorum, sed  
in manu Episcopi, vel Prelati sui.*

In Concilio Nemausensi anno 1096. ex-  
plosa est illa Clericorum, sive opum insa-  
tietas, sive honorum cupiditas, qui alia  
ab Ecclesia ad alias sese transferunt, mini-  
me assentiante Episcopo (3): *Quod si em-  
bitionis, vel cupiditatis causa ad aliam  
ditiorem migraverint Ecclesiam, utramque  
amittant.* In Concilio Mons-Pessulano  
prohibentur Monachi Canonique Regula-  
res, ne sine causa canonica & Ecclesiæ  
utilitatibus profutura ab his Ecclesias ad  
alias transvolent (4): *Nisi propter maiorem  
religionem, vel aliam justam causam a Ca-  
nonibus approbatam.* In Concilio Arelaten-  
si anni 1275. vetitum est, ante permitti Pa-  
rochos Ecclesias suis abire, quam omnium  
terum rationem Episcopo reddiderint (5):  
*Dones de Cura sibi commissa coram Prælato  
suo reddiderint rationem.*

Eos vehementissime objurgat Petrus Can-  
tor, qui Beneficium quodlibet exunt, ut  
pingue aliud adipiscantur (6): *Si iste legi-  
time sortitus est Ecclesiam, & quarit occa-  
sionem, ut eam dimittat, quia alia pin-  
guior est & uberior, secundum paenam con-  
statutam in Canonibus puniri debet, & in  
ea manere omni tempore vita sue.* Damnat  
idem ipse permutationes, quæ fiunt ad pri-  
vatum potius compendium, quam ad Ec-

clesiaz utilitatem. Nec tamen affirmare  
audet, quod etiam tam simoniaca fiant,  
cum de licentia Papæ fiunt. Nota tamen  
quod commutatio & personarum, & Bene-  
ficiarum, auctoritate Ecclesie facta, & ob  
utilitatem ejus admittitur. Quæ vero fit  
propter temporale commodum, ubi attenditur  
scilicet magis propria utilitas, quam Eccle-  
sie, nærum habere videtur. Nolo tamen os-  
meum in cœlum ponere, ut afferam hoc esse  
simoniacum, cum Summus Pontifex Alexa-  
nder hujusmodi commutationem fieri ex di-  
spensatione concederit, nescio, sive in scri-  
pto, sive sine scripto. Damnat hic Scriptos  
permutationes has omnes, temporali tan-  
tum lucro servientes; quanquam ubi Supe-  
riorum licentia & dispensatione fiunt, si-  
moniacas prædicare non audeat. Est in  
ecclesiis Tribunal incorruptum, ubi dispensa-  
tiones istiusmodi omnes æquissima lance  
ponderabuntur, & ubi causam dicent, apud  
quos causam hic dicunt alii omnes.

II. Permutari Dignitates Ecclesiasticas  
vetuit Concilium Turonense (7) anni 1163.  
subAlexandro III. Divisionem Præbendarum,  
aut dignitatum permutationem fieri prohibeo-  
mus. Inde quæsumus est, permutteri Præ-  
bendas an licet. Urbanus III. definiit (8)  
non licere, propterea quod in rebus spiri-  
tualibus pactiones omnes simoniaca sunt;  
posse tamen Clericos ab Episcopo ab una  
in aliam transferri Ecclesiam; si ei visum  
esset ita ad utilitates Ecclesie expedire:  
*Si autem Episcopus causam inspererit neces-  
sariam, licite poterit de uno loco ad alium  
transferre personas, que uni loco minus  
sunt utiles, alibi valeant utilius exercere.*  
Quæ mox sequuntur Decretales duæ Inno-  
centii III. apertissime demonstrant (9),  
non potuisse sua sponte permuttere Clericos  
sua invicem Beneficia; potuisse autem au-  
toritate Episcopi interposita.

Hildebertum Cenomanensem Episcopum  
exoraverat Andegavensis Canonicus, ut  
veniam sibi ab Episcopo Andino impetra-  
ret, resignandi Canoniciatus, & nepoti  
transcribendi (10): *Ex canonici postulabas,*  
tuunque tibi nepotem substitui. Narrat  
ipsem, ut Episcopum inflexisset tandem,  
quo postulatis annueret, seu tuenda sibi  
veteris amici gratia foret, seu declinanda  
ini-

(1) L. 6. Epist. 36.

(2) Cap. 9. num. 8.

(3) Can. 9.

(4) Can. 25.

(5) Can. 22.

(6) Cap. 40.

(7) Cap. 1.

(8) C. Majoribus de Præbendis.

(9) C. Quæsumus. De rerum permutat.

(10) Epist. 35.

inimici ira : at intercessisse Canonicos alios, & rem totam dissipasse, illud nimis subvertentes, ne patrum superaret nepos, & ne fraudes veritatisque eisdem sectaretur. Et si ergo totum erat in potestate Episcopi; erant tamen & aliquae Canonorum partes, ubi saltē de Canonicis ipsis tractabatur.

Commemoratum est a Petro Abate Cluniacensi, uti Matthæus ille, Cardinalis exinde, & Albanensis Episcopus, in juvenia flore Canonicatum aliaque Beneficia sua in manus Episcopi dimiserit, veritus, ne pater Iuus vir prædives, nec satis a facili præstigijs expeditus, incio & imprudente se, aliquo remuneratus eos esset dono, a quibus haec beneficia acceperat (1) : *Præbendas omnes redditusque Ecclesiasticos, quo-cunque modo mihi datus, in manum vestram resundo ; & omnibus proorsus Ecclesiasticis, non spiritualibus, sed corporalibus, mihi hucusque collatis Beneficiis abrenuntio.* Narrator ab Arnulpho Lexoviensi Episcopo (2), ut Parochi ejus duo ad Religionem profendentiam properantes, Parochias suas ei resignant.

III. His exemplis, aliisque supra sparsim allatis, palam fit, 1. Quanquam omni semper ævo, qui Ecclesiistarum regimine exonerari se cupiebant, ad Episcopos accessissent, cessissentque eorum licentia : multo tamen has resignationes frequentiores fuisse undecimo & duodecimo saeculo, cum incontinentia, simonia & incompatibilium Beneficiorum pluralitas, quasi contagio quadam, permagnam Cleri partem corripuerat : unde & eo necessitatibus ventum est, ut vix aut nec vix possent nisi resignatione omnium Beneficiorum sanari tot inficta Regulis Canonicis vulnera. 2. Simplices erant resignationes, & interpellabat tamen Episcopum Andinum Hildebertus, ut Canonici resignantis Præbenda in nepotem ejus transferretur. 3. Ita constituit Urbanus III. et si suo marte non possent duo aliqui Beneficia sua invicem permutare : id posse tamen Episcopum, Ecclesiæ necessitati consulentem. Vix negari posset, quin justis possent hi Beneficiarii moveri causis, ut Episcopo eam proponerent permutationem. 4. Ita videri potest resignationes etiam in favorem quandoque in manus Episcopi factas fuisse : sed sine pactione,

sine conditione ulla, plenissima cum potestate dissentendi, & Beneficium in alios conferendi.

IV. Persimili consuetudine resignationes in gratiam alicujus in manus Abbatum fiebant. Henricus frater Ludovici VII. Regis Francorum, cum Abbas esset sanctæ Mariæ Stampensis, admisit resignationem Præbenda ejusdem Ecclesiæ Stampensis a Parisiensi Cantore factam : quam & illico contulit Priori sancti Martini de Campis, ut eam mentæ suæ Conventuali adjungeret, prout Parisiensi Cantori in votis fuerat (3). Publicata fuit hæc ipsa Charta in historia sancti Martini de Campis, ubi & observatur quo ritu fieret Præbendarum vel resignatione, vel collatio, per librum & panem, redditum resignando, datum conserendo.

Constitutiones Odonis Parisiensis Episcopi has resignationes Beneficiorum in manus Abbatum, vel Patronorum prohibuerat, quod eo jure uti non debeant nisi Episcopi (4) : *Inhibetur ne siant resignationes Ecclesiistarum in manu Abbatum, vel quorumlibet Patronorum, sed in manu Episcopi, vel Prelati sui.*

V. Ceterum cum pactiones universim omnes simoniacæ declarantur in resignationibus Beneficiorum : non mediocriter vendendum est, ne qua pestiferi hujs veneni stilla defluat, aut repergatur, in hominum cupidorum voluntates, qui non resignarent utique, nisi aliqua lactati spe, fore ut Beneficia haec eadem sua ad proximos suos redirent. Eo factum est, ut Pius V. Bulla sua, *Quanta Ecclesia Dei incommoda* anno 1568. prohibuerit Episcopis, Patronis & aliis, quicunque possunt resignationes admittere, ne quoconque modo finant a resignantibus sibi designari, quos successores optent, sive per se, sive per alios, verbis, aut scriptis, damnata non promissione tantum, sed & occulta intentione : *Ne de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualisunque intercedat.* 2. Prohibetur hac eadem Bulla Episcopis, Collatoribusque, ne Beneficia in suas manus resignata, vel suis, vel resignantium domesticis, proximisque conferant. 3. Denique non permittitur eadem Bulla Episcopis, Patronis, Collatoribus, ut resignationes admittant, nisi senum, vel qui valetudinarii

(1) Bibl. Clun. p. 1303.

(2) Epist. 79.

(3) Pag. 443.

(4) Synod. Paris. pag. 12.

narii sint, ægroti, corpore distorti, vel irregularis ex crimen, vel mox Religio-nem ingressuri, aut conjugandi, qui denique Beneficiis suis cedere canonica aliqua ra-tione suadentur.

**VI.** Incredibile dictu quantum momenti sit in his cautionibus tribus, si ex bona fide observarentur. Tertia cautio non est nisi ipsam stabilitatis Clericorum primigenia lex innovata, quæ non sinit resilire Clericos, nisi Canonice sint causæ. Prima cautio efficax antidotus est cum primis & necessaria, ad abitergandas mentales simo-nias, & clandestinas cupiditates complures, quibus corda inquinantur Beneficiariorum. Secunda denique eo pertinet, ut prohibeat, ne vitiosa consensione Episcoporum & Be-neficiorum, in hereditarias tandem suc-cessiones degenerent Beneficia.

**VII.** Hæc enim vero pestis est, cui ab annis quingentis sexcentisque tot Concilia obviare tentarunt. Concilium Londinense anni 1125. (1) Ne quis Ecclesiam sibi, sive Prebendam paterna vendicet hereditate, aut successorem sibi in aliquo vendicet Be-neficio. Quod si presumptum fuerit, nullas vires habere permittimus, dicentes cum Psalmista: Deus meus, pone illos ut rotam, qui dixerunt, hereditate posse deamus san-ctuarium Dei. Hildebertus Turonensis Ar-chiepiscopus Concilium Provinciale Nan-netis coegit anno 1127. ejusque Decreta ad Honorium II. misit, ut ab eo confir-marentur: misit & ad Episcopos Provin-ciarum, ut observarentur. In his Decretis da-mnantur præ ceteris ex velut hereditariæ in proximorum Beneficia successiones.

**VIII.** Peregriquam idem Hildebertus Epistolam scriptit ad Episcopum Claromou-tanum, de corruptela ea in Ecclesiis tum pervagatissima, ut carni & sanguini, ut terrena cognitioni ac cupiditati Canonica-tus darentur, non eruditioni, non merito, non virtuti, ut par erat coeleste donum dispensari (2): Audivimus, & ultra quam credi possit, admirati sumus, in vestra ma-tre Ecclesia hereditario jure Canonicas obti-neri. Perniciosa hac & exheredans heredi-tas. Canonica namque est stipendium gra-tiae, non hereditatis emolumenntum. Perit autem gratia, ubi hereditas principatur. Unde & hereditate Canonicum fieri, exire de Ecclesia est, non Ecclesiam introire. His Thomasi. T. IV.

addit ille non Episcopos solos, sed Beneficiarios omnes electione & vocatione ecclæ-sti arcetendos esse, cujus interpretes sint Episcopi: ideoque cum injussu Episcopo-rum Clerici & Beneficiarii in Ecclesiis intruduntur, Episcopatus splendori gloriæ que mirum quantum detrahi (3): Ceteros quoque gradus ad minimum usque Clericum, pro Episcoporum deliberatione substituendos, & distribuendos, judicandos & reformandos, canonica censem & predicanit instituta. Pe-rit autem solis Pontificibus collata hec a Domino potestas, si substituenli Canonicum, vel aliud in Ecclesia disponendi, hereditas alicui facultatem acquirit. Quid enim Epi-scopo in commissa licebit Ecclesia, in qua Clericus arbitrio assignetur alieno?

**IX.** Ea porro morum perversitas, quæ incontinentiæ Clericorum, & simoniæ pal-sim latiusque in dies grassantis proles erat; ea, inquam, morum perversitas tum latiflame dominabatur, ut patet ex duobus Conciliis, quibus præfuit Innocentius II. nempe Remensi, anno 1131. & Latera-nensi anno 1139. ubi percelluntur ex clau-destinæ resignationes, quibus Beneficia hereditatum instar ad proximos transfundebantur (4): Quoniam honores Ecclesiastici sanguinis non sunt, sed meriti; & Ecclesia Dei non hereditario jure aliquem, neque secundum carnem successorem expectat, sed ad sua regimina & officiorum suorum di-spensationes, honestas, sapientes & religio-sas personas exposcit. Propterea, &c. Utriusque Concilii Communis Canon iste fuit. Idem vetitum est in Concilio Parisiensi (5) anni 1212.

**X.** Suo infra loco pertractabitur irregula-ritas, quæ ex sanguinis proximitate oritur. De Successoribus & Coadjutoribus suo quo-que loco agetur, quibus quasi perpetuari videntur Beneficia præter leges Ecclesiæ. Hinc unum illud addam, quod Concilium Tridentinum, ut vel umbram expungeret hereditariæ successionalis, regressum etiam damnaverit in quibuscumque demum Bene-ficiis, ne exceptis quidem eminentissimis Cardinalibus (6): Cum in Beneficiis Eccle-siasticis ea quæ hereditarie successionis ima-ginem referunt, sacris Constitutionibus sine odiosa, & Patrum Decretis contraria, ne-mini in posterum accessus aut regressus, et iam de consensu, ad Beneficium Ecclesiasti-cum

M

cum

(1) Can. 5.  
(5) Part. I. Cap. 20.

(2) Epist. 55.

(3) Ibid.  
(6) Sess. 25. c. 7.

(4) Can. 15. Can. 26.

*cum cujuscunque qualitatis concedatur , nec  
haec tenus concessi suspendantur , extendantur ,  
aut transferantur , &c.*

In Concilio Bituricensi anni 1584. proscriptis iis, qui hereditatum instar Beneficia conferunt accipiuntque, terrenis consiliis affectibusque incitati, prohibitum denique est ne cuiquam Beneficia resignarentur solius consanguinitatis contemplatione: declaratumque hujusmodi resignationes cassas, irritasque haberi debere, juxta Bullam Pii V. de qua supra (1): *Cum damnet Scriptura eos qui hereditate possidere attentant sanctuarium Dei , vetat hec Synodus , ne quis deinceps consanguineo Beneficium cedat, solius consanguinitatis ratione , neve hujusmodi cessiones admittantur contra Constitutionem Pii V. de non admittendis resignationibus.*

XI. Quoad regressum vero a Concilio Tridentino damnatum sileri non debet, ut jam inde ab anno 1493. Parliamentum Tolosanum intercesserit Rescripto, quod Romæ surreptum fuerat, & quo admittebatur resignatio Abbatis in gratiam sororis proprie, servatis sibi fructibus omnibus, & jure regressus, si resignataria præmoreretur. Consimile Parisiensis Senatus Arrestum editum est anno 1494. quo damnatur illa fructuum omnium reservatio, & regressus superstites. Consules, si lubet, & Epistolam Oratoris Gallicani (2) Romæ tempore Concilii Tridentini, ubi narratur repudiatam fuisse resignationem Episcopatus, quam Cardinalis quidam meditabatur, propter regressum, quem sibi resignans paciscebatur. Narratur & ut Pontifex statuerit (3) nullos amplius posthac regressus pati, & remiserit tamen de eo rigore in gratia Henrici II. Regis, qui anno 1558. in Consistorio suo Regio pro Regressu pronuntiavit. Porro Regressus hoc genus omnes prædamnarat Innocentius III. (4) cum gravissime corripuit Abbatem, qui resignata in manus Episcopi Abbatia, rursum investiri se expetierat.

Perispicum vero est vitiosis his Regressibus non annumerari a nobis eos, quos Compermurantium fraudulentia, aut lubrica coruam fides fieri cogit, quibus cum pensionis onere resignata sunt Beneficia. Haec duæ Regressus species non eum habent

Icopum, ut hereditaria quasi successione perpetuentur Beneficia: ideoque ceteris eo collimantibus accenseri non debent (5). Nec me præterit damnabilibus etiam Regressibus locum per læpe fuisse: nec forsitan defuisse auctoritatem. Sed ea nimis sunt exempla implacatae nonnunquam inter fori, polique leges dissensionis.

### De Adolescentulis, quos parentes, vel qui seipso Clericatu offerebant.

### C A P U T XXIII. P. 2. l. 2. c. 6.

Placuisse semper Ecclesiae ut adolescentuli, ne cum sculi contagio afflati, offerrent seipso, vel a parentibus offerrentur Clericatu.

I. II. *Propofita quæfio Gaudentii verbis luculenter explicatur.*

III. IV. *Dum ne quam vim faciant, posunt parentes hortari liberos ad Clericatum.*

V. VI. *Ambroſii in eam rem doctrina, itemque Augustini.*

VII. *Ex sanctis Patribus, illa pietas ipſa, quo juvenes se devorvent Clero, celeste donum est, & divine vocis vocationisque aspiratio.*

VIII. *Minime id quidem spectat ad eos, qui secularibus iam cupiditatibus negotiisque implicati fuere. Ex beato Gregorio Papa.*

IX. *Quantum utriusque intersit discriminis.*

X. *Nec rejiciuntur omnino, etiam qui matura jam etate sunt, & publica munera obi- runt.*

XI. *Dummodo canon ante Monasticis institutis probensur.*

XII. *Quæ probatio spectabat ad explorandum, quo vero fine, quo consilio Clericatum appeterent.*

XIII. *Omnis sculi dignitates germanissimo quadam sensu servitutes sunt.*

XIV. *In arctam italem salutis viam potest aditus per Clericatum, scut per Monasticam professionem.*

XV. *Doctrina consentiente Nazianzeni.*

I. An-

(1) Tit. 36. Can. 6.

(2) Preuve. des Libertez de l' Eglise Gall. esp. 36. num. 25. 26.

(3) Memoires du Concole de Trente , p. 183.

(4) Isaac. III. Regist. 13. Ep. 240.

(5) Fevret L. 11. de l' Abus c. 3. n. 16.

I. **A** Nrequam accedam ad ordinarium & universalem Beneficiorum omnium Collatorem, non alium utique ab Episcopo: operæ præmium duxi, duas ei rei conjunctissimas quæstiones præponere. An possint privati divinæ voluntatis & vocatio- nis oraculum antevenire, seque ipsos Episcopo & Clero offerre. Et an quisquis eligit, vel præsentat ad Beneficia, dignissimum quemque eligere, vel præsentare te- neatur.

II. Quod ad primam quæstionem attinet, indubitatissimum mihi quidem semper vi- sum est, unanimi sanctorum Patrum & Con- ciliarum conspiratione approbatam illam fuisse consuetudinem, ut adolescenti nec- dum pestilente sæculi contagio afflati, Clericali professioni & regulæ vel seipso dedi- cent, vel a parentibus offerantur, blandi- que & citra vim invitentur. Cum hæc po- testas, qua laicos impartimur, præveniendæ Episcoporum voluntatis & vocationis exte- rioris, non alio spæctet, quam ut vel se- ipsos, vel liberos iuos Clero offerant: nihil utique illa officere potest auctoritati Episco- pali, qua examinandi sunt trutinandique, tum qui offerunt, tuta qui offeruntur, eodem plane jure, quo ab eis examinantur ii, qui a Patronis laicis, Clericisve ad Be- neficia offeruntur. Ea sane Episcoporum auctoritas validissime & copiosissime muni- tur a nobis & illustratur suo loco, ubi non multo post demonstramus, penes illos sem- per fuisse arbitrium & dispensationem, tum factorum Ordinum, tum Beneficiorum; de- nique Collatores Ordinarios & Universales tam Beneficiorum, quam Ordinum semper illos jam inde ab initio habitos fuisse.

Nec vero videri cuiquam potest præter- missa a nobis fuisse quæstio de necessitate vocationis divinæ, cum tam multis dispu- tatum sit, suo supra, vel infra loco, de Electionibus & Irregularitatibus: & an sem- per dignior eligi debeat; & an pie deside- rari posse Episcopatus, vel qualibet Eccle- siastica dignitas; denique quæ sint tenenda regulæ, qui modus in dignitatibus, vel Be- neficiis Ecclesiasticis, ubi ad ea eligimus, vel detrectandis, vel subeundis. Hæc ne- cessario nobis hic præfanda fuere.

Jam ad propositam quæstionem; sanctus Gaudentius Episcopus Brixianus, negat ille quidem a parentibus urgeri cogique liberos

liberasve posse ad Cleri, vel ad Religionis professionem: invitari autem & frequenti- bus hortamentis illici vehementer probat, atque ita institui, ut ad eam sanctimoniacæ stationem formentur finganturque: denique nihil antiquius eis, nihil optatius esse de- bere, quam ut filios ex viis sæculi latis lubricisque extrudant, & in arctam urgant semitam Evangelicæ perfectionis, continen- tiæ virginitatis, Clericatus, altarium mi- nisterii (1); Igitur & qui dat virginem suam nupsi, bene facit, & qui non dat, melius facit. Quod ego arbitror non paren- tibus virginem fuisse a beato Apostolo dictum, quos constat alienæ voluntatis arbitrio domi- nari non posse; sed unicuique homini, tam viro, quam fæmina optionem fuisse ab eodem Sancto propositum, ut virginem suam, hoc est carnem suam, virginem natam, aut in- segritati conservet, meliorem partem libe- ramque eligens, aut agnita conditione, nu- prius eam si se non continet, tradat.

III. Ita persuasissimum erat antiquis Ec- clesiæ Latinæ Patribus, non dominari, non imperiose immixere voluntari liberorum de- bere parentes, ut eos compellant ad virgi- nitatem, vel clericalem vitam complecten- dain, etiam invitatos & renitentes; sed nec assentari debere eorum vel inertiz, vel cu- piditibus carnalibus, affectibusque in sa- culi vanitates plerumque propendentibus: inanique abuti prætextu eo, quod non pos- sint ullam vim adferre. Longe aliud est cogere & vim adferre, quam invitare, & Christianæ caritatis blandimentis quibusli- ber atticere ad tutiores salutis æternæ vias sectandas. Illud quidem nefas est, istud vero jus fasque est, & officium parentum (2). Parentes autem, vel consanguinei quique virginum, tam puerorum, quam etiara puer- larum, nolo febi de supradicta libertate ar- bitrii blandiantur, quod alienis mentibus eos dominari non posse tractavimus. Imperare quidem perpetuam continentiam non possunt, quia res esse noscitur voluntatis, sed volun- tatem tunc in melius nutritre possunt, & debitores sunt, ut moneant, ut hortentur, ut soveant, ut pignora sua Deo magis ge- stiant obligare, quam sæculo; ut de propin- quis seminis sui, vel in Cleri ordine, di- gnos altari divino ministros exhibeant, vel in sanctorum numero fæminarum puellas castimonie dicatas enutriant: ut Ecclesiam Dei talibus nutrimenti ornantes beatitudi- nem

(1) Serm. 8.

(2) Ibid.

92 *Vetus & nova Ecclesiae Disciplina*  
nem debitam consequantur. Scriptum est enim:  
*Beatus qui habet semen in Sion, & domes-*  
*ticos in Ierusalem.*

IV. Non tam suam hic Gaudentius, quam Ecclesiæ doctrinam sui ævi promulgat, cum tam diserte, tam valide, tam sancte affirmat, teneri parentes non cogere, sed invitare, sed prolicere & hortari adolescentulos filios ad Clericatum, & totam eorum institutionem eo referre, ut abdicatis profanis pompis sæculi Deo & Ecclesiæ famulentur: *Debitores sunt, ut moneant, ut hortentur, ut foveant, ut in Cleri Ordine dignos altari divino ministros exhibeant.*

V. Nec ambigebat Ambrosius, quin possent juvenculi & ipsi propendere ad Clericatum, & blandissima suavitate eo inclinari a parentibus & cognatis; quando sæculi sui vicem perversitatemque dolebat, quo lubentius juvenes ad sæculares declinabant dignitates, fugaci inanique gloriola splendidas quam ad Ecclesiæ functiones sacras; malebantque in vestigia ingredi Majorum suorum, si togæ, vel marti militasset, quam si altarium ministerio inclaruissent (1): *Quo unumquaque suum ducit ingenium, aut quod officium decet, id majori implet gratia. Sed id cum in omni vita difficile sit, tunc in nostro actu difficillimum est. Amat enim unusquisque sequi vitam parentum, denique plerique ad militiam feruntur, quorum militaverunt parentes, alii ad actiones diversas. In Ecclesiastico vero officio nihil rarius invenias, quam eum qui sequatur institutum patris; vel quia graves deterrent actus, vel quia in lubrica astate difficilior abstinentia, vel quia alacri adolescentiæ videtur vita obscurior; & ideo ad ea convertuntur studia, que plausibilia arbitrantur. Præsentia quippe plures, quam futura preferunt. Illi autem præsentibus, non futuris militamus. Unde quo præstantior causa, eo debet esse cura attentior.*

Perpicuum sane hinc est, ea fuisse Ambrosii vota, ea consilia, ut cum juvenes ad genus vitæ certum amplexandum animos convertunt, mallent id potius sectari quod solidum, quam quod inane, quod perenne, quam quod fugax & brevi desiturnum: quod æternitati beatæ, quam quod fugientibus sæculi deliciis studet & adlaborat: quo cor castissime exhilaratur, quam quo ad temporales plausus inanescit: denique id saltem percupiebat Ambrosius, ut tam in exempla

& vestigia iretur eorum, qui Clericali, quam qui sæculari militia floruerant.

VI. Augustinus quoque expressissime hanc doctrinam legemque profitetur, cum ei patrocinatur parenti, qui bona sua omnia vetuerat pauperibus erogari, propterea quod filiolum haberet, cuius neandum exploratum haberet, quæ futura esset animi propensio, quæ voluntas: an religionis profenda, an Clericalis vitæ sectandæ, an amplexandi conjugii: quod enim tutius perfectiusque est, ut sequantur juvenes, moneri excitarique a parentibus debent, non cogi, non importunus compelli (2): *Quid autem mirum, si pater communem filium nolebat hujus vita sustentaculis & matre nudari, ignorans quid sectatus es, cum in astate grandiuscula esse capisset, utrum Monachi professionem, an Ecclesiasticum ministerium, an conjugalis necessitudinis vinculum. Quamvis enim ad meliora excitandi & erudiendi sint filii Sanctorum, unusquisque tamen proprium donum habet a Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Hæc omnino sunt quæ paulo fusi supra edisseruerat Gaudentius, & quæ tribus ex his capitibus religata pendent. 1. Liberum esse adolescentis, cum primum explicit se rationis libertatisque lux a densioribus illis tenebris diuturnisque vinculis, quibus eos infantia confrinxerat: ut vel Monasteria, vel Clerum, vel conjugium optent eligantque. 2. Non posse eos a parentibus cogi, vel arctari ad quidquam horum, sed excitari debere ad id quod est optimum & ad id pro virili institui, singique: *Ad meliora excitandi & erudiendi sunt filii Sanctorum.* 3. Si possunt parentes debentque filios invitare ad religiolam, vel Clericalem sectam tenendam, multo magis posse juvenes ipsos animum eo adjicere, suaque sponte eo anhelare.*

VII. Adde quod non dubitet Augustinus, quin ubi vel hortati parentum, vel instinetu ipsi suo ad Clerum vota sua converterent adolescentes, hoc esset Dei donum, divina vox, cœlestis vocatio: *Uiu/quisque proprium donum habet a Deo, alius quidem sic, alius autem sic.* Adde rursum in hac quidem re nihil interponi discriminis ab Augustino, sive quis ad Clerum, sive ad Monastica instituta mentem advertat: uti nec supra Gaudentius quidquam distare existimat inter Virgines quæ le Deo devote-

(1) *Offic. l. 1. c. 44.*

(2) *Epist. 199.*

verent, & Clericos. Cum autem profiliunt suo marte incitati adolescentes, vel interioris potius gratia impulsione, ad continentiam, ad virginitatem, ad Monasticam vitam profitendam, nemo non eos laudibus cumulat. Quin ergo idem concludamus de Clericali vita?

VIII. Sed illud hic præ ceteris etiam atque etiam perpendendum est, non agere hic sanctos Patres nisi de pueris, vel adolescentibus, qui sacerularibus necdum se implicamentis innexuere, qui primigeniam necdum macularunt corporis & anima innocentiam: qui Clericatum ambiunt solo castimoniam, religionis & sanctitatis & vita æternæ amore accensi. Eadem erat prorsus Gregorii Magni mens, cum in Clericatum non admitteret nisi eos, qui coelestium tantum amore illum concupiscebant, reliquos procul arcebat terrenis extimulatos cupiditatibus. Ideo & Joannes Diaconus in ejus vita (1) narrat statuisse Gregorium laicos omnes Palatio suo, Palatinisque Officiis exigere, solos iis donare Clericos: tumque complures laicos attondere in Clericos voluisse, ut Palatinorum Pontificis Officiorum Clerique libertatum confortes essent. Mauritius ex adverso Imperator enixus est publicis eos muneribus, civilibusque functionibus illigare, promulgata in eam rem lege, qua sacris Ordinibus verabantur initiari, qui negotiis, vel muneribus publicis illigati jam erant. Hanc legis Imperatoriae partem labens amplexus est Gregorius, ut quæ illos confirmaret Canones qui Ordinibus eos interdicunt omnes & Clero, qui negotiis sacerularibus & ratiociniis publicis implicati sunt: Nemo laicorum quodlibet Palatii ministerium, vel Ecclesiasticum patrimonium procurabat, sed omnia Ecclesiastici juris munia Ecclesiastici viri subibant, nimurum laicis ad armorum solam militiam, vel agrorum curam continuam deputatis. Ob hoc se nonnulli Procerum sub obtentu religionis primo tonsurare cœperunt. Quorum tergiversationi Mauritius Imperator prudenter occurrens, lata lege præcepit, ut quisquis fuisse publicis administrationibus implicatus, ei ad Ecclesiasticum venire officium non ticeret. Quam tegem Gregorius super hoc valde laudavit, dicens: Qui saceralem habitum deferens, ad Ecclesiastica officia venire festinat, non relinquere cupit faculum, sed mutare. Hi nimurum Cleri gradibus eliminabantur, &

Mauritii legæ, & Canonis institutis, qui administrationibus publicis jam erant illaqueati; qui Clericatu absolví se sperabant a publicis ratiociniis: qui attenderi avebant, ut Pontifici Palatii officia auçuparentur, unde lucri plus in se rediret, quam ex Republicæ muneribus: qui denique vincula faculi alia fugiebant, ut in alia fese induerent: Non relinquere cupit faculum, sed mutare.

IX. Distabat enim immane quantum, inter juvenes, qui se dicabant Ecclesiarum, eotantum consilio, ut longo virtutum omnium tyrocinio imbuuerentur exercendis Ordinum inferiorum functionibus; ita comparati, ut & in iis vitæ totius curriculum agerent, si superioribus eos Ordinibus Episcopus, vel minus aptos, vel minus utiles, aut certe minime necessarios, ideoque abstinentes existimaret; & inter eos, qui ætate jam essent proiectiores, & sacerulari nequitia imbuti, quibus non rudimenta minorum Ordinum, sed illecebrae superiorum dignitatum cordi essent, & amori; vel administraciones Ecclesiastici patrimonii, quibus celarius, quam dignitatibus faculi dilecerent. Quantum in illos priores laudum, tantum in hos dedecoris & probri congeri par erat. Qui universim vota & tentamenta damnaverere eorum, qui Clero innecti se cuperent, hos posteriores tantum præ oculis habuere. Paulo aliter sapuissent, si priorum illorum & puram defecatamque ab humanis affectibus voluntatem spectassent, & pronissimam semper Ecclesiarum ad eos amplexandos disciplinam.

X. Verum ut inter adolescentes sunt, quos malitia jam plusquam virilis infecerit: annis immaturi, inveterati vitiis: terrenis scatentes cupiditatibus, que æterna & inconcussa lege ab altarium ministerio semper proscribentur: ita & inter grandes ætate, & Republicæ muneribus affixos, sunt qui pura flamma ardeant, amoreque califlamo, renuntiandi prorsus ludibriis faculi, pioque, & religioso secessu in Clericatus professione fruendi deinceps, nec aliud quam æterna meditandi. Hi nec arcendi sunt, si vere pura sit eorum mens & voluntas; nec tamen sine probatione admittendi, cum ea mens pura soli Deo certa hominibus initio non possit non esse suspecta. Lege sua Mauritius iis etiam Monasteriorum aditum obstruxit: sapientia & caritate majori Gre-

go-

(1) L. 2. c. 35.

gorius, per Monasteria ipsa & longa ibi tyrocinia ad Clerum tandem admittendos existimavit. Itaque eos sanxit in Monasteriis fulciri, diutissime ibi probari, si inculpati eam tyrocinii stationem totam strenueque peragerent, tum & in Clerum illis aditum patefieri debere. Non ergo ubi in Clerum adtribui se flagitarunt, repulsam passi sunt, sed longo illo & necessario probationis anfractu circumducti, admissique sunt tandem.

**XL.** Nec eorum deludebatur postulatio, vel pro Clericali Monastica ueste donabantur: sed cum anteacta eorum vita jutissimas ingereret suspicione de eorum mente & confilio; prolixiori eo circuitu explorabantur, si conlaret aliquando de cœta eorum voluntate & intentione celerius postea ad Ecclesiasticas dignitates attollendi. Ita affirmat Joannes idem Diaconus ibidem, probatque longe pulcherrime verbis ipsis Gregorii, quæ nos ab eo mendicabimus & hic aliueamus (1): *Unde necesse est, ut si quis ex juris Ecclesiastici, vel secularis militia servitute ad Dei servitium converti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus. Et si mores ejus atque conversatio bono desiderio illius testimonium perhibuerint, absque ulla retractatione servire in Monasterio omnipotenti Deo permittatur: ut ab humano servitio liber recedat, qui in divino amore distractiorem subire appetit servitum. Si autem & in Monachico habitu secundum Patrium regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus, post prefixa sacris Canonibus tempora, licenter iam ad quodlibet Ecclesiasticum officium promoveatur.*

**XII.** Non improbabiliter suspicari posset quis, servitutis irregularitatem purgari, eluique voluisse Gregorium penitentia lacrymis, & Monastica professione. Idque in causa forsan fuit, ut invehementur ex contuetudines, quæ etiamnum Jure novo Ecclesiæ vigent, ut vitæ Monastica professione expientur irregularitates non pauce. Verum Gregorii Epistola verba palam declarant, non alio eum collimasse, quam ut certo liqueret de pura eorum mente & voluntate, qui a servitute ad Clericatum promoveri se cuperent, ut in unam deinceps salutis æternæ curam incumberent (2): *Verum dum ad Clericalem professionem tam ex Ecclesiastica quam ex seculari quoque militia diversis occasionibus quotidie pene innu-*

*merabilis multitudine confluere: pastor ad omnia providus nequaquam eos ad Ecclesiastici decoris officium, sed ad capiendum sollemmodo Monachicum propositum suscipiendos esse censebat. Ita Gregorii Epistolam interpretatur Joannes Diaconus: nec enim Gregorium itatim Clero adscriptile illam turbam Clericatus candidatorum, seu Monasticis congregationibus; iis perpurgatos tum demum sacris decorasse Ordinibus.*

Nec Gregorio Pontifici, nec virtù eius ex ejus iplius operibus consarcinatori venit unquam in mentem, ut diceret, hos Cleri candidatos abigi protinus debuisse, quod nemo leipsum offerre, nemo Clero se inferre debeat; sed operiendum, dum præcurrat vox & iusso Episcopi, electio populi, Ecclesia necessitas. Ne cogitationes quidem istæ tunc subibant animum, cum de inferioribus Ordinibus agebatur: hoc uno habebant scrupulo retardati, quod qui a fermitute ad Clericatum aspirant, plerumque fugiendæ potius servitutis studio excitentur, quam Clericalis amore sanctitudinis: & immunitates magis Cleri consecrarent, quam virtutes.

**XIII.** Hic enim præmonendus est obiter Lector, quod infra uberiori explanabitur, in servitutis numero & vinculis fuisse, non servos tantum, sive Ecclesiæ, sive secularium, sed militiam prorsus omnem, muneraque & administrationes omnes Reipublicæ. Ut enim aureæ, ut honorifica essent hæ catenæ, catenæ tamen erant, & ex quidem strictissimæ, quæ Principiam & Republicæ servitio ita homines innecterent, ut extricare se non possent, nec in illam respirare libertatem, vitamque ab uno Deo pendentem, quam Clericatus desiderat. Eo sane sensu capienda sunt, si germano capitatur sensu, illa Gregorii Papæ, illa Joannis Diaconi verba: *Publicis administrationibus implicatus, &c. Tam ex Ecclesiastica, quam ex seculari quoque militia, &c. Ex Ecclesiastica familia, seu seculari militia, &c. Ex juris Ecclesiastici, vel secularis militia servitute, &c.*

**XIV.** Nec minus dilucidum ex his fit, si qui tunc apud se constituerent renuntiare sæculo, & in arctam se, Evangelicamque salutis semitam committere, eos vel Clero, vel Monasticis institutis sociari debuisse; & si Clero se addicere illi malent, qui piæ eorum voluntati intercederet fuisse neminem,

(1) L. 2. c. 16.

(2) Ibid.

nem, si modo nulla emerget justa de eorum pura mente & intentione dubitatio. Ad eum sensum interpretandus venit Gregorius, cum exauctorari (1) sancit Presbyterum, qui pretio ordinatus fuerit; quod ex eo patet cupiditate duce & instigatrice eum in sacros Ordines irrepisse, non religiosa voluntate utilitatis, vel necessitatibus Ecclesiae inferviendi. Privetur Ordine quem non causa replende necessitatis Ecclesiae, sed sola comprobatur ambitione suscepisse. Non contendit sustinendum esse & otiandum interim, donec egeat Ecclesia & nostram operam efflagit: sed cum obvios nos illi promptosque praestamus ad obsequia quaelibet obscurissima, nulla id fieri debere a nobis nisi spiritualium & coelestium bonorum caritate: quod de simoniaeis ne cogitari quidem potest.

XV. Exemplo iperillustri rem conficiet Gregorius Nazianzenus, & de sua Graecorumque aliorum Patrum sententia testimoniun dicet. Summis enim aliquando laudibus evexit Gallum & Julianum, Constantini Magni stirpis Principes, qui Clero inscribi ambierunt: nec enim prevertit Episcopus & ad Clericatum invitavit: sed suapte illi sponte attonsi in Clericos, Scripturas in Ecclesia legerunt publica in Synaxi, nec Regalis Christi sacerdotii gloriam Imperatoriae purpure dedecori esse posse existimauit (2). Luculentissimis actionibus ac luculentum virtutis specimen preferenteribus incumbebant; quin etiam in Clerum seipso adscriperunt, adeo ut divinos quoque libros plebi lectitarent, τῷ μηρῷ οὐαὶροις διάτοις ἐγκατέλειμ. Sed de Juliano & Cleri & Ecclesia Christique postea desertore alicubi forsitan copiosius.

## C A P U T XXIV. P. 2. l. 2. c. 7.

*De eadem re, potuisse juvenes seipso offerre Clero per priora Ecclesiae facula.*

I. Si poterant parentes offerre liberos Clericatus, poterant & liberi seipso.

II. Alioquin summa & periculostissima Clericorum inopia laborassent Ecclesiae.

III. Longa illa Clericorum in minoribus Ordinibus rudimenta, non ea erant, que

ambitioni, vel avaritiæ hominum blandi- rentur.

IV. Qui secus sentiunt, non ea qua nos ratione rem intuentur.

V. VI. Syricius puerulos in Clerum ad- mittit.

VII. Adultos etiam admittit, qui pura mente accedunt.

VIII. Per priora tria quatuorve facula, seculo renuntiari vix poterat, nisi Clero monem dando, cum necdum, aut vixdum essent Monachi.

IX. Non eligebantur fere nisi Episcopi, Presbyterique. Inferiores ergo Clerici ex vo- luntariis adsumebantur.

X. Varia probationes, quod spontanei ad- mittentur, & gravi Ecclesiam aliquo- penuria laboraturam fuisse.

XI. Objectio ex sanctissimo Monacho Ioanne petita. Responso.

XII. Congeruntur ex Gregorio Turonensi exempla eorum, qui se Clero devoverent, nonnulli ut eo voto morbos effugarent.

XIII. Casarius ipse Arelatenensis postea Ar- chiepiscopus, ultro se attondendum obtulit.

I. Quidquid suo supra loco de ætate ad Clericatum necessaria, & de Se- minariis dictum est, eo id etiam pertinet, idque valet, ut hinc clarecat, antiquos Patres & præsca Concilia perspe-ctissimum illud habuisse, insigne pietatis documentum in eo esse, si parentis alteruter liberos, si liberi semetipsi suapte sponte Deo & Ecclesia Cleroque offerrent, uno adducti pietatis, & salutis sempiternæ amo- re. Huic parentum potestati subscriptit Con- cilium Toletanum II. anno 531. nimisnum infantulos suis Clero offerendi: unde & confessim juber eos in Seminario suscipi, in Cleros attonderi, ordinari Lectores (3): De his quos voluntas parentum a primis infantiæ annis in Clericatus officio manci- paris, statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio Lectorum contradicti fuerint, in domo Ecclesiae, sub Episcopali præsentia, a Preposito sibi debeant erudiri. Si addicere possunt Clero liberos suis pa- rentes: quin possint & seipso liberi? Si anno ætatis decimo octavo hi adolescentes perpetuam spondere continentiam, quam conjugio illaqueari malling, biennio adhuc probabantur, & tunc denium Subdiaconi, quinquennio post Diaconi ordinabantur. Nec

(1) L. 2. Ep. 23.

(2) Orat. 3.

[3] Can. 5.

Nec plura Concilium , silentio suo submōnens , Presbyteros postea tum inauguratos , cum necessitas juberet Ecclesiae .

II. Sedulo autem hic observandum est 1. cum nihil sibi juris parerent Episcopi in quenquam specialiter , nisi ordinatione per priora illa sacula , ut superius approbavimus : nisi se laici Clericatu , vel liberos offerre præcepissent , futurum ut exaresceret Clerus aliquando . Quæ enim a populo vis adferebatur quibundam , ea erat injuria & illis , & juri ipsi illata , quamquam illam & excusaret populi ipsius zelus , & bene verteret Episcopalis prudentia : sed eam denique vim leges , Canonesque , Pontifices Patresque procripsere . Electiones non pertinebant , nisi ad Episcopos , & ad superiores , ut summum Ordines , saltem etiops tertio saeculo . Deinceps enim vix ulla usquam ad minores Ordines electio : quin & vix etiam ad Diaconatum , & Presbyteratum , quinto sexto saeculo .

III. Observandum 2. qui se Clero addicerent , pueritiam , adolescentiamque in Seminario exigenter , minores interim duntaxat Ordines obirent , ad Diaconatum non transcenderent , nisi ætatis anno vigesimoquinto , & post tam diurna tyrocinia *inculpabiliter* , & *inoffense* decursa , nequidem de adipiscendo Presbyteratu certi essent : interim non alia perciperent emolumenta , quam quibus famem hincque , & frigus arcerent : eos non potuisse nisi coelestis sapientia & caritatis astillatu hæc optare , se-*etarique* tam constanter , ut Patribus Conciliisque ne tantilla quidem præberetur an-*sa* diffidendi , aut de eorum pia ac religiosa voluntate male ominandi . Nulla hic le-*nocinia* , nullæ illecebræ , quæ avaritia , ambitioni , inertia fomenta præberent . Quin ex adverso , cum hoc vitæ genus Claustris simillimum esset Monachorum , unde & Clericalis professio frequentissime professa , religio , conversio in Conciliorum Patrumque litteris appellabatur : hic non multum discrepare videbantur , qui a saeculo in Clerum ea ratione , vel in Monasteria fese conferebant .

IV. Observandum 3. si qui contraria in sententia versentur , id ex eo fieri , quod eorum non obversentur oculis animisque , nisi laici illi avaritiae ambitionisque & voluptuariae vitæ sectatores , quibus cordi non est clericatus , nisi ut parandarum opum ,

dignitatum , deliciarumque instrumentum . Hoc genus hominum profitemur & nos a Clericatu & Ordinibus longissime amandum . Sed abhorret prorius a vero , aut a similitudine etiam veri , eos qui a tenebris unguiculis , vel se ipsis Deo obtulerunt in Cleri ministerii famulaturos , vel a parentibus oblati fuere , vel parentes ipsis a quibus oblati sunt , his infandis cupiditatibus stimulatos fuisse . Quin ex adverso certum est pia plerumque fuisse ea , & puero-*rum* vota & parentum consilia .

V. Nec illud quisquam sibi fingat , quod ex Toletano paulo ante prolatum est Concilio , id ex consuetudine quadam speciali Hispaniarum profectum esse : quæ eam parentibus addiderit potestatem , immaturæ ætatis liberos Clero , vel Clauistro devoven-*di* . Quod enim ad clericalem professionem attinet , non aliud hæc Toletana Synodus , quam disciplina propalavit priorum Ecclesiæ saeculorum , regulamque primigenia pie-*tatis* . Auctor gravis Syricius Papa præt nobis in Epistola sua Decretali prima , qua innovat , ut probabiliter creditur , prius mores , & antiquorum Pontificum Decreta , quæ longa nobis temporum injuria intercep-*pit* : jubetque ut qui se ab infantia Clero devoverint , statim baptizentur , Lectoresque fiant ante pubertatis annos , functiones Acolythi , & Subdiaconi obeant , ad annum usque ætatis trigesimum , tum fiant Diaconi , quinquennio post Presbyteri , & tum rursus post decennium ad Episcopatum pro-*vehiri* possint , si diuturno hoc tyrocinio pro-*bata* eorum pietas , intaminata , & incon-*cupissa* perseveraverit (1) . Quicunque se Ecclesia vovit obsequiis , a sua infantia ante pubertatis annos baptizari & Lectorum debet ministerio sociari . Si quis hæc verba componat cum relato paulo ante Toletano Canone , affinitatem eorum facile intelligeret , si agit enim Syricius de pueris qui se Cle-*ro* devovent , Toleranus autem Canon de iis quos parentes devovent , in eundem uteque sensum inflectendus est , ut & parvulorum & parentum consensus interveniat , cum de impuberibus & infantibus agatur . *A primis infantie annis , a sua infantia , ante pubertatis annos* . In hac enim tenella ætate voluntas parentum au<sup>r</sup>toritatem conciliat parvulorum voluntati , ut efficax sit ; docuitque nos supra Gaudentius , a parentibus invitandos ad Clericatum esse parvulos , non cogendos . VI. Quan-

(1) Ep. I. cap. 9.

**VI.** Quando ergo edicit Syricius Clero statim adscribi, *quicunque se vovit Ecclesie obsequiis ab infantia sua*, vehementer approbat, ut a teneris fere pueri ipsi Clero devoveant, Episcoporum vota anteveniant, obviosque se & spontaneos offerant. Et sane cum opreatissimum sit non inscribi Clero, nisi qui nullo se unquam deturparint mortali flagitio, nihil expeditius vel Syricio vel Ecclesiaz visum est, quam ut jam inde ab infantia puerili admittantur. Nec me fallit eam innocentiam a crimine quovis puram, quam clericalis ordo flagitabat, a baptismō computatam fuisse. Verum ubi matura jam etate, postquam se flagitiosis saeculi voluptatibus ingurgitarant, tum demum accedebant ab baptismō, & ita abluti ad Clerum allegabantur: ea certe erat mira, & quam merito stupeamus Ecclesiaz indulgentia, quam denique sola tunc necessitas excusaret. Quid enim illi baptisimi procrastinatio, quam longa criminum licentia, longa impunitas? Quid illa resipiscientia tam tarda, quam fatigata nequitia? Ita & Syricius & alii Pontifices Patresque Ecclesiaz in veterata huic corruptelaz medicari studuerunt, tum ad baptismō & ad Clericatum ascēscendo impuberes adolescentulos, tum universim hortando compellendoque fideles omnes, ut ne hac propria baptismi dilatione lasciviendi, & peccandi licentiam tamdiu redimerent.

**VII.** Nec solos tamen pueros Syricius ad Clerum provocat, sed & maturioris aetatis homines, si qui serio converti ad Deum meditentur & ardescant, dummodo statim a baptismō recentes, in novitiatum veluti quandam se dent minorum Ordinum, ubi eas sibi parent virtutes, quibus ad saecorum Ordinum culmina eluctentur (1). Qui vero jam etate grandevus, melioris propositi conversatione provocatus, ex laico ad sacram militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit. Haec certe voces, provocatus, festinat pervenire, desiderii fructum, aperte testificantur, prouissimis auribus auditae fuisse eorum preces laicorum, qui omnia facili ludibria aversantes, abrumptentes retinacula, urgebant & enixissime orabant in Clerum admitti, velut in stationem tutissimam conversionis, religionis, & sanctimoniae. Melioris propositi conversatione provocatus. Electionem enim & suffragia populi ad Presbyteratum tantum

*Thom. i. Tom. IV.*

& Episcopatum jam tum pertinuisse demonstrat ibidem Syricius. *Accessu temporum Presbyterium, vel Episcopatum, si eum Cle-ri ac plebis vocarit electio, non immerito sortietur.*

**VIII.** Ad alias progrediar probationes, ubi in Decreta haec Syricii duo quædam rursus adnotavero. Primum quidem cum laicorum vita & saeculi conversatio innumeris semper periculis pateret, quos aliquando tandem pertædescet tot discriminum, totque scelerum, ii subducere se in portum tutissimum haud alium fere poterant, quam in Clericatum, antequam & Monasteria & Monastica instituta increbescerent toto orbe, hoc est ante exordium quarti saeculi in Oriente, ante ejusdem exitum in Occidente, ante sextum saeculum in Hispania. Paulo serius oculus in aliis Occidentalibus Regnis. Ita enim se habent initia Monasticarum Congregationum toto orbe. Ergo Syricii tempore a saeculo auge gare vix aut nec vix poterant in Italia, & in plerisque Occidentis partibus, nisi in Clerum, ubi nulla vel rarissima tunc erant Monasteria. Ad eam profecto temporum rerumque conditionem accommodata erant, tum Syricii, tum Toletani Canonis verba superius relata. Ex quo & illud concludendum nobis est, fugam priorum laicorum a saeculo antequam Monasteria essent, non infrequentem fuisse in Clerum, et si deinde frequentior fuerit in Monasteria. Denique si Gregorio Magno visum est, ita cum nonnullis comparatum esse, ut nisi secessu in Monasteria converti, & saluti suæ consulere non possint: idem forsitan de secessu in Clerum constabat, antequam ulla essent Monasteria.

**IX.** Alterum vero animadversione illud nostra dignissimum est, cum electio ad superiores tantum Ordines spectaret: placuisse Ecclesiaz, ut nonnisi ex Clericis eligerentur. Ponebatur ergo semper multitudo ingens Clericorum in qualibet Ecclesia, ex qua diligenterunt, velut ex Seminario quodam coæcti selectiores plantæ, illi quibus summarum Ecclesiaz dignitatum insignia addicenda erant. Et sane cum instituti eo consilio essent minores Ordines, ut in eo velut studio exercerentur, qui ad Ordines postea sacros progrebuntur erant, ex quibus Ecclesiastica constat Hierarchia, divinitus instituta: incredibilis erat cujusdam sa-

N pien-

(1) Ibid. c. 10.

pientia & caritatis, hoc veluti novitiatu admittere & diutissime probare eos omnes, qui ad conversionem in Clero suspirabant: ut ex eo numero subinde probatores qui que ad sacerdotii fastigia extollerentur.

Is erat omnino scopus Emeritensis Concilii, ubi sancitum est, ut quam maximo possent numero Parochi, alerent, instituerent, informarentque functionibus & officiis Ecclesie juniores Clericos, pro modo facultatum Ecclesie sue. Porro exemplo suo Parochis praeisse in eam rem Episcopos simillimum veri est, ne dicta sua factis destruerent (1): *Instituit hec sancta Synodus, ut omnes Parochiam Presbyteri, juxta ut in rebus sibi a Deo creditis sentiunt habere virtutem, ab Ecclesia sue familia Clericos sibi faciant, quos per bonam voluntatem ita nutriant, ut & officium sanctum digne peragant, & ad servitium suum aptos eos habeant.*

X. Ubi jubet haec Synodus, ut Parochi de Ecclesie sue familia Clericos sibi faciant: & cum Gregorius Papa servos Ecclesie Clerico allegabat, Claustralibus ante disciplinis expurgatos; & cum moleste ferebat supra Ambrosius, vituperatque, quod adolescentibus subobscurus videretur Clericatus, longe praeclarior autem sacerdotalis militia; quo siebat, ut lubentius insisterent in veltigia majorum suorum, qui seculo, quam qui Ecclesie & celo militassent: in his omnibus satis argumenti est, ministrorum Ecclesie spiritalem sobolem exarefcere tandem potuisse, nisi voluntarii omnes isti pronis animis admissi fuissent in Clerum, quem uno sanctimoniaz amore ambirent.

XI. Nec nobis excidit, insimulatos suis fe a sanctissimo Anachoreta Joanne, cuius Ruffinus vitam scriptis mandavit, eos qui sacerdotium ambirent: *Sic ergo filioi mei, neque fugiendum omnimodis dieimus clericatum, vel sacerdotium, neque omnimodis exceptendum. Sed danda opera est, ut virtus quidem a nobis depellantur, & virtutes anime conquerantur: Dei autem judicio relinquendum est, quem velit, & si velit assumere sibi ad ministerium, vel ad sacerdotium. Non enim qui se ipsum ingesserit, sed quem Dominus assumperit, ille probatus est. Sed non alloquebatur vir sanctissimus nisi Monachos & Anachoretas, qui solitudines incolebant invias, & qui necdum ex monti-*

bus suis in urbes defluxerant, contubernia hominum veleti quaudam pestilentiae contagionem fugitantes. 2 Non loquitur Joannes nisi de iis qui Diaconatum & Presbyteratum auncupantur, *Ministerium, Sacerdotium:* nequaquam vero de iis qui Clericatum, vel minores Ordines prehensabant, in eoque collocabant votorum tuorum summam. Certe plerumque Monachi statim ad Diaconatum evehebantur. Atqui Diaconatus ipse sacerdotii portio & perillubris erat dignitas; cum minorum Ordinum statio non esset nisi humile & modelum Clericium virtutum adipicendarum tyrocinium. Ideo & cum adgressus est Hilarius Martinum Diaconatu augere, exhorruit Martinus tantæ dignitatis culmen, & Exorcizæ demum officio acquievit, quod id in speciem injuriaz magis quam gloria imputari posset. Intellexit Hilarius vir altioris ingenii, hoc eum modo posse constringi, si hoc ei officiis imponeret, in quo quidem locus injuria videretur. Itaque Exorcizam eum esse precepit. Quam ille ordinationem, ne desparsisse tamquam humiliorem videretur, non repudiaruit. Non hic porro dicitur expectandam semper esse Episcopi vocem, quæ nos anteveniat, sed vocem & vocationem Dei. Atqui divina vox miris & ineffabilibus modis exauditur, quos inter non postremus ille est, qui fit inspirata cœlitus caelissima, & flagrantissima voluntate Deo famulandi, Deo uni vacandi.

XII. Commemoratum est a Gregorio Turonensi, ut beatus Vinocius ex Armerica profectus, & per Turones iter faciens cum Hierosolymam peteret, ab ipso ibi detenus sit, & Presbyter ordinatus (2): *Quem nos quo facilius teneremus, quia nobis valde religiosus videbatur, Presbyterii gratia honoravimus. At ex eodem Gregorio bene multa suppetunt documenta, ad minores Ordines minime necessarium visum esse, ut vox occuparet & præcurreret vocatis Episcopi. Filiolum muliercula obtulit Monasterio B. Mauritii, Clericatu initiandum (3). Mulier filium unicum Abbatem tradidit erudiendum, ut factus Clericus sanctis manciparetur officiis. Cum servus desperata ex ægritudine decumberet, vovit illum dominus Ecclesie B. Martini & Clericatu. Ergo recuperata sanitate servus libertate primum, mox Clericatu donatus est (4).* Si

(1) Can. 18.

(2) L. 5. hist. c. 21.

(3) De glor. Mart. l. 1. c. 76.

(4) De mirac. S. Martini l. 2. c. 4.

*S*t. eum reddideris sanitati, piissime domine Martine, in illo die absolutus a mei servitii vinculo, incisis capillis tuo servitio de-legetur, &c. sanus surrexit, & tonsurato capite, & accepta libertate ibidem Domini usibus deservivit. Cum ad ejusdem B. Martini tumulum Aurelianensis quidam paralyticus convalescet, in pietatis & grati animi testimonium, statim Clericus ibidem fieri voluit (1). Erectus super plantas populo teste surrexit; qui continuo Clericus factus, & in hospitate firmatus, ad domum regressus est. Ubi hic litterae dimissoriz propriae Episcopi nullæ prorsus. Sed ea de re copiosissime suara. Merobandus Picto ad tumulum B. Martini recepto visu, statim Clericus attonsus est (2). Qui continuo Clericus factus in eodem loco, sanus abscessit. Cum distortus quidam Gregorio ipsi Turonensi sanationem suam narrasset miraculo factam, Clericatu protinus donatus est. Clericus factus, incolmis ad hospitalium suum rediit. Ita tunc si ex morbo convalescerent, vovebant se futuros Clericos, ut nunc futuros Monachos. Quod rursus firmatur hoc claudi exemplo (3). Tandem inspectis propriæ conscientia noxis, converti decrevit; scilicet, ut humiliatis capillis, ipsi sancto deserviret Antistiti. Sed prius a Rege præceptum elicit, ut res suas omnes Basilice traduceret urvens. Quo facto capite tonsurato, impletoque bona deliberationis voto, per ejus, qui effractis offibus fuerat brevius, est elongatus. Nicetius qui postea ad Episcopatus Lugdunensis insulas sublimatus fuit, jam tum puerulus Clericus ordinatus est maternis in ædibus (4): Defuncto Patre hic cum genitrice jam Clericus in domo paterna residens, cum reliquis famulis manu propria laborabat. Patroclus Abbas pertulit nugarum & præstigiarum saceruli, ad Episcopum Bituricensem se contulit, ut Clericatu Deo dicaretur; utique compos factus, non multo post Diaconatu exornatus est (5). Abiit ad Arcadium Biturige urbis Episcopum, petiisque comam capitidis condere, adsciriisque se in Ordinem Clericorum. Quod Episcopus Domino volente sine mora complevit; nec multo post Diaconatus officia sumens, vacabat jejuniis, &c.

XIII. Vota ipsa parentum prævertit juvenculus adhuc Cæliarius, qui postea Are-

latensem ornavit Ecclesiam, & immatura valde ætate tonsuram ab Episcopo petrit. accepitque, tanquam pignus & rudimentum religiose vitæ, quam mox professurus es-let (6). Inter ipsa infancia rudimenta, &c. Ignorante familia & parentibus, civis cu-piens regni caelestis effici, se illius temporis Ponificis sancti Sylvustri vestigiis premissa supplicatione prosterneret, petens, ut ablatis sibi capillis, mutatoque habitu, divino ipsum Antistes servitio manciparet, nec pa-tetur ultra se a parentibus ad predium affectusque pristinos revocari. Agente ergo Pontifice nulla injecta est votis optimis mora. Non egimus hic autem fere, nisi de pueris & adolescentibus, quod quæ ad gran-diores spectant, ea pertineant magis ad irregularitatem Neophytorum, de quibus infra.

## C A P U T XXV. P.3. l.2. c.6.

Sub Imperio quoque Caroli Magni, laudi datum est, si alteruter parens filios, si seiplos filii ipsi Clero offerrent Minoribusque Ordinibus.

I. Offerebantur parvuli, ideoque & se ipse offerre potuissent ad Clericatum. Exemplum Carolumanni, filii Caroli Calvi Regis.

II. Sapissime tum Clericalis & Monastica professo promiscue habebatur. Unde & utri-que se esse offerebant.

III. Conventus functionum Minorum Or-dinum, & institutorum Monasticorum.

IV. Maxime his media atatis sculis, qui-bus Clerus in societatem vite communis & in Canonicon Congregationes coaliuit.

V. Seminarii Clericorum patebant fores & mibus, vera pietatis amatoribus.

VI. Exempla eorum, qui se Clericali vite obvios promprosque offerrent.

VII. In Oriente Imperator ipse filium Cle-ro dicat.

VIII. Damnantur in VIII. Synodo, quod illabuntur Monasteriis, ut ad dignitates ir-repanit.

IX. Laudantur contra ibidem, qui assa-tu pietatis Clero se adgregant.

X. Uriusque Ecclesia placita consimilia.

N 2

I. His

(1) Ibid. c. 6.

(2) Cap. 15. 23. (3) L. 3. c. 15.

(4) Vita Patr. c. 8.

(5) Ibid. c. 9.

(6) Apud Surium Aug. 27.

I. **H**is ævi medii temporibus creberimus is usus supererat, ut parentes liberos devoveret altari & clericatui, offerretque impuberes. Nusquam abiectæ leguntur hæc caritatis & innocentiae hostiæ. Ecce autem dubium, quin possent liberi, quod parentes poterant de ipsis, ut clericatui se æternum dedicarent famulaturos? Quam crebrum id, tritumque adhuc esset, intelligetur ex Caroli Calvi Imperatoris exemplo, qui Carlomannum filium altaribus obtulit, mox attondendum, & ita inexplicabili nexu Clericatui illigandum. Accipe quid de ea re scripsiter Hincmarus Remensis cum Episcopis Provinciae suæ ad Archiepiscopum Lugdunensem (1): *Carlomannus domni nostri Caroli Regis gloriose carne filius, in Diœcesi Remorum Spiritu sancto regeneratus, & a Patre sacro altari oblatus, religiosis divini servitii obsequiis mancipandus ac in Clericum tonsus, in Parochia Meldensi per singulos gradus usque ad Ordinem Diaconatus provectus, &c.* Inauspicatissimus quidem fuit ejus rei exitus: tantam in vitorum voraginem demerso postea Carlomanno, ut hinc Ecclesia, hinc Regnum perturbaretur; nec tamen vel Hincmarus unquam, vel quisquam tunc vel conquestus, vel suspicatus est, vocationem minus canonicanam Carlomanni, & oblationem ejus ad Clericatum a Patre Rege factam his malis omnibus ansam præbuuisse. Eo tamen invitasset utique illos tam infelix successus, si ejusmodi cogitationibus imbutæ occupataque fuissent eorum mentes.

Hincmarus quidem idem ipse commendat eorum pietatem, quos Ebbo ordinaverat: quod non leipsostransfuerint, sed cessissent tantum electioni. Non importune ad electionem se ingesserunt, sed electi & votati obedierunt. Sed eo loco de sacris, & majoribus Ordinibus quæstio vertebatur, non de minoribus, aut clericatu (2). Si nolent obedere volenti eos provehere ad maiorem gradum, omnes illi velut procaciter renitentes reprehenderentur. At qui vel seipsostransfuerint, vel addicuntur a parentibus minoribus ordinibus, non illi obliquis exagitantur suspicionibus, tanquam avari, aut ambitionis; sicut qui altiores gradus ambiunt & ipsum Sacerdotium.

II. Dilucidior tum ea res erat, cum perparum diffare videbatur, his nimirum sæculis mediis, Clericalis professio a Monastica. Diximus jam Carlomannum Caroli Martelli filium a Zacharia Papa Clericatum accepisse, eodemque tempore Monachum factum. Longobardorum Rex Rachis inanibus sæculi regnique pompis terga vertens, Clero ab eodem Pontifice affectus fuit, & simul semelque Religiosæ professioni innodatus (3). Acceptaque a sanctissimo Papa oratione, Clericus effectus, Monachico induitus est habitu. Stephanus ipsem IV. Papa, in primevo juventæ suæ olim flore in Monasterio Romano sancti Chrysogoni, Clericus Monachusque effectus fuerat. Illicque Clericus atque Monachus effectus est (4). Enimvero quam laudabile & pium est, professioni se Monasticæ devovere: tam erat sanctum & commendandum, Clericatus se ultra immergere irrevocabili professioni, unius suavitate pietatis illeatos, tum iugi numinis cultu, tum bonorum operum frequentia, tum tumultuosarum mundi vanitatum abdicatione.

III. Qui enim nunc & jamdiu Monasticum institutum amplectuntur, nulla alia voce cœlestem insonante vocationem, quam quæ ipsa personat animæ penetralia: ii certe Clero se quodammodo devotevent una & eadem opera, cum Monachi jam propemodum omnes Clericalibus ordinibus functionibusque decorerentur. Propositum tamen illud, quo arctiore & Evangelicam salutis viam amplectantur, non potest a quoquam insimulari, qui non ipsi pietati, virtuti, & religioni bellum indixerit. Innoxie hi ergo saltem ad Clericatum aspirant. Jam vero quis ambigat, complusculos eorum, qui Clericatum tantum & minores Ordines, non ipsum sacerdotium, non dignitates, non lucra ulla terrena arabiunt, sed institutum pium a sæculi tempestibus tutum: qui eos inquam ambigat eo agi spiritu, quo qui in claustra convolant? Id commune habent Claustræ & Cleri inferioris exercitia, quod iis expiatur & emaculatur mens a sordibus sæculi, virtutibus imbutitur, ad sacra ministeria Sacerdotii præparatur, quibus nemo tamen proprius se suo marte admovet, nisi Episcoporum & Pastorum iussu, quod ipsummet est cœlestis vocationis oraculum.

IV. Manifestissime id eo tempore claruit,  
quo

(1) Hincmar. Tom. 2. pag. 353.  
(3) Anatol. Bibl. in vita Zachar.

(2) Ibid. pag. 308.  
(4) Idem in ejus vita.

quo tot Canonicorum Collegia , tot Seminaria , tot Clericorum Congregationes Orbi illuxerunt . Unus enim pietatis æstus , & religionis amor , alios ad Coenobia Monachorum , alios ad Canonicorum Collegia , Clericosum sodalitatem compellebat . Nam & in habitu Canonico , seu Clericali , perinde virtutes Monasticæ excolebantur . Suæ Canonicorum Regulæ Crodogangus tantum non totam intexuit Regulam beati Benedicti . Expostulat ille alicubi de Episcopis iis , qui Congregationum suarum fores pandi nolebant , nisi servis Ecclesiæ , quibus impotenter dominarentur : demonstrat autem nusquam Deum nobilibus Ecclesiæ suæ muneribus interdixisse (1) . Nullus Pratalorum seclusis nobilibus , viles tantum in sua Congregatione admittat personas . Perspicuum hinc sit servos nobilesque turbatim fere Ecclesiæ obtulisse , ut in Clerum cooptarentur .

V. At ne in controversiam quidem venire potest , quin ad Seminaria Clericorum covolarent adolescentes maxime , quos eo vel sua , vel parentum pietas invitabat . Interim ii omnes in spem Cleri , in tyrocinis minorum Ordinum instituebantur (2) . Qualiter Ecclesiasticis doctrinis imbuti ; & Ecclesiæ utilitatibus decenter parere , & ad gradus Ecclesiasticos quandoque digne possint promoveri . Verba sunt Crodogangi Regulae . Et aliquanto apertius Concilium Aquisgranense (3) in Regula Canonicorum .

VI. Relatum est a nobis superius , quantum effuderit quarelarum Ratherius Veronensis Episcopus , adversus levitatem & irreligiosam parentum inconstantiam , qui cum filios Clero devovissent , implicabant eos postea conjugii compedibus , quamque Deo hostiam sanctam pridem obtulerant , eam secularibus inquinamentis post immergabant (4) . Qui filium suum Ecclesiæ mancipat , Domino militaturum , & postea sacerolare illi acquirit conjugium , perspicue certatur , quod eadem manu Domino illum afferat , qua tradiderat . Juvenili florebat adhuc Dunstanus ætate , cum a suis rogatus , Clero ut se Ordinibusque innesteret , parvus , & minoribus iniciatus est tum Ordinibus (5) . inter hec rogatur a suis quatenus in sortem Domini transeat , & in quibus serviat Christo , sacros Ordines suscipiat . Annuit ipse petentibus , & minores gradus

suscipit . Oddo Cluniacensis postea creatus Abbas , non absimili pietatis & spiritus intus sollicitantis incitamento , Clericus primum & Canonicus Turonensis creatus est (6) .

VII. In Ecclesia item Orientali eadem in usu erant regulæ & consuetudines piæ . A tenera ætate parvuli a parentibus Clero dicabantur . Parvuli ipsi fere altarium devovebant ministeriis . Hostias puras & rationabiles Ecclesia obviis manibus accipiebat . Stephanus VI. Papa singularem laudibus prosecutus est Basilii Imperatoris pietatem (7) , quod unum ex filiis Clero addixisset . Cum vero audiverimus , quod ex semine tuo filium ad Sacerdotium dedicasse , magno hac de causa repleti sumus gaudio . Sanctissimus Confessor Nicetas (8) altaribus oblatus fuerat a proprio parente , pene inter ipsas innocentis infantiarum cunas . Cumque illum in Ecclesia Pater totundisset , ut Anna Samuelem : Deo ipsi eum dedicavit , & omnino addixit , ut Editui locum interea teneret .

VIII. Verum in hanc rem accuratius nihil laculentius , vel optari potest , quam quod ab viii . Synodo sanctum est ; nempe qui Clero , vel Coenobiis se innodassent , clandestina spe ad summas Ecclesiæ dignitates pertingendi , iis æternum interdicendos esse , quanquam diutius in uniuscujusque Ordinis functionibus verlati fuissent , & quanquam sinuosis artibus suis in aures , & in gratiam Imperatoris irrepsissent , ejusque patrocinio abuterentur (9) . Liceat singulos Ordines divini Sacerdotii plurimum temporis fecisse probetur , &c. magis autem coercentius hujusmodi , si ab Imperatoria dignitate ad hoc compellatur . Explodendi protinus sunt , quos terrena cupiditas , non divina vocatio Clero inseruit . Neque enim propter Religionem , vel amorem Dei , vel propter expectationem transeundi viam virtutum , sed ob amorem gloria & principatus , tonsus hujusmodi reperitur .

IX. Qui vero una illecti pulchritudine humilitatis , modestiae , pietatis , & religionis , in Clerum , vel in Coenobia irrumunt , tanquam in tyrocinium publicum omnium virtutum : hoc Ecclesia Christi fovet , amplectitur & exosculatur , ut in sacrorum Ordinum , & summarum apicem digni-

(1) Cap. 5.

(2) Ibid. cap. 48.

(3) Cap. 175.

(4) Spicil. to. 2. pag. 238.

(5) Surius die 19. Maii cap. 3.

(6) Idem Novemb. die 18. cap. 6.

(7) Epist. 1.

(8) Surius die 3. April.

(9) Cap. 5.

dignitatum extollendos (1). Si vero quis per nullam suspicionem predictæ concupiscentia, sed propter ipsum bonum humilitatis, qua est circa Christum Jesum, abenuntianas mundo, fiat Clericus, aut Monachus, &c. Placuit universalis Synodo eligi hunc & admitti.

X. Perspicis hic autem perinde in Græca, ut in Latina Ecclesia has regulas duas, inscriptas altissimeque irradicatas fuisse hominum mentibus. Prima est in Clericatum Clericalesque sodalites, complures illabi solitos, eodem prorsus spiritu adductos, quo in Cœnobio, conversionis, penitentie, religionis, humilitatis, modestie, abdicationis sæculi: nouo alio consilio prorsus, aut voto quam impendendæ totius vitæ in religioso secessu ad Christianarum virtutum culturam. Altera est nunquam censoria nota inustos a quoquam fuisse eos, qui in Clerum, vel in Cœnobio admitti se postularent; sed eos duntaxat, qui alterutrum ambient institutum, honorum vel opum insana cupiditate succensi.

## C A P U T XXVI. P.4.l.2.c.8.

An possint laici Episcopis præcurrere, & ab illis postulare Clericatum, aut minores Ordines hac extrema Ecclesiæ ætate?

I. Potest ambire quis vel sibi, vel alteri Clericatum, obsequendo uni caritati cœlestium, intus flagranti.

II. Argumenta & exempla ejus spontanea & pura Clericatus prosecutionis.

III. Ex adverso jure meritoque invehitur Bernardus in parentes qui mera cupiditate terrena cœstantes, filiis suis vim faciebant.

IV. Pii, & docti Cardinalis doctrina de utroque hac ambiendi Clericatus ratione, ex caritate, & ex cupiditate.

V. Quam consentiat hæc doctrina cum Decretis Concilii Tridentini.

VI. Et cum Decretis Conciliorum Tridentino posteriorum.

VII. Quo sensu docuerit Simeon Thessalonicensis, posse quem ad Presbyteratum, non posse ad Episcopatum anhelare?

VIII. De Congregationibus Presbyterorum, & de iis qui ad eas adgregari cupiunt.

IX. Esi desiderari posset, captari non posset Episcopatus.

X. Ab Innocentio III. definitur quæstio.

I. Non sœviant leges Ecclesiastice, nisi in eos qui effrenata audacia in sacros Ordines & in dignitates quaque Ecclesiasticas profligunt: nequaquam autem in eos qui pietatis instinctu Clero adglutinari avert, quo facilius suaviusque a tumultuosis sæculi impedimentis tele extricent, & in religioso secessu Deo sibique vacent. Non his ergo, sed illis prioribus succensuit Concilium Rothomagenie anni 1072. (2) Clerici qui non electi, nec vocati, aut nesciente Episcopo sacris Ordinibus se intromittunt, bi digni sunt depositione.

II. Ludovicus VI. Francie Rex unum ex filiis Clero dicavit, quod ei per litteras gratularis est Honorius II. qui & adolescentulum Regium Apostolicæ Sedis tuitio ne honestavit (3). Tuum itaque filium Henricum, quem divinis mancipare voluisti servitiis, & in beati Petri & in nostram protectionem suscipimus, tamquam specialiæ Sedis Apostolicæ filium. Ludovicus VIII. Ludovici IX. parens testamenti tabulis constituit, ut filiorum suorum quintus & reliqui deinceps Clero adcriberentur (4). Volumus & precipimus quod quintus filius noster sit Clericus, & omnes alii qui post eum nascentur. Ludovicus ipse IX. sanctitatis nomine clarissimus, auctore Goffrido de Belloloco, qui a Confessionibus ei fuerat, sanxit testamento suo, ut quos transmarinis in regionibus sustulerat liberos duos, a cunabulis enutritur, alter apud Dominicanos, apud Franciscanos alter, ut tam religiosa institutione a teneris instillaretur eis amor religionis profitendæ (5). Ordinavit, & in testamento scribi voluit, quod duo filii qui sibi nati fuerant ultra mare, intra septa Religionis nutritur, ut illic sacris institutis & litteris instruerentur, & ad amorem Religionis salubriter inducerentur, & loco & tempore ipsas Religiones intrarent. Narratur & a Roderico Archiepiscopo Toletano (6) Ferdinandus Castellæ Rex plures ex suis liberis Tole tanæ Ecclesiæ dedicasse. Illico Præbendæ illis

(1) Ibid.

(2) Can. 10.

(3) Ep. 5.

(4) Du Chesne To. 5. pag. 324.

(5) Ibid. pag. 448.

(6) Roder. Tal. L. 9. c. 12.

illis ab Archiepiscopo collatae sunt in eadem Ecclesia. Sed nemo sobrius hinc filios Regum avaritiae, vel ambitionis insimularet, si Præbendas in Ecclesia quavis Metropolitana assequantur. Si tam frequens autem ea erat Regum pietas, quid privatis Petrus Venerabilis de eo qui Arelatensi postea auctus est Archiepiscopatu, hoc testificatur, Ecclesiæ eum Nemanensi ab infantia dicatum fuisse (1). Oblatum a Patre dum puer esset, Ecclesiæ Memausensi, nutritum a puero usque ad juvenilem etatem in Ecclesia Nemausensi, Canonicum fuisse Ecclesiæ Nemausensi.

Si parens alteruter liberos tam frequenter, utique & liberi ipsi se ipsis non raro altaribus offerebant, vel utrumque etiam & a parentum & a liberorum voluntate rationabilis & sancta proficisciobatur oblatio. Ejus rei exemplum est in vita sancti Laurentii (2) Archiepiscopi Dublinensis. Cum enim Episcopum parens ejus oraret, ut sortiretur inter liberos suos, cui obtingeret Clero sociari, Laurentius ipse puerulus tum adhuc exoravit, ut fors ipsem & portio Domini esset, itaque ab Episcopo suscepitus & enutritus in Ecclesia fuit.

III. Sicubi autem vel parentes, vel liberi illum sibi propositum habebant scopum, ut & sæculi simul & Ecclesiæ opibus honoribusque gauderent: aut ut paterna hereditas in pauciores filios secta, copiosior afflueret: illud enim vero non possumus non cum Bernardo vehementer execrari (3). Scholares pueri & impuberes adolescenti ob sanguinis dignitatem promoventur ad Ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferuntur ad principandum Presbyteris. Dum huic parvulo, aut forsan nondum nato Ecclesiastica jam Beneficia provida sane parentum sollicitudo parat; Hunc nos, inquiens, illi vel illi tradamus Episcopo, apud quem habemus gratiam, aut cui forte servimus, ut dicitur de bonis Domini, nec in tot liberos nostra dividatur hereditas. Sed quam detestabile hoc est flagitium, tam laudabile eorum votum, qui sola delectati Clericatus sanctitate, in minoribus Ordinibus acquiescendum sibi statuunt, nec de Majoribus unquam nisi verecunde & trepide cogitant, de Beneficiis autem ne cogitant quidem, gnari ho-

rum & Ordinum & Beneficiarum dispensationem divina quadam fieri forte & providentia.

IV. Ea erant in sententia Reges, Pontifices, virique illi sanctissimi, quorunt exemplis testimonioisque supra congerendis operam dedimus. Erat & in eadem sententia magni nominis Cardinalis Robertus Pullus, cuius hic libet verba exscribere (4): *Qui ad Clerum ultra appropiat, non ideo per se ad Cleri gradus accedere presumat. Ad te enim pertinet, si ita liber, Clerum eligere, in Clero autem gradum te consenserere, non tui est officii, sed aliorum. Ordinem quippe vivendi, sive in Clero, sive extra, tui juris est postulare, in Clero autem positum, honorem sibi arripere graduum prohibitum est, dicente Apostolo: Nemo sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron.*

V. Eadem erat & sententia Concilii Mompellulan anno 1258. ut ad Tonsuram ii tantum admitterentur, qui ad eam eapetendam impelluntur supernæ pietatis & religionis affectu (5). In tonsurando, illos maxime, qui cum postulant tonsurari, sunt in etate viginti annorum & supra constituti, cautelam habeat ordinator, ut talem ascribat militia Clericali, qui ex devotione, non per fraudem abscribi cupiat ordini Clericali, & qui non sit omnino expers scientie Clericalis. A quibus non abludunt haec Concilii Tridentini verba (6): *Prima Tonsura non initientur, de quibus probabilis conjectura non sit, eos non secularis judicio fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstant, hoc genus vita elegisse. Approbarunt ergo a Concilio Tridentino, ut sua sponte Clericalis vita genus eligant privati, dum defactum & purum sit a terreis cupiditatibus hoc votum.*

Placuit quidem Tridentinæ Synodo (7), ut ne Episcopi plures ordinarent, quam qui Ecclesiæ utilles fore, aut etiam necessarii præsumerentur. Verum id ad Tonsuram Clericalem forsan porrigi non debet. Utque ad eam quoque id pertineat, non eo prohibentur vel parentes vel liberi, quin Episcopos antevertere possint, & castissimam hostiam, ab humanis affectibus purgatam altaribus inferre, salvo, & incolumi Episcopi jure ejus vel admittendæ, vel dif-

(1) L. 5. Ep. 4.

(2) Surius die 14. Nov. c. 4.

(3) Epist. 42.

(4) Sentent. Part. 6. c. 10.

(6) Sess. 23. c. 4.

(7) Ib. c. 16. 18.

[5] Can. 2.

ferendæ , vel prorsus repudiandæ . *Enim vero cum ibidem non multo post edicat idem Concilium ut erigantur Seminaria , in eisque instituantur pueri anno ætatis duodecimo , & Ecclesiasticis disciplinis instituantur : Religiose educare , & in Ecclesiasticis disciplinis instituere tenentur : evidentissime appetit pueros his Seminariis admitti , sive lemeti ipsi , sive ipsos parentes , & cognati offerant . Quia enim alia auctoritate ad Clericorum Seminaria arceſſerentur pueri : potissimum vero nobiles , divitesque , quos & ipsos admitti jubet Concilium , si modo ipsi pio Cleri desiderio æſſtuent : tametsi pauperiores ditionibus anteponeudos censeat Pauperum filios precipue eligi vult , nec tamen ditionum excludit , modo suo ſumptu alantur , & ſtudium preſeſerant , Deo & Ecclesiae inſerviendi . Atqui statim atque inibant Seminarium adolescentuli hujusmodi , Clericali tonsura donabantur , & Clericali ueste , quam nunquam deponerent : Ut in disciplina Ecclesiastica commodius instituantur , tonsura ſtantur , atque habitu clericali ſemper utentur .*

**VI.** In Concilio Remensi anni 1564 confirmatum est (1) Decretum hocce Concilii Tridentini , ut ne attondeantur in Clericatum , niſi qui id institutum elegint , eo demum fine & voto , ut Deo religioſe famulentur . Probabilis conjectura fit , hoc genus vita delegiffe , ut fidelem Deo cultum preſtent . In Concilio Mediolanensi IV. statutum est (2) , ut Epifcopi Parochique ſtudium omne , operamque & induſtriam conferrent in id , ut ad Clericales informarentur , ac instituerentur functiones ii ex adolescentibus , quos intellexerint , vel ipsos Clericalis vita amplectenda cupidos esse , vel a parentibus ei addici . *Ubi primum Epifcopus , aut Parochus aliquem norit , qui vel ſponte ſe Clericali militia abſcribi velit , vel a parentibus adhuc infans definetur : hoc ſedulo curet , ut ille quo diligenter Clericalis disciplina vitaque religioſa institutis primus imbuatur , Ecclesiam frequentius adeat , &c. Eodem in Concilio precepit Parochis , ut & ipsi veluti Seminarium ſibi ſinguli excolant , quo alant parvulos innocentia haſtenus illibata fulgentes , & quantos poterunt , ma- xime ex pauperibus , ut hinc nova Clero*

soboles , cum opportunum fuerit , accedat . *Vetat denique Mediolanense hoc Concilium , ne ſuę domi alant Parochi quoſcumque paeros , niſi Clericos , vel pauperes , qui ad Clericatum aſſpirent .*

Concilium Rothomagenie anni 1581 . Decretum iſtiusmodi innovavit (3) , tum Tridentini Concilii , tum Remensis , ea- demque ipsa verba adhibuit . Quod & de Burdigalensi dicendum anni 1583 . Prohibi- tum eit in Concilio Mexicano (4) anni 1583 . ne cui Tonsura concederetur , aut Clericalis uestis , antequam sacramentum praetaret perseverandi in Clero . Non tan- tum in pretio erat voluntas eligendi Cle- ricatus , ſed & exigebatur ſponsio in eo perseverandi . *Niſi praefito juramento de intentione perseverandi in habitu Clericali . Nec permittitur hoc eodem Concilio con- ferri cuiquam Tonsuram ante annum æta- tis decimum quartum , niſi iis qui per bien- nium ante in Ecclesia Cathedrali ministra- rint cum Clericatus ueste , & quorum pa- rentes tutoreſque ſacramento confirmabant , operam ſe daturos , ut in Clero perma- neant . Conventus Melodunensis Cleri Gal- licani anni 1579. de Seminariis agens , fanxit ut ſimiliter nobilium divitumque li- beri in iis fuſciperentur , ſi modo pio fer- verent desiderio divinis ſe obsequiis dedi- candi .*

**VII.** Non ſe his cancellis circumſcribi- passus eſt Simeon Thessalonicensis Epifcopus , ubi censuit expeti & pottulari poſſe Ordines Lectorum , Subdiaconorum , Dia- conorum adeoque & Presbyterorum : quin & dignitates , officiaque & Beneficia hiſ Ordinibus conjuncta : ſolum Epifcopatum ſine piaculari crime optari , ambirique non poſſe , nec omnino adiri : niſi electio- ne & vocatione canonica (5) : *Omnibus quidem vita pura in orthodoxa fide tantum amore captis querere , & persequi licet ce- teros ſacerdotii gradus , Lectoris ſigillum , Subdiaconi manus impiationem , Diaconi , Presbyteri ordinationem , & in hiſ Ordini- bus promotiones quasdam & ministrorum dignitates . Verum Epifcopatum nemini que- rere licet , nec poſſible ſine electione ac ſu- fragiis . Cum tradit Simeon innoxia , & inculpata elle poſſe deſideria , tum Ordini- num omnium , tum Beneficiariorum Epifco- patu inferiorum , dum id contingat pura vita*

(1) Cap. 9.

(2) Part. 2. cap. 13. 15.

(3) Tit. de Epif. Offic. c. 14.

(4) L. 1. Tit. 4. c. 2.

(5) De ſacris Ord. c. 6.

*vita tantum amore captis*: tela subministrat ipse, quibus vacillantem alioqui, & calumnias valde obnoxiam ejus doctrinam trucemur. Ut enim addocuit nos Paulus, Episcopatus etiam desiderandi rationem esse quandam, pietati & religiosae modestiae nihil obtraherentem: si non observentur oculis votisque, nisi quæ Episcopatus pene individua sunt ornamenta, labores, cruces, persecutio[n]es, frequentes pro Christo mortes: ita, immo & aliquanto facilius intelligitur, posse Ordines dignitatesque Episcopatu[m] inferiores concupisci, non sine flagitio tantum, sed & cum laude, si una cordi sit, una amori sanctitas sacerdotalium functionum seposito abstergo[rum]que fuso omni humanarum opum dignitatumque.

VIII. Hac omnino ratione posteriori hac ætate complurimi virtutibus clari, ad dictissimum in Congregationes se conjecturunt mere Clericales, quarum indubium est gregales plerisque omnes ad Ordines sacros enectum iri: eo vel iure, vel more ita jamdiu ibi vigente. Qui his Sodalitiis nomen dant, ad sacerdotium aspirare videri dicique possunt: sed nullius tamen virtutis ambitionis affines sunt, aut vel suspecti esse possunt, cum nullæ interveniant humanæ illecebrae, nullæ sacerularium voluptatum, honorum opumque spes, utpote quæ ipso instituti sacri exordio funditus excisa sint. Ecclesia autem ipsa, quæ istiusmodi & Institutiones, & Congregationes auctoritate sua statim munivit, satis ipsa superque ab obliquis quibuscumque suspicionibus eas purgat sollicitationes, precesque pie ambitiones, quibus in eas adiutum sibi aperiunt omnis ætatis viri, quamquam eo admitti flagitantes, flagitent & quodammodo Sacerdotio se consociari.

IX. Jure autem meritoque exultimat Simeon idem Thessalonicensis, Episcopatum ipsum ambiri, prehensarique non posse. Etsi enim desiderari posset ea ratione qua Paulus docuit, quæ concupiscendi ratio, ipsa Episcopatus fuga & rario[n] est & difficilior, non posset tamen ambiri. Eligendi enim jus est penes eos, quibus ea de causa assentari flagitiosum est. Quinimmo cum electoribus patere non possint arcana cordium, exploratum illis nulquam esse posset, qui casto & puro, qui carnali, & impio flagrarent desiderio, ideoque omnes eos abigere a se tenerentur. Ut ergo innoxium

*Thomas. Tom. I<sup>o</sup>.*

aliquando esse possit Episcopatus desiderium; non potest sine gravi noxa desiderium illud explicari, & in tantæ dignitatis ambitiosum aucupium effundi.

X. Concludet hanc aptissime questionem Innocentius III. qui Episcopo Pictavienti mandavit, ut juniori Clerico Subdiaconatum conferret, qui Clericatu[m] consecratus fuerat ab ipsa parente sua, inter puerperii cruciatu[m] (1) & qui maternis obsecundans votis, minoribus jam fuerat initiatu[m] Ordinibus. Idonea suppeditabat eruditio, suppeditabat & patrimonium. Non sibi defuerat apud Episcopum Pictavientem. Et repulsa tam[en] passus erat. *A te instanter periit, ut eum in Subdiaconum promoveres. Tu licet habeat patrimonium, acquiescere recusasti.* Magis exorabilem se Pontifex præstitit piis Clerici hujus postulationibus. *Nos plu[m] ejus propositum attentes, &c.* Episcopo[rum] præcepit, ut Subdiaconum illum ordinaret. Absolutissimum mihi quidem videtur hoc Decretum Pontificis, & omnes partes complecti atque firmare superpositæ doctrinæ. A parentibus hic primum, inde & a seipso Clericatu[m] addictu[m] fuerat; nec opibus, nec honoribus inhatabat: quin suis impendiis avebat Ecclesiæ inferire: pietati ejus gratulatur Pontifex, nec permittit tantum, sed præcipit Episcopo, ut Subdiaconum ordinet. Una nobis objectari potest Subdiaconatus dignitas, ultra inferiorum jam Ordinum fortè eveneti. Sed proclivis & expedita responsio est, cum sacerorum Ordinum postremus esse Subdiaconatus, eo nec acui, nec sedari facile potuisse Clericorum aut ambitum, aut avaritiam. Denique cum Subdiaconatu primum irrevocabiliter quis Clero Deoque adstringatur, probabile prorsus est, hunc Clericum, alioqui necessariis vitæ subsidiis abunde instructum, eo ornari non alio consilio voluisse, quam ut se insolubili nexu Deo Ecclesiæque devinciret.

O

De

(1) Regest. 10. Epist. 155.

**De iis qui declinandi tantum lethi extre-  
mique supplicii causa ordinabantur.**

### C A P U T XXVII. P.z. l.z. c.8.

**De iis qui Clericatu ab Episcopis dona-  
bantur, quamvis eos ad Clerum non  
appelleret nisi quædam fortunæ  
procella, & declinandæ per-  
secutionis, aut justæ  
ultionis necessitas.**

I. *Veria* hujus infortunii in Oriente exem-  
pla.

II. *Quæ* hinc documenta exculpi possint.  
*Hic* Clericatus promiscue habebatur cum  
instituto Monastico. *Quæ* Ecclesia consilia  
in his ordinationibus violentis & extortis.

III. *Hinc* emicat Clericatu persuasissimum  
fuisse seculo prorsus renuntiari.

IV. V. VI. VII. Exempla ejusdem rei per  
Gallias. Violentas has ordinationes, suo  
tamen quodam modo fuisse voluntarias, &  
lapsu temporis libentissime voluntatis holo-  
causta.

VIII. IX. Perfimilia Hispaniarum exem-  
pla, ubi durior fuit consuetudo, nec tamen  
unquam ita dura asperaque, quin volunta-  
ria semper ha fuerint ordinationes.

X. Qui criminum consciis convictique fue-  
rant, persæpe in claustro, nunquam in Cle-  
ricatu pœnas luere jussi sunt,

I. Evidenter invictiusque constabit,  
quam libenter ab Ecclesia ad Cle-  
ricatum susciperentur, qui sacris se obse-  
quiis mancipare ex animo cupiebant; ubi  
declaratum fuerit, quam facile admittentur  
illi, qui eo varis infortunis, & vita  
tempestatibus impellebantur. A Socrate com-  
memoratum est (1), Julianum, qui postea  
Ecclesiæ desertor fuit, & hostis cruentissi-  
mus, ut ex animo Constantini Imperatoris  
excuteret eas suspiciones, quas vanitate ipse  
sua & imprudentia exciverat, Monasticum  
simulasse propositum, Lectoremque in Ec-  
clesia Nicomediensi ordinari se voluisse.  
Haud sane probabile est profiliisse Episco-  
puum, ut Imperatoriaæ prosapiaæ Principem

inopinum invaderet, & Lectorem initiatet.  
Obvius ergo approbavit ipse, nec repellere  
potuit. Narratur & a Theodoro Lecto-  
re (2) Marcianum, qui de Imperio cum  
Zenone certaverat, insigneque de eo quan-  
doque reportaverat victorias, captum tam-  
dem fuisse, & in exilium deportatum, cum  
prius Presbyter ordinatus fuisse. Perhibet  
& Evagrius (3), ut Constantinus Tyrannus,  
imparem se tandem expertus iustitiae,  
potestati, & exercitibus Honorii Imperato-  
ris, purpuram sponte exuerit, & in Eccle-  
siam ingressus, Presbyterum se ordinari  
evicerit. Auttor est Theophanes, Germanus,  
& Philippicum usque adeo, vel odio,  
vel terrori potius fuisse Phocæ Imperatori,  
ut eos Presbyteratu initiari coegerit (4).  
Germanus deposita coma ad Presbyterorum  
ordinem ejus jussu allectus est. Philippicus  
etiam crinibus attonsis Sacerdotii dignitatem  
asscutus est, & Chrysopoli in Monasterio a  
se extructo moram egit.

II. Non eo animo scribuntur hæc exem-  
pla, ut iis subscrribatur: quin potius, ut in  
ea pauca hæc animadvertantur. 1. Si non  
repellebantur a Clericatu & Ordinibus,  
qui pene inviti flagitabant, certe terrena,  
& carnali cupiditate adacti: multo minus  
rejici tum potuisse eos, quos infucata pie-  
tas ad eadem vota incitabat. 2. Increbuisse  
hæc exempla jam inde a quarto Ecclesiæ  
seculo. 3. Qui tristibus his rerum tempo-  
rumque vicibus ordinabantur, simulate fal-  
tem eos necessitati servisse, & cessisse Pro-  
videntia, ad voluntariam conversionem  
profitendam. 4. Qui Clericatu tum &  
Ordinibus illigabantur, eos simul, & temel  
Monastica instituta professos, ut ex Juliani  
exemplo declaravit Socrates.

Et eo sane prohibebantur tum Episcopi  
januam Cleri his occcludere, ut qui in Mo-  
nasticos se statim secessus conferrent,  
mundoque terga verterent, idque certa,  
& firma posthac voluntate vociterarentur.  
Quanti etenim sunt, qui mala bene ver-  
tunt, & qui necessitatibus aliquando tandem  
ita se se inflectunt, & accommodant, ut  
quæ violenta primo fuerat, voluntaria mox  
evadat conversio, & in summam quandoque  
erumpat pietatis arcem? Docuit nos  
alibi Augustinus, ne agricolis quidem, &  
opificibus quibuscumque obitui debere coe-  
nobiorum aditus omnes; propterea quod  
quanquam justissimæ sint causæ suspicandi,  
inertiae

[1] L. 3. c. 1.

[2] L. 2. circa Finem.

3) L. 6. c. 15.

[4] In Chron.

inertiae potius illos, & otii amore, quam sincera ferri pietate: sint tamen ex illis aliqui qui castissimo desiderio ferveant perfectionis Evangelicæ, & qui in ejus poltea fastigium evadant. Itaque ne hi rejiciantur, illos quoque esse amplexandos: cum libi uni Deus cordium perscrutandorum vim, & laudem vindicarit.

III. Si cui vero succurrat animo, non magnopere referre ad dignoscendam Beneficiorum priscæ Ecclesiæ disciplinam: tam operose declarari, admissoe foisse in Clericum, tum eos qui sua sponte id exposcebant, tum qui violento adversantis fortunæ turbine eo urgebantur. Respondebo permagni omnino interesse, ut persuasum sit omnibus, Clericatus professionem fuisse tum vere professionem, conversionem, religiōnem, fugam sacerdoti, & voluptratum vanitarumque ejus insaniarum: ideoque non potuisse non eo admitti illos, quos superne inspirata pietas, vel quos reflantis fortunæ turbo eo perpulisset. Permagni inquam interesse, ut omnino intelligatur Clericatum minoresque Ordines quandam veluti novitiatum fuisse, ubi Christi milites imbucentur omni virtutum genere, humilitate, paupertate, veste quippe ciboque contenti: ut ne suspicio quidem esset eo homines, vel opum cupiditate trahi, vel honorum.

IV. Veniamus ad Occidentales Ecclesiæ, & experiamur an & in iis appareant id genus exempla, in quibus eadem quoque liceat observare. Memoratur a Gregorio Turonensi Charanicus Rex jussu Clodovati Magni penas dedisse perfidiæ in hunc eundem modum attonsum in Clericum cum filio, tum ipse Presbyteratu, filius Diaconata, sacris altaribus ambo devinetti (1): *Vinctos rotundit & Charanicum quidem Presbyterum, filium vero ejus Diaconum ordinari juber.* Non facile crediderim, potius Victoria Clodovarum abrupte Episcopis præcepisse, ut miserabiles Principes tonsura, & sacerdotio donarent. Quin auguror potius, his optionem fecisse, ut aut perfidiam capite luarent, aut semel renuntiarent scculo, eique se includerent professioni, ubi res novare, & turbare quidquam amplius non posset, tumque ipsos statuisse secum, & exorasse ab Episcopis, ut attonsa coma, collatoque sacerdotio, spes sacerdoti omnes ejurarent.

V. Et hæc quidem conjectura, non similitudine tantum veri, Regumque in Episcopos observantia nititur, & Episcoporum in Ordinibus nonnisi consideratissime conferendis providentia: sed & aliis ab eodem Gregorio relatis exemplis, ac trium potissimum filiorum infortunatissimi Regis Clodomiri. Cum enim in manus patruorum incidissent Childeberti, & Clotarii, copiam illi fecere avia Clotildi reginæ sanctissimæ, alterutram ut eligeret perniciem, vel mactari pueros, vel detonderi, eoque reginæ familiæ, & dignitatis insignibus spoliari. Costrucidi sunt duo, tertius nixorum Clodulphus elapsus est, attonsusque & tandem Presbyter factus, regiam, sed coelestem, minus invidiosam, sed non paulo optabiliorem assecutus est coronam (2). *Is postposito regno terreno, ad Dominum transiit, & sibi manu propria capillos incidens, Clericus factus est, bonisque operibus insistens, Presbyter ab hoc mundo migravit.*

VI. Hoc Clodulphi exemplo dilucet, has professions, seu Clericales, seu Monasticas, quanquam in speciem primo vi extorqueri viderentur, voluntarias tamen, & jam tum aliquo modo fuisse, & omnino postea evasisse. Quanquam potuerint & aliqui forsitan ne ferreæ quidem, & ineluctabili cedere necessitatí, & contumacia calamitatem exaggerare. Merovæus sane regi & ipse sanguinis; veste primum donatus Clericali, tum ordinatus Presbyter, ita in Monasterium amandatus est, ubi Clericalis vita regulis imbuueretur (3). *Cum in custodia a Patre retineretur, tonsuratus est, mutataque veste, qua Clericis uti mos est, Presbyter ordinatus, & ad Monasterium Cenomanicum dirigitur, ut ibi Sacerdotali erudiretur regula.*

VII. Lubens omitto & alia quæ congeri possent exempla, & ad Concilium Aurelianense III. venio, ubi pœnis canonis (4) subjiciuntur Episcopi, qui invitòs, & reclamantes ordinabant; nec a communione depelluntur, et si Ordine sacro exauctiorantur qui uxores duixerant, postquam vi adhibita ordinati fuisse. Hinc perspicis Ordinationes, de quibus verba facimus, suo quodam modo voluntaria fuisse. Volebant enim effugiendæ mortis causa ordinari, et si alias noluisserent (5). *Quod si invititus, vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem*

(1) L. 2. c. 41.

(4) Ibidem. L. 7. c. 31. 36.

(2) L. 3. c. 18.

(5) Can. 7.

(3) L. 3. c. 14.

dem deponatur, sed non & Communione pellatur. Episcopus autem qui invitum, aut reclamantem präsumperit ordinare, annuandi pœnitentia subditus, Missas facere non præsumat.

VIII. His exemplis referta erat & Hispania. Eorum aliqua ab eodem Gregorio Turonensi (1) litteris mandata sunt. Satius esse tamen arbitror hic expendere Canonem Concilii Toletani VIII. quo percelluntur ii, qui jam nefarias nuptias appetebant, postquam Ordines in difficillimis hisce temporibus suis accepissent, quod non alias daretur fugiendæ mortis exitus (2). Quosdam aut eventu necessitatum, aut metu periculorum, adeptos fuisse novimus Ecclesiasticarum officia dignitatum: & quoniam cum hac illis imponerentur, id sibi fieri noluisse testantur, idcirco hæc spernere, atque ad pristine pertenant conjugia moreisque redire. Obtendebant illi nunquam assensos esse se Ordinationi. At contra Concilii urgebant Patres, Ministrorum sacrorum consecrationem non minus augustam, sacrosanctam & irrevocabilem esse, quam Chrismatis Altarium & Ecclesiarum: Si baptismo autem parvuli etsi minime consentientes, constringuntur tamen Christianæ fidei legique; non minorem Ordinis sacri vim esse debere, quamquam qui eo donantur, eorum extorqueatur aliquo modo consensus. *Quanto magis non convenit violare, quod pro mortis, aut pœnarum evadenda pernicie, occulta Dei dispensatione cognoscitur obvenisse.* Licit inviti perceperint quod merebantur habere, libentes tamen ob cœlestè retineant premium, quod nolendo per terrene consecuti sunt necessitatis eventum.

IX. Si rata habetur hoc Concilio eorum ordinatio, qui minus assentiebantur: *Id sibi fieri noluisse testantur, &c.* Licit inviti perceperint, &c. Nolendo consecuti sunt, &c. non tamen existimandum est nullum prorsus præstitum fuisse ab iis qui ordinabantur, assensum. Assentiebantur enim vero, quamquam illibentes, ut illi qui ut gravius declinebat malum, leviori assentiri, & acquiescere coguntur. Verissime enim dicitur, hoc malum eos pati invitatos, & tamen volentes assentiri, ne graviorem aliquam cladem sibi arcessant. Quibusde hic agitur, ordinationi eodem pacto con-

senserant, necessitate constricti inevitabilis alioqui mortis. Aut eventu necessitatum, aut metu periculorum, &c. Pro mortis, aut pœnarum evadenda pernicie, &c. Per terræ necessitatis eventum. Ecquis autem non, vel amarissimas sorbet portiones, metu mortis eo adactus, invitus, & tamen volens?

Episcopi ergo sacros Ordines his confreabant, tunc quidem non tantum volentibus, sed vehementissime volentibus, orantibusque, postquam non alia supererat salutis via. Unde ita ordinati non sere posse reclamabant, aut contra protestabantur, velut ii de quibus supra Concilium Aurelianense III. Hinc quoque non leve patrocinium Episcopis accedebat, quod per seipse assensus ille vi expugnatus primum, lapsum temporis confirmabatur, & dilucescebatur, & hinc gratia habebantur singulari Dei providentiaz, cui tempestates ipsaz famulantur, & diutissime jactatos eo jubente in portum tandem conjiciunt. *Occulta Dei dispensatione cognoscitur obvenisse:* Obiter moneo non aliter interpretandos esse aliorum Hispaniaz Conciliorum Canones, ubi ratus habetur baptismus Judæis invitatis datus. Et eorum enim ponitur certusque habetur simillimus consensus, vi expugnatus ille quidem, & metu mortis, sed consensus tamen, & voluntarius, eadem ipsa ratione, qua tam multa in vita communi fiunt metu mortis, & voluntarie.

X. Non debet hic denique præteriri quod in Cleri laudem, & decus eximium vergit. Nimurum gravium reos flagitorum, Clero nunquam in penam addictos fuisse, quamquam tum quidem non raro in Monasteria ablegarentur. Quod factum videtur non sacerdotii tantum contemplatione, sed ejus etiam innocentiaz morum, quem Clericatus postularet. Non plesti, sed honestari videtur scelus, si scelesti Ordinibus Ecclesiasticis innecterentur. Denique scelus ipsum antequam secularis Judicis sententia damnaretur, prædamnatum jam erat canoniciis institutis, & a sacerdotii quantulocunque consortio abscessum. Ideo quamquam criminosos compulerit quandoque inconsiderata, & præceps iracundia tyranni ad Ordines sacros suscipiendos, verum id nunquam canonico, vel juridico judicio factum, nunquam a Judice ullo pronuntiatum.

Quin

(1) L. 6. c. 43.

(2) Can. 7.

Quin & ubi tyrannica vi extortum illud est, non tam Clericali ordinatione puniebatur, quam spe dignitatis cuiuscunque civilis adipiscenda spoliabatur reus. An vero cum judiciali sententia Clerici laicique derrudebantur in Monasteria, id eo pertineret ut Monachì fierent, an ut poenitentiae tantum operibus se se dederent, id a proposito nostro alienum visum est inquirere.

---

**C A P U T XXVIII.** *P.3.l.2.c.7.*

---

Nec Clero, nec Claustris excludebantur qui vitandæ mortis causa eo confugiebant, sub Imperio Caroli Magni, stirpiumque ejus.

I. *Cur hec loco isto quæstio pertractetur?*

II. *Qui vi urgebantur, ut Clericalem, vel Monasticam Professionem completerentur, necessitati serviebant, volentes utique, & vel ita mortem declinare gaudentes.*

III. IV. *Varia exempla & infictæ hujus necessitatis, & accommodantis se vi voluntatis, liberaque confessionis.*

V. *Observantur nonnulla in iis exemplis.*

VI. VII. *Proferuntur exempla alia, & nonnulla rursus in ea observantur.*

VIII. *In Ecclesia Orientali iidem mores.*

IX. *Qui vi adacti fuerant ad alterutrum propositum, in eo perseverare cogebantur.*

X. *Doctrina Balsamonis de Professione Monastica, morte imminente facta.*

XI. *Antiquæ poenitentia successit Monastica Professio.*

XII. *An aliquando fuerint relaxati, qui in Cœnobia fuerant contrusi?*

XIII. *Voluntarii homicidae, qui ab asylo Ecclesiae distrahebantur, perpetuo arctabantur carcere, nisi clauso maliens.*

XIV. *Poterant Abbates ad Professionem admittere eos, qui vita mox abituri erant.*

I. **N**on pigebit hic illud refricare, quo adducti firmus consilio ad hanc quæstionem pertractandam, de iis qui tyrannica vi, vel tristissima necessitate constrinrabantur, ut se vel Clericali addicerent, vel Monastico instituto, quod non alia tum pateret mortis declinandæ via. Nimirum hic facile intelligitur, si ne hos qui-

dem Clericatu summovebat Ecclesia, multo minus ab ea abjici illos potuisse, qui sponte se se, & uno Ecclesiastici ministerii amore compnisi ad Tonsuram & minores Ordines offerebant.

II. Toto autem hoc capite operam nostram studiunque omne in id potissimum conferemus, ut testimonii & exemplis medii hujus ævi hic coacervatis, manifestissime rursum declaretur, ideo ad Clericatum & ad Ordines admisfos fuisse ab Ecclesia eos, qui de libertate, de vita periclitabantur, quod enixissime id & cuperent & flagitarent, ut quibus non aliud esset extremi supplicii effugium. Non poterat suo Ecclesia sinu excutere ad hoc ejus asylum confugientes reos, vel etiam sine reatu calamitosos : cum tam invicta tunc constantia suorum asyla templorum tueretur : & cum necdum excidisset memoria, quanto olim scelerosos ex ipsis pene Tribunalibus manibusque tortorum extortisfæt, poenæque subduxisset temporali, ut poenitentiaz addiceret, qua & scelera & scelerum supplicia æterna expungerentur. Illud enim serio animadvertisendum, in perturbatione frequentissima rerum temporalium semper victos victoris iræ & vindictæ obnoxios fuisse, quanquam non raro vel omnino innoxios, vel certe minus noxios. His ergo non iniquum erat patere Monasteria, battere Clericatum, quo se hostium & victorum furori subtraherent. Minus voluntaria primum erat ea conversio, sed utcumque tamen, jam tum, sed omnino tandem voluntaria : cum cedat tandem & accedat necessitati voluntas, ubi sapit, ubi insuevit, ubi virtutis longo tyrocinio mansuevit, & gratulatur tandem ei, & necessitati, & procellæ, quæ nolentem ejecit in eum portum, ubi non multo post lubentissime conquiereret.

III. In Concilio Attiniacensi Ludovicus Pius anno 822. primo quidem fratribus reconciliari studuit quos invitatos attenderi fecerat. Optimum Principem excandescentiaz hujus suæ poenitentiat; denique publicæ poenitentiaz lamentis eam culpam abluit. Carolus Calvus Pipinum quoque nepotem (1) Clericali tonsura constringit, quod in Aquitania res novaret, quin & habitu Monastico indui eum jussit, consilio usus Episcoporum, qui eam poenitentiaz formam ejus & natalibus & sceleribus consentaneam fore

---

(1) Conc. Gal. tom. 2. pag. 448.

fore existimarent, in Concilio Suectionensi II. ann. 853. (1) Consilio reverendissimorum Pontificum & Procerum attonsus & in habitu Monastico ad Monasterium sancti Medardi custodiendus & docendus deductus est.

IV. Thassilo Dux Bavariae, ut perhibet vetus Chronicum, ingeminata saepius perfidiae & perduellionis convictus, attonus deinceps fuit, & in Gemmericense Cenobium inclusus (2): Invitus iussus est comam capitis sui deponere, &c. Clericus effectus est, & exinde exiliatus est ad Cenobium quod appellatur Gemmericum. Duo quoque filii ejus tonsurati atque exiliati sunt.

Hæc paucis ibi: at locupletior alibi & diffusior Historia eorum temporum scriptor narrat Comitia Regni Generalia habita, ubi causa Thassilonis disceptata, capitalis sententia in eum dicta, Caroli Magni imperio & indulgentia suspensa ac mitigata sit, ut quem Thassilo affinitate contingere. Denique cum mortem ipse deprecaretur, rogaretque ut longo poenitentia decursu permitteretur in Monasterio quopiam sclera sua eluere, una cum filio quem habebat, ut prius perfidiae, ita & nunc poenæ socium, ac poenitentia: voti compos factus est (3). Dominus Carolus congregans Synodus ad villam Ingelhaim, &c. dum omnes una voce acclamarent capitali eum ferire sententia, Carolus piissimus Rerum mortis misericordia, ob amorem Dei, & quia consanguineus ejus erat, obtinuit ab ipsis Dei & suis fidelibus, ut non moreretur, & interrogatus a clementissimo Rege Thassilo, quid agere voluisset, ille vero postulavit, ut licentiam haberet sibi tonsurandi, & in Monasterio introeundi, & pro tantis peccatis penitentiam agendi, & ut suam salvaret animam. Similiter & filius ejus Theodo dijudicatus est, & tonsuratus, & in Monasterio missus.

V. Hinc manifeste illa existunt. 1. Quamvis inviti viderentur hi Proceres tonderi & ordinari: invitus iussus est comam capitis deponere: sponte tamen, immo & cupide eos voluisse. Quid enim tam voluntarie, quid tam cupide sit, quam quod necessitate vita tuendæ, & mortis propulsandæ fit? Ideo & Thassilo Judicum sententia morti addictus, in gratiæ & beneficii loco habuit, quod vita & professio ne Monastica donaretur. Eginardo etiam

testa Thassilo Cenobium & lubens primus intravit, & lubentior postea incoluit. Clemencia Regis licet morti addictum liberare curavit. Nam mutato habitu in Monasterium missus est, ubi tam religiose vixit, quam lubens intravit. 2. Ita viros nobilissimos humanius quandoque habitos, ut postquam morte damnati fuerant; poenitentia publica multatarent; ut quondam frequentissime capitale judicium connitentibus Episcopis Clericisque omnibus condonatum, & poenitentia publica laboribus commutatum fuerat; eo tantum discriminé, quod his posterioribus sæculis poenitentia stadium in Monasterio decurreretur. 3. Clericatum in his exemplis a Monastico instituto non sejungi. Hæc enim verba, Clericus effectus est, perlucie de Monastica professione capienda sunt. Et cum per hæc media sæcula aliquandiu indiscriminatim ea habita sint instituta duo; hinc forsitan emersit, ut & in Clericatum aliquando adigerentur rei eorum scelerum, quæ capitali supplicio expianda fuissent. Oltensa enim morte, quam declinare jam non possente, jam multis ipsis precibus id expugnabant, ut Clericalis potius, vel Monastica vita institutis constringerentur.

VI. Cum Pipinus quasi naturæ ipsius suæ immemor in parentem optimum Carolum Magnum conjurasset, in Conventu Regni generali anno 793. Ratisponæ cum conjuratis omnibus morte damnatus est. Donatus mox a Carolo Magno Comitiorum precibus, in Clericatum & in Monasterium contritus est (4): Universus populus judicavit ut vita privarentur, & ita de aliquibus impletum est. Nam de Pipino filio suo quis voluit Rex ut occideretur, judicaverunt Franci, ut ad servitutem eum inclinare debuisset. Et ita factum est, & misit jam Clericum in Monasterium. Auctor est Eginardus, optasse Pipinum ipsum, ut hac occasione posset poenitentia instituta serio capeſſere (5), Detonsum in Cenobio Prumiæ, religiosa vita, jamque volentem vacare permittit. Denique testatum facit Eginardus, ne Ludovicum quidem Pium quenquam Monasteriis addixisse, nisi quos conjurationis compertos Comitia Generalia morte damnarent (6). Judicio Francorum capitali sententia damnatos, &c. prout quisque nocentior, vel innocentior apparebat, vel exilio

(1) Can. 3.

(2) Du Chesne Hist. Fran. tom. 2. pag. 6.

(3) Ibid. p. 33. Ann. 788.

(4) Ibid. p. 38.

(5) Ibid. p. 101.

(6) Ib. p. 202. 280.

*lio proscribi, vel detondere, atque in Monasteriis conversari jussit. Quin & Theganus narrat a Ludovico Pio Abbatii donatos fuisse fratres suos & Episcopatibus, quos antea in Monasteria compegerat. Pocnituit quidem Ludovicum postea suæ in fratres suos inclemetiam. Sed vel hoc ipsum incredibilis ejus clementia documentum fuisse auctor est, qui ejus vitam scripsit: quod ipsum poenituerit poenæ secundum leges irrogatae, immo multis delinimentis mitigatae (1). Adeo Divinitatem sibi placare curabat, quasi hec que legaliter super unumquem decurrerant, sua gesta fuerint crudelitate. Humanitatis ejusdem specimen aliquot interiectis annis exhibuit in eos rursum, qui novæ conjurationis architecti fuerant (2). Cum omnes judicio legali tamquam reos majestatis decernerent capitali sententia feriri, nullum ex eis permisit occidi: sed laicos quidem præcepit locis opportuniis attenderi, Clericos vero in convenientibus istidem Monasteriis custodiri.*

VII. Strues ea & perspicuitas tanta exemplorum declarat apertissime, ut supra perstrictum est, 1. Non coactos fuisse ad Clericatum, nisi eos qui cogi se volebant, seu qui Clericatum morti volentes lubentesque præponebant. 2. Verutissimæ disciplinæ has fuisse quasdam veluti reliquias, morti temporali præripi reos, ut poenitentiaz laboribus immorenrent. 3. Prisca: quoque disciplinæ id fuisse, ut poenitentia in Coenobio quoipiam perageretur. 4. Tonsuram & Clericatum hic plerisque de Monastica professione intelligi debere. Aper-  
tissimum enim illad est in superioribus exemplis omnibus, quibus & alia possent adjungi. Ita Monachus Inculismensis ait, ultimum stirpis Clodovæ Principem Clericatu donatum esse in Monasterio, hoc est, & Monastica simul veste (3). Facto Clerico in Monasterio. Ea porro erat ejus rei ratio, quod minus tunc distingueretur Tonsura Clericalis a Monastica: cumque persæpe Clerici poenitentiam acturi in Monasteria amandarentur, facile persuasum est, posse in iisdem Monasteriis laicos quoque accepta Clericali Tonsura poenitentiaz laboribus defungi. Stephanus quoque IV. summus Pontifex eos, qui in ejus caput conjuraverant, vita donatos Monasteriis abdidit (4). Quos seluos conservare cupiens Monachos sa-

cere præcepit.

VIII. In Orientem trajicio, ubi constim ejusdem disciplinæ impressa observo vestigia, ejusdemque morum doctrinæ. Analtasius imperio cedens Theodosio, ut & sceptrum illi certius adsereret, & sibi vitam, *Dato sacramento Clericus factus, atque Presbyter est consecratus.* Verba sunt ea Analtasii Bibliothecarii in vita Gregorii Et. Addit Theophanes in Monasterii latebrae conjectum fuisse Analtasium. Si Presbyter autem ordinatus est, quanquam procu-  
lissima a probandis vel defensandis hoc gen-  
nus facinoribus: succurrit tamen animo,  
quo difficultas ea & rei insolentia elevetur.  
Analtasius infortunii magis sui, quam sceleris præ Theodosio luebat poenas. De Imperio certarant. Non ea semper causa melior, quæ felicior. Poenas dabat Analtasius, non gravioris culpæ, sed infelicitatis pugnæ. Itaque videri quibuidam potuit, non statim ubi ab Imperio excidit, etiam innocentia excidisse ea, quæ ad Presbyteratum desiderabantur. Adde quod Ordo sa-  
cer in hoc genus exemplis collatus videtur fuisse, non tam ut ejus munia obirentur, quam ut certius constaret de ejurata spe sacerularum quarumcunque dignitatum. Quam multi enim olim Ordine sacro do-  
nabantur, cujus functiones nunquam adi-  
rent?

Urgenti olim Bardæ, ut tonderetur & sacro velo obnuberetur imperatrix mater cum sororibus Michaelis Imperatoris: constantissime renuit Ignatius Patriarcha, contestatus nullius eas sceleris conscientias esse. Ita enim Nicetas in vita Ignatii: *Et vero nunc quod Reginarum est facinus, quæve in illis causa, ut majestas vestra adversus eas talia machinetur.* Irene Constantini Imperatoris mater (5), mariti sui fratres, Cesares & Nobilissimos, raso capite in Ordinem Sacerdotum redigit, qui natalitio Christi festo sacris populis impertirent: quod nimis in ipsam & Constantinum filium conspirassent, ut auctor est Cedrenus. Cum Nicephorus Botoniates Imperium invassis-  
set, Michaelē deturbato & in Monasterium detrufo, Patriarcham & Metropolitanos immisit, qui eum detonderent & Archiepiscopum Ephesinum inaugurarent, ut perhibet Europolates (6). Michael de-  
tonsis capillis, sententia Patriarcharum &

Me-

(1) Ib. p. 301.

(2) Ib. p. 308.

(3) Ibid. p. 69.

(4) In ejus vita.

(5) Cedrenus pag. 469.

(6) Pag. 864.

*Metropolitanorum, Ephesi Archiepiscopus de-ligitur. Iniolentiora sunt sane hæc exem-pla & pene singularia. Longe numerosior enim eorum turba, qui ad Monasticam vitam cogebantur. Sed illud non abs re-forsan hic observabitur, qui ad Clericalem contrudebantur professionem, eos nullius criminis infamia laborasse, cum vigerent etiam tum Canones, per quos a Clericatu cujuscunque sceleris infamia aspersi elimi-nabantur. Præfesta quidem illi & pre-ci-piti celeritate ad sacros Ordines, ad sum-mas etiam dignitates impellebantur: verum nemo non videt quam non possint hæc in exemplum trahi, quæ a summa potestate, ne dicam vi, proficilcebantur. Nec in cri-men vocandi sunt Episcopi, qui Ordines tunc conferebant, cum renuendi constan-tiam & Canonum infraictam observantiam retinere non possent, nisi alienæ salutis & vitæ dispendio. Consentaneum non erat, ut laudem constantie tum aucuparentur Prælules, cum de capite virorum nobilium Principumque ageretur.*

*IX. Non est etiam quod quenquam mo-veat, si tam religiose observari jubebantur hæc tunc professiones, vi certe expresse. Tradit enim Balsamon, quod magis stu-pendum est, illos etiam quos repentina vis morbi oppresserat, adeo ut ne sentirent quidem, cum religiola eis velitis indueretur, siquando sepe pristinalque vires recu-perarent, coactos suisse professionis Mo-naстicæ institutiones, laboreisque omnes per-fungi (1). Vidi multos qui ad extremam fere respirationem tonsi sunt, & qui propter morbum neciebant quidem quid ipsi fieret, qui cum postea vellent habitum recipere, propter ignorantiam, & quod morbo male affecti essent, & in secularibus vitam age-re vellent, id non fuit eis permisum, sed para etiam affecti fuere: alios autem qui cum temere ad pristinum habitum reversi essent, rursus ad priorem Monasticum habi-tum vel inviti reversi sunt. Cum autem cavissent Carthaginenses Canones, ne ægrotis non potentibus baptismus daretur; ex quo consequens esse videbatur, ut nec poenitentia non potentibus, nec quidquam sentientibus, ingereretur: Responder Balsamon fidelibus omnibus insitum esse, & ipsa regeneratione insertum illud desiderium, ut ne hinc excedant, nisi peccatis per poe-*

nitentiam absteris; infidelium vero men-tes nullo istiusmodi desiderio, aut voto oc-cupatas esse (2). Orthodoxis enim ut qui futurum Dei judicium sperent, poenitentia cohabitar, & quilibet proposito Christianus desiderat, ut per tonsuram ei sua peccata remittantur. Ea est Balsamonis doctrina, in qua per me licet, ut suo quisque frua-tur judicio.

*X. Nec vero fas est silentio præteriri scitum illud ejusdem Balsamonis, quod eti-  
no nihil digredi nos cogat ab initio, excusabit breve diverticulum, rei utilitas non modica certe. Ait ergo ille, qui in-gravescente morbo quopiam & desperata jam pene salute, habitum induunt Mono-nasticum, eos coram Deo pro veris haberi Monachis: quippe de Deo scriptum est (3), Ubi te invenero, illuc te judicabo. Unde apud eum quisque censemur, ex animi præ-  
paratione qua hinc excedit. At non ita res se habet coram hominibus. Si quis enim habitu Monastico ita donatus est, is non potest, nec ipse, nec heredes ejus ea gaudere donatione, quæ ab ea conditio-ne suspensa fuerat, si Monachus fieret. At contra cui donatum est quidvis, si modo liberos suscipiat, is si sanus vegetusque Mo-naстicum institutum profiteatur, donatione gaudebit, & rei donatae fructus in pau-pe-  
res dispensabit; at si Monachus non fiat, nisi in extremo vita fugientis discrimine, irrita erit donatio, ejusque fructus omnes restituuntur. Si is qui sub liberorum condi-tione rem aliquam gravatam accepit in sanitate tonsus fuit bona gratia, recte ut eam ad piæ causas relinquat, & restitutio cessabit. Sin autem in extremi spiritus tem-pore, eam ad piæ causas non transmittet, quod invalida fuerit conditio, & locum ha-bebit restitutio.*

*XI. E diverticulo nunc in viam, a qua tantisper deflexeramus, redeundum nobis est: & illud primo recolegendum: olim stu-duisse Clericos, ut reos morti subducerent, a qua tantumdem fere periculi animæ, quam corpori impendebat, ut eos poenitentiaz subjicerent, qua & temporali nunc, & æternæ postea morti eximerentur. Re-colegendum illud rursum habitum poenitentiaz injectum plerumque fuisse iis, qui in ex-tremis agebant. Et duplice poenitentiaz ra-tioni succedit poltea Monastica professio, ei-*

(1) In Synod. Constant. Can. 2. pag. 354.  
(2) In Can. 12. Neocæsar.

(2) In Can. 49. Carthag.

eique implicati fuere, tum quibus æquissima scelerum vindicta, tum quibus disperatissima quædam ægritudo proximam certaque mortem allatura videbatur.

XII. Testificatur & alibi Balsamon, qui tonsi, Monasticaque professione Imperatorum ius tu illaqueati fuerant, quantacunque illis vis adhibita fuisset, nunquam eos postea tam sanctæ professioni renuntiare potuisse (1). Ne qui Imperatoria auctoritate tendentur, possunt transformari, habitumque mutare, sed erunt necessario Monachi, etiam si vi tonsi fuere. Persuasum probabiliter erat, mandata istiusmodi Imperatoria, non æquitate tantum legum, sed & humanitate multa temperata & condita fuisse, utpote quæ vita sanctiori, & immortalitati beatissima initium daturæ, ad diceret eos, qui dupli morte, temporali & terrenaque alioqui periclitabantur, ut supra patebat in exemplis Caroli Magni, & Ludovici Pii.

Specialis excubabat providentia in Matronas nobiles, quas non raro Imperatores in Monasteria foeminarum detrucebant. Cum Andronici Imperatoris conjux claustris egredi & ad Hungariae Principem, qui eam uxorem deposcebat, averet ipsa, per cuperent & complures alii, restitit Concilium Constantinopolitanum (2): quod nempe quanquam invita eo conjecta fuisset, non tamen nisi post mariti mortem detonata esset, & in Monasterio perdiu versata. Ex quo ejus & conjiciebatur consensus & probabatur. Contra autem Matronis aliis in hoc eodem Concilio indultum est, ut sacerularem vestem resumerent, propterea quod superstites essent earum conjuges, & quod post tyranni mortem professioni nunquam consensissent.

XIII. Quod supra vero perstrinximus, vix, ac nec vix potuisse tunc Ecclesiam asylo & perfugio eliminare suo noxios, qui ad eam recarrebat: id auctoritate Emmanuelis Comneni confirmari potest, eaque ejus Constitutione, qua prioris Constitutionis macula absterfa est. Legem enim revocavit Emmanuel Constantini Porphyrogenetæ, quæ cogebat voluntarios etiam homicidas Tonsuram suscipere Monasticam, quantumvis illi quidem reniterentur. Scite autem monet Emmanuel, ne eos quidem quos germana & fuci nescia pietas instigat,

*Thomas. Tom. IV.*

ad Monasticam admitti debere professionem, nisi diuturno probatos tyrocinio: tantum abest, ut ad eam invitus cogi possit quisquam, nedum scelestissimi mortalium & homicidæ voluntarii; quorum professio per vim extorta, ipsis Monasteriis cædes & cruentas invehere aliquando posset carnificinas. Itaque pro claustris Emmanuel carceres perpetuos voluntariis destinat homicidis, qui in Ecclesiam confugerint (3). Quamobrem tonsure loco majestas tua statuit, ut qui cædem sponte sua premeditatus admisit, in custodia toto vite sua tempore degat, ex ea nunquam educendus, ne ius tu quidem imperatorio per oblivionem forte principis elicito. Ipso asyli Ecclesiastici privilegio morti subducebantur voluntarii etiam homicidæ: idque in causa erat, quamobrem Monasticæ professioni, cui addicebantur, assentiri nollent. Quo etiam adductus est Emmanuel, ut pro Monasteriis, perpetuo illos carcere concluderet. Si qui vero eorum enixius rogarent admitti se in Monasteria, diutinis probati experimentis, ea lege suscipiebantur, ut revocare gradum nunquam posthac daretur. Quod si consulo factæ cædis auctor, sponte sua tonsuram experat, non temere Monachorum in Ordinem admittetur, sed magna cum accuratione & exploratione temporis.

XIV. Restat unum hoc quod addam ex eodem Jure Orientali (4). Ubi Patriarcha Chartam concedebat Abbatii, qua Confessiones excipere, & peccata dimittere eorum posset, qui eum sibi Patrem spiritalem adsciscerent: copiam quoque illi faciebat donanda & vestis, & tonsuræ Monasticæ iis, qui eam, vel valentes depositerent, vel ex morbo decumbentes. *Eidem concedimus, ut illis tonsuram impertiatur, qui eata vel in vita sua vel etiam in extremis respirationibus expetunt.* Apparet hic tantopere propagatam fuisse eam consuetudinem induendæ in extremis Monasticæ vestis.

P

De

(1) In Can. 49. Basili.

(2) Idem pag. 1118 Suppl.

(3) Juris Ori. tom. I. pag. 164.

(4) Ibid. p. 457.

---

 De Jure Patronatus.
 

---

## C A P U T XXIX. P. 1. l. 2. c. 7.

De Jure Patronatus, seu de præsentatione  
per quinque priora Ecclesiæ  
sæcula.

I. Ut quæstio hac cum superioribus coheret.

II. Patronatus Ecclesiasticus in Concilio Arausicanus, in gratiam Episcoporum, qui Ecclesiæ extruebant extra Diocesim propriam.

III. An ad successores id jus manaret?

IV. V. Eo jure laici ibi excluduntur.  
Cur?

VI. VII. Exempla Patronatus laici in Oriente, ubi Ecclesiæ extruebant ruri in dominibus villisque Magnatum.

VIII. Necdum in Occidente ei juri locus erat.

IX. Exempla alia Patronatus laicorum in Oriente.

X. Capit ergo Patronatus laicus quidem in Oriente, Ecclesiasticus autem in Occidente.

I. **E**xensis hactenus variis gradibus ejus potestatis, quam Canones Episcopis, Clero, populoque contulerant ad diligendos Beneficiarios, & Beneficiariis ipsis ad servandas, resignandas cedendasque & deferendas Ecclesiæ fas: pergendum ad illud jam nobis est jus Patronatus, quod parare sibi singuli quique potuere, ad nominandos præsentandosque Episcopo ministros extractarum a se Ecclesiæ. Cum hoc autem capite propositum nobis sit, non expatriari extra quinque priora Ecclesiæ saecula, fateri cogimur rarissima tunc fuisse Patronatus exempla.

II. Eo seu jure, seu privilegio perspicue satis in Concilio Arausicanus donantur Episcopi ii, qui extra Diocesos suæ fines terris fundisque quibusdam gaudent, in iisque Ecclesiæ exædificant. Quanquam enim earum nec dedicationes altarium, nec Ministrorum Clericorumque quorumcunque

ordinationes vindicare sibi possint; diligenter arbitratu suo possunt eos, qui in eis ministraturi sint. Hic certissime Ecclesiasticus est Patronatus, Episcopo soli concessus in aliena Diocesi (1). Si quis Episcoporum in aliena civitatis territorio Ecclesiæ adificare disponit, vel pro fundi sui negotio, aut Ecclesiastica utilitate, vel pro quaevunque sua opportunitate, permitta licentia adificandi, quia hoc prohibere votum nefas est, non presumat dedicationem, quæ illic omnimodis reservatur, in cuius territorio Ecclesia assurgit; reservata adificatori Episcopo hac gratia, ut quos desiderat Clericos in re sua videre, ipsos ordinet is, cuius territorium est: vel si ordinati jam sunt, ipsos habere acquiescat. Et omnis Ecclesia ipsius gubernatio ad eum, in cuius civitatis territorio Ecclesia surrexerit, pertinet.

III. Satis dilucide hic pronunciatur, hoc Patronatus privilegio donari Episcopum, qui Ecclesiæ construxerit in alieno Episcopatu, & in eo agro, qui vel Ecclesiæ ejus, vel patrimonii proprius fit. Sed non satis perspicue declaratur, an Episcopi hæredes ac successores in ejusdem agri & Ecclesiæ possessionem, eodem quoque Patronatus jure fruituri sint. Si quidem Ecclesiasticus erat is fundus, qui Episcopatus successor erat, in id quoque Patronatus jus probabiliter creditur successisse. Quanquam enim illud annueretur adificatori Episcopo: cum tamen in Ecclesiæ agro, & ex Ecclesiæ redditibus extracta esset Ecclesia, æquum erat ut Patronatus Episcopatu potius quam Episcopo, sed magis quam personæ adjungeretur. Quin & in Concilio hoc ipso æquum esse significatur, ut ne habeat alias Episcopos Ministros quam quas defiderat Clericos in re sua videre. At hæc eadem ratio suffragatur omnibus in Episcopatu successuris.

IV. Sed si patrimonialis hic esset ager, in quo ab Episcopo excitata hæc fuisset Ecclesia: an qui hæredes erant agri, erant & Patronatus, atque ita jam laicus Patronatus evadebat? Non satis mentem in ea re suam aperuit Concilium. Quiquimmo videri potest laicos omnia proscriptiæ Patronos, quando in eodem Canone penes decernit in laicos, qui constructas a se Ecclesiæ voluerit ab alio, quam a Diocesano Episcopo dedicari: & ne verbum quidem

---

(1) Can. 10.

~~quem~~ facit ullam de jure eo, quo possint  
hi laici Ministros Ecclesiarum hujus Iuræ Epi-  
scopo præsentare.

V. In promatu illa quidem est ratio, quæ  
laicis adstipuletur: quod suis impenediis &  
hæreditariis fundis Ecclesiæ construxerint:  
cum Clerici Ecclesiæ fundatores videri  
possint, ex Ecclesiasticis proventibus eas  
extruxisse: ut potiori jure remunerandi vi-  
deantur Laici, qui de suo gratificentur.  
Verum aliunde longe plausibilior dicetur  
Episcoporum causa, qui exploratissimum  
habeant, quibus & qualibus ministris egeat  
Ecclesia, quæ eorum laudes & virtutes  
esse debeant juxta Canonicas Sanctiones,  
quarum nec Laici, nec inferiores Clerici  
parem habent peritiam. Denique de privi-  
legio hic legitur, quod unius Episcopo ex-  
prello a Concilio indulgetur, cujas adeo de  
aliis quibusque silentium nullis non præju-  
dicat conjecturus.

VI. Preces, immo & mandata inculca-  
vit Chrysostomus opulentis omnibus, ut in  
villis suis ruri Ecclesiæ extruerent, eoque  
pietatis monumento jugem cœlestium be-  
nedictionum torem in omne patrimonium  
suum allicerent; ut cui præsto essent Pres-  
byteri, Clericique alii, his Ecclesiæ affixi,  
sacra ibi Mysteria statis diebus celebraturi;  
oratione mensam epulasque condituri, Chris-  
tianæ doctrinæ rivulis irrigaturi familiam  
omnem, Decimas denique Primitiasque  
omnium in suos pauperumque usus expen-  
suri (1). *Fora* quidem & balnea faciunt  
multi, Ecclesiæ autem non item; & omnia  
magis quam has. Ideo oro, & supplico, &  
gratiæ peto, immo & legem pono, ut nullus  
qui haberet villam, appareat carere Ec-  
clesia, &c. Educa Magistrum, educa Dia-  
conum & sacerdotalem Ordinem; quasi du-  
cta uxore ditem adscribe. Quid non erit il-  
lic honorum? Parumne est, oro, torcular  
benedicti? Deum esse omnibus frugibus partem  
& primitias accipere? Simul prudentem ha-  
bere Sacerdotem, simul conversantem? Pa-  
rumne est in sanctis oblationibus nomen tuum  
semper referri?

Nemo non videt quam probabile sit his  
Ecclesiæ fundatoribus permisum fuisse  
tum potestatem, ut quos maliens Episcopo  
præsentarent Presbyteros ministrosve alios,  
ut qui secum versaturi jugiter essent, men-  
sæ, familiæ, denique doti Ecclesiæ præ-  
futuri.

Non oscitantes hic autem legendum if-  
lud est, quod testatum facit Chrysostomus.  
Patroni jus fuisse ut inter Missarum so-  
lemnia e Sacris Diptychis nomen ejus reci-  
taretur. *Parumne est in sanctis oblationibus*  
*nomen tuum semper referri.*

VII. In suburbio Chalcedonensis civita-  
tis refert Sozomenus (2) ædificatam fuisse  
a Russuo domum Regiæ impenediis longe  
magnificentissimam, extructamque juxta  
sub nomine sanctorum Apollonorum Petri  
& Pauli Ecclesiæ: denique Russenus Mo-  
nachos in vicino collocavit, qui Clericos  
Ecclesiæ supplicerent. Tam Monachi possunt,  
quam Clerici Episcopo in Ecclesiæ mini-  
steria præsentari. Et hos ergo Russinum  
presentasse facilis conjectura est.

VIII. Intexit Gratianus Decreto suo duo  
capita, quibus nomen Gelasii Papæ præfixum  
erat. Approbat hic Pontifex a viris prædivici-  
bus constructas in suis latifundiis duas Eccle-  
siæ, quas & dedicari jubet, hac ante propria  
lege, ut nihil sibi fundator ex hac Basilica  
noverit vindicandum, nisi Processionis adi-  
tum, qui Christianis omnibus in commune  
debetur. Caligine nescio qua hac verba  
obumbrarentur, nisi lux affulgeret ex per-  
similibus alii ejusdem Gelasii Rescriptis,  
qui in lucem edita sunt a doctissimo viro  
Holstenio (3) in Collectione sua Romana.  
His enim ex Rescriptis compertum est  
Processionem a Gelasio vocari sacram omnem  
Officiorum & Mysteriorum in Ecclesia ce-  
lebrationem. Quippe Patronus, Proces-  
sionis dominus, oblationes omnes invaferat.  
ita ut non possent Clerici suo officio de-  
funghi, ad processionem venire, quod justa  
& necessario stipendio fraudarentur. Ideo  
& Episcopus consilio Papæ obsecratus, Of-  
ficia celebrari interdixerat: Processionem  
sub nostra consultatione suspenderas. Irreli-  
gioosi Patroni hujus successor Episcopo, vel  
ei quem ipse deputasset, jura ejus Ecclesiæ  
omnia redintegravit. Aut ad eum cui Ba-  
silicam deputaverit. Tunc mandato Papæ,  
redintegravit & Episcopus Officia, Proces-  
sionem supradictæ Ecclesiæ te convenit ordi-  
nare. Perpicua cum primis & contentanea  
apparet hæc interpretatio. Occurret forsitan  
& alibi aliquid non minus opportunum.  
Sed illud hic manifeste patet, etiam tum  
cum proventus hujus Ecclesiæ a se prius  
usurpatos restituerunt Patroni, nihil sibi  
eos juris vendicasse, ad Beneficiarii præsen-  
ta-

(1) In Acta. Hom. 11. (2) L. 8. c. 87. (3) Collect. Rom. pag. 209. 210.

**IX.** Præsentandi jure indubitatius utebantur Patroni laici in Oriente. Refertur a Theodoro Lectore Pulcheria Imperatrix res omnes suas testamento Ecclesiæ reliquise: at dum vita suppeteret, plures Ecclesiæ possedisse. Possederat autem Pulcheria Oratorias domos multas, eam quæ Blachernensem, & quæ Chalcoptoriorum, deinde & Hodegorum, ad hæc & quæ Laurentii Martyris. Nemo cordatus non facile assentietur, a tanta & tam pia Imperatrice Ecclesiæ has omnes, vel fundatas, vel reparatas fuisse, vel locupletatas, unde illius certum accederet constitwendorum in iis Ministrorum; ut non injuria has Ecclesiæ possidere diceretur.

Eudoxia Imperatrix Theodosii Junioris conjux, cum plura, eaque splendidissima templo in Palæstina excitatæ, quibus collibitum sibi fuit, eorum administrationem demandavit. Scriptor vitæ B. Eutymii Abbatis Cyrillus, fidem facit de Ecclesia sancti Stephani, quam amplissime dotataam contulit Gabrieli Monacho, quem prius curaverat Presbyterum ordinari (1). Cum ei multum tribuisset redditum, ejus curam dedit Gabrielio.

Narrat idem Scriptor, ut nobilis & pia matrona (2) Bassa Andream Pastorem effecerit, & Prefectum Monasterii, quod ab ea fuerat adificatum. Si foundationis jure Abbates nominabant Monasteriorum, quanto probabilius Rectores & beneficiarios quarumcunque aliarum Ecclesiæ.

Consulto omisla est a me Athanasii Alexandrini Episcopi contestatio ad Constantium Imperatorem, non commissurum se, ut citra ejus mandatum Ecclesiæ dedicaret, quam ipse Alexandria construi iussisset. Nec enim hinc elici quidquam posse videtur, quo jus Patronatus illustretur.

X. Illud ergo ex his concluditur, Patronatum quidem Ecclesiasticum in Occidente fundamenta habuisse primum, Laicum autem in Oriente prius emersisse, antequam ejus ulla in Occidente eminerent veltigia, saltem quoad jus præsentandi. Sed hanc Patronatus Laici obscuritatem inter priora hæc sæcula abunde compensabat egregia illa potestas, qua fruebantur tum laici in

### C A P U T XXX. P.z. l.z. c.14.

De Patronatu Ecclesiastico Laicoque sub Imperio Clodovæ usque ad Carolum Magnum.

I. In Italia tam Ecclesiasticus, quam laicus patronatus per hec tempora illustrior.

II. IV. Varia exempla Ecclesiastici Patronatus.

V. VI. Nec tamen incompertus tum omnino Patronatus Laicorum.

VII. Abbates præsentabant eos qui eorum Ecclesiæ sacra faciebant Presbyteros.

VIII. IX. X. Patronatus laicus altiores egit in Gallia radices in Beneficia simplicia & Parochias.

XI. Usque XVI. Varia exempla ex Historiis & Conciliis Patronatus Regii. Jura definita Patronorum.

XVII. XVIII. XIX. In Hispania eximiis Laici Patroni potissimum sunt privilegiis, sed ad jus præsentandi tardius pervenerunt.

X. XXI. De Patronatu maxime Imperatorum in Oriente, & in Ecclesiæ Catholabus.

XXII. XXIII. In unius Episcopi potestate erant Parochia.

XXIV. Quibus causis posset Episcopus rejecere presentatos?

XXV. Intra quod temporis spatium presentari necesse sit?

XXVI. Qui variare & alternare possit patronus?

I. **J**us Patronatus sacri in illa præclare emicat Gregorii Epistola, qua declarat conferri a se Beneficia, quæ effient in patrimonio B. Petri, quamvis in Gallicanorum Epicoporum Ecclesiæ illa sita essent: His quidem verbis non satis exprimuntur Parochia (3): *Oratorium, aut locus, qui Presbytero, vel Abbe indigeret.* Sed Abbatiales saltem illæ Ecclesiæ & Beneficia simplicia terrarum patrimonialium sancti Petri ad nominationem, vel collationem Papæ spectabant.

II. Ecclesiasticus hic certe Patronatus erat.

(1) Baron. an. 455. n. 21.  
 [3] L. 9. Ep. 65.

[2] Ann. 460. n. 24.

erat. Laicus enim in Italia neicum forsan eo ævo invaluerat satis. Quippe Gregorius ipse iusso Ariminensi Episcopo, ut Oratorium a religiosa & locuplete matrona conditum Deo dicaret; vetat mox ne Presbyterum ibi Cardinalem constituat, hoc est Titularem; sed mittat tantummodo unum e suis, qui toties ibi Mysteria celebret, quoties illa sibi Mysteria celebrari flagaverit (1). Nec Presbyterum constitutas Cardinalem, & si Missas forte maluerit fieri sibi a Dilectione tua Presbyterum noverit postulandum. Cumque rursum alibi idem Pontifex ad Neapolitanum rescripsisset Episcopum, ut Ecclesiam dedicaret Monialium civitatis Neapolitanæ, nequaquam constitui jubet ibi Presbyteros, quos vel Abbatissa, vel Fundatrix prætentarit. Fidem tamen facit santissimus Pontifex nominatam a Fundatrice fuisse Abbatissam: qui utique Patronatus est, vel præstantius aliud laico Patronatu (2). In quo Gratiosam Abbatiæ preeesse disposuit, simulque & Oratorium extruxisse dognoscitur, cui & pro votu suo quatuor uncias totius substantiae sue dimisit.

III. Credita fuerat Ecclesia sancti Pancratii Presbyteris, qui cum incuriosius fungerentur munere suo, ne diebus quidem Dominicis populo satisfaciebant ad participanda sacra Mysteria undique convolanti. Cui malo ut obviam iret Gregorius, Monachos ibi Abbatemque constituit, a quo aliunde arceleretur Presbyter, & congruis assignatis sibi stipendiis, sacra ficeret (3). Præcipimus ut peregrinum illuc debeas habere Presbyterum, qui sacra Missarum posset solemniter celebrare: quem tamen & in Monasterio tuo habitare & exinde vita subsidia habere necesse est. Presbyter hic instar habebat Beneficiarii simplicis, nulla animarum cura onerati, quem deligeret & institueret Abbas, cibo & repto donaret idoneo, tanquam congrua portione, reliquis Ecclesiæ proventibus in Monasterii necessitates convertendis. Patronatus ergo & hic erat, sed Ecclesiasticus.

IV. Subdiaconus Mamertinæ in Sicilia civitatis Basilicæ Martyrum fundamenta jecerat. Scripsit Gregorius ejus urbis Episcopo, ut fundationi diligenter perpens assentiretur, sed Fundatori significaret, exinde in eam Basilicam nihilo plus ei poter-

statis residuum fore, quam cuicunque fideliū, procedendi videlicet & orandi in ea (4). Enuntiatur ex more, nihil illic Conditoris jure ulterius jam deberi, nisi processionis gratiam, qua Christianis omnibus in commune debetur. Hæc verba, nisi processionis gratiam, qua fidelibus omnibus in commune debetur, ingeniose sane a non-nullis exponuntur, de prærogativa honoris in procedendo & sedendo quæ propria est Fundatoris, cum fideles ceteri nulla speciali gratia fruantur, sed promiscue & in commune procedant sedeantque. Quasi hæc verba processionis gratiam his opponantur in commune. Verba quibus utitur Gelasius (5) in duobus Rescriptis huic finitimi, de quibus nos supra, refragari videntur huic interpretationi: *Processionis aditum.* Et veri tamen simile est, posteriora scula, quæ hac utique honoris prærogativa Patronos nobilitarunt, in eam sententiam deflexisse verba Gelasii & Gregorii: quibus postea assensus est & Clemens III. in Decretali, *Nobis fuit, De jure Patronatus,* ubi hodiernam delineat consuetudinem, & ad normam priscorum Canonum eam a se delineari profitetur.

Illud certe in controversiam trahi vix potest, quin & hoc Gregorii Decretum & illa Gelasii duo Rescripta, Patronos præsentationis jure defraudent, ut quod in Italia haec tenus prorsus fuisse inusitatum. Ut rem autem altissima ab origine repeatam, monebo, immo memoriam eorum refricabo, quæ alibi supra declarata copiose sunt, plerique tum Capellis, Oratoriis, Basilicis, nullos adhuc tum proprios fuisse Presbyteros, sed cum opus esset, eo ab Episcopis delegari solitos. Ita jus Præsentationis minus sollicitos habebat Patronos. Denique tum Gelasius, tum Gregorius id potissimum laborabant, ut Patronis funditus excuteretur improba illa spes, in partem veniendi oblationum Capellæ cujusque; utque ea consuetudo ubi irrepererat, extirparetur. Ad id vero mirum in modum conducebat, ut ne it, quos delegisset Patronus, Ecclesiæ vel Capellas regerent ministri.

V. Cum Surrentina Episcopo orbata esset Ecclesia, electusque fuisse Presbyter Oratorii, quod in Castro erat matronæ nobilis, recripsit Gregorius ad Subdiacolum

(1) L. 2. Ep. 9.

(2) Ep. 59.

[3] L. 3. Ep. 18.

(4) L. 12. Ep. 11.

(5) 16. q. 7. C. Pim mentis C. Frigentius.

nus Rectorum Patrimonii Romanæ Sedis in Campania, ut examen de illo institueret : & si Episcopati gerendo idoneum commerisset, Romanum delinaret, petito, et si forsan minus impletato assensia matronæ (1). Ne gloria filia nostra Clementina hoc moleste suscipiat, ad eam experientia tua pergas, & cum ejus voluntate hoc facias. Sin vero renisti voluerit, huc eum sine mora transmittit, &c. Nec recedit a verili militudine, penes hanc matronam fuisse jura Patronatus, qui tum utique laicus fuerit. Quo referri etiam debet, quod alibi idem Pontifex Lunensi mandavit Episcopo, ut Presbyteros ordinet, Diaconosque, quos militiaz Dux quidam presentaret, diu ante tamen examinatos, quo re divina in urbe quadam fungerentur. Eos qui ad consecrandum eliguntur, fraternitas tua diligenter inquirat. Umbra quedam hæc dici poterat Imperatorii Regiique, atque adeo laici Patronatus. Militaribus enim copiis exercitibusque præfici utique opus erat ad rem sacram & ad salutis procreationem Presbyteros, Clericosque alios, nec eos huc illicque cum exercitu circumcursaturos diligere fere poterant, nisi Principes ipsi Ducesque.

VI. Cujus rei exemplum aliud luculentum suppeditat Pelagius Papa, cum Episcopo Centumcellensi mandat, ut examini subjiciat, & ita demum ordinet Presbitem, Diaconum & Subdiaconum, ab ejus urbis militaribus copiis sibi presentatos, ex Imperatorum concessione. Laici rursum hic habes specimen Patronatus, & quidem in Italia, & Imperatorii ut liquet Patronatus, cum eam exercitus quasi mendicatam haberet a Principe potestatem (2). Principali devotissimorum militum, qui illic in civitate Centumcellensi consistunt relations ad nos directa, sacram insinuant se Clementissimi Principis imperasse, que eis Presbyterum & Diaconum & Subdiaconum fieri debera precepit. Ideo hortantur dilectionem tuam, ut personas ipsas videas, & diligenter inquiras, ne aliquid contra Canones commisissent.

VII. Diutinam jam Clericorum Monachorumque Siciliae dissensionem perpacavit tandem Joannes IV. Papa, cum ageretur de nominatione & investitura Presbyterorum, qui in Monasteriis ministraturi erant. Utrum Ecclesiæ pro quiete Monachorum a

sancitis Catholicisque Episcopis eis tradita, per Sacerdotes ab eis ordinatos & investitos debeant institui. Pontifex cuius ad judicium Syracusanus Episcopus causam retulerat, secundum Monachos sententiam dixit. Omnino licentiam Monachis damus, suorum Ecclesiarum investidores fieri, &c. Ecclesia Monachis date, per suos Sacerdotes instituantur. Huic autem Pontifex judicium suum superstruit rationi, quod divine leges habeant, & seculares, ut cuius est possessio, ejus fiat institutio. Cum Monasteriis Episcopi concederint fundos, terras, Ecclesias, concessisse utique & eum censetur, qui his accedit, indivulseque cohæret Patronatum: Et si in dando quod majus est, facilis fuit caritas, fit facilior in concedendo quod minus est, sancta largitas: Majus enim fuit possessionem dare, quam sit vestituram concedere. Nunquam enim pacificam locorum sibi concessionem possessionem adipisci posse Monachos, nisi obnoxios suæ potestati haberent Presbyteros, quorum ministerio carere non possunt: Quomodo possessoris jura cognoscantur, & suorum sibi tributa reddentur, ubi quod suum est, per alterum datur, & cum voluerit, auferatur? Legebat hic Pontifex vestigia Gregorii Magni, qui Abbatii permiserau nominationem Presbyteri, qui in Ecclesia Monasterii sacra celebraturus erat, addideratque id consilio, ut peregrinus Presbyter deligeretur; ne si indigena esset, cum reliquis eiusdem regionis Clerici in societatem coiret, & dominari jam Monasterio, ejusque rebus incubare veller, quæ vetustissima erat Clericorum cum Monachis contentio. Denique jubet Joannes IV. ad Synodum referri iuria, si qua Episcopos inter & Monachos emergant in hujusmodi negotio. Ita ut iudicio Synodi si contra Sacerdotium agere presumperint, multentur, & felici mucrone Episcopi, Sacerdotum piacula resecentur. Unde liquet Presbyteros, quanquam ab Abbatibus solis institutos investitique, jurisdictioni tamen Episcopi obnoxios semper fuisse.

VIII. Ex Italia nunc in Gallias traducenda oratio est, ubi Laicorum Patronatui & dignitatis quidam accedet cumulus & potestatis. In Concilio Aurelianensi IV. prohibiti sunt prædiorum domini Presbyteros Clericosque extraneos in Oratoriis suis habere, nisi ex Episcopi assensione (4). Ut

(1) L. 8. Ep. 18.

(2) Collect. Rom. p. 241

(3) Ib. p. 254.

(4) Can. 7.

*Ut in Oratoriis domini prediorum minime contra votum Episcopi, ad quem territorii ipsius privilegium nascitur pertinere, peregrinos Clericos intromittant, nisi forsitan quos probatos ibidem districtio Pontificis observare praeceperit. Clerici tantum extra-nei hic interdicuntur, ut ejusmodi rerum minus periti seculares, inopini admitterent haereticos, excommunicatos, vagos, & Episcopis suis rebelles. Ejusdem vero loci qui essent Clerici, ii Episcopo suo secundum Canones ita devincti erant, ut nil periculi esset, ne ejus iniusta cuiquam se addicerent domino seculari.*

**IX.** Ne Oratoria tantum, sed & Parochiae erant in Optimatum dominibus & qui in eis ministrabant Presbyteri, Archidiacono ita suberant, ut ab ejus jurisdictione, visitatione, & quacunque canonica exactio-ne subducere se non possent, quantumvis Patroni laici auctoritatibus confiderent (1). Si que Parochia in potentum dominibus constituta sunt, ubi observantes Clerici ab Archidiacono civitatis admoniti secundum qualitatem ordinis sui, fortasse quod Ecclesia debent, sub specie Domini domus, implere neglexerint, corrigantur secundum Ecclesiasticam disciplinam. Mox excommunicatio-ne innodantur Patroni dominique alii temporales, si Clericos suos abstrahant a Diocesanis legis observatione.

**X.** Denique hoc eodem Concilio potestas sit laicis habendæ in terris suis Parochiae, si modo eam sufficiente dote instruant, Clericosque ibi habeant, qui di-vina concelebrent Officia (2). Si quis in agro aut habet, aut postulat habere Diocesum, primum & terras ei debeat sufficien-tier, & Clericos, qui ibidem sua officia im-plicant, ut sacris locis reverentia condigna tribuerint.

**XI.** In Concilio Cabilonensi innovatum est Decretum Concilii Aurelianensis adver-sus Patronos eos, qui Oratoriorum suorum Clericos Archidiaconis immorigeros & injuriosos tuebantur, quoram ipsimet iafingere audaciam debuerant (3). Ut jam nec ipso Clericos, qui ad ipsa Oratoria defer-vunt, ab Archidiacono coerceri permittant. Jam vero hujus auctoritate Concilii vehe-menter propugnatur jurisdic-tio Episcopi in hac Oratoria eorumque Ministros. Ita dan-

taxat, ut in potestate sit Episcopi, & de ordinatione Clericorum, & de facultate ibi-dem collata, qualiter ad ipsa Oratoria, & Officium divinum possit impetrari, & sacra libamina consecrari.

**XII.** Pipinus Princeps & Episcopi Gallicæ Zachariam Papam percunctati de ad-ministracione Oratoriorum & Basilicarum, quas fundassent dotalenteque privati quique ruri suis in pradiis, eutmodi Rescriptum elicuerunt, quod Episcopis plurimum adver-sus Patronos procaciores suffragareretur, ita ut in unius Episcopi potestate esse videtur, ecquos ibi Presbyteros constitueret (4). Sed eti missas facere voluerit, ab Episcopo noverit Presbyterum postulandum. Eam rationem tenuerat olim Gregorius Magnus: sed sub Zacharia in usum idem revocari potuisse non facile crediderim.

**XIII.** Humanior fuerat Gregorius ipse in Gallia Reges, quibus liberam nominationem permisit Abbatibus Monasteriis Augu-stodunensis, ubi & Xenodochium erat a Brunehilde Regina, & ab Episcopo fun-datum Augustodunensi Siagrio. Voluit ta-men Gregorius, ut & Monachorum assensu interveniret (5). Constituimus, ut obeunte Abbatore atque Presbytero supra scriptis Xenodochii atque Monasterii; non aliis ibi ordinetur, nisi quem Rex ejusdem Provin-cia, cum consensu Monachorum secundum timorem Dei elegerit, ac providerit ordinan-dum. Rescidit idem Pontifex libertatem Monasterii unius ab alterius obedientia sub-ducti, præter voluntatem fundatoris factam, contra voluntatem fundatorum (6).

**XIV.** Cum orante Clodovæ Rege B. Remigius Archiepiscopus Remensis Presbyterum ordinasset, quod periude est ac si diceres, beneficio donasset, quod ea tunc nimis cohererent, Episcoporum quorundam sannis dictiisque impetus est, quos ipse certe strenue hoc responso propulsavit: Clodovæcum jam non terrarum tantummodo Regem, sed Ecclesiæ Defensorem, fidei Christianæ Prædicatorem, Apostolumque haberi debet: tantis auxili & tam splendidis laureis ac victoriis Ecclesiam esse ab eo curvataam, ut renui, quod petiisset, jam non posset, sine summa quadam im-grati animi infamia, & absurditate (7). Ego Claudius Presbyterum feci, non corrup-rupe

(1) Ibidem Can. 26.

(2) Cas. 33.

(3) Can. 14.

(4) Conc. Gall. To. I. p. 566.

(5) L. II. Ep. 10.

(6) L. 7. Ep. 32.

(6) Du Chesne Hist. Franc. Tom. I. pag. 850.

*ruptus premio, sed praeclentissimi Regis testimonio, qui eras non solum praedicator fidei Catholice, sed Defensor. Scribitis Canonum non fuisse quod iussit. Summo fungamini Sacerdotio Regionum Præfui, Custos patriæ, Gentium triumphator injunxit.*

XV. Beatam Radegundem Reginam condito apud Piëtavos Monialium Cœnobio, Abbatissam ipsammet designasse auctor est Gregorius Turonensis (1). Cum Albariſſa quam instituerat. Verum habenda potius utique fides est beatæ Radegundi ipsi, quæ in Epistola ad Episcopos data testificatur, operam se dedit, ut Agnes Abbatissa a Sanctimonialibus omnibus eligeretur. Eleſtione etiam noſtra Congregationis domnam & ſororem meam Agnetem, quam ab ineunte atate, loco filia colui, & eduxi Abbatissam institui, ac me post Deum ejus ordinationi regulariter obedituram commisi. Ubi infra de electionibus uberior instituunt pertractatio, multis paret documen- tis, quam non ita inter ſe diſſentiant, ut vel Radegundis Abbatissam nominarit, vel praesentaverit Congregationi Monialium, a qua eadem confectim electa fit.

Nec multum ab eo ablidit, quod de beato Audoeno Rothomagensi refertur Episcopo, cum Monasterium proprii in agris conſtruxiſet. Abbatem ibi designatum ab eo esse unum ex discipulis B. Columbani. Narrat tamen perantiquus Scriptor (2), donaſſe eum Regi Monasterium quod ex- truxiſet, cui Rex Abbatem designarit. Nulla in his ſuſpicanda conflictatio. Com- municato confilio, & communī confenſu- res peragebatur, atque ita Abbas & a Rege & ab Audoeno, & ab ipſa Congre- gatione designatus est. Beatus quoque Eli- gius cum in agro Lemovicino Monasterium Solemniacense conſtruxiſet, Abbatem ipſe- met instituit; ſimiliterque Abbatissam in Cœnobia Monialium, quod Parisis pro- priis in ædibus ſuis fundaverat. Cumque rursus per Lemovices iter haberet, in eo- dem ſuo Solemniaciensi cœnobio, prior Abbari ad Episcopatum rapto, alterum sub- rogavit.

XVI. Laicorum Patronorum jura, vel audaciam moderatus est sanctus Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus in Constitutio- nibus ſuis. Prohibuit vero in primis, ne vel instituerent Beneficiarios, vel destitue-

rent, inconfulto & invito Episcopo: & ne quid pretii pro præſentatione exige- rent (3). Ut laici Presbyteros non ejiciant de Ecclesiis, nec mittere presumant, ſine conſenſu Episcoporum ſuorum. Ut Laici omnino non audeant munera exigere a Pres- byteris proper commandationem Ecclesiæ. Ex his porro Bonifacii Decretis illud ex- primitur, Decretum illud Zacharia quod in pra perfrinximus, neutiquam obſervatum fuile; aut certe interpretando ita eſſe de- flexum, ut intacto & incolumi jure præ- ſentandi, quo Patroni laici gaudebant, ſola conſtitueretur necessitas conſenſionis, & institutionis Episcoporum.

XVII. In Hispania Concilium Toletanum IV. Ecclesiarum conditoribus potesta- tem facit (4) ad Concilium provocandi, ſi Episcopi earum res & prouentus interver- tant, ſibi vindicent, aut novis exactioni- bus praeter antiquos Canones premant: De facultate autem Presbyteros Clericosque præſentandi, altum ibi silentium. Quod ſi amplius quidpiam ab eis preſumum fuerit, per Concilium restauretur, appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum, ſi jam illi a ſeculo deceſſerunt. Noverint autem Conditores Basilicarum in rebus, quas iisdem Basilicis conferunt, nul- lam potestatem habere, ſed juxta Canonum iniuita, ſicut Eccleſiam, ita & dotem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere. His ſane verbis, Eccleſiam & dotem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere, nominatio Ministrorum uni Epiloco ſervari videtur integra.

Ex hoc eodem rursus Canone eluet jus Patronatus ad filios cognatosque cum ha- reditate ipſa transfulsum fuile; quod & apertius aliquanto fit ex Concilio IX. To- letano. Quippe manifesie ibi declaratur haereditarii hujus Patronatus jura non in alio poſita fuile, quam ut infatigata vi- glantia tuerentur bona Ecclesiæ adverſus Be- neficiarios, immo & adverſus Episcopos ea dilapidantes; Episcoporum nimirum au- toritate interpellata adverſus Beneficia- rios (5), Synodorum autem adverſus Epis- copos ipſos. Condignis filiis, vel nepotibus, honestioribusque propinquis ejus, qui con- ſtruxit, vel dotavit Eccleſiam licitum fit, hanc bona intentionis habere ſoteriam, ut ſi Sacerdotem, ſeu Ministrum aliquid ex colla-

(1) Hist. l. 9. c. 40. 42.  
p. 170. 172.

(2) Le Coiote Ann. 636. Surius die 24. Auguſt. c. 7. L. 9.  
(3) Spicil. to. 9. pag. 63.

(4) Can. 33.

(5) Can. 1.

cellatis rebus præviderint defraudare , aut commonitionis honesta conventione compescant , aut Episcopo , vel judici corrigenda denuntiant . Quod si talia Episcopus agere tentet , Metropolitanus ejus hac insinuare procurent . Si autem Metropolitanus talia gerat , Regis hac auditibus intimare non different . Ipsius tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi juris proprii potestatem præferre , &c.

XVIII. Verum hujus ipsius Concilii Patres nonnullorum ex Episcopis importunitate & inexhausta avaritia exasperati , Patronis & ipsis quoque laicis concedere , ut Parochos , Abbates , aliosque Beneficiarios Ecclesiarum suarum fundationis præsentarent , a quibus illi instituerent : si conferre autem ea Beneficia Episcopus prævertat , istas ejus Collationes irritat rescinditque Concilium . Non aliam sibi hujus Concilii Patres nisi sunt medicinam facere posse Ecclesiis Beneficiisque , longa extorsionum vexationumque tempestate convulsis , ex Episcoporum maxime insolentia , vel incuria , ut ipsi loquuntur . Abbatiz & Parochiz hic & supra saepiuscule promiscue habentur , quod quantumvis quoad alia distarent , una erat tamen earum ratio in ea præsentatione & tuitione , quæ Patronis commendabantur ex iure fundationis (1) : *Quia ergo fieri plerumque cognoscitur , ut Ecclesia Parochiales , vel sacra Monasteria , ita quorundam Episcoporum , vel insolentia , vel incuria , horrendam decidant in ruinam , ut gravior ex hoc oriatur edificantibus moror , quam in struendo gaudii extiterat labor : ideoque pia compassione decernimus , ut quādiū earundem Fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites extiterint , pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam , & sollicitudinem ferre precipuam , atque Rectores idoneos in eisdem Basilicis iidem ipsi offerant Episcopis ordinandos . Quod si tales forsitan non invenientur ab eis , tunc quos Episcopus loci probaverit Deo placitos , sacris altaribus instituat , cum eorum convenientia servituros . Quod si spretis eisdem Fundatoribus , Rectores ibidem præsumserit Episcopus ordinare , & ordinationem suam irritam noverit esse , & ad verecundiam sui alios in eorum loco , quos iidem ipsi Fundatores condignos elegerint , ordinari .*

XIX. Præsentationis hic quidem jus non nisi Fundatoribus ipsis annuitur , non successoribus , non hæredibus eorum ; *Quan-*

*Thomaf. T. IV.*

diu Fundatores Ecclesiarum in hac vita superfites extiterint . Et ea sane probabiliter existimatur occasio , vel causa Patrocinii laici : ut dum adviverent Fundatores , ipsis vicissim aliquid Ecclesia gratificaretur : Sed cum illis extinctis eadem urgeret necessitas propulsandæ ab Ecclesiis injuria , hinc rursus in posteros & hæredes ea potestas transmitti facile permissa est .

XX. In Ecclesia vero Orientali non statim Fundatoribus Ecclesiarum indultum fuisse summum jus sacros ministros deligendi , & Episcopo præsentandi , dilucidum fit ex Novellis Justiniani Imperatoris . Cum enim dixisset a Fundatoribus præfinitum fuisse numerum Presbyterorum & Clericorum , qui sacras obituri essent functiones . & contentaneos ei numero proventus designatos esse : subjicit mox labem & ruinam earum Ecclesiarum hinc esse profectam , quod plures ab Episcopis ordinati sint in iis ministri , quam ferret vel Fundatorum voluntas , vel modus facultatum : Cum vero Episcopi ad aliquorum preces semper respicientes , protracti sunt ad ordinationum multititudinem , aucta quidem est expensarum quantitas , &c. Præcipitur ibidem mox (2) , ne deinceps Episcopi ante ullos ordinant , quam minutus ad justum modum sit numerus , & ne unquam postea definitum numerum excedant , quantumlibet urgeat vel Superior ipse : *Nosque ipsi cœvebimus tale aliquid agere , & ordinandos mittere . Nullusque nostrorum Judicum tale aliquid agat , nostram formidans legem . Et licet sit beatissimo Archiepiscopo & Patriarcha hujus regie civitatis ordinationi contradicere , licet iussio de Palatio veniat . Denique jubetur Episcopus suis posthac stipendiis alere , si quos ibi ultra statutum numerum ordinariat : ipsi quoque de sua facultate præbeant expensam .*

XXI. Ut supra Clodovæus Rex Remigio præsentavit , quem ordinaret Presbyterum , & quem Beneficio donaret , quando Ordinum & Beneficiorum eo anno individuus erat nexus : ita & hic Justinianus monet idem ipsum ab Imperatoribus Constantinopolitanis , adeoque & a Proceribus factitum fuisse , ut præsentarent Episcopo , quos ordinaret , & quibus aliquid impetraret Beneficii : Nec enim improbat hæc Novella , nisi eas hujusmodi præsentationes , quæ ultra præfixum numerum efferen-

Q

ren-

(1) Can. 2.

(2) Novel. 3. in Praef. &c. 2.

rentur. Preces tantum adhibebant privati Proceres: Episcopi ad aliquorum preces semper respicientes ratis dorsothoraci tauri & propositores. At Imperator præcipiebat, licet iusso de Palatio veniat: *xi. tunc tis* *quidam n. n. dicitur* *et dicitur.*

**XXII.** Verum ad Ecclesias tantum Cathedrales, vel Parochiales Novella hæc Imperatoria pertinet Constitutio. Alibi vero declaratur, si Clerici in Oratoriis sagra facere soliti, & a Fundatoribus vel eorum hæredibus ali, secederent, vel a fugerent, alios in eorum vicem ab Episcopo nominandos esse; ut nec Fundator, nec Fundatoris hæres Ecclesiam unquam possit desponsa dote fraudare (1): *Hæredibus eorum & successoribus scientibus, quia si etiam post hæc fraudaverint, certa possessio deputabitur ex eorum substantia sacris nostris privatissimis, ut hinc ministratio eis fiat.*

Interminatur vero Princeps, si Fundatoris hæres Ecclesiam fraudet proventu, quem Fundator adsignavit: ipsos ejus agros pervasuum se, ut Ecclesia necessitati, & obligatae fidei satisfiat. Hinc conjicitor in Oriente hujusmodi Oratoriorum ministros pensionibus tantum annuis a Fundatoribus eorumque hæredibus fuisse sustentatos.

**XXIII.** Illud vero potissimum hic adverti necesse est, jus prætentandi a Justiniano non attribui nisi Fundatoribus ipsis, vel hæredibus & successoribus iis demum, qui suo ex marsupio effundent, quo alantur ministri & Beneficiarii: ita sane ut necessario semper intervenire Episcopi consensio debeat & institutio (2): *Si quis adficiens Ecclesiam, aut etiam aliter expendens in ea ministrantibus alimenta, voluerit aliquos Clericos instituere, non esse ei fiduciariam ullam quas vult per pofessatorem deducere tua reverentia ad ordinandos eos, sed examinari a tua sanctitate, & hos suscipere ordinationem, qui Dei ministerio digni videbuntur existere.* Quæ eadem Constitutio alibi etiam inculcatur (3): *Si quis dominum Oratorii fabricaverit, & voluerit in ea Clericos ordinare, aut ipse, aut ejus hæredes, si expansas ipsis Clericis ministrant, & dignos denominant, denominantes ordinari: si vero qui ab eis eliguntur, conuanient indignos prohibent sacra regule ordinari, sicut Episcopus quoscunque putaveris meliores, ordinari procuret.*

**XXIV.** Habes hic ob oculos positam le-

-gem, cui accommodare se debeat Episcopus, in refellendis quos Patroni laici remere offerunt, & in subrogandis aliis suo ipsius judicio. Refellere debent eos, qui canonica aliqua laborant irregularitate: prohibent sancte regule ordinari, at nonnisi dignissimos ipsi eligere debent: *Quoscunque putaveris meliores: & si non possunt sufficiere. Longe accuratius enim sanctiusque debet esse Episcopi, quam Patroni judicium.*

**XXV.** Tempus intra quod Patroni præsentare tenentur, neendum videtur defixum fuisse. Occupabat illos Episcopus, si cunctarentur, ne diutius vacarent Ecclesiaz: eoque metu eos credere par est excitatos fuisse, ut quam propere nominarent.

**XXVI.** Illud quoque observandum hic obiter est, per hanc Justiniani Novellam variare non potuisse Patronos. Cum primum enim irregularem quempiam præsentarent, alium instituere jubetur Episcopus, qui sceleris & maculæ purus sit.

### C A P U T XXXI. P. 3. l. 2.c. 1Q.

**De Patronatu Laico & Ecclesiastico sub Imperio Caroli Magni & Carolini næ stirpis.**

I. *Ecclesias Patroni nec dare poterant, nec auferre, nisi ex auctoritate Episcopi.*

II. *Erant & Ecclesiastici Patrons, licet plerique laici essent.*

III. *Non poterat Episcopus præsentatos sibi rejecere Patrochos, nisi renuendi causas allegaret.*

IV. *Quid ubi hæreditas, cui Patronatus adhærescebat, in plures hæredes secabatur?*

V. *Quo spatio temporis nominare tenentur Patrons, jure aliquis illo ad Episcopum devolvendo?*

VI. *Unum id desiderabatur, ut Patronus dignum præsentares, Episcopus vero tenebatur nonnisi digniori conferre.*

VII. *Austeritas examinis eorum qui præsentabantur.*

VIII. *Patronis qui haberentur honores?*

IX. *De Patronatu Capellarum.*

X. *Et dignitatum in Capitulis.*

XI. *Patronatus Ecclesia Graecæ.*

XII. *Etiam quoad Oratoria & Xenodochia.*

XIII. Non

(1) Novel. 37.

[2] Ibid. c. 2.

(3) Nov. 123. cap. 18.

XIII. Non vero in Abbatias.

XIV. Cui rei & in Gallia quoque locus erat.

I. **D**uplici corruptelæ medicari studuit Concilium Arelatense VI. anni 813. ut ne laici deinceps vel darent auferrentque injussu Episcoporum Parochiales sui juris Ecclesiæ, vel extorquerent munera, quæ jam virtutum & meritorum loco & numero haberentur (1): Ut Laici Presbyters absque judicio proprii Episcopi non ejicient de Ecclesiæ, nec alios immittere presumant. Ut Laici omnino a Presbyteris non audeant munera exigere propter commendationem Ecclesiæ. Quia plerumque propter cupiditatem a laicis talibus Presbyteris Ecclesiæ dantur, qui ad peragendum sacerdotale officium sunt indigni. In Concilio Moguntino (2) exdem proscriptæ sunt pestes; at in Concilio Turonensi III. illud memoratur vitium late jam serpissse, ut alii aliorum opimiores Parochias invaderent, majori Patronis pecunia numerata (3): *Quod vitium late diffusum summo studio emendandum est.*

II. Ex eodem vero Concilio palam fit, non Laicos tantum, sed & Ecclesiasticos fuisse Patronos: quanquam tam non possent hi, quam illi, inconsulto Episcopo Ecclesie fixa ditiones donare (4). Itemque interdicendum videtur Clericis, sive Laicis, ne quis cuiilibet Presbytero presumat dare Ecclesiæ sine licentia & consensu Episcopi sui. Rariores tamen fuisse Ecclesiasticos Patronos, ex hoc conjicitur, quod de Laicis pene solis & Concilia hujus ævi meminerint, & Capitularia.

III. Ludovici Pii Capitulari monentur Episcopi, ne præpropere repellant præsentatos a Patronis laicis, si eorum vita & doctrina muneri respondeant, quod eis demandatur (5): *Et si laici Clericos probabilis vita & doctrina Episcopis consecrando suisque in Ecclesiæ constitudos obtulerint, nulla qualibet occasione eos rejiciant.*

In Concilio VI. Parisiensi (6) anno 829. ut obstrueretur os Patronis subinde expostulantibus de frequenti & iniqua eorum repulsa, quos Episcopis præsentabant statutum est, ut diligenter examinarentur causa & rationes, quibus se Episcopi tueren-

tur (7). Et si laicus idoneus utilemque Clericum obrulerit, nulla qualibet occasione ab Episcopo sine certa ratione repellatur; Et si rejiciendus est, diligens examinatione, & evidens ratio, ne scandalum generetur, manifestum faciat. Edere ergo & canonico iudicio approbare tenetur Episcopus rationes eos abnuendi, ac summovendi, quos Patroni præsentassent. Alias enim ludibrio fuisset Laicorum Patronatus.

IV. Quoties vero scindebatur hereditas quæpiam plures inter fratres & heredes, nemo non eorum Patronatum sibi arrogabat ei affixum: totque jam erant Presbyteri, non quot Altaria & Ecclesiæ, sed quot heredes. Concilium Cabilonense anni 813. statuit (8) ut in istiusmodi importunitatis rerum concursibus Ecclesiæ eam Episcopus interdiceret, donec convenisset hereditibus, ut vel unum eorum cederet Patronatus, vel in unum aliquem Presbyterum suffragia conferrent omnes: *Nullo modo ibi Missarum solemnia celebrantur, donec illi ad concordiam redeant.* Capitulare Ludovici Pii non abnuit (9), quin Episcopus sacra pigrora auferat ex Oratorio, si Patroni pertinacias rixentur: *Ac reliquias exinde auferat.* Ei sententia inkæstis Concilium Triburiense, iusso Episcopo Sanctorum Reliquias inde avehere, donec omnis de Patronatu diffensio consapiatur (10): *Quia justa Apostolum, servos Dei non oportet litigare, Episcopus tollat inde Reliquias, atque ejusdem Ecclesiæ claudat ostia, & sub sigillo consignet ea, ut sacrum ministerium nullus celebret in ea, antequam concordi unanimitate unum omnes eligant Presbyterum.*

V. Necdum constare nobis ullo documento potuit de certo tempore, quo Patronatus jure suo uti teneatur, alias ad Episcopum devolvendo. Verum Hincmarus Remensis Archiepiscopus in Litteris ad Tardunensis pagi Comitem datis, quarum extat Epitome apud Flodoardum, aperte docet certo tempore arctatos fuisse Patronos. Fidenter enim Comitem ille admonet, et si cognitionis jure sibi conjunctum, nisi proximis Quatuor-Temporibus nominet, qui in vacante Parochia ordinetur, semetipsum suo arbitrio in ea constituturum ministros a quibus rogatur (11): *Pro loco vacan-*

*Q 2 vacan-*

(1) Can. 4. 5.

(2) Can. 29. 30.

(3) Can. 13.

(4) Ibid. Can. 13.

(5) Conc. Gall. T. 2. p. 430. c. 9.

[6] Can. 22.

(7) Cap. Car. Mag. I. 5. cap. 178.

(8) Can. 26.

(9) Addit. 3. c. 22.

(10) Conc. Gall. T. 2. p. 467.

[11] Flodoard. I. 3. 6. 26.

*vacante fine Presbytero, monens ut quanto-sius Clericum sacro ministerio aptum ostendat, qui valeat ibi ordinari, sciens pro certo, quia post ordinationem, quae fieri debebat in proximo, ipsum locum sine Presbytero non dimitteret; quia nec cum mercenario, nec sine Pastore proprio ipsos homines audebat dimittere. Et si ipse non presentaverit eum qui dignus possit inventri, ille ordinatus esset, quam meliorem posuisse inventire.*

VI. Plurima hinc sane excupi possunt cum primis utilia, ad illustrandam ejus rei disciplinam. 1. Cogebat Episcopus Patronum ut praesentaret Pastorem, non mercenarium; & quidem mature, ne diutius langueret grecus Pastore destitutus. Si alterutri huic officio deesset Patronus, Ecclesiae non deerat Episcopus, ejusque vices impiebat. 2. Tempus autem intra quod praesentare tenebatur Patronus, ex Quatuor Temporibus nexus & relagatum probabiliter creditur fuisse. Praesentatum enim & rite examinatum ordinabat Episcopus. Hoc vero spatum erat trium, aut quatuor circiter mensium, quod eo distent inter se Quatuor-Tempora. 3. Ut ne posset ab Episcopo repulsam pati, quem praesentabat Patronus, una re opus erat, nempe ut dignus esset. At ubi Episcopus Patroni impiebat vices, & devoluta utebatur potestate, non dignus tantum, sed dignior eligendus ei erat.

VII. Sunt & ejusdem Hincmari Litteræ ad Comitem Theodulphum, quibus submonet, ordinatum a se non iri eum Parochiæ Presbyterum, a quo ipse muneris aliquid accepit: asperius se de eo examen institutorum, maxime ut sacramento confirmet se nihil deditisse; aliqui alium institutum iri Parochum, & si qui contra nitantur, in eos anathema vibrandum (1): *Si vis ibi habere Presbyterum, adduc mihi talis Clericum, qui aptus sit sacro ministerio, & ego illum inquiram, & illi Ecclesiam dabo, & tunc illum ordinabo, si mihi talis Clericus satisfactionem fecerit, quod nullum premium inde donaverit. Et si sta facere non volueris, ego ordinabo, qualiter populus ibi officium habeat, usque dum ibi ordinem Presbyterum, &c. Invaserat hic Comes spolium defuncti Parochi & vacantis Parochiæ fundos. Comminatus est*

Hincmarus, interpellaturum se potestatem & tuitionem Regiam, nisi ablata restitueret, & sacrilegum facinus repararet. De his spoliis alibi agemus. Sed hic illud interim observandum venit, quod ait Hincmarus delegatum a se iri, qui Parochiam regat, & Sacra menta administret, donec proprius sit Parochus, vel a se, vel a Patrone nominatus. Inde enim non obscure emicat penes Episcopum fuisse jus Depotuum in vacantes omnes Parochias, in quibus interim administrari Sacra menta ipse curaret: Ecclesia in potestate & ordinazione sunt Episcopi secundum sacros Canones & Imperialia capitula: unde mandat ut quidquid de facultatibus Ecclesie accepere, Presbyteris quibus res commendata fuerant, restituat.

VIII. Aliunde autem Episcorum erat decernere, quibus patronos, dominosque vicorum Parochi prosequi deberent honoribus. Ita enim jubent Capitularia (2): *Ut Episcopi provideant, quem honorem Presbyteri pro Ecclesie suis Senioribus tribuant.*

IX. Quanquam non dixerimus fere hoc Capite, nisi de Parochiarum Patronatu: nec dubitari tamen potest quin & in Capellas & Oratoria ruris eodem Patronatus iure nobiles viri uterentur, non sine assensione Episcopi. Prolata sunt alio loco Statuta Hincmari & Concilii Nannetensis, quibus vetantur Parochi, ne a dominis vicorum impetrant eas Capellas, nisi accedit Episcopi consenus: *Sed neque Capellam apud Seniorem obtineat, sine consultu Episcopi.*

X. Erat & penes Abbates nonnunquam & Monasteria Patronatus & nominatio Canonicorum Ecclesie alicuius Collegialis, necnon & ejus Dignitatum. Carolus Simplex Rex fundato in Palatio suo Attiniaco duodecim Presbyterorum Collegio, Abbatii Compendiensi eos subjecit, ita ut Praepositus & Decanus Abbatie Compendiensis, scrutati suffragia Monachorum suorum, Praepositum & Thesaurarium designarent Attiniacensis hujus Capellæ Regis (3): Ea scilicet ratione ut Praepositus & Decanus ex Monasterio Compendiensi, cum aliorum sue Congregationis fratrum consilio, in prefata Capella loco constituant Praepositum & Thesaurarium ex suis.

XI. Quoad Ecclesiam Græcam, conges-

fit

(1) Ibidem l. 3. c. 26.

(2) Capit. Car. Mag. l. 3. cap. 148.

(3) Baluz. Append. ad Lupum Ferrar. p. 524.

fit in Nomocanone suo Photius (1) Imperatorias Constitutiones, quibus vetatur ne Catholici prædia sua, in quibus Ecclesiæ quæpiam constructæ sunt, hæreticis vendant, vel utcunque in eorum potestatem venire sinant: alioqui prædia ipsa fisco Principis addicuntur. Et alia rursus, quibus edicitur, ut si Orthodoxus quis vendat, locet, oppignoret, in Emphytheusin de ejusmodi prædia, ubi est Ecclesia, Judæo, Pagano, Hæretico, Samaritano, ea adju dicentur Ecclesiæ Parochiali ejusdem loci.

Videri poterat quibusdam Synodus VII. Oecumenica, damnasse Patronatus laicos, cum irritas decrevit fore electiones Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum ex suffragiis Magistratum (2): *Omnem electi onem quæ fit a Magistratibus, Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, irritam manere, ex Canone dicente, &c.* Canon is est Apostolicus (3): *Si quis Episcopus secularibus Magistratibus usus, per eos Ecclesiam obi nuerit, deponatur & segregetur.* Verum a Balsamone hic observatur, electionem, *hunc, hic sumi pro Ordinatione, nec eam damnari a VII. Synodo, nisi cum vi ty rannica illam ab Episcopis Magistratus extorquent: Quoniam Presbyterorum & Dia conorum ha ordinationes potentia & vi pro sedunt, informari debent & resolvit.* Atqui jure Patronatus nulla istiusmodi vis, aut necessitas imprimatur Episcopo, penes quem libera semper potestas est indignos able gandi.

XIII. Ab eodem sane alibi Balsamone laudantur Leges, quæ Oratorium, Xenodochiorumque fundatoribus & eorum hæ redibus potestatem tribuant, eligendi eos omnes, qui ministraturi ibidem sint: In columi autem integraque Episcopi potesta te, ut minime idoneos & indignos inde extrudat (4). Qui donativum constituerit, ut Oratorium, vel Xenodochium, vel Noso comium extruat, &c. Pro ejus arbitratu administrarentur, &c. Sed ex eo quid dicit lex, *Domos sanctas & religiosas administrari pro adificatoris arbitriatu, non est ei permisum aliqua contra Leges & Canones facere.* Mox alias depromit Leges, per quas Episcopo fas est, rejicere Clericos a Patronis presentatos, si pares non sint tan ti ministerii amplitudini, aliquosque in eorum locum subrogandi. Dicit enim Lex; eos

qui a Domorum extructoribus in locum Cle ricorum electi sunt, si indigni inveniantur, ejici, & alios ab Episcopis ordinari de bere.

XIII. Non ita obnoxia sunt autem Monasteria eidem Patronorum imperio, nec ipsi eorum fundatores id sibi arrogare pos sunt, ut ea per se, vel per quos volent adgubernent. Ita decretivit Concilium Constantinopolitanum, quod primum & secundum dixerit, ubi explosa est eorum irreligiosa pieras & simulata religio, qui fundanda Abbataria omnia sua se Deo dicare præ se ferebant; quique tamen quod Deo dari fingebant, retinebant sibi, suæque semper ditioni adserabant, cum vel se, vel alium quemvis suo loco præficerent Abbatia (5). Nonnulli suis copiis & facilitibus nomen Monasterii imponentes, & eas Deo sanctificare profientes, se eorum quæ sunt consecrata, dominos esse inscribunt, & sola appellatione Deo dedicare machinantur, &c. Nullo modo potestatem habeat, qui consecrat Deo res suas, se ipsum prefatum, vel pro se alium constituere.

XIV. Illud non semel adnotatum est a nobis, complures suis in Prædiis Gallos fundasse & dorasse varia Cœnobia; veritos autem, ne ut sape contigerat, ea in plures, vel liberos, vel heredes suos discinderentur, unde certa illis imminebat perniciies, ea tuitioni & Patronati Regum commissione. Non tamen ex animi sententia res processit. Dum unum quippe malum declinarent, in aliud nihilo tolerabilius se conjecere. Interjecto enim aliquo tempore Reges ipsi, periclitanti Reipublicæ utcunque suppetias ferre laborantes, Cœnobia ea Nobilibus, Ducibusque exercituum concessere, eorum ut redditibus aliqua ex parte in impensas belli abuterentur. Quam perversitatem Reges tandem ipsi detestati sunt, primigeniamque in libertatem ea Monasteria revocarent. Ita edocet Caroli Calvi Capitulare anno 868. Ut Missi nostri diligenter investigent per singulas Parochias, simus cum Episcopo, de Monasteriis, quæ Deum timentes, in suis propriatis adficaverunt, & ne ab heredibus eorum dividenderentur, parentibus & predecessoribus nostris sub immunitatis defensione tradiderunt: & postea in alodium sunt da ta. Ut describant quæ sunt & a quo, vel qui-

(1) Tit. 10. cap. 8.

(2) Can. 2.

(3) Can. 30.

(4) In Can. 2. Conc. Const. I. &amp; II.

(5) Can. 2.

*Vetus & nova Ecclesiæ Discipline  
quibus in proprietatem data sunt, & nobis  
renuntiare proceret; ut cum Episcopis &  
ceteris fidelibus nostris consideremus, quid  
& qualiter inde secundum Dei voluntatem  
& nostram salutem agere debeamus. Ita ille  
conabatur retarcire labem Monasteriorum  
Regiae olim custodiarum commendatorum,  
& bona diu dilapidata restaurare. Hinc fa-  
cile intelliges, quam æquum & quam ne-  
cessile fuerit, ut Abbatiarum Patronatus,  
non is esse sineretur, qui aliarum Eccle-  
siarum: ne earum fundatores eligendorum  
Abbatum stable & perpetuum jus confe-  
querentur.*

*a Patronis rejiciens, causas repulsa declarare.  
XV. Istiusmodi de causa non cognoscit nisi  
Judex Ecclesiasticus superior.*

I. IN controversiam trahi posset, an præ-  
sentatione non contenti, etiam Col-  
lationis jure usi quandoque sint Optimates  
Regni Gallicani in dispensandis Dignitati-  
bus & Canonicatis Capitulorum. Ue-  
cuna Comes Pictaviensis Thesaurariam San-  
cti Hilarii Pictaviensis beato Fulberto contulit,  
qui Episcopus postea fuit Carno-  
tensis (1). Ita enim Glaber: *Thesaurariam  
sancti Hilarii gratis contulit.*

At Parochiales Ecclesiæ a Patronis nisi  
consentiente Episcopo dari non potuisse,  
extra controversiam est. Examen & con-  
fessum Episcopi necessarium præ ceteris  
fuisse, facile intelliges ex Concilio Salin-  
gestadiensi (2) anno 1022. Quippe ibi Pa-  
tronis statim præcipiuntur ad Episcopi exa-  
men & judicium eos alegare, quibus sui  
juris Ecclesiæ destinant: Sed eum prius  
mittat Episcopo, vel ejus Vicario, ut pro-  
betur, si scientia, astate & moribus talis  
sit, ut sibi populus Dei commendetur. Non  
satis mihi quidem constat, an tantum Pa-  
tronis indulgeret Hispania, cum anno 1050  
Coyacense Concilium absolute prohibeat,  
ne quid sibi juris laici in Ecclesiæ Clericof-  
que usurpent. Omnes Ecclesiæ, & Clerici  
sint sub jure sui Episcopi, nec potestatem  
aliquam habeant super Ecclesiæ, aut Cleri-  
cos laici. Nec humanius in laicos fuit Com-  
cilium Romanum anni 1059. (3) Ut per  
laicos nullo modo quilibet Clericus, aut  
Presbyter Ecclesiæ obtineat, nec gratis,  
nec preio. Verum non eo id forsitan perti-  
net ut Patronatus perimitur laicus; sed ut  
insinuetur, nihil officere Patronatum Epi-  
scopali auctoritati, quæ in omnia semper  
Beneficia dominatur. Idque luculentius ap-  
paret in Concilio Turonensi anni 1060, ubi  
Patronatus laicus sejungitur ab Ecclesiasti-  
co (4). Nullus Ecclesiæ magnam, vel par-  
vam, deinceps sine consensu Episcopi a lai-  
cis presumat accipere quolibet modo: sed  
neque a Clerico, vel Monacho, seu laico,  
sub pretiis aliquujus venalitate.

II. Duo sunt quæ ex hoc Canone ex-  
culpsisse iuvet. 1. Ex his prohibitionibus  
censurisque tam frequentibus constare, in-  
valas fuisse a plerisque Patronis Parochia-  
rum

## C A P U T XXXII. P.4. L.2.c.32.

### De Patronatu Laico & Ecclesiastico post annum Christi millesimum.

I. Patroni Laici in potestate semper Epi-  
scoporum fuere.

II. Non poterant Laici conferre, poterant  
Clerici, Concilia tamen in votis id babue-  
re, ut propria & eximia ea esset potestas  
Episcoporum.

III. Plura statuta de Patronatu Laico.  
Si de eo litigetur, si Patroni varient, &c.

IV. Unde spatio quatuor mensium laicos,  
sex mensium Clericis adsignata Patronis.

V. Laici Patronatus præcipua quadam ju-  
ra supra Ecclesiasticum.

VI. Innocentii III. varia Decreta de utro-  
que Patronatu.

VII. VIII. Rursus de laici Patroni pot-  
estate variandi: de Ecclesiastici sex men-  
sibus.

IX. De Capituli potestate instituendi va-  
cante sede.

X. De eodem rursus. Quanta necessitas  
institutionis & axaminalis Episcopi post præ-  
sentationem, vel collationem Patroni laici,  
vel Clerici, etiam secundum Concilium Tri-  
dentinum.

XI. Statuta Conciliorum Mediolanensem,  
& aliorum Gallie Conciliorum super ea re-

XII. Varia Decreta Concilii Tridentini,  
& Congregationis Concilii, de Patronatu  
Laicorum & Clericorum.

XIII. Prærogativa Patronatus Laici.

XIV. Ut teneantur Praefules, si præsentatos

(1) Baron. ann. 1003. num. ult.

(4) Can. 4.

[2] Can. 13.

(3) Can. 3.

rum Collationes, ut abduci vix ab ea præda potuerint, & rursum cogi, ut præsentatio contenti essent. Si qui ergo superfint per orbem Christianum sparsi Collatores laici Parochialium Ecclesiarum, non absurdè conjicitur eas fere esse inveterati & pervagatissimi olim mali raras nunc reliquias, ideoque minus curatas. 2. Hoe Canone æque præcipiuntur laici Clericique patroni, gratis & sine pretio præsentare: at soli laici hic jubentur Episcoporum consensum expectare. Itaque non abs reforscan ambigeret quis, an Clerici Collatores etiam essent, saltem Ecclesiarum non Parochialium. Ideoque enim plerique omnes Canones, tum citati superius, tum infra laudandi, non fere nisi de laicis agunt, cum consensum Episcoporum requiri eniçissime præcipiunt. His annumeram Canones Concilii Juliodonensis anni 1180, ubi & illud additur (1), præsentatum a Patrono laico, ab Episcopo repellendum esse, si minus dignus, aut idoneus sit: *Si repellendus est, nos retineat.*

Fateri tamen cogimur, Patronos Ecclesiasticos, eo quod probabiliter existimantur usurpare, Collationis jure spoliates fuisse a Concilio Lateranensi I. anno 1123, sub Callisto II. nec tantum in Parochialibus Ecclesias, sed in Præbendis largiendis. Quanquam enim specialius demandata sit Episcopis potestas & cora salutis animorum: fin hoc tamen illud observatur Lateranensi Concilio, Canones ipsos Apostolicos summam administrationem etiam rerum Ecclesie temporalium Episcopis permisile, atque adeo Præbendarum (2). Secundum Apostolorum: *Canones omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam: Episcopus habeat.* Ita nulla est Patronatus Ecclesiasticus supra laicum prærogativa: *Nullus omnino Archidiaconus, aut Archipresbyter, aut Præpositus, vel Deianus, animarum curam, vel Præbendas Ecclesie, sine iudicio, vel consensu Episcopi, alicui tribuat.* Immo sicut sanctis Canonibus constitutum est, animarum Cure & rerum Ecclesiasticarum dispensatio, in Episcopi iudicio & potestate permaneat. Quin & Laici usurpati investiturarum jure, ex Præsentatoribus Collatores evaserant in Anglia maxime & Successio sub Alexandro III. qui hanc pestem opprimere enixus est, tum litteris suis,

tum maxime decretis Concilii Lateranensis III. (3) anno 1179.

III. In eodem porro Concilio definita est & illa jam sæpius ventilata queritio, de pluribus unius Patroni, uniusque Patronum heredibus. De Patronatu ipso litiges erant diutinæ, plures interim a pluribus præsentabantur. Edicte ergo Concilium, ut quando Ecclesie indulgentia Patronos tolerabat (4): *potestas in qua eos hucusque Ecclesia subveniet, si ab heredibus Patroni plurimis plures nominarentur, is antehabetur aliis, qui pluribus niteretur & meritis & suffragiis: si id vero sine offendiculo non posset, aut de ipso Patronatu concertaretur, nec intra tres quatuorve menses inter se Patroni concordarent, tunc demum Episcopus Beneficium conferret.* Ordines Anistes Ecclesiastis, si de jure Patronatus quæstio emerget inter aliquos, & cui competat, *infra tres menses non fuerit definitum.* Alio Editio non tres habet, sed quatuor. Et ea, ut apparet, utque ex infra dicendis liquet, castigatior.

In Collectione Epistolarum Alexandri III. que circumfertur tanquam Appendix Concilii hujus III. Lateranensis (5), Titulus est de Patronatu, ubi legeret hoc idem Decretum, pluribus aliis intertextum: *nimirum pretio emi Patronatum, distrahi que nota potest: transire tamen eum ad heredes prædii, cui est illigatus: si Patronus laicus plures alio & alio tempore presentet idonea probitate & doctrina ornatos (6), Episcopi esse, ut dignorem eligit; si Patronus sit autem Ecclesiasticus, posteriori jure nisi eum, qui prior præsentus est.*

Posteriori hoc Caput Lucio III. Pape adscribitur, habeturque in Decretalium Libris: C. Cum autem: *De jure Patronatus.* Inde posteriores Canonum interpres elicuerunt jus variandi, quo gaudent laici Patroni. A quo tamen alienum prorsus apparet hoc quidem Caput, & eam rem ne attingere quidem. Sed non uno hoc exemplo approbari potest, usum legum, qui ipsa summam Legis auctoritatem praे le ferre videtur, legibus antiquis novos pro rerum opportunitate & temporum necessitate, apertissime sensus, limitesque vel arctas eiusum, vel ampliasse.

Redeamus jam ad Decreta Alexandri III.

(1) Can. 9.  
(3) Part. 15.

(2) Can. 4. 7.  
(4) Cap. 12. 13. 8.

(5) Can. 14.

III. Quamvis Patronus Patronatu evincatur exicdatque, si penes eum tamen tunc erat ejus possessio, rata habetur, tum presentatio ab eo facta, tum Episcopi inititutio. Si Episcopo presentatum ob imparia merita respuente (1), vel quavis alia ratione vacet Beneficium, Oeconomos instituet Episcopus, qui proventus ejus colligant, in Ecclesiæ usus dependant, vel successori servent. Cum Beneficia diltribuant Episcopi (2) ex alieno Patronorum, inde fit, ut ea Beneficiarii resignare non possint, nisi in manus Episcopi, non autem Patroni. Causæ de Jure Patronatus (3) non poterant nisi ab Ecclesiasticis judicibus judicari. Capitula & Abbatia non habebant nisi bimestres inducias ad præsentandum. Pollicitationes omnes Episcoporum de Beneficiis nondum vacantibus (4), irritæ declarantur a Concilio Lateranensi III. Denique ad Episcopos Galliæ manarunt hujus Pontificis Literæ, quibus contestatur vehementer sibi doluisse, quod reculset in Gallia complures Beneficiariorum, vel juris Patronatus compotes fieri per lœcularium Judicum sententias, non requisita Episcopi audientia & consensione: id enim vero cœlestis vocationis oraculo tribui jam non posse, nec per ostium intrari in Ecclesiam, sed aliunde: ideoque nec censorum Ecclesiasticarum jaculis abstinentum esse, quo ea deinceps calamitas ab Ecclesia propulseatur. In saculari foro, nec requisita Episcopi audientia, Patronatus Ecclesiærum & Ecclesiastica Beneficia sibi præsumunt in vestris Parochiis vindicare. Quoniam igitur hujusmodi persona non intrant per ostium, sed aliunde, &c. Denique ad Episcopos Angliæ rescripsit idem Pontifex contra usurpatas a Laicis investitures Beneficiariorum, quarum perveritas in eo maxime execranda foret, quod præter Episcoporum alienum laici Patroni Beneficia dilpertarent, & quibus vellent, largirentur: Beneficia præter alienum Episcoporum, ad quos eorum donatio spectat, de manu laica acceperisse.

IV. In eodem Lateranensi Concilio spoliati fuerant Clerici potestate eligendi, vel præsentandi ad Beneficia, si qui sua indignis vota ante contulissent (5). Clerici si contra formam istam quenquam elegerint, se eligendi potestate tunc privatos noverint,

&c. Sex etiam menses indulti erant, intra quos provideri posset vacantibus Prebendis Officis que. Non satis liquebat, an eo Decreto Patroni continerentur. Innocentius III. poitea C. Cum propter: *De Jure Patronatus*, definiit, si Patroni laici, quamvis de Patronatu lites exarserint, intra quatuor menses neminem præsentent, ab Episcopo tunc tandem Beneficium conferri debere. Ita cœptum est Decretum de quatuor mensibus Patronis laicis, de sex mensibus autem Ecclesiasticis attribui, quamquam Concilium Lateranense III. cuius hi sunt Canones, nihil ejusmodi satis perspicue definisset.

In Concilio Avenionensi anni 1209. constitutum est, ut si juxta hujus Concilii Decreta, Monachi & aliae persona, sive religiosæ, sive alia quocunque, intra sex menses non præsentassent, vacantibus Ecclesiis provideret Episcopus.

In Concilio Lateranensi IV. (6) anno 1215. Patronatus jure spoliati sunt Patroni, qui Beneficiarios interemissa. Concilium Oxfordense (7) anni 1222. bimestre tantum tempus Episcopo assignavit, intra quod præsentatum intitueret; agnovitque juxta Lateranense Concilium post sex menses elapsos jus Patronorum ad Episcopum devolvi, cui ab Oxfordensi hac Synodo præcipitur, quandiu flagrant rixæ & lites inter Patronos, ne quid illis præjudicetur, ne Beneficia ulli eorum conserantur, qui ab iis nominati sunt.

Hæc porro Alexandri III. Decreta magna ex parte in Gregorianis Decretalibus radiant. In his autem perspicue patet, non concessum unquam prius fuisse, ut Patronatus unius Ecclesiæ plures inter hæredes divideretur, quod nempe tunc ut plurimum singuli singulos nominarent, qui dotem Ecclesiæ inter se partirent, non sine gravi ejus dispendio (8): *Nabis visum est quod Ecclesia inter hæredes dividendi non debet*. Verba hæc sunt Concilii Mediolanensis, valde consentanea Concilio Triburiensi. Ex iisdem Gregorii IX. Decretalibus emitat (9), si litigiosi Patronatus candidati intra sex menses non concordent, ab Episcopo Beneficium conferri. Hoc vero Decretum præfixa Rubrica, seu Summa arctat ad Patronos Ecclesiasticos: quod Patroni laici

(1) Cap. 20. 21.

(2) Cap. 24.

(3) Part. 47. c. 4. 6. 7.

(4) Part. 50. cap. 33.

(5) Can. 3. 8.

(6) Can. 14.

(7) Can. 4. 5.

(8) Decretales Greg. IX. de Jure Pat. c. I. 2.

(9) Cap. 22.

laici non gaudent nisi libero quatuor mensium intervallo: Sed intellige de Patronis Ecclesiasticis, nam in Laicis sufficiunt quatuor menses. Quæ ibi coarctatio mere arbitria videri potest, si textus ipse per se intropiciatur, qui nihil ea quidem de re enucleat, nec hic, nec in prima Antonii Augustini Collectione (1), nec in Concilio Lateranensi III. supra relato, ubi etiam tres quatuorve menses leguntur, non sex, sed nulla distinctione expressa Clericos inter Patronos, laicosve.

V. Nec dissimulavit tamen Innocentius III. (2) insigne Laicorum supra Clericos privilegium Patronorum, qui nec Legatis omnibus sunt Apostolicis, nec ipsius Papæ mandatis, quod a Gregorio IX. postea confirmatum est (3) ut alibi dicimus.

VI. Cetera autem hujus Pontificis insigniora Decreta istiusmodi sunt. 1. Non posse Ecclesiasticum Patronum præsentare semetipsum, cum circa piaculum nemo semet possit in Ecclesiæ dignitates functionesque intrudere: Cum nullus se ingeneret debeat Ecclesiastica Prælationis officiis. 2. Posse a Parocho præsentari Episcopo Clericos ad Titulos & Officia inferiora suæ Ecclesiæ inconsulto Patrono, cui tamen illæsum illibatumque suum jus constat, & vacanti Parochiæ providendi, & alios tum Clericos præsentandi, nisi ejus assensu instituti fuissent inferiores hi Titulares. 3. In Ecclesia Conventuali eligendus primum Prælatus est, & tum flagitandus Patroni assensus, nisi speciali aliquo jure is fulcitur, ut electioni ipsi intersit (4). In Conventuali Ecclesia non electioni Prælati facienda, sed jam facta honestius Patroni postulatur assensus, nisi aliter de sua jurisdictione obtingeat, ut partes suas interponere debeat electioni tractandæ. Confirmantur denique ab hoc Pontifice jura honorifica Patronorum, & illud ante cetera eximum, quo modesta eis subsidia subministrantur ab Ecclesia, si quo infortunio ad inopiam delabuntur: pro fundatione quoque Ecclesia honor processionis Fundatori servatur: Et si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modestè succurratur, sicut in sacris est Canonibus institutum.

Ab Honorio III. confirmatum est De-  
Thom. Tom. IV.

cretum (5), quo Patroni laici excludebantur ab electione Prælatorum in Ecclesiæ Conventualibus, & rescissa transactio huic adversa. Quo adduci potest quis, ut quam huic legi exceptionem adjectit Innocentius III. ea ad Patronos trahatur Ecclesiasticos.

VII. Nihilandum fere attigimus de ea Patroni laici facultate, qua ut loquuntur, variare potest, hoc est, si quem primum præsentaverat, Episcopus jure respuerit, alium rursus nominare. Necdum id juris invaluerat, ut ex hoc ipso comprobatur silentio Canonum, quorum pedissequi sumus, utque rursus patet ex Canone Concilii ad Castrum Guntherii habiti anno 1231, quo ea vice cadunt suo jure Patroni, laici promiscue & Clerici, si illitteratum præsentent (6): Accedit interdum quod Patroni Ecclesiarum, tam Clerici, quam laici, præsentent illitteratos ad regimen animorum, quod fieri prohibemus. Et si quis Patronus contra hanc inhibitionem ventre presumperit, jure careat præsentandi illa vice. Proximo Canone eadem intentatur pena in eos etiam indiscriminatim, qui Clericos, ad Ecclesiæ Parochiales præsentant, imperitos vernaculae earum lingua.

Ne id quidem satis certum est, an ubiqui que universum ufu tunc temporis recepta esset illa de quatuor, aut sex mensibus Regula. Etenim anno 1279. in Concilio ad Pontem-Audemari præceptum est Canonice Regularibus, quibus jus est ad Parochias præsentandi, ut intra quadraginta dies præsentent, quibus elapsis Presbyteros sacerdotes illis in Ecclesiæ constituet Episcopus (7): Nisi sufficientes personas infra quadraginta dies a tempore vacationis Ecclesiærum præsentaverint, per Episcopum Ecclesiæ vacanibus provideatur, ponendo ibi Presbyteros sacerdotes, si ibi videbitur expedire.

VIII. In Synodo Pictaviensi anni 1280. sancitum est, ut qui præsentati fuerant sede vacante Episcopatus, & quos probabile est a Capituli Vicariis Generalibus institutos jam tum fuisse, convolarent ad Episcopum tercio saltem mense post ejus consecrationem (8): Monemus omnes qui sede Pictaviensi vacante, Beneficia curam animalium habentia, vel Capellania, seu do-

R mos

(1) Collect. 1. Ant. Aug. de stat. & q. ordin. c. 5.

(2) Ibid. c. 28.

(3) Epist. 13.

(4) De jure Patron. c. 26. 30. 35.

(5) De electione & electi potest. cap. 51.

(6) Can. 15. 16.

(7) Can. 24.

(8) Can. 9.

mos eleemosynarum sint adepti ; vel ad ea presentari , intra tres menses coram nobis ubi fuerimus , se presentent , titulum sibi competentem in premissis ostendere . In Concilio Vrbsburgensi anni 1287. excommunicati sunt . & ea vice exuti jure Patronatus , qui præsentare procrastinarent ultra mensem , post illum temporis terminum , quem jura constituerant ,

Necdum ergo tunc aperte prodita erat in contextu Juris Canonici illa Clericos inter Laicosque Patronos distinctio . Videatur autem nobis quidem Bonifacius . VIII. fluctuantem hactenus & narrantem de mensibus sex quatuorve Regulam primus omnium universaliter & constantissime defixisse in Sexto , Titulo de Jure Patronatus . Quam & ille Regulam in eos etiam Clericos effundit , qui jura sibi adjunxere Patronatus laici . Uique adeo amabant hac quidem in re Ecclesiasticum Patronatum amplificare .

Anno 1300. Synodus Bajocensis ab Episcopis voluit (1) , post institutos eos , quos Patronus præsentasset , illos mitti ad Patronum , ut solemni apud eum sacramento defungerentur . Id sacramentum necdum obsoleverat in Provincia Narbonensi , ut aliquet ex Concilio Avenionensi anni 1326. 2. Ut ne resignationes ullæ fierent , nisi in manus Episcorum . 3. Utque quibuscumque provisum fuerit de Beneficiis , viduata fide , Episcopo recens instituto ii omnes filtere se teneantur (2) . Omnia beneficia collata vacante sede Bajocensi , & post promotionem nostram si nobis non fuerint presentata , in manu nostra capimus , & per manus Diaconorum volumus & precipimus detineri .

IX. Ita quidem ab his tum Galliz Episcopis restringebantur Capitulorum institutiones dum vacaret sedes . At contra Germanie Prælati communicasse videntur cum Archidiaconis , eorumque Vicegerentibus , jure , vel consuetudine subnixis , instituendi potestatem . Accipe Canonem ipsum Coloriensis Concilii , anno 1310. (3) Nullus Ecclesiam Curatam de cetero teneat , nisi a nobis vel Archidiacono , & eorum vicem gerentibus , quibus hoc de jure , vel consuetudine competere dignoscitur , de eadem fuerit legitime institutus ; cum alias non habeat claves ligandi , vel solvendi .

Propius ad Gallicanas consuetudines accedebat Concilium Ravennas anni 1317. quando decrevit , ut qui ab aliis Prælatis Regularibus , vel Secularibus instituti fuerant , ut ferebat consuetudo , ne animarum curam susciperent , vel Sacraenta administrarent , nisi potestatem ante ab Episcopo ipso accepissent (4) . Sacerdotes aliqui per nonnullos Prælatos seculares , vel regulares , quibus in certis Ecclesiis Parochialibus Rectorum instituto de consuetudine competit , sine sui Episcopi auctoritate , Parochiales Ecclesiarum ipsarum qui ipsius Episcopi subditis esse noscuntur , præsumunt solvere & ligare in suarum prejudicium animarum &c. Discriminis huius non insulsa ea conjicitur ratio , quod Germanie Præfules minus sollicitos haberet procuratio suarum Diceceion , Episcopaliumpque jurisdictionem defensio , quam Galliz Italique Episcopos .

In Concilio Rothomagensi anni 1335. cum prohiberi omnino non possent Patroni , quin Parochos in Ecclesiis instituerent , constitutum est , ut Parochi post quadraginta saltem dies inita Parochiarum possessio- nis , Episcopo se filterent , ut chartas titulosque repræsentarent , sacramentumque præstarent obedientiæ , totiusque muneris sui summa fide obeundi (5) : *Quia aliqui plerumque in Parochialibus Ecclesiis instituuntur per alios quam per Diaecanos , sine auctoritate ipsorum ; statuit Concilium , quod quoties aliquem sic de cetero continget institui , idem institutus infra quadraginta dies a tempore corporaliter adeptus possessoris , coram Diaecano , seu ejus Vicario comparere personaliter debeat fidem facturus debitam de titulo , ac præstiturus Diaecano , de obedientia , fidelitate , residentia , & aliis consuetis debitu[m] & solidum juramentum .*

X. Hinc autem manifestissime appetat , quam necesse semper visum fuerit , ut penes Episcopum solum summa semper esset potestas , ea largiendi Beneficia , quibus animarum cura immineret ; cum tantopere tandemque nervos omnes contenderit Ecclesia , ut Patronorum laicorum collationibus obliquetaretur , utque alias iniret vias ac rationes ejus labis sarcenda , quæ ex Collatoribus Ecclesiasticis oriretur , vel ex institutionibus aliorum quorumvis præter Episcopos .

Con-

(1) Can. 43.  
(4) Can. 2.

(2) Conc. Aven. c. 31.  
(5) Can. 9.

(3) Can. 12.

Concilium Colonense anni 1549. decrevit, ut a Pontifice postularetur revocatio cuiuscunque potestatis ad hujusmodi Beneficia pleno jure conferenda: utque omnibus omnino aditus ad ea intercluderetur (1): nisi praecedat examen Episcopale. In Concilio Tridentino decretum est (2), ut quocunque demum, vel privilegii, vel coniunctudinis jure allegato, qui ab Ecclesiasticis presentarentur Patronis ad quodvis Beneficium, nec initium possent, nec admitti, nisi eos & examinasset Episcopus, & dignos judicasset. Excepti sunt tantum Graduati insignes & Nominati. In alia ejusdem Concilii Sessione decretum (3) est, ut Episcopi ipsi instituere possent, utque Episcopo soli presentare possent Patroni, revocatis rescisissime omnibus privilegiis huic Decreto adversis.

Verum cum in hoc eodem Concilio statuitur (4), ut ad omnes Ecclesiastici Patronatus Parochias vacantes, instituantur concursus & examen publicum asperissimumque, cui praeſit Episcopus cum examinatorebus plurimis; & ubi Collator, institutus torque quivis alius, quam Episcopus, ad eum determinatur & adstringitur, quem Episcopus dignissimum declararit inter eos qui examen subierint, Patronus Ecclesiasticus eligit ipse dignissimum: Quem praesentat autem Patronus laicus, ab examinatorebus rejici potest, si minus idoneum judicaverint: His perspicue significat Concilium, Patronum quemvis, seu laicum, seu Ecclesiasticum, ad id omnino studium, voluntatemque suam convertere ac conferre debere, quod animarum saluti conducibilis est. Ita non proslus extinguitur a Concilio vel Collatio, vel institutio, a quibusvis aliis præter Episcopum expectanda, sed post Episcopi examen rejicitur, eique accommodatur. Postremo de quo demumcunque agatur Beneficio (5), potest Episcopus a Patronis praetentatos rejicere, si ineptos inutilisque comparerit: si vero eorum institutio ad alios quam ad ipsum pertineat, jure semper utitur suo, ut eos ad examen suum vocet, & alioqui irrita sit institutio.

XI. In Concilio IV. Mediolanensi anno 1579. constitutum est (6), ut ejusdem mo-

di concursu, & examine consimili præmisso, ad Pœnitentiarii & Theologi dignitates eligeret Episcopus dignissimum omnium, cui Collator, etiam Capitulum ipsum conferre cogeretur. Parochiæ similiter collationis Prælati Exempti, vel Prioratus Ecclesiastici, aut mixti, non dabantur ex hujus Concilii prescripto, nisi iis quos Episcopus omnium dignissimos post Concursum & Examen judicari.

In Gallia vero Concilium Rothomagense anno 1581. Examen instituit (7) alterum cum primis Examinatorum sex, quos Synodus Dioecesana nominarit, ad eos omnes excutiendos, quos laici Patroni, vel Clerici ad Parochias nominarint. Concilium Burdigalense (8) anni 1583. promulgavit Decretum Concilii Tridentini, ad Examen & Concursum vacantium Ecclesiarum Parochialium, caſſatis irritatisque collationibus & institutionibus quibuscunque, & provisionibus aliter factis. Concilium Turonense ejusdem anni (9) non modo idem ipsum promulgavit Decretum Tridentinæ Synodi, sed & eodem pertinentem Bullam Pii V. Concilium Aquense anni 1585. subjeicit examini Episcopi, & trium faltem Examinatorum, quos Synodus nominarit, eos omnes, quibus vel collatione, vel nominatione, vel provisione Romana, aut Legati Avenionensis, Beneficia aliqua collata fuerint. Concilium denique Burdigalense anno 1624. irritas pronuntiavit (10) Collationes omnes, ubi Abbates, Priors Conventuales, vel Laici Beneficia conferrent iis, quos nec nominasset Episcopus, nec approbasset.

XII. Nec præteriri hoc loco potest quod docet Fagnanus (11), quamvis jure non possit laicus quisquam conferre Beneficia, quantumvis suffragetur ei immemorialis consuetudo: si tamen fama privilegii concurret cum immemoriali consuetudine, posse jure communi ea potestate uti. Verum juri ei communi derogatum esse Bulla Gregorii VIII. qua rescinduntur præscriptiones & consuetudines omnes immemoriales, cum fama privilegii, iis in rebus, que in detrimentum cedunt Ecclesie. Propterea nimirum quod ea probatio sit negativa

R 2 qui-

(1) Tit. De exam. Ord. cap. 9.

(2) Sess. 7. cap. 13.

(3) Sess. 14. c. 12. 13.

(4) Sess. 24. cap. 16.

(5) Sess. 25. cap. 9.

(6) Cap. 5. (7) Tit. de Episc. offic. n. 26.

(8) Cap. 22.

(9) Cap. 4. 14. (10) Tit. De his quæ ad Coll.

(11) Fagn. in l. 1. Decr. Part. 1. p. 257. 258.

quidem, sed valde efficax, quod authenticas Chartas horum privilegiorum, nec Romanæ, nec alibi gentium reperire sit. 2. Cum a Congregatione Concilii declaratum sit, Concursum a Concilio Tridentino adornatum ad Parochias, non habere locum in Parochiis Patronatus laici: declaratum est etiam ab eadem, si cunctatione & desidia Patroni, qui intra quatuor menses non nominari, jus ad Episcopum devolvatur, non posse Episcopum eas nisi per concursum conferre (1). 3. Quoad Parochias Patronatus mixti, prius quidem definierat Congregatio Concilii, locum esse debere Concurui, ut qui sit Ecclesiæ favorabilior: sed ab ea post discessit sententia, ne Patronos laicos nimis arctaret, quibus tunc etiam indulti sunt eo casu sex menses. Huic posteriori definitioni Pontifex accessit. 4. Jus commune, ut habetur: *Capite Cum vos, De officio Ordinarii, præcipiebat*, ut Episcopi Oeconomos instituerent in Ecclesiis Patronatus laici vacantibus, qui fructus colligerent servarentque successori, portione congrua sibi decisa in suos usus, permitta Clericis facultate, ut Ecclesiam servent & tueantur ipsi sui Patronatus (2). Ita Jus commune quidem: at Episcopi a Tridentino jam jussi sunt Oeconomos omnibus in Parochiis vacantibus cujuscunque Patronatus collocare (3). 5. Alexander III. Papa: C. *Cum vos, de officio Ordinarii, agnoscit quia persone minus idoneæ presentantur a Patrono laico: cogi per se Episcopum, ut Ecclesiæ diu vacare sinat.* Ex quo inferunt Canonistæ variare posse Patronum laicum, non Ecclesiasticum. Si tamen indignum non præsentavit Ecclesiasticus Patronus, nisi ex ignorantia, vel obreptione, potest alium præsentare, postquam prima præsentatio rescissa fuerit, juxta C. *Si electio, De electione, In Sexto* (4), quo sex alii menses dantur electoribus, quibus obrepsum est. Ex adverso autem si Patronus laicus, vel Clericus, qui ratione patrimonii sui Patronus est, indignum præsentet, non nec siens indignum esse, valde dubium est inter Canonistas, an non hac vice privetur Jure nominandi. Itaque et si

interest multum, non interest tamen tantum discriminis inter Laicos, Clericosque Patronos, quantum nonnulli opinantur. Maxime si spekes a Concilio Tridentino (5) juberi Patronos, laicos etiam, ut probabile est, intra decem dies nominare, ut quos nominarint, ita Synodalibus Examinatoribus examinentur.

XIII. Illud porro hinc emergit, privitya Patronatus laici ab usu magis, quam a Decretis Pontificum profecta esse (6), & Canonibus Conciliorum, qui illis ex adverso subinfensi videntur fuisse. Et nihil tamen minus, cum utsi ipsem Lex sit, & ejusmodi Lex, qua ceteris legibus omnibus, vel accedat auctoritas & vis, vel decedat (7): tam clara in luce radiare visa sunt privilegia laicorum Patronorum, ut dubii omnes Patroni in laicos se transferri semper certaverint. Memorat Chopinus (8) anno 1573. a Parlamento Parisiensi Universitatem Parisiensem Laicis Patronis adscriptam fuisse. Actum est tam operose de hujus celeberrimæ Universitatis Patronatu Tomo tertio ejus Historiæ, ut diutius hic imorandum nobis omnino non sit. Egit prolixe & Covarruvias (9) de Laici Patronatus prærogativis in Hispania, quæ non multum ab ludunt a Gallicanis. Egit & Vasquesius (10) de iisdem in eundem modum, in Opusculis suis.

XIV. Paucissima supersunt obiter delibanda de duobus, quorum alterum jam non semel perfrictum fuit. Primum est de repulsa ejus, quem Episcopo præsentat Patronus. Abbatem sancti Remigii & Archidiaconum Remensem delegavit Alexander III. Papa (11), ad dijudicandas causas repulsa, quam ab Episcopo Sueffionensi passus erat Subdiaconus, ab Abbatे sancti Petri Catalaunensis ad Ecclesiam Parochiale præsentatus. Ita autem statuerat Pontifex non potuisse præsentatum respui ab Episcopo, nisi manifesta & rationabili de causa. *Indecens est, & penitus obvium rationi, ut prænominato Subdiacono, nisi pro manifesta & rationabili causa, plebis cura denegetur, &c.* Aut investiat, aut quare id facere non possit, coram

(1) In l. 3. p. 2. p. 255. 257.

(2) In l. 1. p. 2. p. 440.

(3) Seff. 25. cap. 9.

(4) Fagn. ibid.

(4) Seff. 24. cap. 18.

(5) Hallier. De Elec. Seff. 8. c. 2. art. 2. §. 2.

(7) Fevret. l. 3. c. 1. n. 12.

(8) Chopin. de dominio l. 3. T. 27. n. 12.

[10] Vasq. Opusc. p. 383.

(9) Covarruv. Praet. qq. c. 36. tom. 2.

(11) Append. 1. Epist. 37.

*ram vobis rationabilem causam ostendat, &c. Si contempserit, vos investitis, &c.* Concessit hic idem Pontifex (1) Capitulo Cabilonensi, ut Beneficiarios Patronatus sui Episcopo Augustodunensi presentaret, sibi si praesentatos respueret instituere Episcopus Cabilonensis.

In Concilio Oxfordensi anni 1222. praeceptum est Episcopis & Archidiaconis, ut intra duos menses admitterent sibi praesentatos, si idonei essent; sin minus Superiori aperirent causas negatae institutionis (2): *Nisi causam rationabilem coram suo Superiore duxerit adsignandam, cum super hoc fuerit requisitus, &c.* Idem ipsum insinuari videretur in Concilio Salisburgensi, anno 1274. (3) *Antequam per Diocesanum loci, vel Superiore ejus, si ipse facere, quod tenetur, neglexerit, fuerit investitus, &c.* Conventus Cleri Anglicani anno 1316. a Rege Eduardo II. impetravit, ut quos Rex praesentasset, & quos Episcopi iustis de causis repulissent, ii juxta Canones ad Judices Ecclesiasticos confugarent, non ad laicos, ut nuper factum fuerat per summum nefas (4): *Si Episcopus eos non admittat ut puta propter defectum scientiae, vel aliam rationabilem causam, non subeant examinationem laicarum personarum, prout his temporibus attentatur de facto, contra canonicas sanctiones.* Sed adeant Judicem Ecclesiasticum, ad quem de jure perinet, pro remedio, prout justum fuerit, consequendo.

Utque proprius accedam ad nostra tempora, Concilium Rothomagense anni 1581. ab ea omnino non recedit sententia (5): *Si presentato renuerit Episcopus collationem dare, cogatur causas recusationis sue in scriptis exprimere; nec liceat superiori collationem decernere, nisi prius discussis causis & judicatis, propter quas Episcopus recusaverit collationem dare, alioquin superioris collatio nulla erit.* Quod ipsum iisdem verbis decretum est in Concilio Remensi anni 1583.

His consentaneum est Edictum Blesense (6), quo praecepitur, ut si imprestantes Beneficia, non ii sint, qui iis defungi rite possint, eoque rejiciantur ab Episcopo,

Superior is ad quem recurrent, ne eos instituat, nisi excussis causis repulse, quas ideo tenebitur Ordinarius exprimere & inferre Actis repulsa ipsis. Idem proorsus habetur in Edicto Melodunensi.

Quin & Comitia Cleri Gallicani anno 1635. similiter decrevere (7): *Ne causa ulla vera, aut praetexta instituantur, quos proprius Episcopus, vel Vicarius ejus Generalis instituere renuerit, nisi ab eo qui superior sit Ecclesiasticus.* Sed nec Ordines dentur ab Episcopo quocunque alio, quam Diocesano, nisi acceptis Diocesani litteris Dimissoriis. Id vero confirmatum est Diplomate, seu Arresto Consilii Regii anno 1646. sed ita ut videatur Superior Ordinarius tam ordinare, quam instituere posse, si Diocesanus Episcopus renuit, quamvis id minus expressum sit in Decreto Cleri: *Nec Ordinare, Instituere, Conferre, Providere, recusante Archiepiscopo proprio, vel Episcopo, nisi Superioris sunt Ordinarii renuentium Ordinariorum.* Hoc vero Decretum Cleri Gallicani anno 1635. editum, innovatum confirmatumque fuit a Comitiis Cleri Gallicani anno 1660. & 1665. ne tum quidem expresso eo, quod posset Superior Ecclesiasticus Ordines conferre, renuente Episcopo Diocesano.

XV. Alterum & postremum est, si Episcopi Praelati que ceteri conferre detrectent, ne a Judice seculari quocunque ad id cogi & coactari possint; sed ab eo potius partes ad Judices Ecclesiasticos superiores ablegentur. 2. Nec decernere possit Judex, ut ipsa facta repulsa charta locum habeat institutionis. 3. Nec alias possit Praelatos compellere ad instituendum Diocesanos, non suos. Est ad manum farrago Senatusconsultorum, Arrestorum, Edictorumque regiorum, quæ ita sanciant, in Compilatione recentiori Actorum & Monumentorum Cleri Gallicani (8), ubi hæc duo conjunctim pertractantur copiosissime. Occurrent & ibidem Edicta varia rursum & Senatusconsulta, quibus prohibentur Patroni laici, si haeretica lue inquinati sint, praesentare, quanquam non prohibeantur Catholicici eorum procuratores. Advertatur is quidem usus juri communi Canonico, ex ea

(1) Append. 3. Epist. 7. (2) Can. 4. (3) Can. 23. (4) Cons. t. 21. Part. 2. pag. 2466.

(5) Tit. de Offic. Epif. c. 26. (6) Art. 3. (7) Art. 15.

(8) Memoires du Clergé t. 2. p. 48. 75. Procès verbal de l'Assemblée du Clergé en 1660. pag. 26°. 306. le Préfcre Cen. 2. cap. 32. Fagn. in l. 3. Decret. Part. 2. pag. 251. Et l. 3. Part. 1. pag. 237.

ea nimirum causa , quod hæretici in Gal-  
lia tantum nostra tolerarentur. Quanquam  
& in Russia aliisque regionibus , ibi simi-  
liter impune hæretici schismatique inter  
Catholicos diverlantur , persimilis tandem  
indulgentia necessario fuerit adhibenda. An-  
no 1655. Comitia Cleri Gallicani Regiam  
impertravere Declarationem ad Senatum  
Parisiensem , qua Patronatus hæreticorum  
ad Episcopum Diœcesanum devolvebatur .  
Comitia ejusdem Cleri anno 1660. idem  
expetiere ad cetera prorogari Parlamenta .  
Minime necesse est autem nos hic diutius  
immorari , in periculis Judicibus con-  
troversiarum de Patronatu : cum explora-  
tissimum sit Jurisprudentiam Gallico Re-  
gno receptissimam a supralaudatis Decreta-  
libus proflus dissidere ea quidem in re .

**De universalis & ordinaria Episcopi po-  
testate conferendi omnia prorsus  
Beneficia sua Diœceseos.**

**C A P U T XXXIII. P.1. l.2.c.5.**

**Per quinque priora saecula , erat Episcopus  
Collator ordinaries omnium  
Beneficiorum .**

I. Non sejungebatur tum quidem Ordo &  
Beneficio. Ut ergo Ordinum , ita & Benefi-  
ciorum unus erat Collator Episcopus .

II. Necesse erat & consuli Clerum , &  
testimonium plebis exquiri . Probationes ex  
Conciliis .

III. IV. Probationes aliae ex Paulino &  
Augustino ,

V. Tumultuationes plebis compescuere tan-  
dem Synodi Canonesque .

VI. Solius erat Episcopi dignorem eligere  
inter eos , inter quos se Cleri plebisque vo-  
ta scindebant .

VII. Cur Concilium Laodicenum ab Elec-  
tionibus plebem summovendam censebat ?

VIII. Ex Hieronymo probatur , partes ali-  
quas fuisse Cleri , populique in electionibus ,  
ut Episcopalis tamen potestas dominaretur .

IX. Aliae ejusdem rei probationes .

X. Perinde res se habebat in Ecclesia Gre-  
ca . Probationes .

XI. XII. Aliae probationes ex Epistola Ba-  
silii .

XIII. Incusat sur & purgatur Chrysoste-  
mus .

XIV. Cur Archidiaconi sit ad Ordines &  
ad Beneficia presentare .

XV. An Diaconi eligerent Archidiaconum ?

XVI. Cum Apostoli & eorum successores  
Episcopi , Ecclesiarum omnium sint fundato-  
res , ad eos spectat primarium & universale  
jus Pastores proficiendi .

I. **U**T Ordinandi , ita & Beneficia con-  
ferendi penes Episcopum solum  
primaria erat potestas , cum ita ferret lex  
inconcussa vetustissimæ Ecclesiarum Disci-  
plinæ , ut nec ab Ordine Beneficium , nec  
vicissim Ordo a Beneficio disjungeretur .  
Attendeatur & ordinabatur proflus nemo ,  
cui non statim sacræ quædam functiones  
adsignarentur , indicereturque Ecclesia , ubi  
& munus obiret aliquod spiritale , ex quo  
& temporale demeteret stipendum .

Si autem ut diserte jubet (1) Concilium  
Carthaginense IV. ante Episcopos Cleri  
sui vota & populi testimonium explorare  
& scrutari debebat , quam quenquam Clero  
adscriberet , ordinaretque ; hinc & illud  
concluditur , & voto Cleri & testimonio  
populi opus fuisse ad Beneficia conferenda :  
Ut Episcopus sine consilio Clericorum suorum  
Clericos non ordinet , ita ut civium conni-  
veniam , & testimonium querat .

II. In his plane verbis singulis plurimum  
momenti est , ut ea sigillatim expendi ne-  
cessa sit . Summam enim Episcopus retinet  
semper auctoritatem : sed imperium & au-  
toritas adeo non debilitatur sapientia &  
moderatione , ut augescat potius & magis  
magisque convalescat : Ergo Cleri Consilio  
utebatur Episcopus , testimonium quoque  
plebis expectabat , ad dignoscendos eorum  
mores , quos ordinatus erat : nec regimen  
cuiquam adsignabat , nisi certus fore ut  
acquiescerent illi , qui regendi alicui com-  
mendabantur . Istiusmodi prudentia &  
caritatis regula nihil detrahit cujusquam im-  
perio : quia & praesidii adjicit plurimum &  
ornamenti . Ita sentiebat , ita factitabat  
Augustinus teste Possidio (2) . In ordinan-  
dis Sacerdotibus & Clericis consensum ma-  
jorem Christianorum & consuetudinem Ec-  
clesie sequendam esse arbitrabatur . Augu-  
stinus igit Presbyter ordinatus fuerat a Va-  
lerio

(1) Can. 22.

(2) Cap. 42.

lerio Episcopo, collatione prius habita Episcopi & populi, populique ipsius electione, non sine vi quadam, quæ non alio tamen e fonte nascebatur, quam ex summa quadam summarum Augustini virtutum populi existimatione: Cum Valerius Episcopus flagitante Ecclesiastica necessitate, de providendo & ordinando Presbytero civitati, plebem Dei alloqueretur & exhortaretur, jam scientes Catholici Augustini propositum & doctrinam, manu injecta eum tenerunt, & ut in talibus consuetum est, Episcopo ordinandum intulerunt, omnibus id uno consensu & desiderio perfici perentibus, magnoque studio & clamore flagitantibus.

III. Nec dispar fuit Paulini ad Presbyteratum electio & electioni adjuncta vis quedam, quam pietas & religio merito excusaret. Proferam hic verba ipsa Paulini in Epistola ad Amandum, ubi declarat plurimum omnino potuisse plebem in istiusmodi Ordinationibus, ac Beneficiorum nominationibus: *Ego vermis & non homo, vi subita invitus, quod fateor adstrictus, & multitudine strangulante compulsus, quamvis cuperem calicem istum a me transfere, tamen necesse habui dicere Domino, verum non mea voluntas, sed tua frat.* Ejusdem rei argumento est Augustini ipsius narratio, de excitata in Pinianum pia quadam, ut alibi dicemus, plebis Hipponeensis coniuratione.

IV. Adeo non infrequentia erant hæc exempla, ut ea creberrima fuisse & plerumque ita contigisse testatum faciat Augustinus ipse. Cum enim quorum maxime spectata erat virtus, eorum esset & humilitas, ac modestia quedam animi eximia, quæ eos ab honoribus & dignitatibus quibuscumque mirum in modum alienaret, & in fugam ageret: pene necessario sinebantur plebes in eos impetum facere & cogere, ut Ecclesie necessitati, Deique adeo voluntati servirent (1): *Solemus proponere continentiam Clericorum, qui plerumque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur invititi, eamque suscepimus usque ad debitum finem Domino adjuvantem perducunt.*

V. Nec tamen per Canones plebi fas erat ita exardescere, ut in electionibus plurimum posset, & quidvis expugnaret. Tolerata quandoque est violenta ejusmodi irruptio: quandiu constitit eam quanquam

nimiam, & improbandam effervescentiam, non alio tamen ex capite, quam ex pio zelo, & caritatis æstu proficiisci, unique famulari Ecclesie utilitati. Sed cum non facile regereretur, sed ultra recti limites quandoque eveheretur populi tumultuantis impetus: eo tandem deuentum est, ut dominarentur Canones, nec plebi quidquam permitteretur, quam ut de vita & moribus eligendorum testimonium diceret. Ita supra allatus Canon Concilii Carthaginensis IV. ita etiam ante Canon alias Carthaginensis Concilii III. (2) *Ut nullus ordinetur Olericus, nisi probatus vel Episcoporum examine, vel populi testimonio.* Populi erat ergo rimari & nudare mores, vitam, gesta, virtutes & vitia privatorum, qui oculos, aureisque, & conscientiam fallere possunt paucorum, non omnium, non populi. Episcopi autem erat numeratis his suffragiis calculisque subductis decernere, & digniores quoque eligere.

VI. Ea est constantissima & immutabilis Electionum regula, a qua nisi in damnabilem personarum acceptiōē deviari non possit. In hoc genus electionibus anteponi non possunt dignis indigni, vel digni etiam ipsi dignioribus, nisi flagitio tanto detestabiliōē, quanto graviora inde & diuturniora in posteras estates emergunt detrimenta. Atqui manifestissimum est tanti momenti delectum judiciumque populo plerumque versatili & tumultuoso committi sine summo discrimine non posse. Certissime ergo unius erat Episcopi suffragia & testimonia omnia trutinari, & digniorem eligere. Audi ut Augustinus hanc indubiam & inexorabilem legem promulget (3): *Nec sane, quantum arbitror, putandum est leve esse peccatum in personarum acceptione, si illas distantiam sedendi ac standi ad honores Ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi divitiae ad sedem honoris Ecclesie, contemptio paupere, instructiore atque sanctiore?*

VII. Ideo & in Laodicena Synodo cautum est, ne plebes turbæque jam sacros ministros eligerent (4): *Quod non sit turbis concedendum electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi.* Nec me præterit hac voce ὥχλοι, turbe, videri quamplurimis tumultuosam potius significari plebem, & effrenatam, quam populum solum

(1) De adult. Conjug. I. 2. c. ult.  
(4) Can. 13.

(2) Can. 28.

(3) Epist. 29.

brium & frugi. Sed ubi quælo populi con-  
ciones non his astuant perstrepuntque stu-  
diis tumultuosis, & quasi procellis hinc il-  
lincque ingruentium cupiditatum? Vehe-  
menter ergo probabile est, ita tandem con-  
sulnus visum statutumque fuisse, ut plebi  
proponerentur duntaxat qui ad sacras digni-  
tates deligendi censebantur ab Episcopo &  
Clero: atque abunde fuisse, ut ne plebs  
contra niteretur gravi aliqua insimulatio-  
ne. Eo sensu donandum, quod decrevit  
Siricius (1): *Diakonus accessu temporum  
Prestyterium, vel Episcopatum, si eum Cle-  
ri ac plebis evocaverit electio, non immerito  
fortiretur.* Et quod habet Hieronymus (2):  
*Cum ad perfectam etatem veneris, si ta-  
men vita comes fuerit, & te vel populus,  
vel Pontifex civitatis in Clerum elegerit,  
agito que Clerici sunt.*

VIII. Admittitur quidem ab Hieronymo  
ad electionem Clerus, populusque: sed  
summa auctoritatis ab eodem in Episcopum  
solum confertur. Quin & id ille ex Apo-  
stoli verbis invictissime concludit; sic enim  
Paulus ad Titum (3): *Ut constituas per ci-  
vitates Presbyteros, sicut ego disposui tibi.*  
Episcopo ergo Paulus auctoritatem demandat  
constituendi tum Presbyteros, tum alias  
quoscunq[ue] Beneficiarios, quorum omnium  
una eademque ratio est (4): *Audiant Epi-  
scopi qui habent constituendi Presbyteros per  
urbes singulas potestatem, sub qualis lege  
Ecclesiastica institutionis ordo teneatur. Ma-  
nifestum est, eos qui Ecclesiastica lege con-  
tempta, Ecclesiasticum gradum non merito  
voluerint alicui deferre, sed gracie, contra  
Christum facere, &c.* Inflammescit mox  
Hieronymi zelus in Episcopos, qui affe-  
ctui & favori dant, quod meritis largien-  
dum erat, & qui Beneficia temere dipen-  
sant, quasi arbitrariz & privatæ beneficen-  
tiæ ea essent dona, cum sint cumulatissimæ  
virtutis justa præmia. Vel ex hac viciofa  
Episcoporum facilitate, & sacrarum digni-  
tatum inconsiderata, ut ita dicam, prodi-  
galitate, liquebat tamen certissime, unos eos  
esse Beneficiorum omnium collatores: *At  
nunc cernimus, plurimos hanc rem benefi-  
cium facere, ut non querant eos in Eccle-  
sia columnas erigere, quos plus cognoscant  
Ecclesia prodeße: sed quos vel ipsi amant,  
vel quorum sunt obsequiis definiti, vel pro  
quibus Majorum quispiam rogaverit, vel*

ut deteriora taceam, qui ut Clerici ferent,  
muneribus impetrarunt. Tria hæc sunt si-  
moniæ genera, ab obsequio, a lingua, &  
manu, qua postea Gregorius Magnus lu-  
culentissime explanavit. In Epistola ad  
Nepotianum uni Epicopo electiones vin-  
dicat idem rursus Hieronymus (5): *Gau-  
deat Episcopus judicio suo, cum tales ele-  
gerit Sacerdotes.* Et rursus in Epistola ad  
Diaconnim Sabinianum: *Recordare a quo  
Episcopo Diaconus ordinatus sis: nec mirum,  
quamvis sanctum hominem, tamen in ho-  
mine deligendo potuisse falli, cum & Deum  
pœnitiat quod Saul in Regem unixerit; &  
in duodecim Apostolis Judas sit proditor re-  
pertus.* Itaque ut olim a Deo Saul, a  
Christo Judas electus est, ita & ab Epi-  
scopis circa culpam quandoque suam eli-  
guntur Ministri, qui & Episcopis postea  
& Ecclesiis, tum dedecori sunt, tum etiam  
detrimento.

IX. Si solus eligeret Episcopus, palam  
hic fecit Hieronymus, quantis illudi & cir-  
cumveniri posset privatis cupiditatibus: si  
populus partes suas interponeret, factiones  
ambitiolorum increscebat in dies: *Cum  
manifestissimum sit potuisse paucos præmio  
& mercede corrumphi, eos qui sinceram fi-  
dem non habent, ut clamarent in Ecclesia,  
& ipsum petere viderentur Episcopum: ut  
censebat Osius in Concilio Sardicensi.*

Medium ergo & tutissimum illud videri  
poterat temperamentum, ut ne Episcopus  
aut Ordines conferret, aut Beneficia, nisi  
re tota cum Clero suo consulta. Ea erat  
electionum ratio in Ecclesia Alexandrina,  
ut colligitur ex Epistola Nicæni Concilii  
ad illam Ecclesiam, ubi Concilium resti-  
tuit quidem Ordini suo Presbyteros, qui a  
Meletio ordinati fuerant, necdum sedato  
schismate, sed ea lege, ut concedant  
Presbyteris omnibus ab Alexandro Alexan-  
drino Episcopo ordinatis, nec eodem cum  
illis utantur jure nominandi, vel præsen-  
tandi eos qui ordinandi sunt (6): *Ut nulla  
ipiss potestas sit eos ministros Ecclesia desi-  
gnandi, qui ipsorum probentur arbitrio,  
neque nominationem penes se habeant eorum,  
qui diligendi sunt ad Ecclesiæ munera obeun-  
da.* Presbyteris autem qui invicta constan-  
tia steterant in unitate Ecclesiæ, potestatem  
eis pristinam confirmat Concilium nomi-  
nandi præsentandique eos, quos Clericatu  
dignos

(1) Epist. 1. cap. 10.

(4) L. 1. in Epist. ad Titum.

(2) Epist. ad Rustic.

(5) Can. 2.

(3) Ad Tit. c. 1.

(6) Hist. Eccl. L. 1. c. 6.

dignos existimabunt. προχειρίσαι, καὶ ὀνειδεῖσαι τὸν αἰτῶντα τὸν λαόν. Certe in aliquam partem ejus facultatis plebs quoque ipsa vocatur a Concilio, ubi additur, si seniorum quis illorum Presbyterorum fato suo obeat, subrogari illi posse unum ex recentioribus, illum nimurum, quem plebs eliget, & quem Episcopus confirmabit. καὶ δὲ λαός αἱρέτω, συνεπιβολής τοις, καὶ ἐπιτελεύτης τοις ἐπιτελεῖς. Sed nemo non sentit, quantum plus modic sit in Cleri, quam in plebis suffragatione.

X. Si qua vero hic resideret adhuc nubecula difficultatis, eam omnino difflaret Canon VI. Theophili Episcopi Alexandrinii apud Balsamonem. Tota ibi auctoritas Episcopo vindicatur, Cleri necessarius proununtiatur consensus, sicut præsentia populi ad Ordinationes. Ideo & eas palam publiceque fieri decernit, ut populi præsentia aut deterreat, aut prodat & coarcat omnes, qui infamia facinoris, vel flagitiū aliqua laborant. De his qui ordinandi sunt, hac erit forma; ut quidquid est sacerdotalis ordinis, consentiat & eligit: συνομίνων καὶ αἱρέτων. Et tunc Episcopus examinet: δοκιμάζω. Enī ut nominent & præsentent Clerici: at Episcopus examinet judicetque, probet improbetque præsentatos. Vel etiam assidente illi Ordine Sacerdotali, ordinet.

Subjicitur & alia hæc ratio ac forma, sed quæ eodem recidat. Episcopus ordinat & institutus quos dignos judicat, Clero idem judicante, populo præsente & testimonium perhibente. συνομίνων τε & λεπτῶν. Ordinet in media Ecclesia præsente populo, & Episcopo alloquente, an etiam possit ei populus ferre testimonium. Illa necessario observanda lex in omnibus Ordinationibus, ut publice fiant, ut populus adsit, ut Episcopus omnes interroget, an sceleris aliquid objici iis possit, qui ordinandi sunt. Perspicue hic & Episcopi supra Clerum prærogativa emicat honoris & potestatis; necnon & Cleri supra populum, cui residuum id unum est in electionibus, ut pro jure, adeoque & pro officio suo, ordinandos testimonio suo vel juvet, vel deprimat.

XI. Protulit Balsamon sancti Basili Cæsariensis Episcopi Epistolam ad Choréscopos suos, ex qua & roboris aliquid antedictis, & lucis non parum dicendis concilietur. Oculis subjicit sanctus Pater misericordia. Thomas. Tom. IV.

randam disciplinæ labem ex oblivione Canonum, & licentia exitiali quosvis ad Ordines admittendi. Antiquo more etiam vigebat, ut eo examine Presbyteri Diaconique fungerentur, referrentque ad Choréscopum, qui re ad Episcopum perlata, ad Ordines tum demum illos presentabant, qui visi fuerant digni (1). Et hæc quidem examinabant Presbyteri & Diaconi, quæ cum eis versabantur, referebant autem ad Choréscopos, qui a vere testificantibus susceptis suffragis, & admonitis Episcopis, ita ministrum in sacerdotalem numerum cooptabant. Sed postquam adgressi sunt Choréscopoi ipsi ordinationes facere, inconsulto etiam Episcopo, passique sunt, ut Presbyteri & Diaconi sine examine quoslibet passim indignos ad sacra munia obtrudarent, humanis affectibus nihil non indulgentes; unde & sacrorum ministrorum numerus ultra modum in omnibus auctus sit vicis ac Parochiæ: ut aliquando tandem pristino vigori antiqui Canones redintegrarentur, jussit Basilius ad se mitti catalogum sacrorum ministrorum cujusque oppidi & Parochiæ, ut posthac nemo possit ei se inconsulto adscribi, nec quisquam jam injusu suo ordinetur. Hæc habet illa Basili famosa Epistola.

XII. Ex ea autem illud eluet: 1. Confessam Choréscopis ab Episcopo fuisse facultatem & ordinandi & instituendi Beneficiarios in Ecclesiis rusticis, quanquam & Episcopi consensus semper desideraretur. 2. Examinandi provinciam Presbyteris & Diaconis delegatam fuisse, eorumque fidei & diligentiaz acquieuisse Choréscopum. 3. Quod ruri agebatur, expressum id fuisse ad civitatensis disciplinæ imitationem, ubi Episcopus per Ecclesiæ Cathedralis Presbyteros & Diaconos, examinari eos curabat, qui ordinibus initiandi erant. 4. Catalogum, vel Canonem, cuius jam toties meminimus, eum ipsum esse, de quo hic sermo fit, cui inscripta erant nomina cujusque Ecclesiæ ministrorum; & cui si dicat Basilius nonnullos sua ipsos inscripti se nomina, eos probabile est fuisse, qui cum nullo insignirentur Ordine, officio tamen aliquo in Ecclesia fungebantur.

XIII. Crimini datum est Chrysolomio, quod inconsulto Clero suo, & ne convocato quidem Presbyterio, Ordinationes fecisset: αἴσιον ταῦτα γνώμην τε καὶ λόγον. Tam

(1) Basili. Epist. 181.

Tam abhorret a fide hæc criminatio , & a verisimili , quam reliquæ omnes caluminæ , quibus impedita est summi viri innocentia . At ex ea tamen colligitur non populum quidem , sed Clerum necessario ad Ordinationes convocandum fuisse .

XIV. Verisimillimum est autem , in Occidente quoque penes Presbyteros & Diaconos fuisse facultatem examinandi , & presentandi , nominandique Episcopo eos , qui altarium ministerio & Beneficiis probati fuissent digni . Quin & probabile admodum est pervagatum illum etiam nunc usum , quo Archidiaconi Episcopo ordinandos presentant , & de eorum merito quantum humana sinit fragilitas , fidejubent quodammodo , inde promanasse . Non ægre fidem accommodabit , qui cum Hieronymo in Epistola ad Evagrium adverterit , etiam Romanæ ad Diaconi , hoc est Archidiaconi testimonium Presbyteros solitos fuisse ordinari . Sed dicit , *Quomodo Roma ad testimonium Diaconi Presbyter ordinatur?* Fatoeum eum fuisse ex eodem Hieronymo peculiarem Ecclesiæ Romanæ morem , ubi & incepérant insurgere Diaconi in Presbyteros . *Quid mihi profers unius urbis consuetudinem , &c. Orbis major est urbe.* Sed inficias nemo sanus ierit , quin ea consuetudo ex urbe Roma orbem in omnem manaret : quin Archidiaconi etiam in Oriente multis Presbyteros superarint privilegiis ; denique ex eo quod Archidiaconi Diaconos Episcopo præsentent Presbyteratu inaugurandos , nihil in Presbyteros potestatis uluppari , quum necdum Presbyteri sint , quando ut fiane offeruntur . In Concilio Carthaginensi IV . (1) mentio fit Archidiaconi , ejusque ministerii in ordinatione , tum Acolytorum , quibus candelabrum & urceolos in manus dat : tum Ostiariorum , qui claves Ecclesiæ suscipiunt illi quidem ab Episcopo , sed eas Episcopo ipsi obtulerat Archidiaconus . In eodem Concilio permittuntur Presbyteri instituere Cantores qui vere Clerici & Beneficiari erant ; et si nullo Ordoine donarentur .

XV. Idem porro Hieronymus insinuare videtur Diaconos suum sibi Archidiaconum delegisse , in eadem Epistola ad Evagrium : *Alexandria Presbyteri unum ex se electum , Episcopum nominabant , quomodo si exercitus Imperatorum faciat , aut Diaconi eligant de se quem industrium noverint , & Archi-*

*diaconum vocent . Sed in his verbis nihil est quod cogat , aut vero quod consentium extorqueat . Nec enim ait Hieronymus ad eum modum fieri electionem Archidiaconi : sed si eo ritu fieret , tuum eam simillimam fore electionis ejus , qua Presbyteri Alexandrinae Ecclesiæ unum ex suo Collegio diligunt , quem altiori fede locant , & Episcopi nomine ac dignitate cohonellant .*

Porro cum Archidiaconus & manus esset Episcopi , & oculus , abhudit omnino a veri etiam similitudine , a Diaconis suis Episcopum , & non a se ipso potius accepisse & adglutinasse sibi oculum manuque . Quanquam qui minus idoneum natus era Episcopus Archidiaconum , utpote fortia a præcessore suo institutum , posset Diacono alicui alteri totam Ecclesiæ sue administrationem concedere . Ejus rei insigne exemplum subministrat Ennodius in Epiphanius , qui Episcopatum postea Ticinensem obtinuit . Illum enim Episcopus ius anno ætatis vigesimo Diaconum ordinavit , cura totius Ecclesiæ sue temporali oneravit , & exinde illum fingere ac sibi forthare coepit in Episcopatus successorem : *Volens ante Episcopatum cognoscere , qualem futuri temporibus prepararet Episcopum . Observat porro Ennodius eodem tempore fuisse Ticinenis Ecclesiæ Archidiaconum Sylvestrum , meritis & eruditione clarum . De Archipresbyteris diximus alibi , ætate & antiquitate Ordinis hanc eos dignitatem consequi solitos .*

XVI. His ita præstructis jam negari non potest quin Clericorum omnium ordinatio & institutio Beneficiariorum primum ad Episcopum spectet ; populi partes non fere alias fuisse secundum Canones in electionibus , quam ut de moribus & innocentia eligendorum proderent , si quid unde inaudirent , vidissentque : denique Cleri , Presbyterorum , Diaconorumque officii fuisse , ut consilio assensuque suo firmarent quod summus totius rei moderator definiebat Episcopus . Novo rem hanc totam confirmat documento Augustinus , quo contineri videtur caput & cardo primarius summusque hujus doctrinæ , non de Parochorum origine , sed de origine potestatis summae Episcoporum ad designandos Parochos . Episcopus enim qua Apostolorum successor , & Christi in sua diœcesi Vicarius incumbentem suis haereticis gestat Ecclesiæ sue totius administrationem .

(1) Can. 6. 9. 10.

tionem & curam animarum salutis. Extra controversiam est, Christum Apostolis suis Ecclesiam suam commendasse universam, qui si pares se solos sensissent omnium fidelium necessitatibus, nunquam sibi Ministros alios & coadjutores cooprassent. Ipsi quoque Episcopi si ab exordio omnia potuerint Ecclesiz suæ munia soli obire, nunquam adscivissent a quibus tam pretiolæ sarcinæ parte aliqua levarentur. Initio nascentis Ecclesiz, cum fides in paucos tantum & in majores urbes manasset, Episcopi ad omnia præstò, nec impares erant, ideoque pauci ordinabantur Presbyteri. Verum ubi augescere in dies magis magisque cœpit fidelium numerus in urbibus & in vicis: novi omnes hi fideles uni Episcopo subjiciebantur, tum ut Apostolorum succelfori, seu primorum Ecclesiz parentum & fundatorum, tum jure victoriae quod gladius Verbi a Christo creditus non fuerit nisi Apostolis Episcopisque, nec Presbyteris communicatus sit, nisi precario, & ex Episcopi delegatione, cui obnoxii semper sunt. Ad Episcopi ergo curam & imperium pertinebant novelli in dies hi cœtus fidelium: solus ille jure divino Pastor erat gregis, quem Apostoli, quem præcessores sui Episcopi generant, quem ipse, cui & solus ideo Vicarios præstituere poterat Pastores, qui eum ex aliqua parte sublevarent. Cum Parochum exauctorasset Augustinus, non unius criminis convictum, reveretur autem ne ab aliis Episcopis restitueretur, sanctissime affirmavit, professusque est, nunquam se tam nefario Presbytero Ecclesiam a Christo sibi creditam crediturum (1): Committat illi qui vult Ecclesiam suæ curæ commissam, ego talibus, fateor, quamlibet plebem committere timeo. His fatis prodit sanctus Pater agrestes etiam Parochias a Christo Episcopis concreditas fuisse, eisque adeo divino jure subesse, nec a Parochis eas regi, nisi ab Episcopo institutis, qui sarcinæ suæ hanc partem in eos transfudit. Quod de Beneficiariis aliis multo certius est.

## C A P U T XXXIV. P.2.l.2.c.12.

Collatores erant Episcopi ordinarii & universales omnium Beneficiorum saeculo VI. VII. & VIII.

I. Concilia Gallæ Episcoporum jura antiquissima confirmant deligendi Archidiacanos, Archipresbyteros & Abbates.

II. Ex Conciliis Hispanie constat collatas fuisse ab Episcopis Capellas, Basilicas, & Parochias & Abbatias.

III. IV. V. Immo & Canonicatus, fundos Ecclesia, dignitatesque Archipresbyterorum, Archidiaconorum & Primi clerici.

VI. VII. Agri ipsi Ecclesie incipiebant ab Episcopis distribuis in Gallia, aequæ ut in Hispania. Haec Beneficiorum primitia erant, quo nunc sunt statu; distributor eorum erat Episcopus.

VIII. IX. In Italia Episcopi quoque erant moderatores & arbitri, tum Ordinationis, tum distributionis temporalium. His duobus constant Beneficia.

X. Nunquam meminit Gregorius Magnus electionis, aut ad Ordines, aut ad Beneficia Episcopatu inferiora.

XI. Vim tamen aliquam suam interponebat populus potestate intercedendi qua gaudebat, & prodendæ si qua lateret, irregularitatis.

I. **M**edia quoque ætate post annum Christi quingentesimum audiebant, erantque Episcopi Collatores ordinarii, & universales omnium Beneficiorum. Fidem facit Concilium Agathenie anni 506. in potestate fuisse Episcopi, ut Archidiacono, minus idoneo defungendis functionibus suis Vicarium adjungeret (2). Si Officium Archidiaconatus propter simpliciorem naturam implere, aut expedire nequiverit, ille loci suæ nomen teneat, & ordinationi Ecclesie, quem elegerit Episcopus, præponatur. Non patitur Concilium Turonense II. deponi ab Episcopo Abbatem, vel Archipresbyterum, nisi in Synodo Abbatum Presbyterorumque causa fuerit disceptata, sed novi, vel Abbatis, vel Archipresbyteri creationem videatur hoc Concilium Episcopo prorsus permisisse (3). Episcopus nec Abbatem, nec

S 2

Ar-

(1) Epist. 226.

(2) Can. 23.

(3) Can. 7. Baron. ann. 528. n. 25.

*Archipresbyterum de loco suo presumat ejicere, neque per premia alium ordinare, nisi facto Concilio tam Abbatum quam Presbyterorum suorum, quem culpa, aut negligenter ejicit: cum omnium Presbyterorum consilio ejiciatur.* Supra tamen insinuatum a nobis est, privilegium eligendi Abbates & Abbatissas, tam multis communicatum esse coenobitis, ut in Jus commune tandem evaserit. Adde quod & Cæsarius Arelaten-sis Episcopus successores suos obtestatus sit, ut liberæ Monialium suarum electioni permetterent, tum Provisorem, tum Presbyterum: hoc est tum temporalem Patrem, tum spiritalem. *Sive Provisorem, sive Presbyterum, nullum alium habeat Congregatio sancta, nisi quem ipsa elegerit.*

*II. In Concilio Toletano IV. ne Basiliæ quidem Martyrum a privatis hominibus fundatae extructæque, quæque videri poterant hujus mediae ætatis simplicia quasi Beneficia, Clericos, & Beneficiarios habere poterant ullos, nisi ab Episcopo ibi ordinatos institutosque (1).* Multi fidelium in amore Christi & Martyrum, in Parochiis Episcoporum Basilicas construunt, oblationes conscribunt, &c. Noverint conditores Basiliacarum, in rebus quas iisdem Ecclesiis conferunt, nullam potestatem habere: sed juxta Canonum instituta, sicut Ecclesiam, ita & dotem ejus, ad ordinationem Episcopi pertinere. Ubi perspicis, ut ordinatio fieri non poterat, nisi ab Episcopo; ita nec provisionem Beneficii, quæ ab Ordinatione tunc sejungebatur, nisi ejusdem auctoritatis interventu fieri potuisse. Nec enim unquam, vel usquam aut Clerici sine Ecclesia, vel Ecclesia sine Clericis, id est, sine Beneficiariis. Erant tamen in Episcoporum maxime potestate Parochiæ & Abbatia. Abbatum certe institutio in hoc eodem Concilio Episcopis vindicatur, & quod magis mirere, etiam Claustralium omnium Officiorum: *Abbates aliaque officia instituere.*

In Concilio X. Toletano saevitum est in ignavos Pastores, carnalibus affectibus mancipatos, qui Ecclesiasticas has dignitates Parochialeque Ecclesiæ, non piissimis, non doctissimis quibusque conferebant, sed propinquis & amicis: Provisiones istiusmodi irritæ declaratae sunt, annuaque excommunicatione, seu communionis suspensione perculsi sunt tanti auctores flagitiæ (2): *Agno-*

*vimus quodam Pontifices precepti Principis Apostolorum ita esse immemores, ut quibusdam Monasteriis Parochialibusque Ecclesiæ, aut sua consanguinitatis personas, aut suis favoris participes, iniquum sepe statuant in Prelatum. Placet & in presenti tale rescindere factum, & non esse de cetero faciendum, &c. Deinceps quod iussum fuerit, devocetur in irritum, & qui ordinariit, annua excommunicationis ferat excidium.*

*III. Diximus jam ex Concilio Emeritensi, potuisse Episcopum Parochos ruris in Cathedram Ecclesiam suam transferre, aliumque ruris designare Parochum, qui priori obnoxius futurus sit, tanquam Primitivo, sinat illum Parochiæ proventibus frui, congruaque contentus sit pensione ad suam Clericorumque suorum sustentationem (3): Ut omnibus Episcopis Provinciae nostræ, si voluerint, de Parochianis Presbyteris & Diaconibus, Cathedram sibi in principali Ecclesia facere, maneat per omnia licentia, &c. Pontificali electione, Presbyteri ipsius ordinatione, Presbyter aliis instituatur, qui sanctum Officium peragat, & discretione prioris Presbyteri vietus & vestitus rationabiliter illi ministretur, ut non egeat.*

*IV. Fas erat Episcopis ex hoc eodem Concilio strenuissimos quoque & religiosissimos suorum Clericorum remunerari concessu agelli alicuius usufructu, quem tamen possent auferre & Ecclesiæ reddere, si incuria eum sua incultum jacere Clerici, & sterilesce sinearent. Hæc erant rudimenta prima Beneficiorum ea ratione qua nunc sunt in usu; ut suo infra loco prolixius demonstrabitur. Atqui hujusmodi Beneficiorum non alias hic Collator constituitur, quam Episcopus (4): Placuit ut quemcumque Episcopus ad bonum profectum viderit crescere, per bonam intentionem venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus Ecclesia quæ voluerit, illi largiendi habeat potestatem: hec enim causa & majoribus maiorem præstat gratiam, & minores excitat, ut ad melius tendant. Quidquid ergo bonis largitur per gratiam, ita in jus habeant, ut & remedium ex hoc sentiant, & rem Deo dicatam ad augmentum perducant. Quod si id quod acceperint, per suam rapiditatem ad profectum minime perduxerint, aut detrimentum patuerit, Episcopus habeat licentiam*

(1) Can. 33. Can. 51.  
(2) Can. 12.

(2) Can. 3.  
(4) Ibid. c. 13.

*tiam sine ullo prejudicio, in jure Ecclesia revocare rem propriam.*

IV. Statuit denique hoc Concilium, ut ii quibus Episcopus plures regendas commendarit Parochiales Ecclesias, singulis diebus Dominicis in singulis illis sacra mysteria celebrent offerantque Deo puras preces profundatoribus, illisque omnibus, qui eas Ecclesias suis ornarint donis (1): *In Parochiis multa sunt Ecclesia constituta, &c. Sacerdotali ergo decreto, Presbytero uni plures extant commissa. Censemus ut pro singulis quibusque Ecclesias, in quibus Presbyter jussus fuerit per sui Episcopi ordinationem praesesse, pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procuret offerre. Suo alicubi supra loco dictum est, ab hoc eodem Concilio institutum fuisse, ut esset in unaquaque Ecclesia Cathedrali Archipresbyter, Archidiaconus & Primicerius; quorum videtur & nominationem Episcopo vindicasse (2): Ut in Cathedralibus nostris Ecclesias singuli nostrum Archipresbyterum Archidiaconum, & Primicerium habere debeamus.*

VI. Nec Gallicani Episcopi minus sibi licere voluerant, quam Hispani, in agellis Ecclesiaz in eos dispertiendis Clericos exiguios, qui pietatis & industria sua fructus ubiores in Ecclesiam conferrent. In Concilio III. Aurelianensi sancitum est, ut ne post Episcoporum obitum possent istiusmodi eorum largitates a successoribus retractari: sed earum autores ipsi, dum essent superstites, revocare utique possent gratias ingratias collatas & immorigeris (3): *De munificentis vero presentibus, quas unusquisque Clericis pro sua gratia, eorum obsequitis estimat conferendas, sicut in arbitrio dantis est, ut tribuere, quibus voluerit, debeat, ita si inobedientia, vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita, in arbitrio sit presidentis, utrum, vel qualiter debeat revocari. Has munificantias, haec Beneficia non sinit haec Synodus conferri, nisi ab Episcopis: De munificentis Sacerdotum id obserwandum, ut &c.*

VII. Non abs re præmonui haec tentamenta quodammodo fuisse & præludia ho diernorum Beneficiorum, inchoata, nondum perfecta moderno usu Beneficia. Quippe liberum erat Episcopo benemeritos de Ecclesia Clericos hac agrorum, fundorumque munificentia prosequi, vel largioribus

tantum distributionibus donare. 2. Poterat & ad Ecclesiam mensamque communem revocare arbitratu suo, nec ullo Canonico judicio instituto. *In arbitrio sit presentis; utrum, vel qualiter debeat revocari, &c.* Quod omnino, vel dici, vel cogitari non potest, aut de Ordinum sacro ministerio, aut de stipendiis statis, & communibus distributionibus, seu de jure vivendi de Altari: aut de Administrationibus Ecclesiasticis, cuius generis sunt Dignitates Abbatis, Archipresbyteri, Archidiaconi, & ejusmodi alia, quibus indieta causa nemo exui poterat. Unde illud existit, has quasi prælutorias præbendas, & precaria Beneficia ad nutum Episcopi auferri, ac revocari potuisse; quamquam in ejus potestate nunquam, vel esset, vel esse posset, ut vel tantillum a pii pastoris sapientia ac aequitate defleceret, & virtutum præmiis atque ornamentis Clericos virtute præditos ipoliaret.

VIII. Nec discrepare ab his poterat Italicæ Romanæque Ecclesiaz disciplina, cum & ibi perinde summa esset Episcoporum auctoritas & vis in Ordinibus sacris, & in rebus Ecclesiaz temporalibus dispensandis. Duo enim haec veluti capita sunt & fontes potestatis Episcopalis in Beneficiorum Collationes quorumcunque: cum quidquid est Beneficiorum, ex his consurgat duobus: spirituali jure, quod ab ordinatione dimanat: & inde manante temporali potestate ad participandos Ecclesiaz congrua ex parte proventus. Cum Gregorius Magnus Episcopum Rosella delegaret, ad Populoniensis Ecclesiaz vacantis administrationem, præscriptis illi, ut Presbyterum Cardinalem & duos Diaconos in Ecclesia Cathedrali ordinaret, tres Presbyteros in Parochiis ruris, quorum examen & delectum penes ipsum esse voluit (4): *Ut unum Presbyterum Cardinalem & duos debeas Diaconos ordinare: in Parochiis vero tres similiter Presbyteros, quos tamen dignos ad tale officium, veneratione vite, & morum gravitate prævideris.* Jam supra narratum a nobis est, ut Maximum Salona Episcopum compulerit idem Gregorius, ad Archidiaconum Honoratum, quem collato Presbyteratu dejicere molitus erat, primitæ dignitati functionique restituendum. Non negabat Gregorius, quin posset Episcopus, cui collibuisset, vacantem conferre

Ar-

(1) Can. 19.

(2) Can. 10.

(3) Can. 17.

(4) L. 1. Ep. 15. L. 7. Epist. 130.

*Archidiaconatum*, sed vehementer renitebatur innocentis Archidiaconi fraudulentæ dejectioni. Illud quoque jam attigimus, rescriptum ab eo fuisse ad Archiepiscopum Calaritanum, ne Liberatum Diaconi siueret primas honoris & fedis sibi vindicare, supra Diaconos ceteros, nisi eum præcessor Archiepiscopus Diaconum Cardinalem, seu Archidiaconum creasset (1): *Si a decessore tuo non factus est Cardinalis, ordinatis a te Diaconibus nulla debet ratione preponi.*

**IX.** Cautum est & illud ab eodem Gregorio, ne Clerici qui postea Monasticum institutum essent professi, possent in Ecclesiæ rursum migrare, in quibus ordinati primum fuerant: nisi conspicuæ sanctitatis privilegio assecuti id essent ad Episcopo, ut Presbyteratu, & Parochialis alicujus Ecclesiæ regimine honestarentur. Erat enim unius in potestate & jure Episcopi, ut Parochias ceteraque Beneficia conferret Ecclesiastica (2): *Si a Clericatu in Monachicam conversationem venire contigerit, non liceat eis ad eandem, vel aliam Ecclesiam, quarum pridem milites fuerant, sua voluntate denuo remeare: nisi talis vita Monachus fuerit: ut Episcopus cui ante militaverat, sacerdotio dignum præviderit, ut ab eo debeat eligi, & in loco quo judicaverit, ordinari.*

**X.** Postremo denique sexcentis idem Pontifex locis zeli sui fervorem & providentiam approbavit, in tuendis populi Clerique liberis suffragiis ad Episcoporum electiones, ut infra docebimus, ubi de Electionibus disputandum erit: at nec populi, nec Cleri partes interponi unquam ullas voluit, ad eligendos Presbyteros, vel Ministros, Beneficiariosque inferiores. Ea nimis jam facultas in primigenium suum fontem, unde primum effluxerat, in auctoritatem scilicet Episcopalem fuerat revocata. Clerus populisque, ubi Pastorem sibi Episcopumque deligebant, in eum deponebant transfundebantque quidquid jure sibi utcunque competere potuisset ad hujusmodi Beneficiariorum electiones & provisiones: & in antecessum ratum certumque habebant, quidquid ille in electionibus collationibusque id genus ex usu Ecclesiæ receptissimo molitus esset.

**XI.** Posset & illud non inscite dici, aliquam juris imaginem umbramque penes Clericum populumque fuisse in minores has or-

dinationes collationesque Beneficiariorum, ex eo scilicet capite, quod illis intercedere poterant, si quid ibi contra Canones & Ecclesiæ regulas peccaretur. Justinianus ipse auctor est ejus rei (3): *Si tempore ordinacionis Clericis cujuscunque Collegii, aut Ordinis, accusator aliquis apparuerit, dicens eum indignum ordinatione esse, differatur ordinatio, & universa procedant pro examinatione, &c. Ubi infra de Episcopalibus tractabitur Electionibus Ecclesiæ Græce, tunc opportunius id declarabimus; Nec Cleri, nec populi rationem habitam fuisse in electionibus ad alia Beneficia inferiora.*

### C A P U T XXXV. P.3. l.2. c. 8.

Collator erat Episcopus omnium Episcopatus sui Beneficiariorum imperante Carolo, Caroli Magni familia Regia.

I. *Ordinis & Beneficii connexio id praestabat, ut tam Beneficii, quam Ordinis collabor esset Episcopus.*

II. *Nec institui, nec destitui poterant a Patronis Parochi nisi Episcopi auctoritate & iudicio.*

III. *Archipresbyteri & Decani rurales in Italia Galliaque eligi coepérant.*

IV. *An Parochia olim in Italia electiva fuerint?*

V. *Ecclesiæ enim subsidiarias & succursoles Episcopus conferebat.*

VI. *Immo & Capellas Magnatum domesticas.*

VII. *Confirmabat & benedicebat Abbatibus.*

VIII. *Cum beneficentia, vel auctoritate & ministerio Episcoporum, vel antecessorum fundata fuerint omnes Ecclesiæ, eorum juris est eas regere, vel regendas pascendasque committere.*

IX. *Dignitates etiam Capitulorum ab Episcopis conferebantur.*

X. *Idque etiam cum, cum Congregaciones regulares secularesve Capitula occupavere.*

XI. *Capitulorum Præbendas & Canonicii conserebant Episcopi.*

XII. *Ea Episcoporum potestas ad Regales etiam Ecclesiæ exporrigebatur.*

XIII.

(1) L. 1. Ep. 81.

(2) L. 2. Ep. 40.

(3) Novel. 123. c. 14.

*XIII. Ecclesie Orientalis disciplina.*

**I.** Cum non aliud summa & primæva ab origine essent Beneficia, quam Ordines, & Ordinibus indivulse coherentia officia & jura quædam: cumque Beneficiariorum officia non alia magis essent, quam quæ in celebratione & administratione sacramentorum versabantur: hinc platum fit tam penes Episcopos fuisse summam Beneficiorum omnium, quam Ordinum & Sacramentorum administrationem. In Concilio Verno id profecto apertissime insinuatur, et si de Presbyteris ibi agatur tantum, seu de Parochis (1): *Ut omnes Presbyteri qui in Parochia sunt, sub potestate Episcopi esse debeant, & de eorum ordine nullus Presbyter presumat in illa Parochia baptizare, nec Missas celebrare sine iustione Episcopi, in cuius Parochia est.*

II. Si Patroni laici essent, qui Parochos offerrent, Episcopo offerre cogebantur, a quo examinari & de ministeriis sui legibus instituti possent; quo peracto, jam non poterant Patroni eos destituere, aliosque subrogare. Sic decrevit Concilium Arealtense VI. anno 813. (2) *Ut Laici Presbyteros absque judicio proprii Episcopi non ejiciant de Ecclesiis, nec alios immittere presumant. Quia quando Presbyteri ab Episcopis in Parochiis ordinantur, necesse est ut ab ipsis Episcopis diligenter instructi, Ecclesiæ sibi deputatas accipiant. Nec inde concludas, Patroni voluntate & Episcopi contentione sola potuisse semel institutos extrudi suo loco Parochos. Nec enim eos nisi facinus aliquod suum, & canonicum Episcopi judicium exturbare gradu suo poterat. Ita perspicue in Concilio Cabilonensi II. anno 813. (3) Inventum est quod multi arbitrii sui temeritate, & quod est gravius, ducti cupiditate, Presbyteris qui busliber absque consensu Episcoporum Ecclesiæ dant, vel auferunt. Unde oportet, ut canonica regula servata, nullus absque consensu Episcopi cuiilibet Presbytero Ecclesiæ det. Quam si juste adeptus fuerit, hanc nonnijs gravi culpa sua, & coram Episcopo canonica severitate amittat.*

III. Hinc emergit certissime Parochias omnes Episcopalis fuisse collationis: vel si qui Patroni essent laici, institutionis. Controversia nobis fieri posset de Italia, ubi

electivas eas fuisse subinnuere videtur Ticinense Concilium anno 855. a quo sanctum est, Parochos primum deligi a Presbyteris Clericisque Parochiæ, & tum demum Laicorum conlensionem exquiri: at vero si ex ejus Parochiæ Clero nemo sit, qui secundo sit Ecclesiæ regendæ oneri, Episcopus e suo deligat quempiam, instituante (4): *Et primum quidem ipsius loci Presbyteri, vel ceteri Clerici idoneum sibi Rectorem eligant; deinde populi, qui ad eandem plebem adspicit, sequatur assensus. Si autem in ipsa plebe taliis inveniri non potuerit, qui illud opus competenter peragere possit, tunc Episcopus de suis, quem idoneum judicaverit, inibi constituat.*

Prope tamen abest a vero, intelligendum esse hunc Canonem de Archipresbyteris, qui Rectores plebi hie vocantur, quod eis committerentur Ecclesiæ baptismio dando accipiendoque destinatae, & vulgo plebes tum quidem dictæ. In hoc enimvero Canone voces *ex plebs* & *populus* distinguuntur, pluresque populi ad eandem plebem colliguntur, hoc est ad eandem Ecclesiæ baptismalem: *Deinde populi, qui ad eandem plebem adspicit, sequatur assensus.* Alioqui vero eccui facile persuadeatur, in unaquaque Parochia plures fuisse Presbyteros, a quibus celebrari posset Parochi electione. Denique dilucide qui sequitur proximus Canon, eo de electione agitur Archipresbyterorum, ad quam admittebantur & Laici, quorum hinc nascebatur procacitas, ut eis imperitare vellent (5): *Sane removenda quorundam Laicorum procacitas, qui hoc solo obtentu, quod ad electionis consortium admittantur, Archipresbyteris suis dominari presumunt. Confirmari id rursus potest ex Hincmari Capitulari, qui jubet, ut Parochi Decanum eligant alium in ejus locum, qui vel diem obierit suum, vel munere suo fungi haud satis possit, & operiantur, dum ab Episcopo confirmetur, ant si non longe absit Episcopus, expectent dum ab eo aliis eligatur (6): Si Decanus in ministerio vestro aut negligens, aut inutilis & incorrigibilis fuerit, vel aliquis eorum obierit, non inconsiderate Decanum eligite, &c.*

IV. Promendum nunc argumentum validius electionis Presbyterorum & Diaconorum in Italia. Auctor est enim Auxilius, a Mo-

(1) Ann. ... Can. 8.  
(2) Ibidem. Can. 5.

(3) Can. 42.  
(4) Concil. Silan. t. 3. pag. 643.

(5) Can. 4.

a Morino nostro editus post suas de Ordinationibus sacris Exercitationes, cum plures ordinationes Constantinus Antipapa celebrasset, qui ordinati ab eo fuerant Episcopi, eos a Stephano Papa ordinatos rursum fuisse; Presbyteros vero Diaconosque apud se statuisse eundem Stephanum simili ritu rursum ordinare, si rursum a civibus eligerentur (1): *De Presbyteris vero & Diaconibus præfixum est, ut si civium suorum electio vellet, in eodem gradus, a quibus depositi sunt, iterum a Papa Stephano consecrarentur.*

V. Certissimum illud etiam est, ratumque, Capellas quoque ad collationem spætasse Episcopi, saltem ad ejus institutionem. Dilucidum enim illud est Concilii Nannetenisi (2): *Ut si quilibet Presbyterorum defunctus fuerit, vicinus Presbyter apud seculararem seniorem nulla precatione, vel aliquo xenio Ecclesiam illam obtineat, quia titulus per se constans antea extitit, sed neque Capellam sine consilio Episcopi.*

VI. Capelle quidem illæ, de quibus Hincmarus & Concilium Nannetenense verba faciunt (3), ipsæmet sunt Ecclesiæ subdiariæ, vulgo Succursales ruris, quarum natura, & conditio eadem admodum est, quæ ipsarum Parochiarum, quibus subsidio sunt, & quæ ipsæ plerumque in Parochias adolescent.

Verum in eos quoque Presbyteros, quos Magnates deligunt in domesticis suis Oratoriis sacras facturos, parem prorsus auctoritatem Episcopis adsignat Ticinense Concilium anni 850. ut eos sedulo examinent, & tum demum approbent (4). *Docendi sunt igitur secularares viri, ut si in dominibus suis Mysteria divina jugiter exerceri debant, quod valde laudabile est, ab his ramen tractentur, qui ab Episcopis fuerint examinati.*

Hic certe obiter monebo, quid discriminis jam tum emerget inter Parochias circa & ultra Alpes. Ejus enim rei vestitia hic suboscura quædam apparent. Namque Concilia Gallæ jam inde ex eo tempore in id connitebantur, ut quidquid erat fidelium, ad Parochiales confluenter Ecclesiæ, & submoleste ferebant, nobiles divitesque laicos usque adeo curiosos studiosoque esse proprietorum domi suæ Oratoriorum. Contra vero Ticinensis hæc Synodus

miris eos evehit laudibus, qui divina Mysteria Officiaque attentius privatis his in Capellis sibi fieri satagunt. Consentit & hodierna utriusque gentis consuetudo his antiquis moribus regillique.

VII. Abbatias quoque prima ab origine conferebant Episcopi; quocirca & postquam elizendi privilegium in jus commune traductum est, Abbes ipsi adhuc instituunt, vel confirmant jure communai, ordinantque. Ad Carolum Calvum Regem datis Litteris (5) Hadrianus II. Papa plerasque Abbatias eo pœnumdatas esse conteitatur & excitas, quod Episcoporum subductæ fuissent potestati, custodiæque, ut qui earum germani sint propriique custodes & vindices: *Nostris enim quia omne Monasterium in potestate Episcopi consistere debet justæ canonicam auctoritatem; & quia hoc transgressum, ideo plurima Monasteria habentur destructa.*

VIII. Non sefellit Herardum Turonensem Archiepiscopum hujus doctrinæ ratio capitalis: quod nimirum cuiuscunque deum sit nature & sortis Ecclesia quælibet, nec fundari possit, nec dedicari, nec dotari, nec ministros sortiri, nisi Episcopi interventu & auctoritate, cui tota Diœcesis concredita est, ut parenti & auctori totius in ea religionis, Apostolorumque successori, & eorum Episcoporum, qui principes & fundatores primi fuerunt omnium prorsus sub Christo Principe Ecclesiæ. Ita Collator est Episcopus Ecclesiæ & Beneficiorum, quorum fundatio & dotatio profecta est & perfecta, vel ab antecessoribus ejus, vel ab ipso, vel in commune a fidelibus quidem, sed sub ejus auctoritate & auspiciis: Institutior vero est Ecclesiæ, quas privati aliqui ejus concessione fundarunt dotaruntque (6): *De adificationibus Ecclesiæ ut nullus ante fundamentum jaciat, donec Episcopus veniat, & in medio crucem figat; & sic accepta doce, confruendi licentiam tribuat.*

Eo scilicet stabili fundamento nititur Decretum illud Capitularium, consonantisimum utique ingenio & disciplinæ Ecclesiæ primævæ, quando Episcopus tanquam fundator, saltem successor & hæres ejus, qui fundamenta jecerat totius & fidei & religionis in ea Diœcesi, habebat in potestate proinde sua & provilione Ecclesiæ

(1) L. 2. c. 9. (2) Can. 16.  
(3) Epist. 28. Conc. Gal. tom. 3.

(3) Conc. Gal. t. 3. p. 622.  
(6) Ibid. pag. 113. c. 46.

(4) Can. 18.

clesias omnes, Ecclesiasticas res omnes, omnes denique Diocesanos (1): Placuit, ut omnes Ecclesia cum dotibus & omnibus rebus suis in Episcopi proprii potestate consistant, argue ad ordinationem, vel dispositionem suam semper pertineant.

IX. Constituentum est tamen aliquid necessario discriminis inter antiqua Beneficia, de quibus haetenus verba fecimus, & novas dignitates Clericalium Congregationum, quae longe pulcherrimo fœtu pululascere visæ sunt beato maxime & aureo ævo Caroli Magni. Hæ quippe dignitates plerumque electivæ fuere, sicut & Abbatia ipsæ electionibus permisæ fuerant Monachorum. Cum in has tamen Congregations, sicut & in Capitula plurimum polleret auctoritas Episcoporum, hinc illi electionibus quoque his fere dominabantur. Exemplum suppeditabit egregium vita beati Majoli a beato Odilone scriptis mandata. Fuerat hic ante Matisconensis Archidiaconus, quam Abbas crearetur Cluniacensis. Eam autem Archidiaconi dignitatem, et si vel maxime fugitaret, effugere tamen non potuerat, a Clero, a civibus, ab Episcopo denique ipso tantum non coatus (2): Non potuit latere supradictæ civitatis Episcopum. A quo humiliter invitatus consultu Clericorum & civium, ut in eadem Ecclesia non dedignaretur administrare Archidiaconatus officium. Vir quippe ut erat humilitatis gratia preditus, parere non distulit, quod sibi divinitus per ministerium Pontificis imperari cognovit.

Aldricus qui Cenomanensis postea fuit Episcopus, ad Presbyteratum primo, mox ad Cantoris dignitatem proiectus est, Episcopi auctoritate, Cleri, populi suffragiis, ita enim testantur qui vitam ejus litteris consignarunt discipuli (3): Diaconus jam Aldricus, non ausus est divinam repellere benedictionem, ad quam sapissime vocabatur a Drogone Episcopo, & eligente eum Clero & populo Presbyter est ordinatus, & demum diligentibus fratribus, & suadente, sive exhortante Episcopo suo Drogone, licet coacte, senior Cantor ibi sublimatur. Primicerii dignitate exornatus est eadem Episcopi auctoritate, Cleri & populi conspiratione: Drogone Pontifex, & cunctus Clerus, sive populus, & Primicerium: secundum Romanum Ordinem, eum

Thomas. Tom. IV.

constituerunt.

De Decanis Ruralibus aliquid jam perstrinx. Nec vero conjectura est, si Decanos suos a Parochis eligi permetterent Episcopi, non minus cupide eos in re consimili gratiam a Capitulis suis inire voluisse.

X. Illud tamen certo constat, quæ prima fuit institutio & prima Regula Canonicorum, ab ea servatam esse Episcopo electionem institutionemque omnium Capituli Dignitatum, Archidiaconi, Præpositi, Decani, Cellerarii, Portarii. Satis perspicua in ea quidem re est Regula Crodogangi (4): Qui Archidiaconus, vel Primicerius in omnibus omnino actibus, sint Deo & Episcopo fideles & obedientes, &c. Qui Archidiaconus, vel Præpositus, si reperiuerint superbi, ab Episcopo secundum modum culpe judicentur. Quod si neque sic correxerint, de ordinibus suis ejiciantur, & alii qui digni sunt, & voluntatem Dei, vel Episcopi sui impleverint, in locis illorum subrogentur. Et infra: Portarius unus cum suo juniori, annum aut amplius, si Episcopo, vel ei qui sub eo est, placuerit, portas clavistri custodiat.

Aliquanto expressior apertiorque in Concilio Aquisgranensi anno 816. hæc Episcopi potestas, ad eos omnes eligendos & instituendos, qui quoquomodo futuri sunt Capitulorum Præfides, & inspectores per vigilis, eoque Episcopalis auctoritatis Vicarii & Administrari (5): Oportet Ecclesie Prælatos, ut de Congregatione sibi commissa tales elegant boni testimonii fratres, in quibus onera regiminis secure possint parti: Quibus etiam talem conferant potestatem, ut vice illorum fungentes, & inobedientes censura Canonica corripere, & obedienteshortando ad meliora valesint provocare. Capite autem proximo ad Præpositos sejunctim flentur, quod de universis ante dictum fuerat Dignitatibus: Quamvis omnes qui præfunt Præpositi rite dicantur, usus tamen obtinuit, eos vocari Præpositos, quæ quandam Prioratus curam, sub aliis Prælatis gerunt. Denique ne Cellerarius quidem nisi Episcopi auctoritate constituitur: Debet procurare Prælatus, ut fratribus Cellerarium confiruat, non vinolentum, &c.

XI. Porro Canonicos ipsos, vel Episcopus in Capitulum cooptabat, vel Præpositus.

T

tus.

(1) L. 7. c. 368.

(2) Bibl. Clun. pag. 282.

(3) Baluz. Milcell. t. 3. p. 4.

(4) Cap. 10. 12.

(5) Cap. 138. 139. 140.

tus. Submonet Crodogangi Regula Episcopos & Praepositos, ne plures inscribant Canonicorum albo, quam pro modulo facultatum (1): *Cavendum summopere Praepositis & Prelatis Ecclesia est, ut in Ecclesiis, sibi commissis non plus admittant Clericos, quam ratio sit, & facultas suppetit.* Idem Regula Crodogangi, ut sollet, utitur verbis Concilium Aquisgranense, & hanc Canonicorum susceptionem similiter ab Episcopi voluntate religat, quando ait facile dissolvi & dissipari hanc exuberantem Canonicorum copiam (2), cum a Prelatis necessaria stipendia non accipiunt; & quando Prelatis prohibet, ne nobiles Capitulis eliminent: *Nullus Prelatorum seclusis nobilibus viles tantum in sua congregatione admittat personas.* Quo referendum est & illud Concilii Parisiensis VI. quorundam Prelatorum retundentis inconsideratam jaestantiam, qui de Capitulis, Canonicisque suis loquebantur, tanquam de suis hominibus: *Qua temeritate, quilibet Prelatorum dicere presumit; Illa Congregatio mea est, aut iste Presbyter, vel Clericus meus est.*

XII. Dubitandi forsitan locus esset, an Ecclesiaz quae Regales appellabantur, & que in jure & potestate essent Episcoporum. San-Gallensis Monachus has Ecclesias ab aliis discriminat, cum ait, quando earum paries, vel laquearia picturis illuminari necesse erat, vicinorum Episcoporum Abbatumque impensis id fieri solitum. Et cum novae exadificantur erant, tum Episcopos, Duces, Comites, Abbates, Beneficiarios omnes Ecclesiarum Regalium, Regios denique omnes Beneficiarios, sumptus necessarios subministrasse, donec operi ad fastigium perdueto summa manus impeneretur (3): *Si vero essent Ecclesia ad jus regium proprio pertinentes, laquearibus, vel muralibus ordinanda picturis, id a vicinis Episcopis, aut Abbatibus curabatur. Quod si nova fuissent instituenda, omnes Episcopi, Duces & Comites, Abbates etiam, vel quicunque regalibus Ecclesias presidentes, cum universis, qui publica conseruati sunt Beneficia, a fundamento usque ad culmen instanterissimo labore perduxerunt.* In exemplum deponit Basilicam Aquisgranensem, quam circumdari precepit Carolus Magnus

magnificentissimis sedibus Optimatum suorum, quae tam concinne & tam scite extrecte locatae erant, ut posset Carolus Magnus suo ex Palatio explorare & videre omnia, nec a quoquam videri.

Utcunque hec ie quidem habeant, nihilominus a Carolo Magno declaratum est, Ecclesias Regales pereque ut alias quaslibet Episcopali esse obnoxias jurisdictioni (4). *Episcopi infra illorum Parochias, Ecclesias, quibus necesse est, emendandi curam habent. Similiter tam nostras, a nobis in Beneficio datas, quam & aliorum, &c.* Suo supra loco probata sunt Synodales Episcoporum Constitutiones, quibus invitabantur summi ipsi Principes, ut ne Regiis adscribi sinerent Oratoriis, nisi Clericos ab Episcopo examinatos, approbatoque.

XIII. In Oriente, vel sola Monasteriorum Disciplina argumento erit, quam obnoxiae juri & imperio Episcopi reliquæ esent Ecclesiaz. Preceptum fuerat in Concilio Constantinopolitano, ut fundator Monasterii, nec semetipse, nec alium sui Vicarium Abbatem deligere posset, nisi auctoritate Episcopi assensu, qui in Ecclesiaz tabulario servare debebat Chartas omnes dotationis. Ex eo querit Balsamon an inferri possit, poenes Episcopum esse dominium & proprietatem Monasterii (5). Negat autem posse id concludi: nec enim alia illi esse jura, nisi Episcopalia, judicia agitare & poenas sumere de criminibus, invigilare in Praefectos coenobii, ordinare Abbes, & suum in Diptychis honorifice nomen recitari.

#### C A P U T XXXVI. P.4.l.2.c.9.

Episcopos Collatores, & Provisores esse ordinarios, primarios & universales omnium suarum Dioecesis Beneficiorum, hac etiam extrema aetate, post annum Christi millesimum.

I. *Episcopi, qua Successores & heredes Apostolorum, Ecclesiarum omnium fundatores habendi sunt, ideoque & Beneficiorum omnium primario hoc jure Collatores.*

II. Non

(1) Cap. 3.

(2) Cap. 118. 119.

(3) L. 1. c. 32. Du Chesne hist. Franc. L. 2. p. 112.

(4) Conc. Gal. t. 2. p. 248.

(5) Pag. 550. 551.

II. Non aliud Patronat Laici, quam presentant: Episcopi est examinare, approbare, instituere.

III. Damnatae fuere investitura, quod in iis laici Episcoporum iura invaderent.

IV. Simoniace sepe forent provisiones Beneficiorum si sine interventu Episcopi fierent.

V. Episcopi Parochos instituebant, Beneficia Cathedralia Ecclesiae plerumque cerebant, tanquam propria Episcopatus sui membra.

VI. Cum laici Parochias invasissent, vestiti sunt eas Monachis reddere, injussu Episcoporum.

VII. Tunc etiam presentabant Abbates Episcopo eos, qui Parochias has Abbatie unitas administraturi erant.

VIII. Patroni laici ordinario Collatores esse non possunt, ne juri Episcoporum officiant.

IX. Similiter plerumque se res habebat in Patronis Ecclesiasticis.

X. In pluribus Ecclesiis, cum Canoniciatus, tum Dignitates solus Episcopus conferebat.

XI. In aliis Ecclesiis Capitulum nominabat, aut eligebat; sejunctim, vel conjunctim cum Episcopo. Unde ha tam diverse consuetudines.

XII. De optione Prebendarum.

XIII. Olim soli Episcopi de causis Beneficiorum cognoscabant.

XIV. Probationes ex Ivone Carnotensi.

XV. Probationes alia ex Hildeberto Archiepiscopo Turonensi.

XVI. XVII. Probationes & exempla ex aliis Ecclesiis.

I. **C**um Apostoli universas fundarint Ecclesias per se, vel auctiis suis, vel per successores suos, & hanc longe splendidissimam hereditatem ac successionem ad Episcopos transmiserint; hinc manifeste colligitur Episcoporum proprium illud & hereditarium jus esse, ut Ecclesias ipsi omnes regant, vel a quibus regantur, praeficiant. 2. Cum Beneficia Tonsure & Ordini indivulsive cohærent, ut utriusque unus proprie minister est Episcopus, ita & ordinarius idem est Beneficiorum dispensator. 3. Denique cum Episcopus summus sit Sacerdos in sua Diocesi, ejus est Dignitates, Officia, Beneficia omnia sacerdotalia.

talis imperii sui dispensare, & ex proprio veluti fonte effundere hos omnes Sacerdotii rivulos. Sunt enim vere Beneficia omnia odore quodam sacerdotalis dignitatis & sanctimoniae perfusa.

II. Inde est, quod ne Laici quidem Patroni, et si postrema hac aetate ad longe superiorius quam ante fastigium evecti, nemini tamen quidquam annuere Beneficium possunt, nisi post examen & confessionem Episcopi. Ita aperte Concilium Salinensis aetidente anno 1022. (1) Nullus laicorum alicui Presbytero suum commendet Ecclesiam praeferre confusum Episcopi, sed eum prius mittat Episcopo, vel eus Vicario, ut probetur, si scientia, aetate & moribus talis sit, ut sibi populus Dei commendetur. Præter superiorius delibatas rationes, insinuari videntur & haec rursus isto Canone: 1. Episcopo soli a Christo populus Dei commendatus est. Ejus est ergo probare, & asciscere sibi, quos idones censuerit, in quos divinæ hujus sarcinæ partem deponat. 2. Solus potest Episcopus Missione & jurisdictione canonica impartire inferiores Pastores, qui summus ipse Pastor sui gregis divinitus constitutus, & plena jurisdictione donatus est. 3. Solus Episcopus, ut sue Princeps Ecclesiæ Doctor, & interpres Canonum, internoscere potest, qui sint, & qui non sint idonei Beneficiis administrandis.

III. Cautum est in Concilio Pictaviensi anni 1078. ne quis a Regibus, Principibus terrenis, aut laicis quibuscumque accipiat donum Episcopatus, Abbatie, aut cuiuslibet Beneficii; cum divina haec dona dispensari, nisi a Dei Vicariis non possint, videlicet Episcopis: Nullus Episcopus, Abbas, Presbyter, vel qualibet persona de Clero accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel cuiuscumque laice persona, dñnum Episcopatus, vel Abbatie, vel Ecclesie, vel aliquarum Ecclesiasticarum rerum. Sed Episcopus a suo Metropolitano, Abbas, Presbyter & cetera inferiores persona a proprio Episcopo. Proscribuntur hoc Canone investiture, quas a laicis accipiebant, sed primaria ipsa & altissima ratio non præteritur. Quod coeleste scilicet munus, nisi a coelesti & divina Episcoporum potestate rite non distribuatur.

IV. Tota animi zelique sui contentione insudavit Urbanus II. ad elidendam Investitu-

(1) Can. 13.

stitram laicam , ejusque quasi pedissequam simoniam . Atqui Episcopo uni mandatum ab eo est , ut merito & virtuti donaret , non pecuniae , aut favori Ecclesiastica Beneficia , quæ quasi quedam sunt Episcopatus membra (1) . *Episcopus omnia sui Episcopatus membræ* , videlicet Archidiaconatus , Archipresbyteratus , Decanias , vel aliquas Præposituras , Ecclesie sua Canonicas , gravis absque omni venalitate distribuat . Solus ergo tunc Episcopus Archidiaconatus conserebat , Archipresbyteratus , Decanias , Præposituras Præbendasque Ecclesie sua , nullo tum , vel raro Patrono , qui hic se se interponeret , rarissima etiam ad eas dignitates electione . Idque rursus confirmatum est in Concilio Melitano anni 1089 . sub eodem Urbano II. (2) *Præposituras Ecclesie , five Canonicas , Præbendas etiam quæ Canonicatus dicuntur , Episcopus sine venalitate distribuat.*

V. Quibus illud quoque verbis innuitur , Beneficiorum hic recensitorum Collationem penes unum suisse Episcopum ; cum Parochias in Patronorum fere laicorum lapsas potestatem , ejus esset instituere , unde & de iis nulla hic memoria . Quanquam & hoc genus Parochiarum laicis Patronis obnoxiarum verissimus esset dispensator Episcopus , cum ejus demum consensu res tota perficeretur , alioqui in nihilum itura . Unde rursus idem Concilium Melitanum (3) : *Nullus laicus decimas suas , aut Ecclesiam , aut quidquid Ecclesiastici juris est , sine consensu Episcopi , vel Romani consensu Pontificis , Monasteriis , aut Canonicis offerre præsumat.*

VI. Quam eodem admodum tempore ad Molismensem Abbatem dedit Joannes Cardinalis Epistolam , ea addocemur , ruente Caroli Magni stirpe , non sine gravissima Regni & Ecclesie perturbatione & pernicioce : laicos fere nobiles in Parochiales Ecclesias imperium fecisse , eas usurpatæ aliquandiu ; & ubi postea , vel Episcoporum commotione , vel interiori animi carnificina compulsi sunt eas restituere in pristinum statum , eorum plerosque ad hoc animum adjecisse , ut eas non Parochis ipsis , non Episcopis , sed Monachis redderent & Abbatibus , numerata etiam sibi non raro ab illis pecunia . Illam simoniacam perversita-

tem damnavit Gregorius VII. Papa . Effebuerunt mox inter Episcopos & Abbates acerbissimæ rixæ & contentiones , repetentibus jure suo Episcopis , quæ præter jus Abbates , vel acceperant , vel redemerant . Ei malo studuit Gregorius hic occurtere , coacto Concilio , in quo statutum fuit , ut Monasteria hactenus acquisitas servarent Parochias , in posterum ne ulla nisi consentiente Episcopo sibi compararent . Quod & ab Urbano II. in Concilio Melitano (4) confirmatum est . Ex quibus dilucidum fit omnium Ecclesiarum , Ecclesiasticarumque rerum & dignitatum provisorem & distributorum esse Episcopum , prout ibidem ab eodem Cardinali confirmatur (5) . *Omnes Ecclesiarum res in manu Episcoporum canonica decreta constituunt .* Idem affirmit Gratianus in Decreto . Concilium Claromontanum anno 1095 . & Romanum anno 1099 . (6) Decretum Melitani novo vigore roborarunt , & investitures quascunque prosciperunt , seu concessiones Beneficiorum per Laicos factas . Paschalis II. Epistola ad Episcopos Carnotensem & Santonensem data testis locupletissimus est , a Concilio Claromontano non esse permisas Monachis , nisi eas Parochias , vel Ecclesias , quas ab annis triginta possident : eique rei assensos esse Gallicanos Episcopos : *Consentientibus Galliarum Episcopis .*

VII. Compluribus ab Apostolica sede privilegiis donatae sunt Abbatæ , nec tamen Parochi Ecclesiarum eis obnoxiarum , ab alio quam ab Episcopo Diocesano missione & animarum curam suscipere poterant : *Ita tamen ut ab Episcopis , vel eorum Vicariis animarum curam suscipient .* Ita refertur in Epistola (7) Paschalis Papæ II. five in privilegio Cluniacensis Monasterii cuius similia sunt & alia longe plurima .

VIII. Concilium vero Lateranense I. sub Callisto II. anno 1123. illæso Patronatu , five laico , five Ecclesiastico , summam Episcoporum in quorumlibet Beneficiorum coactione auctoritatem luculentissimis verbis ita prosequitur . Ac primum de laicis Patronis , qui præsentare tantum , conferre vero nunquam poterunt (8) . *Juxta Stephanii Papa sanctionem statuimus , ut laici , quamvis religiosi sint , nullam tamen de Ec-*

(1) Epist. 15. Append. Epist. 17.

(4) Conc. r. 10. pag. 479.

(7) Epist. 68.

(2) Can. 1.

(5) 16. q. 7. c. 2.

(8) Can. 4.

(3) Can. 5.

(6) Can. 7. 15. 16.

*Ecclesiasticis rebus aliquid disponendi habent facultatem; sed secundum Apostolorum Canones, omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset. Si quis ergo Principum, aut Laicorum aliorum dispensationem, vel donationem rerum, sive possessionum Ecclesiasticarum rerum sibi vindicaverit, ut sacrilegus judicetur. Non otiose prettereunda est hæc verborum affectata diligentia adversus Laicorum investitures, facilem temeritatem eo colore obumbrantium, quasi non aliud quam temporalia conferrent. Contra vero nititur Concilium, atque ita statuit, res etiam temporales Beneficiarum & Ecclesiarum, cum pretia sint peccatorum, hostiisque pie-tatis fidelium, publicas denique caritatis thesauri, sacrosanctas & ipsas suo quodam modo ac jure, & spiritales esse, ideoque nec nisi ab Episcopis jam inde ab Apostolicis temporibus distribui potuisse.*

IX. Jam vero de Patronis Ecclesiasticis, qui nec ipsi ex hoc Canone Collatores esse poterant (1). Nullus omnino Archidiaconus, aut Archipresbyter, aut Praepositus, vel Decanus animarum curam, vel Præbendas Ecclesiæ, sine judicio, vel consensu Episcopi alicui tribuat. Immo sicut sanctis Canonibus constitutum est, animarum cura & rerum Ecclesiasticarum dispensatio in Episcopi judicio & potestate permaneat. Si quis vero contra hæc facere, aut potestatem ad Episcopum pertinentem sibi vindicare præsumperit, ab Ecclesia liminibus arceatur. Hoc Canone implicantur omnia Beneficia in his vocibus, rerum Ecclesiasticarum, atque ita confirmatur nostra superioris Canonis interpretatio. His vero hujus Concilii Canon, quo Parochiæ attinguntur, et si nihil decerpatur de jure Patronorum, solis tamen Presbyterorum, seu Parochorum constituendorum potestatem Episcopis vindicat (2). In Parochialibus Ecclesiæ Presbyteri per Episcopos constituuntur. Agemus infra de Collationibus, tempusque indigtabimus, quo cœperint Laici conferre Beneficia, quibus affixa nulla sit animarum cura, nempe innisi possessioni & consuetudini omnem hominum memoriam superant, addito etiam probabili privilegio rumore, juxta recentiores ipos Canonistas (3).

X. In dubium non injuria vocatur, an Canonici Cathedralium ad aliorum Canonorum & Dignitatum electionem concurrent, an Episcopus solus eo jure utesetur. Guillelmus Archiepiscopus Tyri, de Concilio Antiocheno agens anni 1142. refert ab Antiocheno Patriarcha Decanatum ejus Ecclesiæ datum fuisse nepoti Praefecti arcis (4). Quem Patriarcha Decanum fecerat. Goffridus Monachus in Epistola ad Cardinalem Episcopum Albanensem de damnatione doctrinæ Gilberti Porretani, striètim attingit Archidiaconum Pictaviensem a Gilberti prædecessore promotum ad eam dignitatem. Archidiaconate officium non ipsius adeptus munere, sed ab ejus prædecessore promotus. Alexander III. Epistola ad Episcopum Alexandriæ in Longobardia electum, electionem ab eo factam confirmat Præpositi, Archipresbyteri & Cantoris Ecclesiæ sue (5). Electionem, quam de personis idoneis ad Dignitates Ecclesiæ tenendas fecisti, ratam habemus. Ratam esse sanxit idem Pontifex transactionem Episcopi & Capituli Suessionensis de duabus Præbendis, quas Episcopus conferri a se debere contendebat, nitente contra Capitulo, earum unam saltem in jure esse Cantoris. Convenit tandem, ut post obitum Cantoris, harum Præbendarum, æque ut aliarum penes Episcopum esset provisio. Tu, vel successores tui facultatem habeatis Præbendas ipsam tanquam unam de ceteris Præbendis, cui volueritis assignare (6). Diximus jam ab eodem Pontifice Decano & Canonicis Cabilonensis concessum esse, si renueret Episcopus eos instituere, quos idoneos ipsi ad Parochias præsentarent, Episcopo ut Augustodunensi præsentarent, qui ab eo instituerentur. Ita non immerito censuerit quis, non Canonicatus, sed Parochias Capitulo Cabilonensi obnoxias fuisse, ut ad eas nominarent. In Camusatii Promptuario Antiquitatum Tricassinarum habetur Charta ipsa Manassis Tircensis Episcopi anno 1183. qua electionem Decani Capitulo postbac concedit (7): *In perpetuum concessit liberam Decani electionem. Habetur & ibidem Declaratio Philippi Augusti Regis, ubi Præbenda & Dignitates, quæ vacant, vacante Episcopali sede Trecessi, præcipiuntur futuro servari Episcopo,* qui

(1) Can. 7.

(2) Can. 18.

(3) Fagnan. in l. 1. Decret. pag. 257.

(4) L. 15. cap. 15.

(5) Epist. 54. Append. 2. Epist. 21.

(6) Append. 3. Epist. 7.

(7) Pag. 178. 186.

qui eas pro arbitrio suo conferet. Quod Præbende, Archidiaconatus & alia Beneficia tempore illo vacancia futuro reserventur Episcopo Trecensi ad conferendum quibus veller.

XI. Nec dissimulabimus tamen privata tantum hæc fuisse facta, exempla, statuta, et his alia in contrarium objectari posse plurima, quibus liquido constet Capitulum elegisse, et plerumque ne vocato quidem Episcopo elegisse, quanquam celebrata rite electio ab Episcopo confirmanda esset. Ita clarescit in Concilio Lateranensi III. anni 1179. ubi edicitur, ut ne Præbendæ ultra sex menses vacare sinantur, quibus consumptis potestas conferendi ab Episcopo ad Capitulum devolvatur, vel & Capitulo ad Episcopum, ab ambobus ad Metropolitanum (1). Præbendas Ecclesiasticas, seu qualibet officia, &c. infra sex menses conferantur, &c. Si Episcopus ubi ad eum spectaverit, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur. Quod si ad Capitulum electione pertinuerit, & infra predictum termimum hoc non fecerit, Episcopus hoc secundum Deum cum virorum religiosorum consilio exequatur. Aut si omnes forte neglexerint, Metropolitanus disponat. Erant ergo Ecclesiaz, ubi Capitulum, erant & ubi Episcopi Præbendas adsignabant: si enim conspirassent, non fuisset locus devoluti.

Erat autem vero prorsus consentaneum, electiones & provisiones istas Beneficiorum omnes fieri debuisse ex primigeniæ quondam Ecclesiaz institutis & exemplis (2), communia deliberatione Episcopi Clerique sui, & membrorum omnium cum capite suo consensione. Ea nempe ratione movebatur idem Pontifex, cum ad Patriarcham Hierosolymitanum scriberet, nec institui ab eo, nec destitui debere, sive Abbates, sive Abbatissas, vel alia Beneficia quæcumque, nisi consilio & assensu Capituli sui (3): *Novit tua prudentia, qualiter tu & fratres sui unum corpus sis; ita quod tu caput, ut fratres tui membra esse comprobentur.* Unde non decet omissis membris, te aliorum consilio in Ecclesia tua negotiis uti, &c. Inde est, quod Apostolica auctoritate prohibemus, ne Abbates, Abbatissas, vel alias

personas Ecclesiasticas, sine assensu, vel consilio Canonorum eorum instituero, ut destituere aliqua de cetero ratione presumas.

Quanquam id antiquissimum foret commune jus, consuetudine tamen invehi potuisse ulum in omni Thuscia diversum, in electione Canonorum ut nullæ essent in Capitulo Episcopi partes, ita declarat Innocentii III. Decretalis (4): *Maxime si sit notorium, quod in Thuscia generalis consueto servetur, ut in Cathedralibus Ecclesias solum Capitulum irrequisito Episcopo eligendi Canonicos habeat facultatem.* Contra autem ex eodem Pontifice collatio Præbendarum in Ecclesia Eboracensi non speatabat nisi ad Archiepiscopum: cui etiam restitui jubet omnes eas, in qua se aliqui præter eius conscientiam introferant. Denique facetur Pontifex (5) Ecclesias esse, ubi coniunctim eligit Episcopus cum Capitulo, & tunc si electio ultra sex menses differatur, non sit devolutio, cum utriusque una sit caula, una negligentie culpa. Si tamen electioni adesset Episcopus (6), non ut Episcopus, sed ut Canonicus, & per ipsum non stetisset, quin suo tempore celebraretur electio, tunc sane totum ad illum jus devolvebatur.

Quanquam autem proprius a vero absit, eam fuisse primariam juris institutionem, ut Episcops & Clerus consentiret, & collaboraret: ita natura ipsa monente, ut nihil sejunctim caput & membra moliantur; fieri tamen potuit, ut quibusdam in Ecclesiaz residua superessent vestigia juris vetusto illo jure vetustioris, & vere ab Ecclesiarum ipsa origine altissima petiti, ut Episcopi soli conferrent; propterea nimis quod Episcopi Capitulis sine anteriores, sicut Apostoli Clero omni, quem genuerunt: quodque ab iis ut plurimum fundata sint Ecclesiaz, & gentes Christo genitæ & adglutinatæ ab Episcopis sine comitatu, sine Clerico. Primarius Episcoporum Clerus constabat Parochis civitatis. Utque Parochias conferebant Episcopi, ita Cleri sui parentes erant. Hinc conjice quam inanis & cassa sit Canonistarum quorundam argumentatio, ab exemplo Monachorum petita, qui Abbatum utique & Cœnobii suffragis admittuntur. Discrimen tum ingens, tum manife-

(1) Can. 8. C. Nulla de concess. Præbend.

(2) Append. Conc. Lat. Part. ult. cap. 18.

(3) C. Novit. C. Quanto de his quæ sunt a Prælat. &c.

(4) C. Quia de concess. Præbend.

(5) C. Cum Ecclesia. De elect.

(6) C. Postulasticis, Ibid.

nifestissimum est. Nec enim quisquis Abbas est, Cœnobii sui universi procreator est, aut procreatoris successor. Hinc Honorius III. negat vacante sede conferri a Capitulo posse Præbendas, quarum collatio ad Episcopum solum pertinet (1). Cum nusquam inveniatur causum in jure, quod Capitulum vacante sede fungatur vice Episcopi in collectionibus Præbendarum.

Si quæ vero Capitula inconsulto etiam Episcopo Canonicos eligunt, non potest hic aulus Canonum normæ tantopere aduersus aliunde, ut augoror, irrepisse, quam, vel ex diutino Episcopatus interregno, aut ex frequentiori Episcoporum absentia, aut ex eorum diurna negligentia, qui præscribi eam consuetudinem passi sint; aut denique ex privilegio, quod Episcopi ipsi concederint, sicut & eligendi Abbatis privilegio tam multa donarunt Cœnobia, ad faciliorem claustralim disciplinæ custodiad.

Hactenus de Beneficiis tantum sacerularibus differimus. Nam quod ad Regularia pertinet, apertissimum est Innocentii III. Decretum, quo collatio Dignitatum & Præbendarum Abbati adsignatur (2): *Cum ratione Abbatis ad Abbatem pertineat do-natio, tam custodia, quam aliarum digni-tatum, ac etiam Præbendarum in Ecclesia Per-mensi, &c.* Originem juris hujus scaturisse probabile sane est ex Regula B. Benedicti quoad Monachos, quoad Canonicos autem Regulares ex Regula Crodo-gangi. Utraque enim ea Regula, Abbatum voluntati permittitur Claustralium omnium Officiorum provisio, immo & Monachorum suscepio, aut Canonicorum. Ubi se Capitula Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum ad regularem & communem vitam per aliquot sacula contrinxere: tanta hujus mutationis auctores & propagatores Episcopi, Abbatum sibi ipsis quandoque jura & potestatem vindicarunt; aliquando ea Præposito & Decano permisserunt, a quibus conuentum omnia majoris saltem momenti peragebantur cum suo Capitulo. Excusa postea Regulari profesione, seculares jam facti Canonicci, eandem disciplinæ formam retinuerunt.

XII. Refert Bonifacius VIII. nec im-

probat quarundam consuetudinem Ecclesiærum, ubi seniores Canonici pinguiores optabant Præbendas, cum primum vacas-sent (3): *Consuetudo habetur, quod ante-quiores Canonici gradotim meliores, si vor-luerint, possint; cum vacant, per se, vel per alios optare Præbendas.* Simillimum veri est inde manasse eam consuetudinem, unde & illa efflexit, ut ne vocetur quidem alicubi Episcopus ad electionem Canonorum.

Verum alibi rursus idem Pontifex docet, præter illas Ecclesiæ, in quibus electio conjunctim ab Episcopo fiebat, & a Ca-pitulo: & ubi altero eorum, vel suspensa, vel excommunicato, vel forsitan mortuo, ab altero rite celebrabatur electio: alias fuisse, ubi collatio ad solum spectaret Episcopum, cum consilio, vel consensu Capi-tuli, & ubi proinde Capitulum Episcopi incapacitati non supplebat (4). *Ad Episcopum spectat collatio, cum consilio sui Capituli, vel assensu.* Erant denique, ubi collatio pertineret ad privatum aliquem, cum consilio Episcopi, quod declarat Pon-tifex eo tempore minime necessarium esse, cum Episcopus vel decebat, vel diu abs- turus est. *Ad aliquem collatio cum consensu Episcopi noscitur pertinere.* Dictum est ali-bi de Theologo & Pénitentiario, qui cum Vicarii sint Episcopi, ejus utique est eos nominare; sed Præbenda quæ eorum dignitat unita fuerit, ab eis conferetur, a quo ante illam unionem conferebatur. Ita a Congregatione Concilii declaratum est ex Fagnano (5).

XIII. Quæ nunc invaluit in Galliis con-suetudo & usus; non sinit nos inhærere Alexandri III. Epistola ad Episcopos Gal-liæ, quæ definit eos qui in seculari foro, non requisita Episcopi audientia, Beneficia ambiunt impetrantque, cogi debere, ut ea in manus Episcopi resignent. Is saltē hinc fructus decerpitur a nobis, olim ne ambigua quidem & litigiosa Beneficia data fuisse, nisi Episcopi iudicio (6), quod pro-pius utique semper abest a vocatione co-cessisti. Et cum ramen nostrates publici Ju-dices jus non dicant, nisi de possessione beneficiorum, jus titulumque semper vel ipsi intelligunt ab auctoritate profectum

Præ-

(1) C. Illa. Ne sede vacant.

(2) De Instir. C. Finali.

(3) C. cum in tua. De consuet. in sexto.

(4) C. Si ad Episcop. Ne sede vacant.

(5) Fagn. in l. 5. Decret. pag. 207.

(6) Append. Conc. Lat. Part. 50. cap. 33.

*Vetus & nova Ecclesiae Discipline*  
Prælatorum , qui cœlestis interpres sunt vocationis.

XIV. Mire confirmat Ivo Carnotensis , quæ modo dicta sunt a nobis , in Epistola ad Diambertum Archiepiscopum Senensem . Narrat enim , ut in Capitulo suo eum vacantes dispensaret Dignitates pro more (1): *Cum in Capitulo nostro quadam officia secundum Ecclesiae consuetudinem dispensarem , cumque Clericum valde idoneum Subdiaconatu investiret , per librum quem in manus illi dabat : porretto libro : insurrexisse Decanum ejus nepotem , cum turbulentis aliis quibusdam , vociferantibus id eum minime posse , quia id eorum consilio non ficeret . Cessisse se tum , quod etiam in vita discriberent alias adductus fuisset . Sed cum perlaussum sibi esset , repugnare consuetudinem , & ne tum quidem ei se obnoxium fuisse servituti , cum nos rebelles in Capitulum inscriberet , adeoque nec integrum sibi esse , quidquam committere , ex quo Episcopalis vilesceret auctoritas : Ego sciens quod hanc consuetudinem in Ecclesia non inveni , nec in ipsis contradictoribus , quando suos honores accepérunt , observavi : ne potestatem meam minuerem , ab incepto non defisi : ei tandem adversariisque convenient , ut de ea causa cognosceret Archiepiscopus Senensis , quem & hac Epistola rogat , ut suffraganeorum aliquos ad hoc judicium evocet . Perspic hic porro , ut Episcopi non collatores tantum essent Beneficiorum , sed & causarum ejusmodi Judices : utque Dignitates ipsius Capituli conferrent aliquando , minime expectato Capituli consensu .*

Ingenue tamen fateri cogimur , vehementem totius Capituli repugnantiam , sin minus potestati , certe caritati Episcopi intercessisse , ac vetuisse ne pax Ecclesiae perturbaretur . Testem profero ipsum eundem Ivonem , qui pium Presbyterum desponsa Præbenda frustravit , postquam intellexit eo alienatum iri torius Capituli sui animos: *In hoc negotio tota pene Ecclesia cum Decano in faciem mihi restitit , & Presbyterum petitorem Præbende , secundum morem Ecclesiae , canonicari non permittit . Ita intrepidus Pontifex , cessit tamen , non juri Canonorum , quo eorum consensus necessarius redderetur : sed necessitati , alendæ sovendiæ pacis in Ecclesia , cui quacunque*

tandem promissione sua nihil derogatorum voluerat : *Nec aliter me daturum promisi , nisi cum pace Ecclesia posset fieri .*

XV. Ivoni accedet Hildebertus , qui ejus Episcopalis fundamenta potestatis ponit in ipsis Codicibus sacris , & exemplo Christi , qui solus ipse de legit Apostolos & Discipulos septuaginta duos , cui se normæ accommodantes Apololi elegerunt Diaconos septem , quorum nomine & ordine contineri videtur , quidquid est in Ecclesia Ordinum inferiorum , & Beneficiorum . Ea regula est , cui jure merito se accommodent Ecclesiae , Apostolorum successoribus permittentes electionem omnium Ecclesie ministrorum (2): *Si Apostolos consideremus , de illis Dominus ait : Nonne ego vos elegi duodecim ? si septuaginta duos , &c. In his & eorum successoribus prescripta est Ecclesiae forma , quam in electione , vel consecratione sumorum & inferiorum Sacerdotum , seu etiam Diaconorum non custodiri , causalis est & vicinus ruine profectus . Ceteros quoque gradus ad minimum usque Clericum pro Episcoporum deliberatione substituendos & distribuendos , canonica censem & predicanter instituta . Perit autem solis Pontificibus collata hec a Domino potestas , si &c.*

Cum ad Archiepiscopatum Turonensem translatus fuisset Hildebertus , eo jure suo usus est conferendi Præbendas & Dignitates Ecclesiae , & quidem tam intrepide ut ne ministris quidem Regis cesserit , vel præceptis cedendum astimarit , si quid obreptum esset , quo Beneficia astutiae magis hominum , quam pietati & virtuti donarentur (3) : *Dignitates Ecclesiasticas nec ex Regis precepto disposui , nec ei disponendi facultatem indulsi . Personas elegi , qua in exequendis Ecclesia negotiis pondus dei portarent & astus . Alteri igitur Archidiaconomatum , alteri Decaniam dedi , &c. Nullus fuit , qui Decano aliquid opponeret , &c.*

XVI. Ita certe approbat Hildebertus suum esse unius , ut Dignitates & Præbendas sui conferret Capituli . In Epistolis quibusdam suis tradit Bernardus (4) Episcopos Catalaunenses in suæ civitatis Cœnobiosis Abbates constituisse : cumque Guillelmus Episcopus Catalaunensis omnes eorum Monachos gerendæ Abbatum dignitati impares intelligeret , ipsummet protæctum esse Divisionem & Cluniacum , ut inde secum abduce-

(1) Epist. 205.  
(4) Epist. 58.

(2) Epist. 55.

(3) Epist. 67. 88.

diceret viros, ea virtutum præstantia & experientia ornatos, quibus eam provinciam tuto committeret. Commemorat Fulbertus ipse Ecclesie suæ Carnotensis Subdecanatum (1) a Sylvanectensi Episcopo postulatum suisse, renuisse se, & eam dignitatem Presbyterorum suorum dignissimo contulisse. Non obscure idem alibi innuit, Præbendas quoque a se conferri solitas. Ex Stephano Tornacensi (2) colligi posse videtur, Ecclesie Parisiensis Decanum a Canonicis eligi solitum; Aurelia vero Episcopum & Capitulum Præbendas conjunctim donasse.

Radulphus Ecclesie Cantuariensis Episcopus, auctore Eadmero, Archidiaconatum Ecclesie suæ cum consensu Monachorum, quibus constabat Capitulum, contulit. Ideo & confessum creatus Archidiaconus fidei sacramentum præstitit Ecclesie Cantuariensi (3): *Sacramento, quo se fidelitatem Ecclesie ipsi per omnia & in omnibus exhibeturum dum viveret, repromisit.*

Concessit Innocentius III. Archiepiscopo Patrarum (4), ut Capitulum suum Canonicis Regularibus sancti Ruffi committeret, conditione ea, ut Priorem ipsi suum eligarent, eique præsentarent. Patriarchæ vero Antiocheno (5), duas ut novas crearet Præbendas Capituli sui permisit, utque reditus illis ex mensa Episcopali adsignaret. Archiepiscopus quoque Patres Canonis sancti Ruffi quos arcessiverat, vel idoneos redditus, vel Episcopalis mense dimidium adsignatum a se iri sponderat. Ex his paucis conjice de toto genere Præbendarum, alio & alio tempore ab Episcopis fundaturum. Quo æquius erat eas ab illis conferri.

Aliunde rursum consentaneum prorsus erat, ut cum Episcopi Capitula sua traducerent ad formam & disciplinam Congregationum Monasticarum, vel Monasticis simillimarum, copiam illis facerent eligendi Priores, vel Decanos suos, & novos subinde milites suo cœtui adgregandi. Hinc tanta inter Capitula varietas, ut incerta sint etiam quandoque unius ejusdemque Capituli jura. Ita enim apud Rogerium anno 1194. Archiepiscopus & Capitulum Ecclesie Eboracensis de collatione Decanatus diligebabantur.

XVII. Circa annum 1148. Goslenus Episcopus. T. IV.

scopus Carnotensis (6): *Preposituram de Uno gradu ex Episcopali jure in usum fratum, qui Matutinis interfuerint, munifica largitione perpetuo transfudit.* Successor ejus novas Abbatias excitavit tres. Res & opes omnes Ecclesiæ Dicæcæos ab initio in potestate Episcopi fuere. Has ergo lapsu temporum partiti sunt Episcopi in Parochias, in Capitula, in Dignitates, in Canonici, in Abbatias, unde & hæc Beneficia omnia conferendi jus penes eos ab origine fuit (7). Et olim quidem, cum e partitiones recentes adhuc essent, ubi primum vacabant portiones singulæ, maxime Præbenda Capitularum, eas suæ Mensæ rursum Episcopi commiscebant, donec Concilio generali cautum est, ut ne eam amplius licentiam usurparent. Argumento est hæc ipsa Præpositura Carnotensis extinctio, ut esset unde distributiones suppedarentur residentibus & præsentibus.

Giraldus Episcopus Cadurcensis, cum anno 1190. Canonicos Regulares in suum Capitulum invexisset, Dignitates conferre voluit, sed cum consilio Canonicorum (8): *Prepositura, sive Archidiaconatus & ceteri Ecclesiastici honores pro nostro decreto per Consilia Canonicorum ordinanda sint in posterum.* Ex adverso autem cum Remigius sedem Episcopalem e Dorcestria Lincolniam transtulisset, solus ipse contulit Decanatum, Thesaurarium, & quos instituit septem Archidiaconatus. Goffridus Carnotensis Episcopus anno 1125. diutius cum Capitulo suo altercatus, eligendi Decani jus tandem illi concessit. Anno 1233. Goffridus Ambianensis Episcopus cum Collegialem condiderat Ecclesiam, Decani eligendi jus contulit Canonicis.

Non potuit nisi tumultuarie tam discors siue diffimilima enarrari hic disciplina Capitularum & Beneficiorum quoruncunque, cum aliis aliisque subinde locis & temporibus nova quadam rerum facies oriatur. Et ex promiscua tamen hac faragine dilucide satis constat, collationem omnium Beneficiorum primæva ipsa ab origine ad Episcopos spectante, ut Apostolicæ successionis & Ecclesiæ fundationis heredes, ut omnium suæ Dicæcæos agrorum & proventuum Ecclesiasticorum primarios

(1) Ep. 46. 80.

(2) Epist. 100. 101. 175.

(3) Novo. I. 5.

(4) Regest. 3. Epist. 159.

(5) Regest. 14. Epist. 70.

(6) Analecta Mabil. tom. 1. pag. 566. 568

[7] Baron. an. 1194. num. 7.

[8] Spic. Tom. 8. pag. 163. 181. Ibid. Tom. 13. pag. 304. 305.

dispensatores: ab Episcopis autem manasse in Capitula, in Abbates, in quosvis alias ejus potestatis conferendi rivulos complurimos & diversissimos, diversissimis ex causis, unde & hæc tanta nunc in his Ecclesiasticæ disciplinæ diversitas erupit.

Quisquis eligit, præsentat, instituit, præferre tenetur indigno dignum, dingo dignorem.

### C A P U T XXXVII. P.z. l.z. c.9.

Ex Gregorii Magni doctrina quisquis eligit, præsentat, instituit, præferre tenetur indigno dignum, dingo dignorem.

I. II. Unde quaque venabatur Gregorius, & arcebat dignos Episcopatu viros:

III. Eum quo melior non invenitur, a sentiebatur ordinari.

IV. Constantissima hæc ejus erant placita, criminum ergo irregulares prorsus amandare, ex ceteris dignorem eligere; si digni nulli vere essent, minus indignum.

V. Inter virtutes & dozes dignioris, non postrema laus est, diutissime eidem Ecclesie inservisse.

VI. Quin & humana cujusdam prudentiae usus, & lux experientiae, ad rei etiam temporalis administrationem.

VII. Episcopatus ille aliquando vacare senebat diutius penuria idonei successoris.

VIII. Magna etiam apud eum habebant momenta etas, hospitalitas, sollicitudo.

IX. Anxia ejus cura de minoribus etiam Beneficiis.

X. E suis propriis Clericis, Monachisque optimos quoque Ecclesiarum necessitatibus commodabat.

XI. XII. Cum simonia infamiam aspergat Gregorius private gratia, aut amicitia affectibus omnibus, hinc necessitas exprimitur eligendi dignioris.

XIII. Qui Gregorius iis, quos rerum necessiarum premebat inopia, Beneficia dari rogaverit.

XIV. Utilior Gregorio est, idem qui dignior.

I. **Q**uisquis eligit, nominat, præsentat, vel instituit Beneficiarium, is inexorabili Canonum præcepto & sempiternæ Legis auctoritate constringitur dignos indignis, dignis quin etiam digniores anteponere. Hæc jam quæstio, quæ quanti ad Disciplinam Ecclesiæ intersit, nemo non videt, ex Gregorio primum Magno enodanda illustrandaque nobis est, cui ceteri postea Ecclesiæ Patres suffragatores accedant.

II. Cum rescisset Gregorius esse in Sicilia Presbyterum, gerendis Episcopatus infulis non imparem, ad Episcopum Syracusanum scripsit, ut excuteret & examinaret illum, tanquam judicij sui rationem summum judici redditurus; & siquidem illum Episcopatu dignum compserisset, Romam illico mitteret, vacatura quamprimum Episcopali sede donandum (1): Hunc fraternalitas coram se deduci faciat, eumque sicut certus sum, propter anime periculum, diligenter examinet. Quem si ad hunc gradum provehi dignum esse perspexerit, ad nos studeat destinare, ut cum disponente Deo, loco, cui providerimus, possimus ordinare Pastorem. Hinc apparet Gregorium dignioribus quibusque commendari debere Episcopatus perfusum, in eam incubuisse curam, ut exploraret, qui siquam essent digni, qui digniores, & ad se lete arcesseret ex remotissimis etiam Provinciis.

III. Agit quidem hic Gregorius de eo, qui dignus esset Episcopatu, non qui dignior. Sed facile intelligitur, non tam anxie & tam procul arcessitrum eum fuisse, nisi digniores iis auguratus esset, quos habebat propiores: & digniores si alibi compserisset, aut vel suspicatus esset, eos vel maxime accitum fuisse, ut illos Romæ ordinaret. Cum Syracusanus Episcopus Maximianus, cui ejus Presbyteri examen Gregorius mandaverat, paulo post fato suo functus esset, actum est de Trajano Presbytero ei subrogando. Inaudierat Gregorius pietatis & religionis præsidii non defitui Trajanum, sed doctrina & experientia ad tantæ regimen Ecclesiæ minus esse parem; & nihil tamen minus censuit eligi debere ex inevitabili quadam necessitate cum meliusquam inveniretur (2): Credo quod Trajanum Presbyterum maxima pars eligat, qui, ut dicitur, bona mentis, sed quantum suspicor

(1) L. 2. Ep. 18.

(2) L. 4. Ep. 19.

*picor, ad regendam locum illum idoneus non est. Tamen si melior inveniri non valet, & ipse nullis criminibus tenetur involutus, condescendi ad eum cogente nimia necessitate potest.*

IV. Duo haec rata fuere & inconcessa Gregorii decreta in Electionibus Beneficiorum, & Ordinationibus. Primum, ut inexorabiliter rejicerentur, quoscumque criminis capitalis cujuspiam irregularitas inquinabat. Alterum vero, ut dignior assumeretur semper eorum, qui ad manum essent, & quoram copia daretur: *Si melior inveniri non valet. Id vero bifariam contingere potest: aut enim qui dignior occurrit, is vere Episcopatu dignus est, tum ipso juris vi- gore omnibus aliis eum anteferre cogimur: aut necessaria aliqua destituitur dote, quamvis eorum qui ad manum sunt, minimis urgeatur vitiis: & tunc eligendus nihilominus est, ex indulgentia, eo justa, quo ne- cessaria: Condescendi ad eum cogente nimia necessitate potest.*

V. Verum longe lateque circumferendos esse oculos ad vicinas, & ad remotiores etiam Ecclesias, ubi digni Altarium Ministri inquiruntur, in hoc ipso docuit Gregorius exemplo, cum Clero populoque Syracusano auctor fuit, ut Archidiaconum Catanensem, velut omnium dignissimum, Pastorem sibi deligerent: *Si autem mea voluntas ad hanc electionem queritur, tibi secreto indica quod volo; quia nullus mihi in eadem Ecclesia post dominum Maximianum tam dignus vi- detur, quam Joannes Archidiaconus Cata- nensis Ecclesia. Qui si fieri potest, ut eli- gatur, credo quod apta valde persona inveniatur. Hæc verba nullus tam dignus, quam Joannes dilucide commonstrant necessitatem eligendi omnium dignissimi. Si dicat autem Gregorius, eligi jure potest, non autem eli- gi tum quenquam alium non posse: in cau- fa est, quod is Archidiaconus suæ jam Ec- clesiæ, suoque obligatus esset Episcopo, cuius assensus omnino desiderabatur. Postula- ri ergo magis poterat, quam eligi. Adde quod Regulis Canonis præcipiebatur, ut de gremio propriæ Ecclesiæ eligeretur Epi- scopus. Atque adeo poterat Syracusanus Presbyter Catanensi preponi Archidiacono, digniori minus dignus, si ea meritorum in- qualitas tantilla esset, ut compensari jure posse videretur contemplatione diutini ob- sequi, officiique, ei ipsi Ecclesiæ cum lau- de impensi.*

VI. Neapoli cum Clerici, Nobilesque dissidenter in electione Episcopi, rescriptit ad eos Gregorius, nec mira, nec nova vi- deri debere haec sententiarum dissidia; unum porro satagendum esse, ut cogitationes & consilia sua uni æquitati & pietati accom- modarent: nec favoris, aut gratiæ conta- gio quocunque afflari se sinerent. Cui præ- ceptioni locus non est, nisi inter dignos di- gnissimus eligatur. Enimvero digniori di- gnum præponere, hoc non eligere est, sed gratificari (1): *Nec novum, nec reprehensi- ble est, in eligendo Episcopo populi se vo- ta in duas partes dividere; sed grave est quando in hujusmodi causis, non ex judicio, sed de solo favore venit electio. Vota sua conferebant aliqui in Joannem Diaconum: vetuit Gregorius, quod ei immatura & te- nella adhuc esset filiola, quo prodebat, quam non pridem continentiaz se devovis- set: Nam qua præsumptione ad Episcopatu audet accedere, qui adhuc longam cor- poris sui continentiam filiola teste convinci- tur non habere. In Petrum Diaconum alii propendebant, sed objiciebatur a Gregorio, quod quamvis doctrina alioqui non desti- tueretur: non ea tamen erat dexteritate in- genii, vel humanæ etiam prudentiaz sagaci- tate, qua carere non debet Episcopus in temporalium maxime rerum administratio- ne: Petrus Diaconus, quem a nobis electum afferitis, omnino quantum dicitur, simplex est. Et nostis quia talis hoc tempore in re- giminis debeat arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrin- secæ subjectorum utilitate & cautela sciæt esse sollicitus. Ita ergo constituebat Grego- rius, cum accurate expenditur, ecquis in- ter plures idoneos maxime idoneus & di- gnissimus sit Episcopatu, aliquo etiam nu- mero & pretio esse debere humanas quasdam dotes ad Episcopatum regimen temporale necessarias. Postremo eam sibi semper Grego- rius integrum servabat facultatem exami- nandi Romæ, quem delegisset; & repudiandi si minus dignum deprehendisset. Quo- circa præmonebat etiam, ut alium interim perquirerent, priori, si rejectus fuisset, suf- ficiendum: *Studii vestri sit etiam alium, qui aptus sit, providere, ut si forte huic or- dinis hic non videatur idoneus, sit in quem se vestra declinare possit electio.**

VII. Aliquandiu vacare Ecclesiam mole- ste serebat tamen Gregorius, quandiu non

(1) L. 8. Ep. 40.

occurrebat, qui tantam subiret sarcinam (1): Novit fraternitas quam longo sit tempore Apruitum Pastorali sollicitudine destitutum, ubi diu quæsivimus, quis ordinari debisset, & nequaquam potuimus invenire. Diu conquisitum ubi tandem invenerat, serio nihilominus examinari jubebat; etiam secreto, & de spiritualibus interiorum animi virtutum incrementis: Hunc volumus fraternitas tua ad se faciat venire, & de anima sua edmoneat, quatenus in bonis studiis crescat. Et si nulla ei crimina obviant.

VIII. Accederet & hoc aliud exemplum, argumentumque propensioris ejus curæ, qua invigilabat Gregorius, ut penitiores animi recelius nosset eorum, qui ad Episcopatum vocabantur, ut vere semper dignior eo culmine federet. Cum viduata pastore esset Ecclesia Anconitana, tres ob oculos versabantur, qui eligi possent. Primus erat Floryntius Archidiaconus Anconitanus, sacramrum litterarum peritissimus, sed ita devexa jam ætate, ut regendis Ecclesiæ gubernaculis admoveri vix jam posset (2): Scriptura sacra scientiam habere, sed ita atatis senio jam confessum accepimus, ut ad regiminis officium non possit assurgere. Præterquam quod, ut ait Gregorius, tam sordidæ erat parsimonia, ut hospites nunquam domini sua ullos invitaret. Alter erat Rusticus ejusdem Ecclesiæ Diaconus, vigilantia clerus, sed qui Psalterium memorie non commendasset: Vigilans, sed Psalmos ignorat. Tertius erat Ecclesiæ Ravennatis Diaconus, cuius explorata sollicitudo, sed inexplorata erant animi penetralia: Sollicitum esse novimus, sed qualis sit interius, omnino non scimus. Duos tandem Episcopos delegavit Gregorius, qui de re tota & personis inquirerent, maxime autem, an puri essent tres illi, & immunes eorum criminum, quæ quoslibet a facris arcent Ordinibus: Diligenter de vita & moribus singulorum requiri se de nullo sibi sunt criminis consicis, quod eos ad hoc officium vetet accedere, ut redditii certiores, quid post hac Deo auctore fieri debeat disponamus. In hujus ergo lance austeriorum examinis ponderabatur doctrina, ætas, hospitalitas, sollicitudo, vigilantia, ante omnia autem innocentia & immunitas eorum scelerum, quibus irregulares fierent. Cum Locrensis Ecclesia Pastore orbata esset, repudiavit

Gregorius electum primo Presbyterum, quia minime dignus inventus est: adduci autem voluit Presbyterum, seu Parochum alterius Diocesis, interrogarique de criminibus, quorum concili Episcopatu interdicuntur (3): Atque cum studii tui sit de criminibus que ad Episcopatum accedere non permittunt, cum omni subtilitate require, & si eorum se expertem esse responderit, &c.

IX. Ex his exultari potest, quam queretur rationem Gregorius, quam legem in aliis Beneficiis conferendis, & an a strictioris aliquando iustitiae orbita declinaret. Cum Monasterii Neapolitani Abbas vita excessisset, missus est confitimus a Gregorio Monachus ad Episcopum Neapolitanum, ut ab eo statim institueretur Praepositus, vel Prior; & cum aliquandiu probatus fuisset, tum denum Abbas constitueretur (4): Quem ad præsens Praepositum esse decernimus, &c. Non deerant merita, sed nec meritorum fiducia: una re minus sapiebat, quod nimio plus sibi sapere videretur: Sunt bona que in eo placent. Sed hoc est in illo vehemens vitium, quod valde sibi esse sapiens videtur. Ex qua radice quanti ramii peccati valeant prodire patenter agnoscitur. Quod rursus argumento est, Gregorium optimos quoque ad regimen optasse, quæsisse, arcessisse, sed ubi eorum non dabatur copia, utcunque dignos & idoneos adhibuisse ad illa officia, quæ sine gravissimo dispendio diutius vacare non poterant, cujusmodi sunt Priorum & Vicariorum; paucisque diutius vacua dimisisse ea, quæ quantum multo majoris sint ponderis, suppleri tamen facilius possunt alieno ministerio, ut Episcoporum & Abbatum.

X. Audiendus & hic est porro Joannes Diaconus, ut diligentia & integritati Gregorii ad stipuletur luculentissime in eligendis dignioribus quibunque ad Episcopales sedes, illicque undecunque pervestigandis & advocandis; ut qui ne parceret quidem Ecclesiæ sacerdotalibus, & Cœnobiorum Romanorum præstantissimis Monachis, quos vacantibus Ecclesiis, etiam remotioribus practiciebat (5): Ordinationes summo cultu servasse docetur, in eo quod ab ipso sua consecrationis exordio, per omnem diæcesin suam Episcopos undequaque meliores invenire potuit, studiosissime ordinavit, &c. ut Ecclesiæ illis regendam committeret, qui exemplis

(1) L. 16. Ep. 13.  
(4) L. 1. Ep. 92.

(2) L. 12. Ep. 6.  
(5) Vita Greg. L. 3. c. 7.

(3) L. 6. Ep. 38.

plis & verbis pariter illam edificare melius potuissent. His omnino innuitur, non satis fecisse sibi Gregorium, dum dignos eligeret, nisi & omnium dignissimos elegisset. Ideo & ad se pelliciebat Episcopos omnes Episcopalis Ecclesias suis quacunque tempestate excusos: necnon & Clericos omnes, quos praelata eruditio & virtutum fama ei commendasset: gnarus florere, vel corrueire Ecclesias pro Episcoporum diligentia, vel supinitate (1): *Et quidem Gregorius prudenter cognoscens totum corpus Ecclesiae tam per bonos Episcopos feliciter stare, quam per malos infelicer; non solum diversarum gentium diversi ordinis Clericos, verum etiam vacantes Episcopos in suis Diocesos Episcopatus invitabat.*

XI. Verum cum ea, quæ dicta sunt habentus, omnia ad Episcopatum fere specent, quanquam ex iis facile eliciantur leges, quibus in conferendis aliis Beneficiis servire quisque debet: veniendum nobis est ad inferiores sive Ordinum gradus, sive Beneficiorum. Testatum facit Joannes Diaconus detestari solitum Gregorium artes illas & calliditates simoniacas, ubi Episcopi in Ordinibus, vel Beneficiis conferendis nihil pecunia amungunt: sed favoris quam justitiae amantiores, amicos, fautores, adulatores sibi comparant, quorum majus sit pretium, quam pecunia (2): *Commentum sati artificiosum reperit iniquitas, quo scilicet illos sacerdotio sublimaret, qui sibi post consecrationem tanto subjectiores esse debuissent, quanto non divino, quin potius humano iudicio se fuisse promotoe, ipsi procul dubio reputarent.*

XII. Ipsissima hæc est Gregorii doctrina, palliatæ simulatæque simoniæ genus esse, nihiloque minus detestandæ, cum vel Ordines, vel Beneficia & Dignitates Ecclesiæ conferuntur, ad favoris, amicitiæ, laudis humanæ & adulatioñis accupitum (3): *Columbas vendere est impositionem manus, qua Spiritus sanctus accipitur, non ad vitæ meritum, sed ad premium dare. Sed sunt non nulli, qui quidem nummorum premia ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros Ordines pro humana gratia largiantur, atque de largitate eadem, laudis solummodo retributionem querunt. Hi nimirum quod gratis acceptum est, non gratis tribuunt; quia de impenso officio sanctitatis nummum*

expectunt favoris. Unde cum justum virum describeret Propheta, ait: *Qui excutit manus suas ab omni munere. Ab omni, quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus a lingua, aliud munus a manu. Munus quippe ab obsequio est subjectio impensa indebita; munus a manu pecunia est, munus a lingua, favor. Qui ergo sacros Ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit. At quisquis dignis indignos proponit, vel dignos quidem, sed dignioribus, is omnino agitur simoniacis his impulsionibus, atque adeo criminosis damnansque ex Gregorio, ad emercandam hominum benevolentiam, laudem, & quamcumque demum gratiæ & obsequii remunerationem. Non aliis quam his stimulis agitantur, qui æternæ legi & justitiae in hoc delectu adversantur, iubenti nimirum, ut pietati & merito totum derur. Humanis affectibus res divinas dispensare, quid hoc aliud, quam sacra nundinari? Hinc rursus inculcat idem Gregorius, Ordines & Beneficia ut gratis dentur, nec muneribus, nec favori, nec precibus dari debere (4): De Ordinationibus aliquid accipere sub dictâ interdictione vetimus. Oportet ergo ut neque per commodum, neque per gratiam, aut quorundam supplicationem, aliquos ad sacros Ordines consentiantur, aut permittantur adduci. Et alibi rursum: Nullus vestrum denuo hoc fieri patiarur; sed neque gratia alicujus, neque supplicatione aliquos ad sacros Ordines audeat promovere, nisi eum quem vite & actionis qualitas ad hoc dignum esse monstraverit.*

XIII. Nec dissimulabo tamen, Gregorium preces quandoque suas interpoluisse, ut qui rerum necessiarum penuria premebantur Clerici, illis aliquid Beneficii quasi erogaretur. Verum duo hic veniunt non perfunditorie pensitanda, horum mendicanti, non cupiditati consultum voluisse sanctissimum Pontificem; & iis tantum qui jam ordinati essent Clericis, eum ita prospexisse. Interest autem ad Christi & Ecclesiæ majestatem, ut ne ministri ejus mendicitate deturpentur. Eiusmodi fuere Gregorii Litteræ ad Episcopum Syracusanum, ut Ecclesiæ suæ Diaconis eum Diaconum adgregaret, qui simplicitate magis quam studio

(1) L. 3. c. 3.

(2) L. 3. c. 6.

(3) Hom. 2. in Evang.

(4) L. 4. Ep. 55. 56.

dio malitiae trium Capitulorum schismatis illaqueatus fuerat (1): *Quia non in heresim incidit, sed a sacris generalis Ecclesiæ Mysteriis, quasi recte studio intentionis erravit, imbecillitati ejus atque necessitatibus consulentes, maximeque sustentatione ejus, pietatis intuitu providentes, in tua Ecclesiæ Syracusana eum prævidimus ordinandum, sive ut officium Diaconatus expletat, seu certe ut sola ejusdem officii pro sustentanda pauperate sua, commoda consequatur, in tua fraternitatis volumus hoc pendere iudicio.* Videlimus jam supra, ut ad Candidum Presbyterum scribens, a quo regebatur Ecclesiæ Romanæ in Galliis Patrimonium, commendavit ei Presbyterum quendam Gallum, ut necessaria vita subidia illi conferret, collata vel Presbyterali Ecclesiæ, vel Abbatiali (2): *Petit Aurelius Presbyter, ut scubi in possessionibus beati Petri Apostolorum Principis, oratorium, aut locus, qui Presbytero, vel Abbatte indigeat, inveniri potuerit, ei debeat committi: quatenus & ipse subedium vita præsentis inveniat, & nos inveniamur petitioni illius paruisse.* Adeo non ergo humanorum affectuum corruptelæ imputandurn est, si tenuioribus Clericis studeat quis Beneficia erogare, vel procurare, ut non aliud sit pietatis, caritatis & Pastorals sollicitudinis præclarious documentum. Nam patrimonium Ecclesiæ pauperibus Clericisque sustentandis dicatum est, qui & pauperes & Clerici jam sunt, ii certe ceteris præponendi sunt omnibus. Non iubet autem Gregorius, quos commendat, eos ceteris præferri dignioribus: sed his tenuioribus urgente necessitate celerius succurri. Porro locus qui Presbytero indigeat, potest ille quidem statim Parochia videri; & ita incognitanti mihi hic exciderat; sed diligentius rem expendenti, *Parte I. Libro II. Capite XCII.* constare mihi visum est, nequaquam de Parochia cui animarum cura immineat, sed de simplici Beneficio sacerdotali tamen interpretandum esse.

XIV. Animadvertis autem jam & illud potuit, non distingui a Gregorio digniores ab utilioribus. Evenire enim posset, ut qui primas virtutis & doctrinæ obtinent, haud tamen digniores habendi essent, quod nec utiliores Ecclesiæ; propterea nimis, quod præter virtutis & eruditioñis præsidia, quibuldam aliis præterea dotibus opus sit

ad temporale & spiritale regimen. Ejus rei forsitan contemplatione adductus Gregorius, non semel profensus est, cum a se in examine & delectu ordinandorum semper antepositum iri, qui utilior fatus presagiretur (3): *Ut utrisque cominus constitutis, ille qui Deo placuerit, & utilior vius fuerit.* Et rursus alibi (4): *Si in duorum selectione divisierint, is qui utilior fuerit, ordinetur.*

## C A P U T XXXVIII. P.2.I.2.C.10.

De eodem ex aliis Patribus Latinis, præponendum semper esse dignorem.

I. *Il. Populi, Cleri & Episcoporum convocatio ad eligendum Episcopum, vel ipsa argumenti satis habet, ut eligendo dignioris omnes adlaborent. Nec enim fieri poterit, ut in alium quemcunque omnes consentiant. Uno caritatis affectu concordabant omnes, humano quolibet affectu discordabant.*

III. *Eam tenuere regulam ipsimet Apostoli. Qui digniores, ii ipsi vix digni sunt, si digne quis de sacerdotio sentiat. Ita indignus eligitur, ubi non eligitur dignissimus.*

IV. *V. VI. VII. VIII. IX. Varia argumen- ta ex Augustino, Ambrofio & Hieronymo.*  
X. *Item ex Concilio Toletano.*

XI. *Decretales Pontificum Epistole, ubi promuntur exempla veteris Testamenti ad juniores imbuendos, formandoque diutissime ad sacerdotium; & ad non imparem tante dignitati sapientiam & virtutem.*

XII. *XIII. XIV. Ex iisdem rursus Decre- talibus.*

XV. *Quantum digniores quique sacerdotis sarcinam enixisse fugiunt, tantum opera dandum est, ut ad eam conquirantur, & constringantur.*

L. *Ceteri Ecclesiæ Patres, Pontifices, & Synodi eandem cum Gregorio doctrinam, eandem & doctrinæ contentaneam disciplinam studiosissime consecutati sunt, ut in provisionibus honorum, dignitatum & Beneficiorum, Electores, Collatores, Institutores, Patronique tum Clerici,*

(1) L. 3. Ep. 14.  
13. L. 4. Ep. 47.

(2) L. 9. Ep. 65.  
(4) L. 9. Ep. 74.

ci, tum sacerulares, digniores semper præferre dignis, indignisque teneantur, exitialis personarum acceptiois infamia laboratur, si favori, si carni & sanguini virtutis & pietatis justissima præmia largiantur.

II. Tanti refert ad disciplinam & sanctitatem Ecclesiaz illustrandam, quæ hic in manibus versatur quæstio, ut eam operæ pretium duxerim a principio & ab ipsa Ecclesiaz origine ordiri. Quando in unam aliquam urbem convolabant Provinciaz Episcopi ceteri, ad Episcopi electionem, cum Clero universo & populo, quid aperiens, quam in id eos convenisse & collaborasse, ut dignum, ut dignorem, ut dignissimum eligerent? An celebri & numeroso conventu, operosaque deliberatione opus fuisset, si favoris ea res esse videtur? si fas esset utcunque dignos dignioribus antehaberi? Si privatis autem affectibus indulgere licuisset, ecquicunque convenire potuisset? discinduntur, non colliguntur in unam sententiam, quicunque carni & sanguini, quicunque privatis studiis obsequuntur. Una est justitiaz lex, una Ecclesiaz caritas, in quam conspirare, in quam concordare omnes tam possint, quam debeant. Privatae cupiditates, favor, acceptio personarum, dissensiones alere, quam pacare magis possunt. Unus est omnium dignissimus, in quem electores oculos conjiciant, & vota convertant omnes; at minus digni indignique plures semper sunt: qui eos ergo sectabuntur, non poterunt non studia in contraria scindi. Hæc præfite nobis videtur Cyprianus, ubi electorum jura officiaque edisserit (1): *In ordinationibus Sacerdotum non nisi immaculatos & integros Antistites eligere debemus, &c. Plena diligentia & exploratione sincera oportet eos ad sacerdotium Dei deligi, quos a Deo constat audiri, &c.* Cum ipsa plebs maxime habeat potestatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi, &c. ut plebe presente vel detegantur malorum criminis, vel bonorum merita prædicentur, & si ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio & judicio fuerit examinata. Fieri vix poterat, ut ubi turba eligentium erat tam numerosa, & ubi tanta examinis censura distingebatur, favori, aut gratia locus esset.

III. Observat idem Cyprianus Apostolos ipsos eadem diligentia usos fuisse, & nihil

unquam intentatum reliuisse, ut eum qui dignior esset, vestigarent: nec in Apostoli tantum, hoc est, Episcopi electione, sed tum etiam cum ordinandi fuere Diaconi. Unde & eadem ad omnes Beneficiorum nominationes propaganda lex est (2): *Nec hoc in Episcoporum tantum & Sacerdotum, sed in Diaconorum ordinationibus observasse Apostolos animadvertisimus.* Certe cum irreprehensibiles esse sanxerit Paulus Episcopos & Diaconos, annos verendum nobis est, ne quos digniores vocamus, ii minus indigni vocitandi potius sint; ita indignus eligitur, cum non is eligitur, qui dignissimus (3): *Cum in Scripturis divinis Deus ad sacrificium prohibeat accedere Sacerdotes, etiam in leviiori crimen constitutos: & in Levitico dicat; Homo in quo fuerit vitium, & macula, non accedat offerre dona Deo.* Qui vel semel evolverit aut Gregorii Pastoralem librum, aut Chrysostomi tractatum aureolum de Sacerdotio, is utique affentietur nobis non posse quenquam vere dignum tam divino videri munere, quam ex eo quod certi simus dignorem esse neminem.

IV. Hanc ipsam disertissime Augustinus definiit quæstionem, cum grave pronuntiavit committi piaculum, ubi in honorum & Officiorum Ecclesiasticorum dispensatione postponitur pauper, tametsi pietate & doctrina locupletior, viro diviti & opulento, cui non tanta tamen adsunt eruditio & sanctimoniaz, quanta pauperi ornamenta (4): *Nec sane quantum arbitror purtandum est leve esse peccatum, in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi, si illam distantiam sedendi ac standi ad honores Ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi divitem ad secundum honoris Ecclesie, contempto paupere infrastructiore atque sanctiore?*

V. Quam scrupulose in istiusmodi rebus eliminatissimas justitiaz leges sectaretur, ab unde prodidit idem Augustinus, quando ad primatem, seu Metropolitanum Xantippum scripsit: et si cœtus Episcoporum sex qui de causa depositionis Presbyteri judices erant futuri, eum ordini suo redintegraret Presbyterum, quem ipse destituerat: nunquam tamen fore, ut impetrare sibi ipsi posset, ejusmodi Presbytero Parochiam committere, ut flagitorum ejus posthac omnium in seipsum

(1) L. 1. Ep. 4.

(4) Epist. 29.

(2) Ibidem.

(3) L. 1. Ep. 7.

scipsum culpa resiliret (1) : Quod si forte judicibus Ecclesiasticis aliud videtur, quia sex Episcopis causam Presbyteri terminari Concilio statutum est, committat illi qui vult Ecclesiam sue cura commissam; ego talibus fateor quamlibet plebem committere timeo, prasertim quos nulla bona fama defendit, ut hoc eis possit ignosci, ne si quid perniciosius eruperit, languens imputem mihi. Non privatis studiis, non favori dabat certe Parochias Augustinus, qui ne sex quidem Episcoporum judicio satis fidebat.

Denique quam teneret normam sanctissimus Pater in electionibus, his verbis declarat (2): In ordinandis vero Sacerdotibus & Clericis consensum maiorem Christianorum, & consuetudinem Ecclesie sequendam esse arbitrabatur. Nulla hic indulgentia, nulla gratia ex privatis affectibus profecta. Nec enim vel Ecclesie consuetudo esse ea potest, ut minus digni praeponantur: nec piæ multitudinis suffragia conspirare possunt in unum, nisi qui omnium dignissimus sit, vel esse videatur.

VI. Nec minus religiosus Ambrosius in excutiendis averrandisque eorum vitiis, qui Clericatu inscribendi erant. Exclusus Clericatus spe ab eo is est, qui in amicorum grege erat, qui officiis suis emereri eum gradum satagebat; exclusus inquam uno eo nomine, quod indecentior esset gestus ejus. Qui ne hanc quidem vitii umbram æquo animo ferre poterat, is sane mirus dignis dignos, aut digniores nunquam postponebat (3): Meministis filii, quendam amicum, cum sedulis se videretur commendare officis, hoc solo tamen in Clerum a me non receptum, quod gestus ejus plurimum dedecet. Non improbat Ambrosius vota & conatus hominis, qui suis se commendabat Officiis, ut Clericatus fores sibi pandaret; Ambire enim Clericatum poterat uno religiosæ pietatis studio incitatus. At Clericos quos eligebat, eos volebat, ne vitiorum quidem umbra obscurari.

VII. Multo autem præstantissime idem sanctus Pater in Epistola ad Vercellenses, qui modus in his tenendum sit, declarat: hortaturque, ut ne humanis cupiditatibus vel tantillum quisquam obsequatur, in Episcopi electione, hoc est, ejus qui eo eligitur fine, ut omnium privatas cupiditates oppugnet & labefactet, spiritualique cari-

tatis regnum in Ecclesia constabiliat (4): Cum in omni actu, tum maxime in Episcopi petitione abesse debet malignitas; in quo vita formatur omnium, ut placito & pacifico iudicio preseratur vir omnibus, qui eligatur ex omnibus, & qui medeatur omnibus. Ne summum quidem animarum nostrarum Patrem Christum, ad Pontificatum venisse, nisi voce & vocatione summi Parentis: Bonus medicus, qui infirmitates nostras accepit, sanavit agitustines; & tamen iste, sicut est scriptum, non se honorificavit fieri summum sacerdotem: sed qui locutus est ad eum Pater, dixit, Filius meus es tu. Aaronem ipsum Mosaicæ legis umbraticum Pontificem, nonnisi vocante tamen Deo ad eum apicem consendisse, nulla ibi partes interponente suas, vel cupiditate propria, vel gratia & voluntate humana; ut vel hinc doceret Scriptura, quales facrorum Ministerorum electiones esse debeat: Ideo & Aaron Sacerdotem ipse elegit, ut non humana cupiditas in eligendo Sacerdote preponderaret, sed gratia Dei, non voluntaria oblatio, nec propria assumptio, sed celestis vocatio. Denique dici te voluisse Christum Pontificem secundum ordinem, non Aaronis, sed Melchisedech, qui sine genealogia, sine patre & matre erat, ut hinc admoneamus, carnales affectus funditus extirpando & exwendendo esse ex animis eorum, qui Episcopos eligunt, & Episcoporum, qui inferiores Clericos Ordinibus, vel Beneficiis dominant: Sed referunt ad exemplum, ut tanquam sine patre & sine matre Sacerdos esse debeat, in quo non generis nobilitas, sed morum eligatur gratia, & virtutum prærogativa.

VIII. Addit porro Ambrosius quanquam tot suffragiorum consensio non fere potuerit, nisi ei favere, cui germana insint merita, quibus omnes favent: supereffe tamen subeundum Episcoporum examen, a quibus confirmetur electus, si vere irreprehensibilis, si vitii expers comprobetur (5): Supplicaturus pro populo, eligi a Domino, probari debet a Sacerdotibus, ne quid sit quod in ipso graviter offendat, cuius officium est, pro aliorum offensa intervenire. Neque enim mediocris virtus sacerdotalis est, cui cavendum non solum ne gravioribus flagitiis sit affinis, sed ne minimis quidem.

IX.

(1) Epist. 226.

(2) Possid. in vita cap. 21.

(3) Offic. l. 1. c. 18.

(4) Epist. 82.

(5) Ibidem.

**IX.** Nihilo mollior, aut indulgentior Hieronymi doctrina, ut ne cui vel Ordines, vel Beneficia, vel Ecclesias committant Episcopi, nisi qui meritorum suffragiis verissime juvetur, nec caducis humani favoris incumbat admiculis (1): *Audiant Episcopi, qui habent constituendi Presbyteros per urbes singulas potestatem, sub qualibet Ecclesiastica constitutionis ordo teneatur, nec putent Apostoli esse verba, sed Christi, qui ad discipulos ait: Qui vos spernit, me spernit, &c. Ex quo manifestum est, eos qui Apostoli lege contempta, Ecclesiasticum gradum non merito voluerint alicui deferre, sed gratia, contra Christum facere; qui qualis in Ecclesia Presbyter constitwendus sit, per Apostolum suum in sequentibus excutus est. Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem Deus locutus est, potuit utique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: Sed extraneus de alia tribu eligitur Jesus, ut sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vita. Sed nunc cernimus plurimos hanc rem Beneficium facere, ut non querant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscant Ecclesia prodeesse; sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis delinitti, vel pro quibus majorum quispiam rogaverit, & ut deteriora taceam, qui ut Clerici fierent muneribus impetrarunt.*

Etsi permagna, nimia tamen videri non potuit hujus contextus prolixitas, quo tota continetur superius elucidata Gregorii Magni doctrina; & quæ de Episcopatu dicta sunt, ea de ordinibus & Beneficiis prouerso omnibus pro singulorum modo intelligi quoque debere demonstratur. Nec munera enim, nec officia, nec ambitiones, nec Magnatum preces, nec privati Episcoporum Patronorumque affectus, ullo loco esse debent, ubi de æterna populorum salute agitur, ubi de patrimonio Christi, de Ecclesiæ causa, de summi Numinis religione. Infinita ergo quedam intercapedo est, humanorum & Ecclesiasticorum Beneficiorum. In Ecclesiæ Beneficiis tribuendis, nefas est quidquam beneficiaz & gratiaz donari. Hæc Beneficia non ad gratiam, sed ad summum iustitiaz rigorem dispensanda sunt. Denique quod exemplo suo sanxit Moyses, id ab omnibus sanctissime observandum est. Successorem enim sibi ille quæsivit non Thomas. Tom. IV.

Tantum ex aliena familia, sed vel ex alia Tribu: ut elegantur semper ab omnibus Quos plus cognoscant Ecclesiæ prodeesse. **X.** Contorum est dirum anathema & Concilio Toletano X. in eos Episcopos, qui Abbatias, vel Parochias proximis suis conferunt, vel amicis, ex quo illa tandem calamitas emergit, ut patrimonium Ecclesiæ mercenarii hujusmodi deprædentur (2): Agnovimus quosdam Pontifices precepti Principis Apostolorum ita esse immemores, ut quibusdam Monasteriis, Parochialibusque Ecclesiis, ut sua consanguinitatis personas, aut sui favoris participes, iniquum sepe statuant in Prelatum: ita illis providentes comoda inhonesta, ut eisdem deferantur, aut que proprio Episcopo dare justus ordo poposcerit, aut que rapere deputati exactoris violentia potuerit. Proinde omnibus placet, & in præsentí tale rescindere factum, & de cetero non esse faciendum. Nam quicunque Pontificum deinceps aut sanguine propinquus, aut favore sibi personis quibuscumque devictis, talia commodare lucrataverit; ausu nefandæ presumptionis, & quod visum fuerit, revocetur in irritum, & qui ordinaverit, annua excommunicantis ferat excidium. Irritate sunt ergo id genus provisiones Beneficiorum, atque ut ratæ fiant, necesse est, ut procul gratia & favore totum peractum sit, & meritorum sola vicerint momenta.

**XI.** Nec minus austera sunt Romanorum Pontificum Decreta, in Beneficiariorum delecta, quando jubent diutissime probari in minorum Ordinum functionibus, neve ad superiores pervehantur, nisi post diutissima sacræ hujus militiaz stipendia & ingentia virtutis & innocentiaz documenta edita. Ita quippe fiet ut nonnisi digni elegantur, qui tam longo virtutum tyrocinio dignissimi, qua fieri potest, evaserint. Audi Zosimi Papæ Decretum (3): *Adjuescat in Domini castris, in Lectorum primitus gradu, divini rudimenta serviti; nec illi vite sit Exorcistam, Acolythum, Subdiaconum, Diaconum per ordinem fieri, nec hoc saltu, sed statutis majorum ordinatione temporibus. Jam vero ad Presbyteriæ fastigium talis accedat, ut & nomen etas impleat, & meritum probitatis stipendia anteacta testentur. Ingentia prorsus diutinis*

(1) Ep. ad Titum c. 1.

(2) Can. 3.

(3) In Decret. c. 1.

bis rudimentis incrementa fiant prudentia & religionis, ut sint qui dignissimi videri possint Presbyteratu (1): Si meretur, si inculpasse se gesserit, per tot gradus datis proprie fidei documentis. Denique a Presbyteratu attollentur ad ipsum fastigium Ecclesiasticarum dignitatum, si & ipsi ad perfectionis columen attigerint per hos religiosi tyrocinii gradus: *De quo loco si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, sumnum Ponificatum sperare debebit.*

XII. Ceteris in omnibus ejus ævi Pontificum Decretis impressa sunt vestigia eaurundem constantissimarum Regularum, ut Deo & Clero statim dicarentur, recentes vel ab utero matris, vel a Baptismo: gradatim a minoribus ligillatim Ordinibus ad superiores adreperent; ut interim longa decurrerent interstitia in eorum functionibus obeundis, ut plura & diurna ederent suæ in sacerdotali hoc curriculo progressio- nis & perfectionis in dies augescentis documenta. Hinc vero argumenta totidem existunt ejus doctrinæ, cui hic insudamus approbandæ: Beneficia dignioribus tantum fuisse collata: elaboratumque fuisse, ut aut dignissimis conferrentur, aut quibus destinabantur, ii operosa hac palæstra quam dignissimi evaderent.

XIII. Si qui vero supiniores essent Episcopi, pompa Episcopalis cupidiores quam sanctimonias; & multitudinis, quam disciplinæ sui Cleri curiosiores: hos submonebat idem Pontifex, præpostere quæ sita hac gloria vilesce Episcopatum; multitudine ipsa Clericorum premium Clericatus de- crescere, dignitatem Sacerdotii deflorescere, eo minus dignis communicato: denique maxima quæque ubi increbuerint, parvipendi; minora ex adverso in pretio esse, si rarecant (2): *Facit hoc nimia remissio Confacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis querunt. & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas, etiam his locis ubi solitudo est talium, reperiatur, dum Parochias extendit cupiunt, aut quibus aliud præstare non possunt, divinos honores largiuntur. Quod oportet districti semper esse judicium. Rarum est enim omne quod magnum est. Cum perspicua hec sunt, tum vehementia. Si Ordines & Beneficia divini honores sunt, magno delectu, & suspen-*

sa manu parcaque distribui debent: Oportet districti semper esse judicium. Si porro hæ tunc religiosæ servabantur leges, quando Beneficia in commune possidebantur: quanto magis nunc, cum Beneficiarii semel instituti, jam deinceps sibi omnino permit- tuntur.

XIV. Laicos & tirones ad Episcopatum negat Cœlestinus Papa posse protrudi, nisi per summum dedecus, & proculato jure, tum ipsius maxime Ecclesiz, tum eorum qui longo labore & stipendiorum decursu virtutumque omnium documentis viam sibi ad eum apicem munierant (3): *Quid proderit per singula Clericos stipendia militæ, & omnem egiſe in Dominicis castris statem, si qui his prefuturi sunt, ex Laticis requiruntur. Quæ lex & ratio Clericos laicis præponi sancit, sancit & eadem digniores Clericos minus dignis anteponi. Quorū enim sacra militæ diutius, vigilantiū, instantiusque operam navasse, si summa præmia virtutum assequantur peræque molles & ignavi quique?*

XV. Quanquam enim qui virtutibus maxime abundant, ii honores & Beneficia fugient: vel fugitibus tamen debentur ea, quæ fugiunt, & ipsi eorum maxime debentur fugæ modelisque. Quocirca rurus idem Pontifex decernit, ut ex civitatis cuiusque Clero eligatur Episcopus, si quis sit meritis non impar. Quod nempe diutina probatæque militæ ea debeatur merces justissima, qua non possit, nisi per summam injustitiam fraudari (4): *Habeat unusquisque suo fructum militiae in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit etatem. In aliena stipendia minime alter obrepat, nec alii debitam alter sibi audeat vindicare mercedem. Sit facultas Clericis renitendi, si viderint prægravari. Non quo electum minus dignum possit quisquam quasi dignior in caulam agere, vel querelis suis incellere: sed quod debeat Clerus ex justitiae norma honores sui Collegii ei qui dignissimus est ex Collegis vindicare: & qui tanto dignior est, quanto minus sibi videtur esse.*

CA-

(1) Cap. 3.  
(4) Ibid. c. 18.

[2] Ibid. c. c.

[3] In Decret. c. 21.

C A P U T XXXIX. P.z l.z c.1L

De eodem ex Patribus Ecclesiæ Græcæ,  
Digniores semper dignis, dignos indignis  
præponi debere in Beneficiorum  
collatione, præsentatione,  
institutione.

I. Cum ad Ecclesiasticas dignitates non  
attigissent Patres Ecclesiæ Græcæ, nisi labo-  
rum & meritorum gradibus, non alium ad  
eas patere aditum experti censuerunt.

II. III. Basiliæ carnalibus cupiditatibus  
implicatis sagillat, tanquam Judaicæ, quam  
Christianæ Sectæ peritores.

IV. Moysen imitandum objicit, qui nega-  
bat vehementer se dignum, digniorumque  
eligi anxius satagebat.

V. Exاردescit Gregorius Nazianzenus in  
eos qui Episcopos eligant eos, quos sperent  
vitam suis assentatos potius, quam medi-  
caturos.

VI. Damnat Chrysostomus electores omnes,  
& præsentatores, qui humanis serviant af-  
fectibus.

VII. Quæ ab eo elaborata est sacerdotii  
Christiani effigies, ea satis superque una  
commonstrat, quam vix digni sint, qui  
digniores & dignissimi a nobis dicuntur.

VIII. Qui in nudisfragii, vel desperati  
morbi discrimine, minus peritum, aut non  
prosperus peritissimum Nauclerum Medicum-  
que eligeret, is de sua utique & aliena  
Salute Iudos ageret, non sine summa, vel  
impietate, vel infania. Ita qui nec optimum  
omnium eligit Præsum.

IX. X. Qui consert, præsentat, instituit,  
eligit, is indigni, vel minus digni pec-  
cata & detimento inde omnia in sese re-  
cipit.

XI. XII. Dignissimo suffragantur Justi-  
niani leges.

I. **T**am exaggeratis meritorum presidiis  
sanctissimi Ecclesiæ Græcæ Patres  
ad summas proiecti fuerant Ecclesiæ sedes:  
ut non facile sibi persuadere quisquam de-  
beat, ab iis deinceps admissum quenquam  
fuisse ad eas, nisi qui & ipse merito-  
rum suffragii plurimum omnium juvare-  
tur.

Lib. I. Cap. XXXIX.

II. Certum est Basilio non opes non di-  
gnitates saceruli, non nobilitatem, non fa-  
vorem, non terrena quæcumque ornamenta  
vel tantillum momenti habens debere ad  
inclinandos eorum animos, qui ad Benefi-  
cia eligant, præsentantque alios, aut insi-  
tuunt; ne eidem obnoxii fiant divina vin-  
dictæ, qua percussi sunt Judæi illi, qui  
electiones hujusmodi celebrabant: *Vestimentum  
habes, Princeps es tuus noster.* Sed uni  
studendum esse cœlestium opum ubertati,  
sapientiæ & justitiæ frugibus redundanti-  
bus, ex quibus populorum sterilitas men-  
dicitasque recreetur (1): *Oremus & nos  
ut qui præsunt Ecclesiæ, quique duces sunt  
populi, non quidem testificationem reportent  
ab externo cultu, aut superinvecto corpori  
decoro habitu, sed ab ipsa veritate; ita ut  
dicere possimus, non quia externus homo  
tuus decenter adornatus est, quin potius  
quia animam tuam induit Deus vestimento  
salutis, & conveftivis tunica letitiae, omni-  
que opum exuberantia magnificavit, iis de  
causis Princeps es tuus noster, ut per opulen-  
tiam penes te reconditam, tum in sermone  
& sapientia, tum in operibus bonis, tua  
uniuersi administratione, ipsi assequamur ab-  
undantem copiam spiritualium deliciarum.*

III. Judæorum perversitas erumpet in  
deligendis ad moderanda Reipublicæ peri-  
clitantis gubernacula non peritissimis qui-  
busque & expertissimis, sed amicis, prox-  
imisque suis; quasi vel consanguinitas, vel  
familiaritas conducere posset, aut aliquid  
præsidii afferre adversus incumbentes undi-  
que bellorum tempestates: Non enim elige-  
bant qui esset electione dignus, sed dome-  
sticum & familiarem, neque qui salutaris  
esse posset Reipublice, sed qui in sua gen-  
te ac familia vi facultatum præpolleret.  
Apprehendet enim, ait, homo fratrem suum  
& domesticum patris sui. Id quod absit ut  
contingat in creatione ac delectu Praesidum  
Ecclesie.

IV. Usque adeo vero eligi non debent  
minus digni, posthabitis dignioribus: usque  
adeo si electi hi fuerint, succedere & ac-  
quieciere oneri non debent: ut vel dignissimi  
ipsi, cuiusmodi erat Moyses, etiam  
vocante Deo, minus digni, imparesque sibi  
videri debeant, perinde ut ille: & nihil  
in præteritis relinquere, ut alios carent  
eligi digniores, fortioresque, quam se ipsi  
experti sint. Hac quippe desperatione me-  
rito-

(1) In cap. 3. Isaïe.

ritorum saorum Moyses ad summum meriti cumulum electus est ; hac sua fuga , hac enixissima interpellatione , ut dignior , ut melior eligeretur . Contra ergo qui sibi vindicentur digni ; vel non verecundantur se dignioribus præponi , illi vel hinc & indigui & impares revincuntur : Multi sunt , qui ambitionis affectant principatum , multi suam auctoritate creari , dum splendorem gloriae presentis student asequi , nec futurum illud judicum present . Atque Moyses non taliis fuit , qui quum per omnia moriger , & ab omnibus hoc nomine optime audiret , quando ad populum illum emittebatur , dicebat : Obsecro , Domine , elige alium quem mittas . Quo factum est , ut contentiosus eum sibi Deus vindicaret , quod dum confessione propriæ imbecillitatis se excusaret , & deprecaretur eam legationem dignum se esse qui præsideret , ostenderet . Quisquis eligit , vel nominat , quisquis instituit , vel consensit , vel confirmat ad Beneficia , is interpretetur se agere debet vocationis coelestis , & æternæ veritatis , atque incorruptæ Dei iustitiae præconem , quæ non potest non semper digniorem ceteris omnibus anteferre ; is denique propositum sibi habere Dei ipsius exemplum debet , qui maxime tergiversantem Moysem elegit , in quo tanto major esset meritorum , quanto & humilitatis cumulus .

V. Hæc Basilius , a quo abludere non potuit Gregorius Nazianzenus . Exproulabat dolebatque vehementissime Gregorius de iis hominum turbis , qui Pastores eligebant , non qui mederentur morbis suis , sed blandirentur : qui temporali potestate eos regerent , non spirituali institutione ad sanctitatem formarent : qui denique fundos redditusque tuerentur Ecclesiæ magis , quam novos sapientia & virtutum thesauros cumularent (1) : Non enim Sacerdotes , sed rhetores quarunt ; nec animarum dispensatores , sed pecuniarum custodes ; nec puros sacrificios , sed fortes ac robustos defensores .

VI. Eadem flagitia detestatur Chrysostomus electionum , quæ siebant a plebe nobilitatis & opum splendore prædicta , cupiditatum terrenarum præstigiis excantata ; cui ob oculos versari non debuerat , nisi pietas , prudentia , religio , experientia rerum sacrarum , ususque gubernaculorum Ecclesiæ regendorum (2) : Id unum non spe-

ctant ; quod solum spectandum fuerat , nempe animi virtutem ; sed alia sunt cause , quibus honores conciliantur . Verbi gratia , hic quod clero genere natus sit , in Episcopatus inquit , ordinem cooptetur ; ille quod opibus abundet ; neque indigeat alimentis ex proventibus Ecclesiæ questiis : alius , quod ab adversariis ad nos transfugerit : alius sibi genere propinquum ac necessarium , alius adulatorem ceteris anteponere mavult ; nemo est qui eum qui idoneus sit , spectare velit , aut animi partes explorare curet . Si non moveatur vel eligentium vel præsentantium animus his terrenis affectibus ; primas haud dubio obtinebit idem dignitatum , qui sapientia , qui virtutum , qui meritorum ; non alii enim præter has carnales cupiditates architecti sunt earum electionum , quæ eligentibus & electis perinde dedecori & extitio sunt .

VII. In eodem hoc ipso aureo prorsus opusculo de Sacerdotio (3) , Sacerdotis omnibus virtutum & meritorum numeris ablolutissimi , elegantissimam idem Chrysostomus delineavit imaginem : Si tot tantæque præstantissimæ virtutes paulo attentius inspicientur , & illud recurrat animo , Beneficia prorsus omnia decerptas esse quædam veluti sacerdotii portiones , nemini non perluassimur erit , non tantum deligi debere digniores quoque : sed vehementer reformatum esse , utcumque se acuat & intendat eligentium cura & diligentia , ne in parum dignos incurrit .

VIII. Sed nihil accedere potest iis vel eloquentia viribus , vel rationum momentis , quibus invehitur sanctus Pater (4) in eos , qui humanis tantum ducuntur affectibus , dum vel eligunt , vel eligentibus assentiuntur . Nec eligentibus ignorantia , nec electis quantacunque vis adhibita suffragari potest , cum periculosisque plenum opus aleæ vertatur , nimirum electio Medici , Architecti , Nauclei . Nec qui ad hæc munia cogi se fineret , si inexpertus , aut imparus esset : nec qui inexpertos & impares eligeret prudens sciensque , ubi de summo discrimine ageretur : vel imperitiam , vel imprudentiam unquam suam certissimæ damnationi eximere posset . Cum ergo de ædificatione Ecclesiæ Christi agitur , de salute animarum æterna , de naufragio horrendo , quo aguntur in tartara præcipites , ecquis

(1) Orat. 32.

(2) De Sacerd. L. 3. cap. 7.

(4) Ibid. l. 4. cap. 2.

(3) L. 4. cap. 4. 5. &amp;c.

ecquis poterit non reus jure agi malorum omnium, quæ præverti, vel declinari potuissent, si meliori cessisset ipse, vel si meliores omnibus antetur sit? Decere arbitror, ut si te eo vel sexenti vocent, atque adeo vocant, non illos spectare; verum animi tui dotes potius examinare, viresque tuas perscrutari, atque ita deum cogentibus cedere. Jam domum se aliquam edificaturum polliceri nemo audeat, qui idem Architectus non sit; neque agrotantia contingere corpora, qui Medicinam non didicerit; Cui autem iam multarum animarum cura credenda sit, is non prius se ipsum examinabit, &c. Auctoritate quid Paulus ad Timotheum scribat: Manus cito ne cui imponas, neque communes cum peccatis alienis, &c.

Quid flagitiolius autem, quam quod non nulli imajorem adhiberent diligentiam & curam, empturi mancipium, quam Episcopum electum: Qui id absurdum non sit, eos qui mancipium aliquod empiurint, id tum Medicis offendere, tum emptionis sponsores postulare, tum vicinos interrogare, &c. Eos vere qui quempiam ad Episcopale munus cooptaturi sunt, ad aliorum vel gratiam, vel invidiam testimonium suum accommodare, &c.

Nemo non erubesceret sibi, nemo non semet insimularet, si e duobus vel servis, vel vestibus deteriorem emisset: & non suffundimur pudore, vel ex hac ipsa quaestione, quam hic vexamus, an illæsa justitia & veritatis lege, possit in Episcopum, in censorem morum, in Magistrum Ecclesiæ eligi minus peritus, minus religiosus? Est quod merito nos pudeat vel præpositæ questionis. Est quod nos pœniteat vel dubitationis.

IX. Observat porro rursus idem Chrysostomus si cautum sit ab Apostolo, ne quis cito, præpropereque manus imponat, & Ordines ac Beneficia conferat: id eo pertinere, ut innuatur, non uno, non iterato tantum examine & experimento opus esse, sed sapientia ingeminato, & ea elimatissima diligentia, cui humanis viribus adjici nihil possit (1): Manus cito nemini imponas, &c. quid sibi vult, cito? Non ex prima statim probatione, nec secunda, nec tertia; sed ubi consideratio diurna præcessit, exaltissimaque discussio. Nec enim ea res periculo caret. Eorum que ille peccaverit, in

quoque pœnam dabis.

X. Denique cum declarasset alibi idem Chrysostomus, honoribus & dignitatibus ingestis retingui potius, quam succendi caritatis ignem: addit poltremo non posse Episcopum suo fungi munere in Ordinibus, vel Beneficiis conferendis, quin in gravia identidem & apertissima se conjiciat pericula: utpote in quem recidant scelera & damna eorum omnia, qui minus digni cum essent, præpositi fuerint, & mox intepuerint ipsi, exitioque tandem tum aliis pluribus fuerint, tum vel maxime sibi ipsis, & dignitatis suæ auctoribus (2): Ceterum ut alia omittam quæ diebus singulis accidunt, si quando contingat, ut quempiam, sive amicum, sive alterius cujuslibet occasionis gratia, indignum ad Episcopatus promoveat apicem, & magnum illi permittat regimen civitatis, quantis se ignibus facie obnoxium! Neque enim animarum pereuntium solum, verum & omnium quæ ab illo geruntur, ipse pœnas exsolvet. Nam qui in ordine privato parum religiosus erat, multo prosector magis id patitur, cum Ecclesie gubernacula regenda suscepit.

XI. Nec recedit ab Ecclesiasticarum Regularum sanctimonia in Novellis suis Justinianus, cum edicit, ut rejiciat Episcopus præsentatos a Patronis laicis, si qualibet sint irregularitate irretiti. Ubi vero ad ipsum spectabit Ecclesias ministros dare, non alios der, quam optimos quoque (3), οἱ καλλιότεροι τούτοι: Episcopus quoque cuncte putaverit meliores, ordinare procuret. Novella certe hujus leopus is videtur esse, ut non possit non instituere Episcopus eos, quos Patroni offerunt, si canonico irregularatum impedimento nullo constringuntur, adeoque indigni non sint. At cum sua potestate utitur, tunc digniorem eligere illum teneri.

XII. Jam vero quoad electiones Episcoporum, ab eodem Justiniano sanctum est, ut Clerici nobilesque civitatis tres eligerent, ex quibus Metropolitanus, vel qui electione præterat Episcopus, dignissimum eligeret, suo ipsis periculo rationem Christo redditurus iudicii sui (4): Ut ex tribus personis pro quibus talia decreta facta sunt, melior ordinetur, electione & periculo ordinantis, ἐβασικῶν χειροτονηθεῖσκον τῷ πειρωγῷ καὶ τῷ χειρωτῷ τοῦ χειροτονετος. Alibi vero jubet, ut ex tribus

(1) In Ep. 1. ad Timot. Hom. 16.

(3) Novell. 123. c. 28.

(2) In Epist. ad Tirum Hom. 2.

(4) Ibid. cap. 1. & Novell. 137. c. 2.

tribus melior eligatur (1): Ut ex ipiss idoneor, iurisdictores, ad Episcopatum promoventur. Hæc porro leges præclarissimæ & Novellæ non semel inculcandæ occurrent.

a Concilii Tridentini Patribus instituto.  
XVI. Cardinalis Bellarmini, & Clementis VIII. Pape sententia,  
XVII. Dionysii Cartusiani sententia.

## C A P U T XL. P. 4 l. 2. c. 38.

An Electores, Collatores, Patroni, digniorem præferre debeant? De litibus ad Beneficia, post annum Christi millesimum.

I. Concilio Lateranensi IV. decretum est ut Concilio Provinciali causam diceret, pœnasque daret Episcopus, qui indignis Beneficiis contulisset.

II. De dignis agit hoc Concilium, non de dignioribus, quod de Beneficiis universim agat, & quod pœnas decernat.

III. In Decretalium libris nullæ irrogantur iis pœnae, qui dignos præteritis dignioribus elegerint: at ejus electionis perversitas conscientie proprie, aut eternæ certe legi, & summo judici pœnas dabit.

IV. Patronus Ecclesiasticus tenetur digniorem presentare: at quem presentat Patronus laicus, recusari is non potest, si modo dignus sit. Probatur ex Concilio Tridentino.

V. Dignissimum eligi jubebat Pragmatica Sanctio.

VI. Urgente necessitate, vult Petrus Damiani, ut minus indignus admittatur, cum per paenitentiam expiatus fuerit.

VII. Sancti Bernardi placita, Guillelmi Parisiensis & Petri Cantoris.

VIII. Sancti Thome doctrina, & Alexandri Aenensis.

IX. Sancti Antonini placita & recentiorum Theologorum.

X. Petri Blefensis sententia.

XI. Plurium Pontificum Regula sanctissima in dispensandis Beneficiis.

XII. Placita Episcoporum magni nominis, & Ximenii Carolique Borromaei Cardinalem.

XIII. Placita Regum, Principum, Collatorum, ab integritate canonica disciplina non dissidentium.

XIV. De litibus ad Beneficia. Quid optari, quid sperari, quid permitti debet?

XV. De concursu ad Ecclesiæ Parochiales,

Non queritur hic, an dignis, quis enim sobrius ambigat ea quidem de re? Sed an dignioribus danda necessario semper sit Beneficia. Qua quidem de re in Concilio Lateranensi IV. sub Innocentio III. editum est Decretum, cuius temperatissimam sapientiam nemo satis mirari possit. Post graviter enim objurgatos Episcopos, qui Beneficia indignis conferebant: post luculenta ad eos monita, ut non nisi dignis posthac conferrent: sancitur ut in Concilio Provinciali suspensionis pœna mulcentur, qui semel iterumque correpti, his monitis non obtemperarint, & eorum loco substituatur, qui eam potestatem sanctius exerceat. Si vero immoriger sit huic decreto Metropolitanus ipse, a Concilio causa ejus ad Superiorum referetur (2): Grave nimis est, & absurdum, quod quidam Ecclesiæ Prelati, cum possint viros idoneos ad Ecclesiastica Beneficia promovere, affumere non verentur indignos; quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non rationis, &c. Volentes igitur huic morbo mederi precipimus, ut prætermis indignis idoneos affumant, qui Deo & Ecclesiæ velins & valeant gratum impendere famulatum; fiatque de hoc in Provinciali Concilio diligens inquisitio annuatim, &c.

II. Per magni utique referret in Concilio recenseri & examinari omnium Collationes Beneficiorum. Non id tamen exigit hoc Decretum Concilii, ut Collatores digniorem semper elegerint. Dum indignis & imperitis collata non sint Beneficia, nihil præterea urget, nihil gravius comminatur. Notandum est etiam, quod de omnibus indiscriminatim Beneficiis hic agatur, sive adjuncta sit aliqua, sive nulla animarum cura. Hinc autem illud concluditur, cum de omnibus promiscue Beneficiis hic agatur, & eo agatur consilio ut pœnae indicantur, non potuisse ulterius quidquam præcipi, quam ut non nisi dignis conferrentur. Quantacunque enim sit obligatio dignioribus conferendi, ea ad Parochiales maxime Ecclesiæ pertinet, sive ad eas quibus imminet cura

(1) Cod. de Episc. & Cler. L. 41.

(2) Can. 30. Extra. De Præbendis. C. Grave.

cura animarum : nec ulla est in eos iure actio , qui dignis conferant , etiam dignioribus prætermis , quanquam apud æternum Judicem causam dicturi sint qui rationem fecuti fuerint tam alienam & ratione & lego æterna .

III. Ejusdem Innocentii III. est C. Cum nobis , De electione , quo similiter perspicue constat Episcopi electionem eo confirmari , quod nihil in eo deprehenderetur , quo indignus , vel minus idoneus censeri posset . Capita rursus illa : Cum in cunctis , & Bonae memoria , Extrav. De Electione , & Caput Perpetuo , De Electione in sexto , non exiunt eligendi , postulandi , & nominandi potestate , nisi eos , qui indigna vota sua volentes prudentesque contulerint .

Sed quanquam hæc ita se habeant , apud peritissimos tamen & laudatissimos Canonistas in confessio est , quamvis digni sacerdoti digniori electio in Judicium hominum vocari non possit : apud sempiternum tamen judicem gravi constringi eum piaculo , qui digniori quenquam anteponit alium . Audi de ea re Fagnanus quid sentiat (1) : Elec-*tio facta ex omissione dignioris non retrahatur , ut litium occasiones amputentur . Sed ante electionem omnia iure clamant , ut meliores & sanctiores eligantur , & ideo pœ- cant contra justitiam distributivam , qui omis- so digniori eligunt dignum , ut notant omnes , in C. Constitutis , de appell. Illo autem Ca- pite Constitutis id habetur , Episcopum Me- tensem cum ad Prepositi electionem Cano- nicos hortaretur , obtestatum illos esse , ut eum eligerent , Quem Ecclesia magis utilem & idoneum reputarent . Laudat denique Fa- gnanus Canonistas , qui censem mortali se obligare peccato eos , qui digniori posthabito dignum eligunt , ubi de Beneficio agitur animarum cura onerata .*

IV. Et certe de Beneficio agitur cui im- minet animarum Cura in Capite , Quo- niā , De jure Patronatus ; qui Canon est Concilii Lateranensis III. & ubi Concilium jubet , ut si plures de Patronatu contendant , & plores præsententur Episcopo ad Eccle- siam Parochiale , is eum præferat qui majoribus iuvatar meritis , & plurimorum eligitur assensu . Censit tamen Fagnan- nus (2) , eum qui pluribus niteretur suffra- giis , si dignus esset , vulgo existimari ei

præponendum , qui dignior esset . Addit & in id propendere Concilium Tridenti- num (3) , cui placuit ut Collatores & Pa- troni Ecclesiastici digniorent semper te- rentur præferre : at quem Patronas laicas offert , examinari debere , & institui , si modo dignus sit . Hæc enim sunt verba Concilii de Parochiis liberae Collationis post concursum & examen factum : *Episcopus eum eligat , quem ceteris magis idoneum judicaverit . At de Parochiis Ecclesiastici Patronatus , ubi Episcopus instituere debet : Quem Patronus dignorem inter probatos ab examinatorebus judicabis , Episcopo presen- tare teneatur , ut ab eo instituatur . Si in- stitutio autem ad alium pertineat quam ad Episcopum , tunc non Patronus , sed Epi- scopus dignorem designabit , quem Patro- nus Institutori præsentet : Tunc Episcopus solus ex dignis eligat dignorem . Si Patro- natus denique laici est Parochia : Qui a Pe- trono præsentatus erit , debet examinari . & non nisi idoneus repertus fuerit , admitti .*

Manifestissimum est discriumen , quod in- terponi voluit Concilium Patronos inter Laicos , ceterosque . Profert Gratianus De- cretum Concilii Romani sub Eugenio II. quo videtur præcipi Episcopo , ut admittat & Fundatore præsentatum , dum ne indi- gnuus sit (4) : *Liceat Presbytero , cui voluerit , cum consensu Episcopi , ni malus exi- bat , commendari .*

Sed quanquam Concilium Tridentinum inexorabili hac lege Episcopos obligasset , ut dignorem semper præponerent minus digno , in Collatione , vel institutione Pa- rochiarum : ab electione tamen & judicio Episcopi appellari non poterat . Primus ergo omnium Pius V. Bulla In conferendis anno 1567. edita , permisit appellari ab E- pisculo ad Metropolitanum , & a Metro- politano ad Episcopum proximiorem tan- quam Papæ Delegatum , vel ad Pontificem ipsum , ut novum instituatur examen inter dignorem qui appellavit , & minus dignum , quem Episcopas præculit (5) . Super ea re consulta Congregatio Concilii , saepius re- spondit , ei & provocationi , & instaurato examini locum esse debere . Responderat etiam a judicio examinatorum dari appella- tionem quam vocant devolutivam .

Nihil necesse est immorari in pertexendis ratio-

(1) Fagnan. lib. 1. Decr. part. 1. pag. 169. 281. & part. 2. pag. 240.

(2) Fagnan. in lib. 3. Decr. part. 2. pag. 235. [3] Sess. 24. c. 18.

(4) 16. q. 7. c. 33.

[5] Fagnan. in lib. 1. Decret. part. 2. pag. 240. 241.

rationibus tam suspensa & scrupulosa circumspetionis ad Beneficia, quibus imminet animarum cura. Perspicuum est ad ea requiri & doctrinam longe ubiorem, & experientiam, quam ad ipsas Cathedralium praebendas (1). Ideo & Cardinalis Borromaeus cum Congregationem Concilii confluisset, an examinandi rursus essent Diaconi & Presbyteri, quibus Papa Canonicus contulisset in Cathedralibus *in forma dignum*: Responsum est, Minime necesse esse: at nisi in Ordinibus sacris jam fuissent, necesse futurum fuisse eos examinari de doctrina Ordini ei necessaria, qui Canonici annexus esset. Non perinde res se habuisset, si his Presbyteris Diaconisque concredit, fuissent Ecclesiarum Parochiales. Novo enim utique examine opus fuisset.

V. Sanxerat Pragmatica Sanctio, vel potius Concilium Balileente, ut antequam ad electionem Episcopi, vel Abbatis veniretur, juramentum præmitteretur eligendi, quem quisque ad gubernaculum Ecclesiarum regendum utiliorem judicaret (2): *Eum eligere, quem credam futurum Ecclesie in spiritualibus & temporalibus utiliorem*. Ita interpretanda est necessitas eligendi dignioris, id est ejus qui parior, instructiorque sit ad moderandum clavum Ecclesiarum, tum in temporalibus, tum in spiritualibus. Ideo Fagnanus observat (3), in Sacramento quod præstatur ante electionem Papæ, non jurari de eligendo sanctiori, sed eo qui eligi debeat: *Testor Deum, quod eum eligo, quem secundum Deum judico debere eligi*.

VI. Haud sane Petrus Damiani addubitabat, quia dignior & dignissimus quisque deberet eligi ad Episcopatum: sed calamitosis & conseleratis illis saeculis, quibus nec unus occurrat, qui non eo fastigio indignus sit, nolebat ille Ecclesiam diutius viduatam languere, & marcescere: minus indignorum assimi malebat. Clerus populisque Foro Sempronienis in Episcopum elegerant sibi Archipresbyterum quandam, qui non aspernandas dotes alias suas sed Episcopalis sedis prurigine fecerat. Turpissimæ huic ambitioni nemo infensor Petro Damiani. Et nihil tamen minus ad Gregorium VI. Papam litteras scripsit, ut ad Archipresbyteri hujus electionem confirmandam illum adduceret (4): *Noverit beatitu-*

*do vestra, piissime Domine, quia pro pacatis nostris, Clerici Episcopatus officio digni in nostris partibus non inveniuntur. Omnes que sua sunt querunt, &c. Praesesse inhiant, prodeesse non curant. Veruntamen pro qualitate temporis & penuria personarum, videtur mihi hic Archipresbyter posse ad Episcopatus apicem provehi, si vestre sanctitatis id decernas auctoritas; excepto quod avaritia honoris astuat, descendere ad pastoralis officii culmen arhelat. Hoc autem vestro relinquatur iudicio. Sed si hoc non obsit, cum Sempronienis Ecclesie Clericis ordo in mea mente revolvitur, hic aliquanto ceteris quasi meliusculus invenitur. Quapropter si prudentissima vestre sanctitati placere potest, postquam a Clero & populo est electus, postquam ad hoc officium a pluribus utcunq; judicatur idoneus, de ambitione sua paenitentiam agat, & benedictionem consecrationis accipiat. Videtur mihi quidem Petrus, vir rerum Ecclesiasticarum suo ævo peritissimus, duas tum copulatæ regulas, quæ singulæ suo sejunctim tempore vigorem non mediocrem obtinuere. Altera erat Gregorii Magni, Ecclesias non diutissime vacare sinendas esse, sed ei potius committendas, quo melior inveniri non potest. Altera recentior erat, & ea ipso Damiani ætate vehementer invalescere coepit: posse aliqui criminulos, post peractam paenitentiam ad Ecclesiastica dignitatum culmina provehi: Agat de ambitione paenitentiam, & benedictionem consecrationis accipiat.*

VII. Cum accepisset Bernardus ab Innocentio II. Papa iuberi Monachum quendam capessere clavum Episcopalis in Longobardia Ecclesiarum: per litteras eum submouuit, Monachum illum ea vere & sanctitate esse & peritia, cui non injuria Episcopatus committi posset: sed ætate juvenem & rerum inexpertum; nec populo ferociori & tumultuoso, qualis ei credendus erat, objiciendum, sed opportuni referendam tempori, cum spes aliqua latior se aperiret ejus ad Ecclesiarum sarcinam vocandi cum uberiori fructu (5): *Quid putamus esse facturum juvenem, viribus corporis fractum, & quieti eremi assuetum, in populo barbaro, tumultuoso, procelloso? Quando poterit convenire tanta simplicitati & tanta dolositate? tanta sanctitati & tan-*

(1) Ibidem pag. 275.  
(3) In lib. 1. Dece. part. I. p. 273.

(2) Tit. de Eccl. Con. Basil. Sess. 12.  
(4) Lib. 1. Ep. 2. (5) Ep. 155.

*et perversitati? Reservetur, si placet, con-*  
*gruentiori loco, atque alteri populo, cui sic*  
*præf sit, ut profit, & festinatione non pereat*  
*fructus, quem poterat dare tempore suo.*

Scribens idem Bernardus ad eundem Pontificem pro confirmanda electione Archiepiscopi Lugdunensis, Præulis hujus ingentes pernumeravit virtutes, quibus factum esset, ut unanimi omnium consensu eligeretur: *Ut non dico contradicatio, sed nec cunctatio illa fuerit. Et merito. Est quippe illustris, non minus mentis generositate, quam sanguinis; est scientia, est vita honestate.* Itaque Bernardo, quo nemo unquam ab humanis affectibus alienor suit, videbatur tamē Nobilitas, a qua præsidium protectioque accedere potest Ecclesiæ, sua habere momenta, in ea æquitatis lance, qua merita erutinantur ad Ecclesiæ summas dignitates.

Sed zeli vigor, & magnanimitas Bernardi, ne Romano quidem pepercit Pontifici, cum obreptum ei esse intellexit, ut notorie ambitionis ad Episcopatum protrudetur (1): *Quis vobis suggerit hominem de ambitione notatum, convictum, condemnatum, ad Ecclesiasticam cogere dignitatem?* quasi non satis per se ipse se ingerere voluisse? Quin nec sibi pepercit ipsi, cum ipsum sero tandem penitus commendationis dedit litteras pro Præpositura juniori Episcopi Altisiodorensis nepoti impetranda; doluit illi, quod nimio plus tenerescere vius esset (2): *Pœnitet me scripsisse pro juvane illo, & velim, si fieri posset, revocari precem.*

Cautior fuit Bernardus adversus amicorum blanditias, & humanitatis lenocinia, cum Theobaldus Campanæ Comes, veteri amicitia & officiis multis ei conjunctissimus, rogavit ut filio adhuc puerulo Beneficia aucuparetur aliqua. Rescriptit enim fidentissime sanctus Pater, non posse ei Beneficia Ecclesiastica aut dari, aut danda curari, qui Ecclesiæ obsequiis necdum se emanciparit, necdum etiam per ætatem possit: non posse rursum plura uni Beneficia accumulari, nisi ubi laudabili dispensationi ex justissima compensatione locus est: non posse, inquam, amicis suis quenquam in his commendare, citra suam ipsius & amicorum perniciem, ubi quis ut ab homine mortali gratiam ineat, divinæ gratiæ ja-

*Thomas. Tom. IV.*

(1) Epist. 268.

(2) Epist. 274.

[4] De Sacram. Pœnit. cap. 18. p. 469.

cturam & illi & sibi infert (3): *Offendo procudubio, si facio quod requiris. Nano honores & dignitates Ecclesiasticas non ignore deberi his, qui eas digne ac secundum Deum administrare, & velint, & possint.* Porro eas acquiri parvulo filio vestro precibus meis, vel vestris, nec vobis justum, nec mihi tunc esse noveritis. Nam nec cuiquam, vel adulto plures in pluribus habere licet, nisi dispensatorie quidem, ob magnam, vel Ecclesiæ, vel personarum utilitatem. Addebat Bernardus ubi cum ætate incrementa fecisset & sapientia & probata juvenis virtus, nullo se illi officio, non opera, non favore defuturum, quantum lex Dei concesserit: *Ubi vero emerget, quod secundum Deum habere possit probabo me amicum, & operam meam, & opus fuerit, non negabo.* Pulcherrimum utique specimen, & vigoris minime inhumani, & observantiaz Canonum religiosæ, non sine blandioribus temperamentis.

Illis succensebat Willelmus Parisiensis, qui usitato illo abutebantur loquendi genere, penes Episcopos esse potentiam Beneficia dandi. Castigandum prorsus eum sermonem esse, dicendumque id munericum cumberere Episcopo, ut Ecclesiæ vacanti idoneos ministros donet & instituat, qui ei ædificandæ inserviant: inserviant, inquam, ædificandæ non Ægypto, aut Babylon, sed Hierosolymæ (4): *Potestas instituendi personas in Ecclesiæ, quam mercenarii & horreales, sive cellulariales & coquinarii Clerici vocant potestatem Beneficia conferendi. Interrogandi sunt in Confessionibus Episcopi, qualiter Ecclesiæ edificant, hoc est, ex quibus personis, vel potius utrum Ecclesiæ adificant. Quidam enim nonnisi Sodomam, & Ægyptum spiritualem, nonnisi Babylonem edificant.*

Rursus idem affirmat non minus perversum esse Beneficium indigno dari, quem Procerum aliquis commendarit, quam si ejusdem commendatione Architectus aliquis arundinem pro columna aliqua substitueret, certissimæ Palatii ruinæ securus (5): *Si quis odeo insaniret, ut diceret, Magister ego festucam istam diligo, rogo te, honoræ eam, & pone in loco columnæ fortis, nunquid subsannari se ab illo adverteret, & in faciem ejus spueret? Impios, membra utique diaboli, divinis filiorum Dei*

*Y orna-*

(3) Epist. 271.

(5) De Collat. Benef. c. 1.

ornamentis ornari, & quodammodo conserari, infandum & detestabile latus esse ait (1): *Membra diaboli deficata prelati- zibus & sacris officiis.* Non sicut denique Episcopi cuiusdam incogitantiam periculofissimam, qui cum nepoti tenello adhuc pyrum arborem credere recusasset, Archidiaconatum tamen destinabat. Unde & amicorum aliquis scite aliquando eum percuttabatur: *Domine, qualiter committetis Robinulo tot millia animarum custodienda, cui tam paucā pyra committere non audetis.* Subiicit denique Willenus, ita Beneficia in potestate esse Patronorum & Collatorum, uti eleemosynas dispensatoribus commendatas, quas non possunt nisi flagitosissime fraudatis pauperibus minus egentibus gratificari.

Non censebat Petrus Cantor Beneficiarios, seu dum vita suppeditat, seu hinc migrantes, quidquam suis dilargiri posse, etiam ad vite futiltationem. Quin & ita estimabat, ne dandam quidem esse operam, ut Beneficia eis obtингant, tametsi non minus dignis idoneisque, quam alii sint (2), nisi ex adhibentur cautions, quas adhiberi servarique difficultimum sit. Ecquis enim satis munitus est adversus præstigias privatorum affectuum & amoris affinium, cognatorumque? Ut sit aliquis purus ab omni carnalium affectuum contagie, ecquid fidem aliis faciet, ecquid suspicione & offensiones hominum declinabit? Ecqui denique exemplo non erit aliis, & exitio, qui similiter Beneficia suis conferrent, ut ille, non ut ille humanas cupiditates ablegant? Sed quid si aque honestus & dignus, ut extraneus? Sed & hoc periculofum est, nisi probitas ejus exigat, & excludas omnem infamiam, scandalum & malum exemplum, quod de facili non sit. Non enim exemplum a benegestis nostris sumitur, sed a cortice, specie & superficie illorum, non a veritate. Si enim dedi nepoti meo propter gratiam, aliis utentur meo exemplo, ut dent suis propter naturam magis, quam propter gratiam. Ex Petri ergo sententia tum demum fas est Beneficia cognatis largiri, cum eorum pietas & religio, peritia & dexteritas usque adeo supra omnem admirationis aleam est, ut nemo hinc ad quendam ejusmodi quidpiam exercetur.

VIII. Excusa est & a B. Thoma incomparabili Theologo ea questio, an pecet Episcopus, qui digno & probo conferte Beneficium, cum est ad manum melior digniorque. Respondet autem, si prior Ecclesie utilior futurus est, seu sapientia, seu experientia rerum, seu auctoritate, seu diutina jam assuetudine officiorum ei habetens impenitorum: tunc eum debere præponi, ut utilioremp, & eo sensu digniorrem (3): *Contingit quandoque aliquem esse meliorem simpliciter, quis tanen non est melior quantum ad hoc, quod Beneficium percipiat; quia aliquis forte potest Ecclesiam magis juvare, vel per consilium sapientiae, vel per auxilium potentiae, vel quia servivit in Ecclesia.* Non ergo Episcopus tenetur semper dare meliori simpliciter, sed tenetur dare meliori quoad hoc. Enimvero nisi tota ratio unius alteri antehabendi ex Ecclesiæ ipsius utilitate religata pendeat, ea est nimurum exitialis personarum acceptio, quam Ecclesie & sanctorum Patrum auctoritas executatur: *Non enim potest esse, quod Episcopus unum preferat alteri, nisi propter aliquam causam.* Quis siquidem pertineat ad honorem Dei & utilitatem Ecclesie, jam quantum ad hoc ille est melior; si autem illa causa ad hoc non pertineat, erit acceptio personarum, qua tanto est gravior, quanto in rebus divinis committitur. Suę autem sententię patrocinium arcessit Beatus Thomas (4) ex Augustino, cujus recita sunt superius verba ex Epistola xxxix.

Pertractatur & alibi copiosius eadem questio a sancto Doctore, ubi & illud subiicitur, si unum id exigant libri Decretalium, & Juris Canonici paginæ, ut dignus sit qui eligitur, nec præterea fatigunt, ut dignior etiam sit; id eo fieri, quod ibi agatur non de strictis & interioribus legibus conscientiæ, sed de regulis jurisdictionis contentioliæ, quæ tum acquiescit, si eligatur dignus, et si prætereat dignior, ne aliqui electiones omnes in controversiam veniant, & litium leges immensa exortatur (5): *Non loquitur Decretalis quantum ad forum conscientiæ, sed quantum ad forum contentiosum, in quo non reprobatur electio ex hoc, quod potest aliquis alius magis idoneus inveniri; dummodo ille qui eligitur, idonus sit.* Alias omnis electio carlumniam pateretur.

Nec

(1) Cap. 3.

(2) Can. 43.

(3) Quodlib. 6. quest. 5. art. 5.

(4) Supra cap. 38. n. 4. Epist. 29.

(5) Quodlib. 8. quest. 1. art. 1.

Nec aliter in summa sua Theologica san-  
ctus Doctor docet (1), qui non tantis scien-  
tiaz, & pietatis praesidiis munirus erit, prae-  
ponendum tamen quandoque fore, quod &  
utilior futurus publicis sit Ecclesiaz commo-  
dis, ob majorem in secularibus negotiis  
potentiam, peritiamque, & experientiam:  
*Potest magis conferre ad bonum commune  
propter potentiam, vel industriaem seculararem.*  
Si Prælati etiam propinqui merito non sint  
imparies ceteris omnibus, præferri ab eo  
posse, quod eos habiturus sit in rerum Ec-  
clesiaz administratione magis fidis & ami-  
ciores. Si consanguinei Prælati sunt eque  
digni, ut alii, licite potest absque persona-  
rum acceptione consanguineos suos preferre,  
quia saltem in hoc preminent, quod ipsis  
magis confidere potest, ut unanimiter secum  
negotia Ecclesiaz tractent. Quo tamen exem-  
plio, ut vehementer periculoso abstinendum  
fore, si inde ceteri occasionem arriperent  
proximorum Ecclesiaz bonis & proventibus  
ditandorum. Porro si sanxere præfca Con-  
cilia, ut ejusdem Ecclesiaz Clerici præfer-  
rentur: uni Ecclesiaz ea re consultum vo-  
luere, cui studia sua industriaemque omnem  
diligentius amantiusque impendent, qui  
ejus stipendiis & Beneficiis jamdiu obligati  
illi sunt, quam extranei: *Ille qui de gre-  
smio Ecclesiaz assumentur, ut in pluribus con-  
suevit esse utilior, quantum ad bonum com-  
mune, quia magis diligit Ecclesiam, in  
qua est nutritus.*

Idem jam senserat Alexander Alensis,  
quoad propinquorum prærogativam apud  
Prælatos. Addiderat & de subsidio aliquo  
impartiendo, ut non egeat, sed non ut luxurietur. Item de nobili illiterato, & præ-  
ponendo tamen ei, qui & ignobilis & lit-  
terarum peritia excultissimus sit, quando  
nobilium potestate, & terrore propulsandi  
necessario sunt Ecclesiaz adversarii (2): *In  
casu preferri potest nobilitas persona, ad hoc  
ut arcantur lupi, qui non tantum tempora-  
lem, immo & spiritalem Ecclesiaz pacem im-  
pediunt, &c. Dummodo morum honestas sub-  
sternatur. Censem denique ad Episcopatum,*  
Dignitateisque alias eminentiores dignorem  
semper anteponi debere: at in minoribus  
Beneficiis non necessario id requiri: *In mi-  
nori Beneficio sufficit, quod bonus. Ut a  
Magistri vestigiis recessit Beatus Thomas*  
in quaestiuaria hac postrema de minoribus

Beneficiis, ita & nos æquum est ejus exem-  
pli eam adversari doctrinam, quam supra  
tot telis confixam, & ipsius Tridentinæ  
Synodi definitione confessam vidiimus.

IX. Non negat S. Antoninus Archiepi-  
scopus Florentinus, jure Decretalium te-  
prenni infantulo conferri posse Beneficium  
simplex & Præbendam, & nihilominus sub-  
jicit idem ipse ejusmodi Collationes, eti-  
non damnet jus humanum Ecclesiaticum,  
damnari tamen eas jure divino, quo inexor-  
abiliter sancitur, ut digniori dentur. Quan-  
quam enim non prorsus indigni sint intan-  
tuli isti, sunt tamen, eorum comparatione,  
qui dignius, sanctius, utiliusque ea obire  
officia possunt (3): *Tamen quamvis huma-  
no jure non irritetur talis collatio, jure di-  
vino illicitum est dare talia Beneficia talis-  
bus, nisi quando alii non inveniuntur; quia  
contra iustitiam distributivam est, si detur  
minus digno. Quanvis autem iste puer non  
sit indignus positive propter defectum, quia  
est innocens: respectu tamen illius est indi-  
gnus, quia alius est dignior. Unde con-  
tempio meliore, sanctiore, justiore, dare al-  
teri est grave peccatum, ut dicit Augustinus.* Quæ Decretalium lex septennibus pue-  
ris Præbendas dari sinebat, ortum ea duce-  
bat ab antiquissima Ecclesiaz disciplina, cum Beneficia, nisi manualibus distributionibus non contabant, quibus necessaria cuique alimenta, & vestimenta suppeditare-  
tur. Erat omnino, & pietati contentaneum,  
& æquitati, non fraudare his necessariis vi-  
tae subsidiis immaculatae vita infantulos,  
qui jam tum ministeria aliqua Ecclesiaz exhibebant, Lectorum, Cantorum, & id gen-  
nus alia. Sed nunc longe diversissima est  
Beneficiorum ratio & natura. Expuncta  
non est ea lex ex libris Decretalium, quod  
possint adhuc ejusmodi aliqua superesse Be-  
neficia alicubi, ex meris & modicis distri-  
butionibus. Sed non deest in eisdem De-  
cretalibus, quo occurratur malo hinc emer-  
genti, cautio ubi illa est commendatissima,  
ut nonnisi dignioribus quidquid est Digni-  
tatum & Beneficiorum addicatur.

Uberrime & Gabriel Vasquesius hanc  
executus est doctrinam (4), Dominici So-  
to & Covarruvia in his plerumque secta-  
tor, cum iisque persuassissimus, non posse  
eum qui eligit, sine gravi piaculo præferre  
minus dignum digniori: ut qui in materia

(1) a. 2. q. 63. art. 2. & q. 185. art. 3. & q. 118. art. 3.  
(3) Sum. T. 3. Tit. 15. c. 1. n. 3.

(2) Part. 2. q. 119. art. 112.

(4) Opusc. de Benef. c. 2.

gravi ex mera ducatur personarum acceptio-ne, & cum merus sit dispensator legibus obnoxius distributivæ justitiae, supra leges & contra leges eas instigat, audeatque libi-dini suæ magis quam æquitati servire. Por-ro cum ejusmodi rationes parem vim obtineant, quibuscumque demum in Beneficiis, sive animarum illis imamineat cura aliqua, sive nulla, sive electiva sint, sive collati-va, sive laici, sive Ecclesiastici sint Patro-natus, sive obitu, sive resignatione vacent Beneficia; nunquam non scelitum est ad ea dignum dignioribus præferri. Etiam cum cum a Fundatoribus Beneficium addictum est genti & familia cuipiam, qui ejus familiæ dignior & utilior futuris præsumitur, is necessario eligendus. Nihil inter ullos discribit B. Thomas in locis supra laudatis. Concilium Tridentinum expresse definit peccatum mortale incurri, ubi de Episcopi electione agebatur (1): *Mortaliter peccat, nisi quos digniores & Ecclesiæ magis uiles ipsi judicaverint, prefaci diligenter curave-int.*

X. Nec adversari nobis videri potest Petrus Blesensis in ea Epistola, qua Carno-tensem Episcopum adhortatur, ut nepotes extraneis præferat in distributione Benefi-ciorum: *cum ii & temporali premerentur penuria, & eruditio ac virtutis copia abundarent (2): Vestra discrecio non igno-rat, quod extranei & honesti admittendi & beneficiandi sunt; sed nunquam honestis ne-potibus præferenti. Summa nature injuria est, nepotem pauperem & honestum abisse, &c.* Ob oculos vero illi constituit ipsius Christi Optimi Maximi exemplum, qui ad Apostolatum accivit quinque sexve e cognati-s suis. Veram id totum ad cum necessa-rio modum exigendum est, & ad eam nor-mam sancti Thomæ superius allegati, ut ne proximi sapientia & virtutum laude ex-traneis concedant, utque quod ad tempora-les proventus pertinet, una sit cura, una ambitionis meta, ut ne quo indigeant: ut que uno eo stimulo ad administrationis fa-cræ societatem vocentur, quo paci & con-cordiæ prospectum sit.

XI. Quamvis duræ & asperiores videri primum possint haec morum Canonumque regulæ, indubium tamen est Religionis zelo, & æquitatis amore inolefcente, & in dies augelcente, graves illas & faciles, per-

spicuas & certissimas iis fuisse & fore sem-per, qui eas constanter amplexati fuerint. Suplices libellos ad impetranda Beneficia sibi oblatos primo conlecrations lux die abjecit Benedictus XII. Papa, reciscere ante volens aliquid certi de anno Benefi-ciorum proventu, de meritis supplicantium, & an aliquo jam gauderent Beneficio: *Voluit enim scire conditionem personæ suppli-cantis, & summum redditum, & si im-pe-trans ante fuerit beneficiarius.* Commendas pene omnes revocavit, & ut habet eorum temporum scriptor (3) *Hic justus & durus erat.* Beneficia que dispositioni Sedis Apo-stolicæ reservarunt, *vix conferre voluit, ti-mens ut dicebatur, ne conferrentur indignis.*

Nec minus religiosus fuit Clemens VI. ejus successor, ut ne quas sacras conferret dignitates & Beneficia, nisi dignioribus & utilioribus; investigans qua maxima poterat diligentia illorum, qui sibi proponeban-tur, inituta & mores, fraudes sibi necti suspicans semper, & vacare aliquandiu Be-neficia malens, quam indignis, vel minus dignis conferri (4): *Et in hoc voluit, quod præferrentur meliores & sufficientiores, ad hoc aliter ad quascunque personas aspectum specialiter non habebat, & in hoc multoties se decipi formidavit, &c.* Propter quod multa Beneficia, Dignitates & Prelatura quam-plures diutius in vacatione permanserunt. Dicebat enī, quod melius & securius erat, quod vacarent, quam si haberent malos, vel minus idoneos præsidentes. Quod ad cognati-los attinet, unum evexit tantummodo, mi-mirum ad Archiepiscopatum Arelensem, & eum quidem tum ejus ingentibus meriti, tum Cardinalium instantissimis votis donare coactus est.

Nec Urbano V. minus in hac parte suf-fragati sunt qui vitam ejus litteris manda-vere. Nunquam passus est quenquam duo-rum Beneficiorum compotem fieri; inquiri voluit anxia sane & pervigili diligentia eos omnes, quibus digne Beneficia conferri pos-sent (5); denique Prælaturas propinquis nul-las concessit, nisi alteram fratri, alteram consanguinei filio, cum uterque meritis & virtutibus florentissimus esset: reliquos o-mnes simplicibus Beneficiis contentos esse voluit, vel Officiis Curiae Romanæ.

Hadrianus VI. procul a se omnes abegit cognatos proximolque carnales, & ubi pari-lan-

(1) Soff. 24. c. 1.

(2) Ep. 70.

(3) Rainald. ann. 1334. n. 2. 1335. n. 67.

(4) Rainald. ann. 1342. n. 3. 4.

(5) Ibidem. Ann. 1370. n. 21. 22.

lance inter eos & extraneos merita, eruditio, virtutes aquabantur, extraneos præposuit, ne sanctam Civitatem profano glutine & in sanguinibus coagamentaret. Ita enim Panuvinus, ita ipse (1): *Hinc fuit, quod difficiliter cognatos ad Beneficia proveheret, non quia eis humaniter non severet, si aliqui idonei fuissent. Sed quia ut dicere solebat, edificare Sion in sanguinibus nollet. Hoc est, quia in sacris respicere necessitudines naturæ nollet, ut que ibi locum non haberent. Quinimmo in iis etiam paribus dotibus alienorum postus, quam suorum rationem habiturus videbatur. Per mirum illud merito videbitur, quod præter sententiam Petri Blesensis, hic sanctissimus Pontifex æquatis cognatorum & extrancorum meritis, extraneos antehabebat.*

XII. Inter alios Pontifices, quos sanctitatis laus & fama celebravit roto orbe, principem locum assignabimus Philippo Alfoncio regia Gallorum prolapia prognato, Archiepiscopo Rothomagensi, Patriarchæ Hierosolymitano, poitea & Aquilejensi. Cum Rex ab eo Beneficium flagitasset Clerico minime idoneo dandum (2), constansissime renuit: cumque tum Judices Regii in temporales ejus redditus manus injecissent, ipse interdictum vibravit Ecclesiasticum.

Ximerius Cardinalis opulentissima Beneficia Ecclesia Toletanæ non dabat nisi iis, quos non sola commendaret nobilitas, sed doctrina pietasque, sequax Pontificiorum in ea re Decretorum, quibus illud inculcatur non semel, nobilitate & eruditione, veluti gemino hinc & inde præsidio Ecclesiæ muniri (3): *Quoties digna, aut opima Sacerdotia Toleti in maximo templo vacua esse contigerat, ea in filios Regulorum, aut in viros aliquos doctrina pariter & mortibus præstantes conferebat, juxta Summorum Pontificum decreta, que in hac parte mira quadam consideratione Ecclesiæ comodis consuluerant, propositi tenax ad mortem usque contulit. Nam ex claris & nobilibus viris favorem, ex doctis vero auctoritatem rebus sacris conciliari ajebat. Propensio vero studio curabat Parochos optimos Ecclesiæ præficere; spretis proximiioribus, extraneis persæpe conferebat, pietatem pluri faciens, quam doctrinam, molestissime que ferens si postulares quis Beneficia; &*

nonnunquam vacua illa diutius dimitrens, dum occurreret, qui tam sancto ministerio digne præficeretur: *Proximis quibusque ex familia prætermissa, sapientiæ ignotos vocabat, quos vel mediocri litteratura preditos aliis quamvis doctioribus, minus tamen strenuis præserebat. Dum hec secum ponderabat, & de singulorum virtutibus certior ferebat, multa nonnunquam sacerdotia penes se retinebat, donec dignus minister occurreret. quod tamen amuli quoque, ut cetera, cùpabant, ipse vero consilii sui conscius, quid illi calumniarentur, contemnebat, &c. Quæ ut libenti animo in ignoros sponte conferebat, ita si quis aliquid bususmodi ab eo peteret, maleste & graviter ferebat, & veluti provocacem ac parum sui reverencem aversebatur.*

Domum & familiam suam patere solebat sanctus Carolus Mediolanensis Archiepiscopus (4), nisi Clericis doctis piisque, nec tamen ullo eos remunerabat Beneficio, idque præ se ferebat, ne qua improba spe semet ipsi illuderent. Cum Vicarius ejus Generalis simplex aliquod Beneficium Amanuensi ejus contulisset, voluit ut illud abdicaret (5): tergiversantem ejecit familia. Ut hanc semel omnino resecaret spem, singulos stipendiis amplissimis, vel pensionibus de patrimonio suo solvendis donabat. Nec favor, nec Procerum preces unquam e blandiri quidquam illi, aut extorquere potuere. Nec simplicia quidem Beneficia favoni & gratia a se dari posse existimavit. Uniri ea & adglutinari malebat, aut Parochialibus Ecclesiæ, aut mensis Capitularibus, aut dignitatibus tenuioribus, aut in titulum conferri Clericis egenis, & strenuam tamen Ecclesiæ operam navantibus. In dispensandis Beneficiis, Ecclesiæ consuluit semper, non Beneficiario. Canonicatus dare avebat iis, qui non eo tantum fugi musere probe & naviter possent, sed & qui pio præterea zelo & stuarere subveniendi proximo, & adlaborandi publica saluti, operasque alias & alias præstandi provastæ Dioceœeos suæ necessitatibus. Dignitates & Beneficia omnia, quibus affixa esset animarum sollicitudo, nunquam contulit, nisi maxime idoneis & dignioribus. Ad examen & concursum a Concilio Tridentino præscriptum procedi volebat: sed Clericorum ejus nullus eo advolabat, nisi ab

(1) Ibidem. Ann. 1523. n. 184.  
(3) Gomedius in ejus vita c. 7.

(2) Spond. an. 1377. n. 21.  
(4) Glouano, lib. 2. c. 9.  
(5) Ib. lib. 8. c. 30.

ab eo iussus, usque adeo persuasum erat omnibus, indignum protinus censendum Beneficio, quisquis illud ambisset. Quin & mulii & qualibet respuebant Beneficia, & industriam vigilantiumque suam omnem ad Ecclesiæ munia & utilitates nihil tegnius conferebant. Clericos ab Ecclesiis ad Ecclesiæ, a Beneficiis ad Beneficia transferebat, non ipolorum voluntate, sed sua, & solius Ecclesiæ utilitatis, vel necessitatis contemplatione: altissime illud infixum animo gerens, & inconculturum, Ecclesiæ homines, non hominibus Ecclesiæ impendi & donari debere. Insigne autem illud deus fuit restauratæ ab eo Disciplinæ, quod sub Carolo nullæ strepuerint de Beneficiis lites, nullæ ambitiosorum hominum contentiones; Clericis ejus omnibus hujus sanctissimi propositi sui tenacissimis, ut nulla nisi eo jubente, vel admitterent Beneficia, vel retinerent.

Alterius sæculi res erat ea Caroli disciplinæ constantia & sanctitas. Erat & illud melioris sæculi præclarum decus, quod de Bituricensi Archiepiscopo resertur Guillelmo (1), eo qui anno 1209. vivere desit, quique tam sanctas & amabiles inierat rationes conferendorum Beneficiariorum, ut Capitulum Bituricense transferre in illum optarit jus omne Præbendis & Beneficiis omnibus quomodocunque providendi: quam ille tamen recusavit facultatem, ne quis ea successorum aliquando abuteretur.

XIII. Nec illaudati prætereundi nobis sunt Patroni laici, qui eisdem castioris disciplinæ regulas religiosissime observarunt in præsentando. Auctor vita sancti Hugonis Cluniacensis Abbatis, de Willemo Anglia debellatore & Rege illud refert, sex ab Hugone expetisse illum sanctissimos ex suis Monachis, qui sacrum veluti quandam Se-natum secum celebrarent, ubi omnia de conferendis Beneficiis consilia ante concorerent, & quorun sententiaz & pietati acquiesceret in Episcopatum & Abbatium provisionibus. Si laudi est id expetisse summum Principem, laudi nihilominus est id respuisse sanctissimum Abbatem. Nec enim ille adduci unquam potuit, ut alumnos suos in tantum discrimen conjiceret, propriæ salutis, dum alienæ prospicere confidunt. Excanduit primo Regis iracundia ad eam repulam (2): at subiit mox admis-

ratio prorsus ingens, & veneratio tantæ hominum despiciens; quibus non ipse tantum Abbas, sed & grex ejus totus inclaresceret, & hominum in se studia, atque officia converteret.

Ad sacram expeditionem in Orientales plagas profecturus Philippus Augustus Rex Francie, constituit ut per absentiam suam Canonici Monachique Prelatos eligerent, qui & sanctitate Deum & caritate subditos sibi conciliarent, prodecentque magis, quam præfessent: Talem Pastorem elegant, qui Deo placeat, & utilis sit Regno. Beneficia vero que Regaliæ jure vacarent, Regina & Archiepiscopus Remensis conferrent de consilio Confessoris sui, conferrent autem ad summi Dei maxime laudem, Ecclesiæ & Regni utilitatem intuentes (3): Secundum quod melius & honestius poterunt, Regina & Archiepiscopus viris honestis & litteratis consilio fratris Bernardi conferant. Et mox: Donet secundum Deum, ad honorem Dei & utilitatem Regni. Ita Rigordus in hujus Regis vita.

Venio ad Scriptores vitæ sanctissimi Regis Ludovici IX. qui quam mordicus ille inquirereret sincerissimis Canonum Regulis in Beneficiariorum distributione, ita perhibent (4): Sane in Beneficiis Ecclesiasticiis conferendis, quæ ad Patronatum, sive donationem ipsius pertinebant, Deum semper præ oculis habebat, & electis & probatis personis, quantum poterat conferebat. Quas personas eligi & inquiri faciebat per Cancellerium Parisiensem, & alios viros bonos. Cœlo jam maturus Rex sanctissimus, hac inter alias pulcherrimas præceptiones paulo ante obitum filium Regni hæredem instruxit, communisque: Beneficia Ecclesiastica personis idoneis dona de consilio spiritualium virorum, & eis qui non habent aliud Beneficium. Sed illud nemo potest satis mirari, quod ad sacrum bellum cum in procinctu esset, Episcopo Parisiensi præsentationem & collationem Beneficiariorum Regie nominationis commendans, jussit, ut in consilium adhiberet Cancellerium Ecclesiæ Parisiensis, Priorum Dominicanorum, Guardianum Franciscanorum, utque nihil perficeret, nisi duo saltæ ex his sapientissimis Consiliariis assentirentur: Plenam & liberam committimus potestatem, dum tamen de consilio discretorum virorum, & vel duorum ex ipsis,

&c.

(1) Boll. Janu. die 10. c. 6.

(2) Bibl. Clun. p. 453.

(3) Du Chesne Histor. Franc. t. 5. p. 30. 31.

.. (4) Ibid. p. 369. 392. 422. 455.

**C.** Mandaverat denique piissimus Rex , Cancellario eidem Ecclesie Parisiensis, Dominicanis, Franciscanisque , & quoscunque intellexerat pietate clarere , ut Catalogum fibi præscriberent Clericorum , quorum singularis pietas & eruditio explorata eis esset , ut vacatura in eos Beneficia dispensaret : *Atque Clericos in Memoriali suo scribi solebat , ut eidem loco & tempore provideret.*

Horum certe omnium cardo-is erat , quod cum his Pontificibus , Principibusque per-suaſſimū effet , dignioribus utilioribusque nisi conferantur Beneficia , & dantum & accipientium conscientiam in ingens adduci periculum : has illi artes excogitabant , ut qui dignissimi , qui utilissimi usquam essent , deprehendi possent . Unde rursus Odo Burgundia Dux anno 1211. renuntiavit juri conferendi Præbendas Sanctæ Cappellaæ Diviōensis (1) , servatis sibi Dignitatibus tantum , cum Decanus eligeretur . Id vero ab eo fiebat , ut ne potestate ea minus pie uterentur successores sui ; quos etiam ad hoc constrinxit , ut ne possent , nisi Canonicis Dignitates conferre . Comitat tamen successores ea rursum in Præbendas jura recepisse .

Juvabit ad calcem hic attexuisse luculentissimum hoc caput Edicti Regii Ludovici XIII. anno 1629. (2) Hoc tamur , precipitiusque , ut Archiepiscopi & Episcopi Parochias iis conferant , quorum peritia idoneo examine fuerit comprobata . Si vero plures ad examen concurrant , is preponatur ceteris , qui magis idoneus visus fuerit ; si plures occurrant aequi idonei , primas ferat , qui ex ipsa Diœcesi , vel ex ipso etiam loco oriundus fuerit . Ante cetera autem ratio maxime habeatur innocentiae morum , & pietatis , que ubi mediocris fulcitur peritia , preferri debet eminentiori doctrina , cui non par respondet pietatis & innocentiae præstantia . Compendiaria hæc videri potest inculcatio eorum , quæ prolixius toto hoc sunt disceptata Capite , & eorum maxime , quæ a Concilio Tridentino constituta sunt .

Concilium Burdegalense anni 1624. modestam hanc & religiosam usurpavit licentiam (3) , commonefaciendi Christianissimos Reges , nullo magis eos demereri posse obsequio divinam majestatem , quam ut Ecclæ-

sia Pastores præfici eurent eo munere dignos amplissimo : nec ullo graviori eos posse periculo implicari , quam si digniores quoque & utiliores ad id eligere cunctentur . Quæ ipsissima fere sunt verba Concilii Tridentini .

XIV. Paucissima hic addam de litibus ad expugnanda Beneficia tam frequentibus , & quæ tamen videri possint ab ejusmodi proficiisci cupiditate , quæ a Beneficiis arceret debeat . Si qui petit , qui ambit Beneficia , iis summovendis est : quid qui vel litigando extorquet ? quid qui pugna belloque forensi ministerium pacis & caritatis invadit ? Nec inficiari tamen quisquam potest , quin sanctissimi Pontifices præfulesque de his causis cognoverint , easque ex canonice institutis legibusque Ecclesiasticis definierint . Non illis unquam etiam in mentem venit , non saltem unquam usu venit , ut competitores ex æquo pronuntiarint , eliminandos frustandosque Beneficio , quod fugiendo , non perseguendo & contendendo promerendum sit . Denique alteri semper colligantur adjudicata sunt ab iis beneficia , non iis ejusdem , alteri cuiquam incogitanti , humili , pacifico , & tanto magis Beneficiis cumulando , quanto de illis ne cogitarit quidem unquam . Hujusmodi definitionum , quibus alteri litigantium victoria addicitur & Beneficium , pleni sunt libri Decretalium . Ait Clemens III. parum probabile esse , quod Beneficiarius sua se sponte Beneficio exuerit , quo sustentabatur , & quod laboribus & expensis adeptus erat (4) : *Nulla ratio hoc verisimile reddit , ut quisquam Beneficium , multis forte expensis & laboribus acquisitum , quo sustentari debet , facile sine causa magna , sua sponte resignet .* Litigantes censuit Alexander III. causa cadere debere , non quod litigarent , sed quod mala fide litigarent , & fraudulenta ludificatione subornarent sibi adversarios , & post cum iis transigerent (5) : *Beneficiis super quibus collusum fuerit , eos non differas spoliare . Itaque non improbasset Pontifex licet , in qua bona fides dominaretur .*

A Clemente V. in Concilio Viennensi statutum est , lites omnes super Beneficiis terminari posse (6) , simpliciter & de plano , sine strepitu judicii & figura . Quo sane calliditates & anstractus

li-

(1) Recueil de l' Histoire de Bourgogn. p. 310. 314. 315.

(2) Art. 14. Mémoires du Clergé Edit. ann. 1675. T. 2. p. 48.

(3) Extrav. De renunt. c. 2. (5) Extrav. De Colluf. deteg. c. 3. [3] Tit. de Episc. c. 31.

liriū , ac tedium morositates circumcidebantur , non cupiditas , non ambitio , non prosecutio Beneficiorum , quorum quo quisque cupidior est , hoc & indignior .

Ad Episcopos Gallicanos quondam rescripsérat Alexander III. sententiam Judicis ſacularis non posse a quoquam sobrio & fano haberi pro cœleſtis vocationis oraculo (1) : Nonnulli arbitrio nimia tacti , in ſeculari foro , nec requiſita Episcopi audiētia Ecclesiastica Beneficia ſibi præſumunt in veſtris Parochiis vindicare . Quoniam igitur hujusmodi perſone non intrant per oſtium , ſed aliunde conſcendunt , ac per hoc indigni ſunt Paſtoris nomine ac prærogativa gaudere ; mandamus , quatenus eos niſi reſignaverint , ab offiſiis ſeddatiſ , & Beneficiis alienoſ .

Optandum quidem eſſet , ut qui Beneficia obtinent litibus quibusvis implicata , ea eſſent & moderatione animi & religione , ut iura ſua omnia Epilcoporum arbitrio permitterent eorumque judicio ſtare vellet . Sed vel ſic tamen conſtaret , quod ſin minus coram ſeculari , certe coram Ecclesiastico Judice , ſeu mavis arbitrio conſtiffent ; ſine ſtrepitū , fateor , an etiam ſine ambitu ?

Concilium Colonienſe anni 1266. Decretum edidit (2) circa Præbendas , quas remuli plures ſibi vindicarent , Judicelque Ecclesiasticos ad id delegavit . De his litigari nequaquam prohibuit .

Ingenue ergo fateri cogimur , nunquam Ecclesiā ad hoc interpoluisse auctoritatem ſuam , ut lites de Beneficiis proſlus abolerentur : ſed ut terminarentur , ſive uſitatis formulis fori , ſive ſine ſtrepitū & figura juſdicii : interim autem Clericorum objicerentur , & inſtillarentur cordibus qua fieri poſſet , diuinæ vocationis leges , & Evangelica ad juriſorum fugam , ad terrenorum omnium abdicationem hortamenta . Commemoratum ſuperius eſt a Giellano viate B. Caroli ſcriptore , Clericos Caroli nunquam de Beneficiis litigasse , quanquam patet ſemper audiētia Episcopalis vel iſtiusmodi cauſis , ſi quis auctor acceſſeret . Ne ad Concurſum quidem a Concilio Tridentino institutum ſua ſponde veniebant piifſimi illi Clerici , Caroli documentis imbuti , niſi ab eo mitterentur . E re non duxere Concilii Tridentini Patres ad tantum per-

fectionis culmen Clericos omnes compellere : ſed has eſſe voluere partes Episcoporum Chriſti caritate extuantum , ut has abdicationis ſpontanæ leges privatim inculcarent Clericis tuis , & humilitatis , & paupertatis Evangelicæ , & cœleſtium caritatis ſubjecerent faces , ut Beneficia non aliter magis , quam fuga ipſa pararentur . Promitiae & communis omnibus non potest eſſe perfectio tam accurata & tam exerta . Eget Ecclesia ministrorum multitudine tanta , quantam ad hanc perfectionis apicem propelli , ne ſperari quidem potest . Petrus Damiani , ille indeſtata austerritatis indomitique rigoris vir , ſuadebat paulo ſuperius Pontifici , ut electionem hominis licet ambitioluli confirmaret . Non intepuerat tunc ejus zelus , ſed lapiebat ad ſobrietatem , & attemporabat frangebatque ſe ad utilitatem Eccleſiæ , que vel talibus gaudebat potius ſruī ministris , quam nullis . Haud aliter ſane Ecclesia , ſapientiæ & caritatis maſtria , perfectionis , paupertatis , humilitatis , abdicationis regulas ex Evangelio , ex priorum ſeculorum uſu longe pulcherrimas omnibus proponit , non eara autem neceſſitatem perfectionis ſectandæ imponit , quia Eccleſiæ mox plerque & Parochiæ Paſtoribus deſtituerentur .

In Concilio Tridentino anno 1563. Christianissimi Regis Caroli IX. & Imperatoris iuſſu oblati ſunt ab eorum Oratoribus ſelecti quidam optatissima Reformationis Articuli , ac præ ceteris , ut ad extingueandas proſlus omnes de Beneficiis lites , qui buſ ſtantopere Clerus dehoneltatur , ſupprimetur diſtinctio Peritorii & Poſſefforii Beneficiorum , nominatio item Graduatorum in Universitatibus ; Beneficia vero largirentur Episcopi , non ad ea anhelantibus , ſed juxta Gregorii normam fugitantibus , nec ceſtantibus tamen ab Eccleſiæ obſequio (3) : Ad Forenes controvēſias , que univerſum fere Ordinem Ecclesiasticum contamiant , contrahendas , peritorii & poſſefforii in cauſis Beneficioribus nuper inventa diſtinctio aboleatur , & ſublatis a Concilio Conſtantensi introductis Universitatum nominationibus , precipiatur Episcopis , ut Beneficia ſecundum Gregorii auctoritatem , non ambientibus , ſed fugientibus , & de Eccleſia bene meritis confeſſantur .

In alia editione hujus articuli Basileensis Con-

(1) Append. Conc. Lat. part. 50. c. 93.

(2) C. n. 33.

(3) Goldast. Constit. Imp. T. 3. p. 571. Memoir. du Concil. de Trent. p. 373.

Concilio tribuitur institutio harum nominacionum Universitatum ad Beneficia, & paulo perspicuus patet, quod tunc esset Galliz votum, nimirum ut Episcopus ipse Graduatos probaret, addiceretque tum Prædicationi, tum functionibus aliis Ecclesiasticis. Nec enim ea cogitatio incidit, ut extinguerentur Gradus, aut Graduatis fores Beneficiorum obstruerentur.

Utcunque & sapere sibi & Ecclesie purissima caritate servare, viderentur horum consarcinatores Articulorum: non tamen reor, id sibi sumebant, ut vel plus saperent, vel magis serverent quam Concilii Tridentini Patres. At his exploratissimum fuit supra seculi hujus patientiam fore id decretum, ex quo tantæ fieren morum rerumque conversiones: Dignitates quidem Ecclesiasticas tunc ex Gregorio Magno dignis obtингere, cum fugitantibus ingeruntur: at nihil tamen minus ex Gregorio commendandas illis esse Ecclesiias, qui et si non sint qui esse deberent, si sunt tamen, quibus in nostra non sunt potestate ulli meliores. *Quo melior inveniri non posset.* Cum horum Articulorum compilatoribus optare fas est: aliter quam Conclu-  
dium Tridentinum quidquam definire, ne-  
fas est.

XV. Usitatas prioribus sæculis electiones ad Beneficia Episcopatu inferiora innovavit revexitque quodammodo Concilium Tridentinum (1) ad Ecclesiis Parochiales instituto Examine & Concursu. Cum pri-  
mum orbata Pastore suo est Ecclesia Paro-  
chialis, designatusque est ab Episcopo Vi-  
carius, qui eam vacantem administret, ad-  
signata sibi congrua proventuum parte: tum Episcopus & Patronus intra decem dies, aut quo temporis spatio satius duxerit Episcopus, nominare jubentur Clericos, quos exitimant maxime idoneos fore ad eam regendam Parochiam, ubi districtissimum subierint examen; possunt & alii ab aliis nominari ad idem ministerium, si qui utilles fore præsumantur. Potest & ab Episco-  
po, vel Concilio Provinciali publicari man-  
datum, quo ad examen convocentur qui-  
cunque volent. Erat id summa Tridentinorum Patrum sapientia, Episcopo & Provin-  
ciali Concilio judicandum permittere, an convocandi essent, qui ulro examen subire vellent; propterea quod vel hoc ipsum ad examen vel concursum advolare,

*Thomas. Tom. IV.*

jam quodammodo concupiscere sit. Et non raro forsitan ita prorsus habet. Sed cum sit etiam ratio quedam pia & religiosa, au-  
ctore Paulo Apostolo, desideranda Episco-  
palis Ecclesie, multoque adeo magis Pa-  
rochialis, quamquam rara quidem ea avis  
est, corvoque rario albo merito videatur:  
satius fuit totum Episcopi & Concilii Pro-  
vincialis prudentia permitti, an convocan-  
di, admittendique essent hi voluntarii ad  
examen.

In eodem Tridentino sanctum illud quo-  
que est, ut Episcopus, vel Vicarius ejus Generalis quotannis in Synodo proponat approbando Examinateores sex. Ex iis tres adjungent se Episcopo, vel Vicario ejus Generali, ad examinandos eos qui propo-  
sti fuerint ad Parochiam vacantem, præ-  
maiso ante juramento hoc: *Quacunque hu-  
mana affectione postposita fideliter munus  
executuros.* Post examen, inter eos qui idonei dignique Parochiali Ecclesia judicati fuerint: *Quem ceteris magis idoneum judi-  
caverit Episcopus, eum eligat:* eique ipsi Collator conferre teneatur. Si Patronatus Ecclesiastici sit Parochia, ejusque institu-  
tio ad Episcopum spectet, quem Patronus dignorem judicabit, Episcopus instituet. Si institutio vero ad alium spectet quam ad Episcopum, *tunc Episcopus solus ex di-  
gnis eligat dignorem,* quem Patronus In-  
stitutori presentet. Denique si Patronatus laici sit Parochia, quem Patronus præsen-  
taverit, eum examinatores executient, nec admittent, nisi digaum probarint. Si tam tenues essent Parochiaz redditus, ut nemo examinandus occurreret, nec examen intitui posset, vel si concursum turbæ aliquæ tumultuosiores interturbaturæ præviderentur, consultabit cum examinatoribus Episcopus, quæ ratio & via tenenda sit, ut occulto examine & pari cautione, qua dabitur, res perficiatur. Examinateores autem graduatos desiderat Concilium.

Hac ratione & methodo conferendarum Parochiarum, nemo non sentit, vix sa-  
pientius, vix sanctius quidquam excogitari potuisse. Hinc porro fatentur (2) recen-  
tores etiam Canonistæ, illud emergere, irri-  
tam esse Parochiaz provisionem, nisi ex dignis dignissimus ea donetur, quod ni-  
mirum non aliter observetur vel Tridentini Decretum, vel ejus Decreti confirmatrix Bulla Pii V.

Z

XVI.

(1) Sess. 24. c. 18. (2) Barbosa, *De Paroch. lib. 1. c. 2. n. 95.*

XVI. Typis mandata & publicata est privata Collatio Clementis VIII. Papæ & Bellarmini Cardinalis, in qua dubium utrum admirabilitatis plus habeat, doctissimi Cardinalis libertas sancta & fiducia, an sanctissimi Pontificis singularis quædam & incredibilis pietas. Hujus admirandæ Collationis fragmenta aliqua huic nocturnæ lucubrationi, ut res tulerit intexta, spero Lectori & voluptati fore & utilitati. Cum declarasset Bellarminus, quanti referret ad salutem Ecclesie, ut præclarri deligerentur Episcopi, utque ne unquam abrepere eo finerentur indigni: addidissetque Pontificem ipsum, quem ambitionis fascino delusi homines, in fastigio positum humana-rum dignitatum suscipiebant, miserandum sibi quidem magnopere videri: *Hec me consideratio ita vehementer exterruit, ut nulli hominum magis ex animo compatiar, quam Summo Pontifici, cui plerique omnes invidere solent.* Responsum est a Pontifice, eadem quoque consideratione subinde se perterrefieri: sed adhibita quanta maxima poterat diligentia, si res minus procederet ex animi sui sententia in Episcoporum delecto: solatio sibi esse ipius exemplum Christi, qui in duodecim quos elegerat Apostolis Judam: & Apostolorum rursus, qui inter septem Diaconos Nicolaum infandæ architectum hærefoes invenerunt.

Urgente præterea Cardinali Bellarmino, dari oportere Episcopos Ecclesias, non Ecclesias Episcopos: præferri semper digniores; denique nec Episcopatus, nec alia quæcunque Beneficia dari unquam corum cupidis, & ultiro occurribus; vehementissime assensus est Pontifex: contestatusque sibi magis tempe cura fuisse, ut gregibus Pastores, quam ut Pastoribus greges daret; sed illud sibi videri intricatissimum, lubricumque inter dignos & digniores judicium; denique difficillimum prorsus esse, idoneos nancisci, qui cupiant, qui non petant, aut pro quibus ambiat, aut petat nemo.

Idem vero Bellarminus (1) in editione altera Epistolæ ejus, quam ad nepotem Episcopum Theanensem scriptis, hanc eandem pertractat quæstionem, terminatque accumulatis testimonis & exemplis sanctorum Patrum a priscis usque saeculis. Nec excidit illi luculentum hoc, quod Eugenio III. Papæ insuffravit B. Bernardus consilium in Libris de Consideratione: *Alius*

*pro alio, aliis forsitan & pro se roget. Pro quo rogaris, fit suspectus. Qui ipse roget pro se, jam judicatus est. Nec rursus elabi sibi passus est illud ejusdem Bernardi in eodem Opusculo, Pontificii esse officii, ut rejiciantur cupientes, aut etiam irrumpentes in dignitates Ecclesiasticas: arcessantur autem, adeoque & compellantur ad eas capessendas qui illas abnuunt & detrectant: Non volentes, neque currentes assumito; sed cunctantes, sed renuentes, etiam cogi illos & compelle intrare. Hinc concluditur a Bellarmino, insanire prorsus eos & longe aberrare a via veritatis & salutis sue, qui illas avide aucupantur dignitates, quas docti tot & sanctissimi viri reformidarunt & constantissime detrectarunt.*

XVII. Lethalis culpe reos existimavit Dionysius Carthusianus eos omnes qui Beneficia concupiscunt, captant, consequuntur, sola illecebra ducti temporalium proventuum; non eo proposito, ut ab indigentia curis & sollicitudine absoluti, Deo liberius impensisque famulentur (2): *Qui Ecclesiastica Beneficia optant, querunt, impetrant, suscipiunt, non intuitu spiritualis boni, puta divini officii, ut scilicet competentiam habentes, Deo devotius quietiusque ministrant, sed intuitu commodi temporalis, bonique corporalis, isti sunt subversores rectissimi ordinis rerum, atque in temporalibus finem sibi constituunt.* Idcirco mortali-ter peccant, etiam unicum Beneficium competens taliter cupiendo, obtinendo, habendo. Tales sunt omnes, qui amore temporalium divitiarum, aut carnalium deliciarum, seu transitoriorum bonorum Ecclesiastica Beneficia querunt, procurant, seu habent.

C A-

(1) Controv. I.

(2) Cons. plur. Benef. c. 33.

*Etionibus quo<sup>r</sup> Roma siebant per Compromisum.*

*XVIII. XIX. XX. XXI. Complura alia ejusdem rei exempla.*

*XXII. In omnia corrasa superius exempla note & observationes non aspernanda.*

*XXIII. An Romanus Pontifex Antiochenum Patriarcham elegerit post Concilium VI. Oecumenicum?*

*XXIV. Post lapsum Marciani Episcopum Aredatensem non nominaret Papa.*

*XXV. Lucifer Calaritanus Paulinum Antiochenum de legit Episcopum, sed grassante rum maxime persecutione.*

*XXVI. XXVII. De Martino I. Papa, an & hic Episcopos in Oriente nominari?*

*XXVIII. Eandem sibi sumpserunt facultatem Episcopi Constantinopolitani.*

*XXIX. Jus Devolutionis a Justiniano declarari cœptum,*

I. Necesse proculdubio quorundam ammos hujus novitas & admiratio quæstionis. Sed neminem non delectabit aliqua olfæcisse vestigia in antiquissimis Ecclesiæ Annalibus & monumentis ejus potestatis, quam nunc infinitam ipene exercent Pontifices quaqua versum ab annis amplius quadrigentis quingentisve.

II. Paulinus Episcopus civitatis permodicæ in Provincia Brutiorum, sive in Calabria, post civitatis suæ, Ecclesiæque, & Monasterii eversionem a Barbaris factam, in Siciliam secessit, donatusque est a Gregorio Magno Abbatia & regimine Monasterii sancti Theodori in civitate Messinensi. Collator hujus Beneficii erat Episcopus Messinensis, ideo & illum certiores rei totius fecit Gregorius, ut ne affligeret se, quasi se inscio, aliquid in Episcopatu suo novaretur. Addebat Gregorius relativa se, eandem illi fuisse voluntatem, hac beneficentia levanda Paulini Episcopi & collegæ mendicitatis. Deinde ampliavit Pontifex hoc beneficium in omnes prioris Paulini Monasterii Monachos, qui & ipsi effuderant se in Siciliam, & quos Gregorius in hoc revocavit omnes Monasterium Messinense. Accipe verba ipsa Gregorii Epistolæ ad Felicem Episcopum Messinensem (1). Et tibi gratum confidimus, si fratri sui viri venerabilis Episcopi Paulini peregrinationis onera releventur, & sub ejus regimine communi mercede B. Theodore

**De collatione Beneficiorum Episcopatu inferiorum per Romanos Pontifices extra Italiam.**

**C A P U T X L I . P . 2 . l . 2 , c . 1 3 .**

An conferret Pontifex aliqua Beneficia in aliis Episcopatibus ante tempora Caroli Magni?

I. Antiquissima vestigia ejus potestatis qua nunc utitur Papa, Beneficia conferendi in alienis Episcopatibus.

II. Gregorius Magnus Episcopo qui crebat Episcopatu, Abbatiam in Sicilia confert, præmonito Episcopo Messinensi, cuius in potestate ea erat.

III. Ad alium Episcopum Presbyterum mittit, cui Ecclesiam conserat Parochiam vacantem.

IV. Caritas Pastoralis & universalis sollicitudo Gregorium concitatbat, ut pios quoque & eruditos Clericos perquireret, & praeficeret Ecclesiæ. Et illi, & his adgaudent Episcopi, & gratulabantur.

V. Nunquam assensus est Gregorius, ut Episcopus ipse nominaret: ut sui Cleri optimos quisque eligentibus & flagitantibus non abnuerat Ecclesiæ.

VI. Suas etiam ipse in Parochias extraneos arcescebat Clericos, si quos nosset idoneos.

VII. Episcopis commendabat Clericos, quos rei familiari angustie premebant.

VIII. Etsi sola ex caritate proficerentur haec commendationes, auctoritatis tamen, & ponderis erant non mediocris.

IX. Non erant tunc Beneficia nisi alimentaria veluti pensiones.

X. XI. Deportatis & exulantibus Episcopis, Episcopatus tandem aliquos, interim pensiones conserfi curabat. Abbaties dabat.

XII. Eam potestatem explicabat Gregorius maxime intra Italiæ, & in circumiacentibus Insulis; nequaquam vero in Gallia.

XIII. An interponeret se Gregorius in Episcopales electiones?

XIV. XV. XVI. XVII. De jure devolutionis, de suffragiorum divisione, de ele-

(1) L. 1. Ep. 38.

*Monasterium in tua civitate fundatum studiosius omnipotenti Deo deseruiat. Quod etiam te jam voluisse facere, ejus relatione didicimus. Ideoque Rectri Patrimonii nostri præcipimus, ut Monachos Monasterii memorati Episcopi perquisitos ad unum congreget, & in eodem Monasterio cum iis qui nunc ibi sunt, collocare non differat, quatenus eo Rectore dignius animarum suarum curam exerceant. Quam rem venerationi tua innotescendam prævidimus, ne te omisso, aliquid ordinatum in tua diœcesi contriveris.*

Eadem rescriptit Gregorius ad Petrum Diaconum Rectorem Romanæ Ecclesie Patrimonii in Sicilia, quem & executioni præfecit, commonitum eadem a se ad Messinensem Episcopum præscripta fuisse, ne vel tantillum contristaretur, si quid eo inconsulto in ejus Diœcesi tentatum esset (1): *Quam rem venerabili Felici ejusdem civitatis Episcopo nos significasse cognoscere, ne præter suam notitiam in Diœcesi sibi concessa ordinatum quippam contriveretur.*

III. Hoc caritatis & sapientiæ ingenio temperabat Gregorius Pontificiæ & universalis sollicitudinis suæ officia, juraque propriæ suæ auctoritatis cum potestate Episcopi proprii ejus loci, in quo sita erant Beneficia, quæ conferebat. Paulo absoluens egit cum Episcopo Importuno, ad quem Dominicum misit Presbyterum, ut vacatatem illi committeret Parochiam, addito mandato, ut & fructus illi refunderentur ejus temporis, quo Ecclesia vacaverat (2): *Ea que provide disponuntur, fraternalitatem suam credimus libenter amplecti. Et quia Ecclesiam sanctæ Mariae quondam Campionis in tua Parochia positam Presbytero vacare cognovimus, præsentium portitorem Dominicum Presbyterum in eadem Ecclesia ut præesse debeat, nos scito deputasse. Ideoque fraternitas tua ei emolumenta ejusdem Ecclesia faciat sine cunctatione præstari, & decime fructus indictionis, qui jam percepti sunt, prædicto viro fac sine mora restituunt; quatenus ejusdem Ecclesia utilitates, cuius emolumenta consequitur, Deo adjutore, sollicite valeat procurare. Hec est quasi formula verborum concessionis Parochiæ a Romano Pontifice factæ in aliena Diœcesi.*

IV. Crebrum illud erat, ut deessent Episcopis idonei Clerici, quibus clavum Ecclesiarum commendarebant. Gregorius qui in omnes pervigil excubabat Ecclesias, tam effusa sollicitudine, quam potestate, undique perquirebat, qui uisquam essent egregii illis dotibus prædicti, quibus rite regenda concreduntur Ecclesiæ. Itaque cura ejusmodi aliqui in manus ejus inciderant, gratiam inire se ab Episcopis confidebant, ubi hos eorum Parochiis præficiebat vacanibus. Is erat sensus horum superioris Epistolæ verborum: *Ea que provide disponuntur, fraternalitatem suam credimus libenter amplecti.* Afflabat & Episcopos idem qui Gregorium spiritus sollicitudinis pastoralis: utque ipsum non stimulabat nisi sincera & intucata caritas quam optimos Ecclesiis adsignandi Pastores: ita & ipsi impensis gratulabantur sibi, cum undique conquistatos, & a Gregorio probatos accipiebant, mancipabantque deslitus suis Ecclesiis Ministros. Alienissimus erat Gregorius a studio amplificande suæ potestatis, dispendio Episcoporum ceterorum auctoritatis propriæ; alienissimi erant & Præsules alii ab obliquis hujusmodi de sanctissimo Pontifice suspcionibus.

V. Porro non ad vacantes tantum Parochias, sed ad Episcopales etiam Ecclesias idoneis Pastoribus committendas, vigilantiæ suam & indefessam industriam conferebat Gregorius: eoque undique venabatur Clericos merito & virtute præstantes, qui nulli adhuc affxi essent Ecclesiæ, aut qui minori essent adsignati, cum possent illustriorem operam in ampliori dignitate Ecclesiæ universæ navare. Mariniano Syracusano Episcopo mandatum ab eo est (3), ut Presbyterum, quem sibi imulti peritiæ & virtutis ergo plurimum commendassent, sedulo examinaret; & si res famæ responderet, illum ad se transmitteret, vacatuero primum Episcopatui præponendum.

Nec extraneos tantum arcessebat, quos egentibus & vacuis donaret Ecclesiis, sed & quos in suæ ipse gremio Ecclesiæ aluerat, institueratque, aliis offerebat Ecclesiis, cum essent bene multæ, quæ hujusmodi egestate premerentur. Docuit nos jam supra Joannes Diaconus, donatos a Gregorio fuisse (4) aliis Ecclesiis Presbyteros, Diaconosque Ecclesiæ suæ Romanæ, Subdiaconosque

(1) Ep. 39.

(2) L. 2. Ep. 10.

[3] L. 2. Ep. 18.

(4) L. 2. Ep. 18. L. 4. Ep. 19. L. 5. Ep. 13. Ioann. Diac. L. 3. c. 7. §. 9.

nosque quorum nonnulli permoleste ferebant a suæ se amantissimæ parentis sinu avelli, & in longinas oras ablegari. Ideo nec cuiquam vis adhibebatur a Gregorio, ne eos ad eas invitatos compelleret dignitates, quas ipsi non aliter quam dejectiones quoadam refugiebant: *Neminem prorsus quantumque necessitate coactus, violenter promovere certabat, ne sub hujusmodi occasione, quenquam eliminando deponere videretur.* Joannis denique ejusdem historiæ contextus declarat, declarant & exempla, litteræque Gregorii, ardorem animi & sollicitudinem ejus in vestigandis, & advocandis ex omnibus Ecclesiis, quos deinde rursus in omnes refunderet Ecclesiæ prestantissimos Ministros (1): *Quanta sedulitate Gregorius idoneos quoque ad regimen deficitarum quaesierit plebium breviter indicabo, ut tantus vir, non solum doctrinis, quin & operibus verus Paterfamilias fuisset gregis Dominicî probabiliter colligatur.* Alibi rursus auctor est Joannes undique in Episcopatus suæ Metropoleos advocaſſe Gregorium Episcopos omnes, aliquosque Clericos, qui quoconque infortunio, nullis amplius praesentis, nullis ministrarent Ecclesiis; ut illos alias ad regendas Ecclesiæ destinaret (2): *Non solum diversorum gentium diversi ordinis Clericos, verum etiam vacantes Episcopos in sua Dioceses Episcopatus invitabat.*

VI. Si tam immensa erat Gregorii caritas & providentia, tam nulla cupiditas in Episcopis, Episcopilibusque Ecclesiæ dispensandis: hinc facile intelligitur, quam procul ille esset ab ambitiosa potestatis suæ vel ostentatione, vel amplificatione, si quando aliarum dioceseon vel Parochos dabant Ecclesiæ, vel Ecclesiæ Parochis, uni seriens Ecclesiæ utilitati, nec ea quidem in re ullos sibi finens limites circumscribi. Commemorat idem Joannes, ut & idem Pontifex extraneos Presbyteros cupide præficeret suis ipsius Parochiis, Ecclesiisque (3): *Aliarum Parochialium Clericos sibi & aliis discretissimus Pontifex incardinare curabat.*

VII. Clerici ipsi bene multi, cum patrimonio, tum Beneficio destituti, ad Gregorium, ut ad parentem & provisorem omnium communem confugiebant, maxime vero Clericorum. Illos omnes qua erant multitudine, non poterat Gregorius, vel Ecclesiæ suæ sumptibus diu alere, vel Dioceses suæ Ecclesiæ adsignare vacantibus,

suis in Ecclesiis Beneficiarios defigebat, quantos poterat: reliquos cogebatur commendare Episcopis, quorum in animis tanti & tam sancti Pontificis commendationes & preces, tantum non eadem habebant auctoritatis momenta, ac leges & præcepta. Si lex enim Ecclesiæ caritas est, qui non ultra paruisserint Episcopi voci ipsius caritatis, ex ore summi Pastoris, parentisque omnium communis erumpenti? Attemperat hic verba, quibus Gregorius hortabatur Episcopum Syracusanum, ut Felici Diacono, humanis prorsus omnibus præsidis destituto, vel sedem, vel pensionem & stipendia suppeditaret (4): *Imbecillitati ejus, atque necessitatibus consulentes, maximeque intuitu prætatis, sustentationi ejus providentes, in tua Ecclesia Syracusana eum prævidimus cardinandum; sive ut officium Diaconatus expletat, seu certe ut sola ejusdem officii, pro sustentanda paupertate sua, commoda consequatur, in tua fraternitatis volumus hoc pondere judicio.* Quod hortamus, ut tua fraternitas implere festinet, &c. Ne vel nostra commendationis inveniaris tramitem neglexisse, vel minus exhibuisse, quam tuus exigit ordo pauperibus. Quia & nos ei annum quid de nostra Ecclesia dari fecimus, ut ejusdem operis quod te hortamur exhibere, participes esse possemus.

VIII. Hujus porro contextus postremis ex verbis tria elicimus, quæ non oscitantur observanda hic sint. Primum est exemplis suis ante Gregorium Episcopos alios invitare solitum, qua monitis & hortamentis; nec eorum interpellasse caritatem, nisi postquam suæ ipse Ecclesiæ ærarium exhausisset. Huic quippe Diacono suæ jam ex fundis Ecclesiæ pensionem assignaverat, cum ab Ecclesia Syracusana parem illi gratiam conciliare fatigebat. Alterum est, quamvis commendaret tantum, & hortaretur Gregorius, non potuisse tamen ferre eas preces ab Episcopis negligi: *Ne vel nostra commendationis inveniaris tramitem neglexisse.* Tertium est caritatis saltem legi parendum necessario fuisse. Si enim quod Ecclesiæ, idem pauperum patrimonium est: si Clericorum inopia præ ceteris sublevanda eo subsidio est; si non est Episcopus nisi pauperum dispensator patrimonii: qui jam poterunt Episcopi necessario stipendio, vel Beneficio deesse pauperibus Clericis, quos tam sancte illis & tam enixe commendet, & sum-

(1) L. 3. c. 12.

(2) L. 3. c. 13.

(3) L. 3. c. 19.

(4) L. 3. Ep. 14.

& summus Pontifex, & sua paupertas & Eum, ut arbitror, præ se ferunt sensum hæc verba Gregorii: *Ne minus exhibuisse videaris, quam tuus exigit ordo, pauperibus.*

IX. Adde quæ vocantur beneficia, ea tunc non erant, nisi distributiones, pensionesque certæ, quæ ita ad vittitandum sufficerent, ut non redundant. Erant hæc omnino statæ caritatis stipes, quæ pauperibus Clericis erogarentur. Non uique adeo autem invidiosum est, a Gregorio alienis in Episcopatibus Beneficia collata fuisse, cum res tota eo redire intelligitur, ut pauperibus Clericis ab eo necessaria vita subsidia conferri curaretur. *Pro sustentanda paupertate sua*, ut loquebatur ipse in causa Felicis Diaconi. Quinimmo cum ei Diacono, & Gregorius, & Syracusanus Episcopus pensionem persolverent simul & semel, ut ex Gregorio colligitur, hinc perspicis, quantulæ essent hæc pensiones, quam tenuia Beneficia.

X. Gravior urgebat necessitas ad providendum Episcopis, sede sua exturbatis, seu vastata civitate ipsa, seu quacunque demum alia calamitate. Exempla profert Joannes Diaconus. Interim autem, dum vacaret aliqua Episcopalis Ecclesia, pensiones illis assignabat Pontifex ex Ecclesijs Episcopalibus optimioribus exolvendas, vel eos transmittebat ad opulentiores Episcopos, eorum sumptu ut sustentarentur. Vide quid de his Joannes Diaconus (1): *Sed & expulsos Episcopos, quos tam cito Gregorius incardinare non poterat, vel quorum redditum ad sedes proprias contingere posse sperabat, aliis Episcopos, qui tunc videlicet in suis locis degabant, interim pro sustentatione ac stipendiis presentis vita jungebat, generaliter dicens, Fratres & Coepiscopos nostros, &c.*

XI. Ex Epistola ejusdem Gregorii aper-tum est, penes eum vetustum fuisse jus nominandi Abbatem Monasterii Neapolitani, adeo ut Episcopus ipse Neapolitanus instaret executioni mandatorum ejus, institueretque eum, quem ille misisset. Vide ut ad eum Gregorius scriberet (2): *Quia servorum Dei Pater, quem in Neapolitana civitate transmiseram, defunctus est, visum est mihi latorem presentium Barbatianum Monachum pro eorundem Monachorum gubernatione transmittere. Quæ provisionis forma nonnihil habet admirationis. Episcopum enim rogat Gregorius, non tantum ut examinet, sed*

etiam ut aliquandiu probes missum Abbatem: nec ante ordinet Abbatem, quam eo munere dignum expertus sit: *Tua sanctitas instanter circa eum invigiles, & si hunc, & caustum in regimine, & humilem in suo sensu fieri cognoverit, tunc eum ad Abbatis honorem, Deo auctore, perducat. Si vero minus in humilitate proficit, ejus ordinationem differat, mihi renunties.*

XII. Fatendum tamen nobis est, istiusmodi Beneficiorum provisioes omnes terminatas fuisse finibus Metropoleos, aut primariae Romanæ, nec expatriari solitas extra Italiam, Siciliam, insulasque alias circumpositas. Nihil ejusmodi vel in Gallia tentatum, vel in Hispania legitur, vel in Oriente. Quod enim de Presbytero Candido jam non semel diximus, quem Gregorius præficerat patrimonio Romanae Ecclesiæ per Gallias, nihil id officit nostræ huic sententiaz. Nec enim istiusmodi quidquam mandavit unquam Gregorius Episcopo ulli Galliarum, quanquam de Presbytero Gallo ageretur, cui Beneficii aliquid impertendum esset. Id ab Officiali suo voluit præstari Gregorius, & a Rectori patrimonii Pontifici, & ex Beneficiis ejusdem (3). Ut sicubi in possessionibus beati Petri Oratorium, aut locus, qui Presbytero, vel Abbe indiget, inveniri potuerit, et debeat committi, quatenus & ipse subsidiis vite presentis inveniat, &c.

XIII. De Episcopatibus a Gregorio colatis strinximus tantum aliquid. De eo ergo nunc pauci fuisus. Cum non pauci Ariminensium Civium ei suffragarentur, quem Episcopatu indignum judicabat Gregorius, rescriptum ab eo est ad Episcopum Visitatorem, ut alium curaret eligi, si esset in Clero Ariminensi, cui tuto committi posset tam divinum ministerium; alioqui eum curaret eligi, quem ei indicasset is, a quo ad eum hæc Epistola referebatur (4). Ejusdem Civitatis habitatoribus edicit, ut si in eadem Ecclesia dignum ad hoc opus invenient, in ipsis cuncti electione declinent. Alioquin presentium tibi poritor personam, de qua ei diximus, indicabit, cuius debeat fieri electione decretum. Imago hæc ergo quædam erat devolutionis ad Papam, sive ad Metropolitanum, cum diutius protrahebatur electio, vel cum indignus eligebatur, vel cum denique nullum Episcopatui gerendo parem suo sibi ex sinu suppeditare po-

(1) L. 3. c. 15. 16.

(2) L. 7. Ep. 95.

(3) L. 9. Ep. 65.

(4) L. 1. Ep. 55.

poterat Ecclesia viduata.

XIV. Increpati sunt a Gregorio Perusini, quod diutius, quam par esset, Episcopi sui electionem procrastinarent (1): *Miramur quare Ecclesiam Dei tanto tempore absque rectore conspicitis. Diurnior ergo mora, & discrimen inde gregi impendens, Gregorium certe impulissent, ut Pastorem illis ipse praeficeret: Notum est enim quod greci, si Pastoris cura defuerit, per avia gradiantur. Profitebatur id sane Gregorius, ut non interponeret se electionibus Episcoporum, sed liberis suffragiis omnia permetteret (2): Antiqua nostra deliberationis intentio est, ad fuscipienda Pastoralis Curae onera pro nullius unquam miseri persona. Sed ab hac illum sententia quandoque abducebat Ecclesia necessitas, cogebatque insinuare eorum nomina, quos Episcopali sarcinæ gerendæ magis idoneos estimaret. Cum vita abisset Episcopus Syracusanus, nec suppetret ei Ecclesia, qui digne succedere posset in hoc onus, scriptis Pontifex ad Apostolicarium suum, qui electioni præfuturus erat, si sua rogaretur sententia, videri sibi Catanensem Archidiaconum ceteris omnibus anteponendum. Sed quam caute, quam circumspecte, quam verecunde Pontifex verba omnia sua libraret in ea re, nemo satis mirari poterit (3): Si autem mea voluntas ad hanc electionem queritur, tibi secreto indico, quod volo; quia nullus mihi in eadem Ecclesia tam dignus videtur, quam Joannes Archidiaconus Catanensis Ecclesia, qui si fieri potest ut eligatur, credo quod apta valde persona inventiatur. Sed ipse quoque, prius de criminibus, qua impedire possunt, a te secreto interrogandus est. Sic ille modestissima animi suspensione nomen promebat ejus, qui sibi eligendus videretur, ceterum nihil eligentium votis & libertati derogatum a se volebat.*

XV. Cum Neapolitani Cives in Episcopum elegissent sibi Subdiaconum Ecclesiaz Romanaz, ab eaque is dignitate mirum in modum abhorret, non potuit Gregorius animum inducere suum, ut ei vim faceret. Rescriptis ergo ut alium eligerent, & si nemo esset ad manum, cui eam sarcinam imponere possent, tres ex suis Romam de-

legarent canoniam ibi electionem Neapolitani populi nomine celebraturos (4): *Sin autem aptam non invenietis, in quam possitis consentire personam, saltem tres viros rectos ac sapientes elige, quos ad hanc urbem generalitatis vice mittatis, quorum & judicio plebs tota consentiat. Forsan huc venientes, talem reperient, qui vobis Antistes irreprehensibiliter ordinetur. Ea tum facta est veluti per Compromissum electio, in qua nihil attinet dicere, quantum momenti fuerit in Pontificis voluntate, cum electio Romæ a tribus Compromissariis celebraretur. Cum seigniores autem essent Neapolitani, & moras diutius traherent, rescriptis Gregorius ad Petrum Subdiaconum Campaniaz, ut Clero ejus urbis instaret, quo duos tress ex suo Collegio Romam mitterent, a quibus de electione Episcopi tractaretur cum nobilibus quibusdam Neapolitanis, qui Romæ diverabantur (5): Duos vel tres de suis eligere, & huc ad eligendum Episcopum transmittere non omittere, &c. ut quia diversi hic nobiles civitatis Neapolitanae presentes sunt, una cum eis de Episcopali ordinatione, & tractare, & adjutore Domino deliberare possimus.*

XVI. Frequentissimum id erat, ut electores Romam ventitarent ad electionem ibi celebrandam, tum ob penuriam civium Clericorumve urbis suaz, qui gerendis Episcopalibus infulis pares essent: tum quia electio ubiubi facta, necessario a Pontifice confirmanda erat, a quo & electus erat Ordinandus. Ejusmodi necessitate Lilybetanaz in Sicilia civitatis Clerus Romam venit, & permittente Papa ac concedente Parochum ruris elegit sibi in Episcopum (6): *Lilybetana Clerus Ecclesia huc pro ordinando sibi veniens Sacerdote, licentiam eis de exquirendo sibi Episcopo nos dedisse cognoscas. Qui rapientes Decium forensem Presbyterum, sibi eum consecrari multis precibus poposcerunt; quorum petitionem necessarium duximus adimplere.*

XVII. Cunctatio Gregorii & morositas in confirmandis electionibus, quando non satis liquido constabant electis ornamenta virtutum & scientiarum necessaria, in causa erat, ut diutius aliquando vacarent Ecclesiaz.

(1) Ib. Ep. 58.

[2] L. 2. ind. II. Ep. 29.

(3) L. 4. Ep. 19.

(4) L. 2. Ep. 15.

(5) L. 2. ind. 11. Ep. 35.

(6) L. 5. Ep. 13.

184. Non tamen hinc Gregorius ansam capitabat nominandi Episcopos, quasi jure ad se devoluto. Ad id facit, quod de Episcopatu Neapolitano diximus. In quo rursum cum se Clerus, populisque in contraria Italia distractissem, neutrum ex duobus electis confirmari per Canones licuit; nec tamen Gregorius insidiatus est occasione illi, ut Episcopum ipse nominaret. Quinimmo alium mandavit eligi, qui oneri ferendo par esset (1): *Studii vestri sit alium, qui aptus sit, preparare.*

XVIII. Sed in tanta civium penuria, & post diurna cunctationum ac procratinationum tardia, fieri vix ac nec vix poterat, quin Pontifex jure ad se devoluto aliquando tandem uteretur, & Episcopum designaret. Ita liquet in Episcopatu Aprutii, qui cum jamdiu viduatus moreretur, hominum inopia qui oneri parens essent, tandem Gregorius Opportunum designavit, cuius virtutum fama ad eum pervenerat locupletissimis fulta testimoniis. Qua de re in hunc modum idem Pontifex ad Episcopum Firmanum (2): *Bene novit fraternitas tua, quam longo sit tempore Aprutium Pastorali sollicitudine destitutum. Ubi diu quefivimus quis ordinari debisset, & nequamquam potuimus invenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus suis laudatur, &c. Cesta ea erat & inevitabilis devolutio. Nec enim poterant Ecclesiae non persice tunc vacare diutius, in tanta paucitate virorum fastigio Episcopali idoneorum, & in tanta Pontificum censura non admittendi nisi idoneos. Quae cum ita se haberent, cogebatur tandem aliquando Pontifex tandem vacantes, & squallentes Ecclesias designatis a se Presulibus commendare.*

XIX. Studia eligentium ita quandoque scindebantur, ut vel ipsi Pontificem interpellarent, quo Episcopum deligeret, mitteretque. Cum fatis concessisset Maximianus Episcopus Syracusanus, a Clero & populo electus est Agathon; fuere qui & in alium quempiam suffragia sua conferrent; Nobiles Gregorium compellarunt, ut Episcopum ipse designaret. Audi quid ille ad eos rescripsit super hac hesitatione ipsorum, qui sibi diffiderent, & mallent ab ejus voluntate pendere (3): *Laudis vestra testimonium, quam direxit Epistola, electionis vos onera sapienter declinasse signifi-*

*cat. Et quoniam nostro hoc arbitrio commisisti &c. Ne tum quidem acquevit Gregorius, ut Episcopum ipse deligeret, sed Romanum mitti ad se jussit duos illos, in quos iusfragia pleraque collata fuerant, ut digniorem ex iis preponeret; aut si neuter ea esset virtutum & meritorum copia, quam Episcopatus desideraret, alium ipse subrogaret: Ut utrisque cominus contigit, ille qui Deo placuerit, & utilior visus fuerit, ordinetur.*

XX. Ad Castorium Notarium scripsit aliquando Gregorius, ut electionem maturaret, electum, vel electos ambos Romanum propere mitteret, atque una delegaret quinque Presbyteros, quinque Diaconos & inferiores Clericos aliquot: ut omnia accelerarentur. Quo patet eam fuisse Gregorii intentem (4), ut si prior electio tanquam Canonibus inimica cassaretur, alia confestim redintegraretur Roma.

XXI. Permirum vero illud est, quod tam vehementer instaret Gregorius, ne diutius vacare sinerentur Ecclesiae: quod toties contestatus sit trimestres tantum inducias a Conciliis datas ad consultandum & eligendum (5): *Sacri Canones, ut nosfi; ultra tres menses Ecclesiam pricipiunt non vacare: & quod tam raro tamen ulius sit jure deviationis, quo credibile est frequentissime illum uti potuisse. Duxi raro ulium. Ulus enim quandoque est. Cujus rei & hoc rursum exemplum profero. Aleria civitatis in Insula Corsica cives usque adeo Episcopum sibi diligere negligebant, ut gravissime illos objurgarit Gregorius, atque una Episcopum eis ipse præficerit, quem ex eversa civitate alia eo transtulit (6): Esi vos multo iam tempore sine Pastore esse Dei Ecclesiam non doletis, nos tamen de ejus regimine cogitare, & suscepti cura compellit officii, &c. Nam si gregi cura pastoris defuerit, facile laqueos insidiatoris incurrit. Ea de re quoniam Ecclesia Aleriensis Sacerdotis diu est auxilio destituta, necessarium duximus, Martinum fratrem & Coepiscopum nostrum ibidem Cardinalem constituere Sacerdotem.*

XXII. Ex hac porro exemplorum congerie emergunt lumina quædam & documenta neutiquam aspernanda. 1. Multis argumentis approbavit Gregorius, quam sincere, & quam vehementer ipse quidem abhor-

(1) L. 8. Ep. 40.

(2) L. 10. Ep. 23.

(3) L. 4. Ep. 47.

(4) L. 4. Ep. 23. L. 9. Ep. 74.

(5) L. 2. Ep. 3. 35. L. 6. Ep. 14. 39.

(6) L. 1. Ep. 79.

abhorret ab electionum implicamentis, ut iis nunquam se inseruerit, nisi inexorabilis adigeret necessitas. 2. Nunquam ipse Ecclesiis Episcopos designavit, nisi postquam supina & diurna civitatum negligentia coegerit illum non tam jure devolutionis frui, quam officio suo fungi, & Pastores gregi destituto dare. 3. Jure devolutionis non utebatur, quoties per Canones invitabatur, id est, statim post tres vacationis menses. 4. Summam semper adhibebat diligentiam, ut ne eo jure uti, eo munere fungi, Episcopos ipse designare cogeretur. 5. Dedit tamen quandoque Episcopos Ecclesiis, quæ indignos elegerant, vel quæ dignos habebant nullos, quos eligerent. 6. Tories scissis civitatum suffragiis potuisset ipse interponere auctoritatem suam, & arbitrio plenumque suo Episcopos constituere: si ea flagrasset cupiditate, a qua erat certe alienissimus. 7. Cum a paucis autem urbium Compromissaria perficiebatur electio, integrum erat Pontifici ei dominari pro sedis suæ auctoritate. Sed in ejus etiam generis electionibus incredibilis semper effusus ejus zeli paritas, & expers privatorum affectuum caritas Ecclesiæ. 8. Eam potestatem Gregorius non explicavit, nisi in Italia, Corfica, Sardinia, hoc est intra fines suæ Metropoleos. Nam jure Metropolitani plerumque confirmabantur electiones Episcoporum. 9. Ne tunc quidem Episcopos Ecclesiis ipse præposuit, cum prioris Episcopi exauctoratione vacabant. Quo tamen jure Concilium Toletanum X. ejecto Potamio, Fructuosum Episcopum Bracharense præfecit Ecclesiæ. 10. Hinc deinde illud emergit, quantumvis certum, fixumque esset Gregorio non intervenire electionibus Episcoporum, locorum tamen temporumque eas incidisse vicissitudines, quæ eum vel invitum compulerint: ut nihil jam sit quod miremur, si longo sæculorum decursu ejusmodi rerum commissuræ sibi occurserint, & ita id tandem necesse fuerit ad unius Ecclesiæ utilitatem. De eo uberrime inferius. 11. Jam inde ab anno 536. cum Agapetus Papa Constantinopolim profectus esset, & Anthimem Patriarcham Constantinopolitanum exauctorasset, ejus loco ipse met Menam subrogavit, assentiente Imperatore (1): *Anthimus videns se a sede pul-*

*Thomaf. T. IV.*

sum, &c. Tunc Papa Principis favore, Menam pro eo ordinavit Antistitem. consecrans eum in Basilica sancte Mariae. Hactenus Liberatus (2), a quo etiam narratur, ut extruso pseudo-episcopo Alexandrino, successor ei datus sit Catholicus, qui Constantinopoli a Mena ordinatus est, præstibus Apocrisiariis Romano, Antiocheno, & Hierosolymitano. Romanus Apocrisiarius erat Pelagius Diaconus, quem non multo post delegavit Imperator, ut Gaza concurreret cum Patriarchis Antiocheno, Hierosolymitano & Ephesino ad depositum Pauli Episcopi Alexandrini. Abrogato Paulo subrogatus ab illis est Zoilus (3). Quo ex Liberati testimonio emicat, quam frequenter Concilia, Pontifices, Patriarchæ ejecto Episcopo alium ipsimet sufficerent.

XXIII. Post Gregorii vero Magni tempora, Sexta Synodus Oecumenica Macarum Antiochenum Patriarcham Monotheitarum hæreseos signiferum, sede sua exturbatum Romam ablegavit cum primariis aliquibus ejusdem insaniae sectariis, eo, ut ajunt, consilio, quo Romanus Pontifex posset, si ex re videretur, humanius aliquid in eum consulere. Epiphanius quis illi in Antiochenam sedem subrogaret, non liquet mihi quidem, quanquam & aliqua hinc scintillet conjectura, quod a Conone Papa successor Epiphanio datus sit. Affirmat enim Anastasius Bibliothecarius a Conone nominatum suisse Constantimum Ecclesiæ Syracusanæ Diaconum, idque ultra consuetudinem, absque consensu Cleri. Ideo nec res processit, spemque Pontificis frustravit Constantinus (4), cuius penitissimam cordis nequitiam necdum quisquam satis exploratam habebat. Jacebat jam tum Antiochia, infidelium barbarico jugo oppressa. Itaque jam minus necesse erat ut Pontifices solliciti essent de nominando ibi Patriarcha, aut de danda opera, ut eligentur. Anno 742. novus Antiochiae electus est Patriarcha (5) annuente novo Principe Saracenorum, cuius antecessores Ecclesiam illam annis quadraginta viduam gemere coegerant. Exinde mos invaluit, ut electiones ibidem celebrarentur.

Ubi autem dixi non satis compertum esse, ecquis Antiochenæ Ecclesiæ Patriarcham præfessisset post abdicationem Mac-

A a

rii

(1) Baron. ann. 536. num. 17. 106.

(2) Cap. 20. 22.

(3) Baron. ann. 537. num. 14.

(4) Baron. ann. 686. num. 5.

(5) Baron. ann. 742. num. 2.

rii in Concilio VI. Oecumenico, non eram nescius ea ipsa in Conciliis Sessione Episcopos Clericorumque Dicaceos Antiochenos, seu Orientalis flagitasse a Judicibus Imperatoriisque Magistratibus, qui Concilio intererant, ut Imperatori suggererent, ut quamprimum Antiochenos Ecclesias novus adsignaretur Pastor: *Petimus vestram gloriam fuggerere Imperatori, alterum pro Macario ad Pontificalem sedem Antiochie prouidere, ut non sit vidua hujusmodi Sedes.* Verum iis verbis non insinuatur, nisi necessaria Imperatoris permisso ad eligendum, non autem nominatio ipsa Patriarche. Et cum Imperator ipse interpellante Concilio Macarium Romanam alegarit, ut suo Papa arbitratu de eo decerneret quid facto opus esset; simile veri est, permisum quoque Pontifici ab eo fuisse, ut Antiochenos ledi provideret, vel restituto Macario si resipiceret; vel si insanire pergeret, alio subrogato (1): *Precati sunt, ut eos ad vestram beatitudinem mitteremus; sic igitur fecimus eosque ad vos misimus vestro Paterno judicio omnem iporum causam permittentes.*

XXIV. Veri certe similiora non paulo sunt ista, quam illud devotionis jus, quod superstruere tentarunt nonnulli Epistolæ Cypriani ad Stephanum Papam, de lapsu Martini Arelatensis Episcopi in Novatianorum laqueos. Nec enim hortatur Stephanum Cyprianus, Episcopum ipse ut designet alium, sed ut ad Arelatensem Ecclesiam scribat, quo alias substituatur (2): *Dirigantur in Provinciam, & ad plebem Arelate consuentem a te littere, quibus abstento Mariano, aliis in locum ejus substituatur.*

XXV. Constat etiam, referente Hieronimo in Chronico, a Lucifero Episcopo Calaritano, dum in Oriente exularet, ordinatum fuisse Paulinum Archiepiscopum Antiochenum. Sed quanquam indubium id foret omnibus, quod mihi quidem dubium non esse abunde testatus sum Part. I. Lib. II. Cap. CXVII. num. 8. Scilicet Luciferum Legatione Romanæ Sedis tunc in Oriente perfunditum fuisse; posset satis probabiliter dici, dum flagrarent persecutionum incendia, id sibi jure quasi suo sumplisse pios quoque Episcopos, ut quomodounque possent, Ecclesias vulneribus mederentur, & tantum se posse confiderent, quantum necessitas Ecclesias, quantum sub-

veniendi caritas postularet.

XXVI. Ex Epistolis Martini Papæ I. maxime ex iis quas ad Stephanum Dorylæ Episcopum percepit, & ad Joannem Archiepiscopum Philadelphie, exempla promi posunt magis apposita & expressiora hujus jurisdictionis. Orientem Saraceni suæ substraverant potestati, ipsaque principes urbes Antiochiam & Hierosolymam. Cessaverant in Patriarchalibus Ecclesiis electiones canonice, & in Episcopatibus earum ditionis. In has Episcopales sedes intrusabant se homines ambitionis ostro perciti: nonnullas infederant ii, qui ab Episcopis Constantinopolitanis, Monothelitarum lue astatis immitti fuerant, unde & ea peitis latius in dies per Orientem grassabatur. Ut serpenti huic pesti occurseret Martinus Papa, suæ Sedis Legationem commendavit duobus illis Episcopis, ad quos & Litteras supra laudatas percepit. En ut scriberet ad Joannem Archiepiscopum Philadelphie de potestate prius a se data Stephano Episcopo Dorylæ, omnibus Ecclesiis, ubi necesse esset, Episcopos & Clericos ordinandi: *Præcepta demandate vicis Apostolice hujus Cathedrae, quibus jussus est electiones ibi facere eorum, qui ad curam Christianissimi populi eligendi sunt.* En rursus qua potestate muniat Joannem ipsum Archiepiscopum Philadelphie: *Ea qua defunt corrigas, & constituas per omnium civitatum Ecclesiias, que sedi, tam Hierosolymitanæ, quam Antiochene subsunt Episcopos & Presbyteros, & Diaconos. Hoc tibi omni modo facere præcipientibus nobis, ex auctoritate Apostolica, que data est nobis a Domino, per Petrum sanctissimum & Princem Apostolorum.*

XXVII. Apertissimum hic habes expressissimumque jus devotionis, quo Papa Episcopos, Presbyteros, Diaconos designat, ordinatque Ecclesias Patriarchatus Antiocheni & Hierosolymitani. Sed incredibilis tum erat temporum difficultas: cum hinc Barbararum colluvio gentium Ecclesiæ omnes evastasset, Pastoribus vel obtruncatis, vel in fugam datis: & hinc rursus imperium facerent in vacantes istas Ecclesiæ, Monotheliteæ fætæ lupi potius quam Pastores, a Praesulibus Constantinopolitanis eo incitati. In ejusmodi temporum importunitate nemo ambigit, quin Episcopi Catholicæ omnes, maxime autem circumpositi, pos-

(1) Ib. Sess. 18.

(2) Ep. 67.

possint, debeatque laboranti Ecclesie ferre suppeditas, & Pastores orthodoxos suppeditare. Quo ita fixo & stabilito, multo amplior certiorque potestas vindicanda est Petri successoribus, cui speciali quodam jure & privilegio Christus universalem commendavit Ecclesiam suam. Non tacuit Martinus temporis angustias, quae illum ad hæc impellerent: *Propter angustias temporis nostri & pressuram gentium, ne usque in finem in illis partibus deficiat sacerdotalis Ordo.*

XXVIII. Eandem usurpaverunt libertatem Patriarchæ Constantinopolitani, ut designarent, ordinarentque Patriarchas & Episcopos in Ecclesiis omnes earum Provinciarum, quas Saraceni perpopulati essent. Hi Patriarchæ & Episcopi ita ordinati ævum omne plerunque iuum Constantiopolis degebant: ut docet Eutychius Patriarcha Alexandrinus in Chronico suo Alexandrino. Titulares hi erant Episcopi, quos nec improbasset Martinus Papa sanctissimus, si Monothelitarum vesania non laborassent.

XXIX. Devolutionis jure hujusmodi murum prorsus est, quod tam raro usi fuerint Pontifices, cum florescere illud videatur ex omnibus dignitatibus superioribus, maxime vero ex omnium supra; cum ad eas necesse sit revolvi, & quasi refundi potestatem omnem, qua fungi cessant, negliguntque inferiores. Desperandum enim est de Republicæ salute, si quas muneras sui partes ac potestatis negligit inferior, eas superior non impleat, exeratque. Quin & huic iuri auctoritas ex Justiniani legibus conciliabatur. Edicit enim ille in Novellis, ut nisi intra sextum vacantis Ecclesiæ Episcopalis mensem fiat electio, is qui jure fruitur consecrationis, nominet Episcopum ipse, ordinetque (1): *Si vero qui debent Episcopum eligere, ipsa decreta intra sex menses non faciant, tunc periculo proprie animæ, ille quem-competit ordinare, Episcopum ordinet.*

## C A P U T XLII. P.3.l.2.c.9.

An nominaret Papa ad aliqua aliarum Dioceſeon Beneficia tempore Caroli Magni, ejusque Regiae stirpis?

I. Hadrianus ea maxime gloria & laude delectabatur, quod Episcoporum electionibus se non infereret.

II. Hadrianus II. Episcopum Colonensem eligere voluit, quod ejus predecessorum ipse depositisset.

III. Donatur Romano Pontifici Abbatia sancti Dionysii juxta Lutetiam.

IV. Varia exempla Episcopatum a Romane Pontifice concessorum, aut potius electis confirmatorum.

V. Ampliori potestate in Italia utebantur Pontifices.

VI. De Genevensi Episcopo, quem ordinavit Papa.

VII. De iis qui ex ultimis orbis oris Romanam adproperabant, ut a Pontifice ordinarentur.

VIII. Decreta Concilii Triburiensis circa provisiones Beneficiorum que Rome imperabantur.

I. **R**aro interponebatur Romani Pontificis auctoritas ad provisiones Beneficiorum in aliorum Episcoporum Ecclesiis, saeculo VIII. IX. X. regnante vel imperante Caroli Magni stirpe. Profitebatur Carolo Magno Hadrianus I. Litteris ad eum datis, ante exemplo se illi, quam consilio & precepto preisse, ut nunquam Episcopalibus electionibus interfereret se; sed contentus esset ei suffrazari, quem canonica electio testaretur merito & pietate ceteris præpollere (2): *Quia nunquam nos in qualibet electione invenimus, nec inventire habemus; sed neque vestram Excellentiam optamus talem rem incumbere. Sed qualis a Clero & plebe, cunctoque populo electus canonice fuerit, & nihil sit quod sacro obfit Ordini, solita traditione illum ordinamus. Episcopum ordinavit Hadrianus a Carolo Magno exoratus, sed non eum ipse elegerat (3): Per Petrum, quem*

A a 2 C a-

(1) Novell. 123. cap. 1.

(2) Conc. Gall. Tom. 2. pag. 96.

(3) Ibid. pag. 205. Tom. 3. pag. 341.

**Caroli mandato Episcopum ordinarat.** Docebat Nicolaus Papa in Epistola ad Carolum Calvum data, fundos proventusque fuisse Romanæ Ecclesiæ in Galliis. Si essent in eis fundis Ecclesiæ, earum Patronatus penes Sedem Apostolicam erat & nominatio Beneficiorum. Sed ne has quidem ab Episcopi Dioecesani potestate immunes fuisse ullo certo conitare potest argumento.

**II. At vero Hadrianus II. Coloniensis Episcopi nominationem ad se pertinere contendebat, quod præcessor Episcopus canonico iudicio ab Apostolica Sede dejectus fuisset.** Ludovicus Germania Rex vehementer dissentiebat, unde & ipsum querelis suis Pontifex de novo subrogato Episcopo in hunc modum interpellavit (1): *Miramur propterea gloriam vestram in preficiendo Episcopo Agrippinae Colonie tam indiscretè præbuisse consensum; cum evidenter sciret, quod Apostolica Sedis iudicio, atque consilii ibidem debuerit ordinari Antistes, cuius censura nuper fuerat eadem Ecclesia suo privata Rector. Denique professus est se novo Episcopo confirmationis beneficium denegatum, donec se Romanæ Synodo præsentem ititerit, & ab ea examinatus fuerit: Praefatam quippe ordinacionem nec confirmamus, nec ratam habere decernimus, donec, &c.* Duobus aut tribus ante annis præceperat Nicolaus Papa, ut Coloniensis Clerus alium deligeret Episcopum (2): *Canonice a filiis & de filiis jam nominatarum Ecclesiæ eleæti, ab his qui earumdem Ecclesiæ Antistes soliti sunt consecrare, regulariter ordinarentur.* Sed longe alia rei facies erat, postquam statuerat Hadrianus II. Guntharii, qui depositus fuerat, causam & judicium instaurare.

**III. Joannes VIII. Papa in Concilio Tricassino Abbatiam sancti Dionysii a Carolo Calvo Imperatore Romanæ Ecclesiæ datam fuisse contendebat.** Sed cum nullis potuisset certis ea donatio probari argumentis, res successu caruit (3): *Quod argumentum sicut factio, & non ratio imperfectum remansit.* Aimoinus hujus narratiunculæ auctor, tradit in eodem Concilio perfecisse Pontificem, ut Hedenulphus Laudunensis Episcopus admitteretur, quem ipse ordinari curaverat in locum Hincmari: *Dixit Papa*

*Joannes, ut Hedenulphus, sua auctoritate ordinatus Episcopus, sedem suam teneret, & Episcopale ministerium ageret, &c.* Verum Hedenulphus electus fuerat a Clero & populo Laudunensi, ut liquet ex Decreto electionis, quod transmiserunt ad Hincmarum Remensem Archiepiscopum, *Hedenulphum Ecclesiæ nostra filium elegimus* (4). Non aliud ergo Papa, quam in locum Hincmari Laudunensis alium ordinari permisera Episcopum.

**IV. Nec alia ratio est Hieronymi Episcopi Lausanensis, quem idem Joannes VIII. commendavit Carolo Crasso Regi, tanquam Apostolicae Sedis auctoritate ordinatum (5):** *Iam dictum Episcopatum Lausannensem, sibi divinitus concessum, nostraque Apostolica etiam auctoritate commissum, sub omni integritate recipere, habereque permittatis.* At non multo post fatetur ipse Pontifex electum hunc fuisse servata Canonum norma, & ab iis ordinatum, quos proprius delegaverat Metropolitanus: *Nam regulariter illum electum, & proprio Archiepiscopo causa infirmatis præbente consensum, & Episcopos consecratores illius, litteris quas nobis ostendit rogante, consecratum fuisse jam dicta Ecclesiæ Episcopum, incunctanter agnoscimus.* Præpotentior ergo tantum cunctio his verbis declaratur (6): *Episcopatum nostra Apostolica auctoritate commissum, largitum &c.* quod rursus declaratur ex eo quod spondeat Pontifex nunquam se electioni alteri consensurum. Non quod ad omnes Episcoporum electiones Pontificius desideraretur consensus. Sed quod ubi partium & suffragiorum divisio & altercatio erat, ad Pontificem persæpe res referretur, & tum certe ea impendebatur summa Sedi reverentia, ut præter ejus voluntatem nil molirentur.

Cum de Episcopatu Tungrensi, seu Leodiensi Hilduinus & Richerius decertarent (7), flagrante ea contentione, Joannes X. administrationem ejus mandavit Archiepiscopo Coloniensi, quem & insimulavit, quod electioni quam confirmasset Rex Carolus Simplex, non esset suffragatus: cum ex adverso electio Hilduni Patrocinio nitetur Gisleberti, quem Lotharingi sibi Ducem creaverant, excusso Caroli Simplicis Regis imperio (8). Romam conceperunt com-

(1) Ann. 890. Ep. 21.

(2) Ep. 55.

(3) L. 5. cap. 37.

(4) Conc. Gall. T. 3. p. 437.

(5) Ep. 143.

(6) Ep. 244. 245.

(7) Richerii.

[8] Flod. Chr. Ann. 920. 922.

competitores, ubi Richerius a Papa ordinatus, Hilduinus autem excommunicatione innodatus est, ut auctor est Flodoardus in Chronicō (1).

Nec lites tantum, sed & necessariae dissensiones in causa frequentissime erant, ut Romam confugerent partes & electi, seque Papæ judicio subjicerent. Abdicatus fuerat in Concilio Sueslionensi II. Vulfa-dus, quod ab Ebbone Remensi Archiepiscopo ordinatus fuisset. Causa in Concilio Sueslionensi III. redintegrata, ejusque restitutio Pontifici reservata est (2). Tum Carolus Calvus eum Bituricensis Ecclesia Archiepiscopum eligi fecit, confirmationemque a Romano Pontifice postulavit, ut anteverteter eas tumultuosas factiones quæ reformidabantur, si ejus restitutio & confirmatio a Synodo expectaretur: Sed quia nondum in futura Synodo causa sue restitutio definita erat, noluimus, antequam vos consulteremus, ullo modo illum praedictæ Ecclesie præponere.

Actardus Nannetensis Episcopus, referente Flodoardo (3), Ecclesia sua ejectus cum fuisset a Normannis, qui eam funditus diruerant, Turonensis Provincie Episcopos, Clerumque, & populum Turonensem invitavit Pontifex, ut eum hujus civitatis Archiepiscopum eligerent; quod & praestitum ab eis est, sollicitato Hincmaro ad consensum Regis elicendum: *Intimus Regi quod Episcopi ejusdem Provincia, Clerus quoque, & plebs ipsius Ecclesie, invitati auctoritate Apostolica Sedis, Actardum sibi velint donari Episcopum.* Litteræ quoque Caroli Calvi Regis sicut & Hadriani II. id produnt (4), expetisse Regem ipsum translationem Actardi, concessumque fuisse a Pontifice, ut Turonum transferretur.

V. Facillime assentientur omnes, Italiz Ecclesiæ reverentius assurrexisse Pontificibus, si quid illi molirentur in Episcoporum electionibus, vel translationibus. Cum Faventina vacaret Ecclesia, ad eum Episcopatum Joannes VIII. evexit ejusdem Archidiaconum: rescriptisque ad Archiepiscopum Ravennatem, ut illum incunctanter ordinaret. Pontificiaz Epistola verba summa manifeste præferunt auctoritatem (5). *Defuncto Ecclesie Faventina Episcopo, pre-*

*vidimus hunc Dominum venerabilem Archidiaconum, sedis ipsius honore Episcopali dignum existere. Hoc auctoritatis nostra statuto praesenti, dilectioni tuae precipemus, ut absque omni mora, vel protelatione, eundem Archidiaconum studeas, secundum morem, Episcopum consecrare.* Cum vero Romanus nomine Archiepiscopus Ravennas præter mandatum Pontificis Parochum Dioceles Faventia Episcopum Faventia ordinasset, illum ad Romanam Synodum cum ordinato Episcopo citavit Pontifex, qui hunc interim functionibus Episcopalibus penitus suspenderat. En ut ad eum scribat de ejus promotione: *Audientes te esse quasi ad Episcopalem honorem a Romano Ravennati Archiepiscopo, sine nostri Pontificis auctoritate, seu licentia, & absque Canonice institutionis regula enormiter promotum, &c.*

VI. Consecratus est ab eodem Pontifice Optandus Episcopus Genevensis, a Clero & populo electus; quod nimis eam Ordinationem malitiose procrastinaret Metropolitanus Viennensis, propter suam cum Bolo confederationem, hoste insensimmo Caroli Crassi Imperatoris, qui Optando patrocinabatur, instabatque Pontifici, ne ejus consecrationem retardari pateretur. Archiepiscopus Viennensis eo erupit audacia, ut ordinatum a Pontifice Episcopum in carcerem compingeret, & alterum ipse ordinaret (6). Pontifex excommunicationis fulmen interminatus iussit, ut Optandum in Genevensem Episcopatum restitueret, ipse quamprimum Romanam ad Synodum pergeret, facinus hoc suum purgaturus.

VII. Ab ultimis usque Orbis Christiani oris Romanam ventitabant multi, pio concitati desiderio, ut a Petri successore, tanquam a Petro ipso ordinarentur. Sed & hos consentaneum est ut credamus a Clero populoque proprio electos prius fuisse Episcopos, sicut de Oprando Genevensi ostendimus. De Episcopis autem Romanam confluentibus ut Episcopatus gratiam ab ipso Episcopatus vertice, & a Petro magis, quam Petri successore consequerentur, luculentè differit Auxilius in hæc verba (7): *Quid de longinquis terrarum spatiis permille, ut ita dicam discrimina, tremebundi ad Apostolicam Sedem profecti sunt, & sacram*

(1) Conc. Gal. T. 3. p. 576.

(2) Ibidem p. 614.

(3) Flodoard. L. 3. c. 21.

(4) Con. Gall. T. 3. p. 362. 365.

(5) Epist. 171. 174. 175.

(6) Ep. 281. 292.

(7) L. 1. c. 29. L. 2. c. 1.

sacram ordinationem, ut moris est, magis ab Apostolo Petro, quam ab ejus Vicario suscepunt. Et infra: Mibi qui de longinquis terrarum spatiis ad Apostolorum limine profectus sum, & sacram ordinationem ut moris est, magis ab Apostolo Petro, quam ad ejus Vicario suscepit.

Illud quoque observari par est, agere Auxilium de his qui Romam convolabant ex omnibus Orbis partibus, ut ordinarentur a Pontifice, nec significare, Episcopi essent, an Presbyteri, Diaconique, an Minorum Ordinum. Itaque probabilius est omnium promiscue Ordinum fuisse. Nec negat Auxilius venisse eos cum Episcopi proprii Dimissoriis litteris. Cum id vero tam instanter jubeant Canones, credere par est ita factitatum fuisse. Nisi ex adverso prætendat quis, ut Constantinopolitani & Carthaginenses Episcopi id suo quasi jure sibi sumebant, ut aliarum Ecclesiarum Clericos in Ecclesia sua retinerent illigantque: Pontificem Romanum eodem hic jure usum facisse. Verum ingenue fatendum est, eos de quibus hic agitur nequam Ecclesiaz Romanaz obsequiis defigendos, dicandosque deinceps fuisse.

VIII. Non satis video, an ad Provisionses Beneficiorum referri possit, quod habetur in Canone Concilii Triburiensis, ubi profitentur Episcopi, ut durum sit jugum, quod a Sede Apostolica imponetur, modice se & æquo animo id laturos, memores nimirum Petri, cuius Ecclesia parens est & magistra ceterarum omnium (1): In memoriam beati Petri Apostoli, honoremus sanctam Romanam & Apostolicam Sedem, ut quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra Ecclesiastice rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur jugum seramus & pia devotione toleremus. At si Presbyteri vel Diaconi Roma redeentes fallaces falsaque litteras deferant, quæ paci & disciplina obstrepat Ecclesiarum: eos Episcopi comprehendendi & custodiri curabunt, donec vel per Epistolam, vel per nuntios quos libet relicerint a Pontifice, qua eos poena multari velit: Si vero quilibet, sive Presbyter, sive Diaconus aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab Apostolico detulisse Epistolam, vel aliud quid, quod

inde non convenerit; salva fide & integra circa Apostolicum humilitatem, penes Episcopum sit potestas utrum eum in carcерem, aut in aliam detrudat custodiam, usquequo per Epistolam, aut per aliquos sue partis legatos, Apostolicam interpellat sublimitatem, ut potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus justo ordine lex Romana statuat definiere, ut & is corrigatur, & ceteris modis imponatur. Rescripta Romanæ Sedis tam frequentia jam tum erant, ut & frequentes jam essent eorum adulteratores.

De mandatis, Reservationibus, Expectativis Beneficiorum, quæ toto terrarum Orbe Pontifex contulit post annum Christi millesimum.

#### C A P U T XLIII. P.4.l.2.c.10.

De initio & progressu Juris, vel Exercitii Juris Summorum Pontificum in Beneficia Diceceion aliarum. De Mandatis eorum, Reservationibus & Expectativis, usque ad annum Christi millesimum trecentesimum.

I. Istiusmodi jura necdum ad usum vocata erant sub Gregorio VII. Quæ illi donarit Comes Provincia.

II. Hadrianus IV. primus omnium videtur orasse, petuisse, tandem & præcepisse Ordinariis, ut Beneficia iis quos commendabat, pauperibus & bene de Ecclesia meritis conferrent. Reges ipsi Principesque Pontificem ad id instimulabant.

III. Alexander III. eo exemplo usus, preribus mandata miscuit, Optimatibus & viris quibusdam sanctissimis sollicitantibus.

IV. Vacaturas conferebant Prebendas, reservabant, & expectativas dabant.

V. Pius & doctus cum primis vir Lucium Papam urgebat, ut imperaret, nec solis preribus ageret.

VI. Varia observantur in hanc disciplinam, quæ eo collimabant, ut haberent pauperes Clerici, nec ignavi, sed pii & literati, quo vitam tolerarent.

VII. Augescit hec Pontifica potestas, ut que

(1) Can. 30.

que ei in Anglia & Gallia resistatur.

VIII. Patroni laici immunitatem adipsuntur.

IX. Rursum repugnatur. Querela gravissima Anglorum de Italib[us], qui occupaverant Anglia Beneficia omnia redditusque sacros.

X. Aliis in Regnis quo loco res essent?

XI. De Pragmatica sancti Ludovici.

XII. Philippus Pulcher repugnat Mandatis Bonifacii VIII. a quo vicijim oppugnantur Collationes Beneficiorum Regie. Quid Clemens V.?

I. Demonstrata illustrataque ea, quam antiquissimam & universalem obtinebant Episcopi potestatem, conferendi omnia omnino Dioecesos quisque suæ Beneficia: defleximus ad ejus potestatis varias subinde factas coactationes, per Patronos, per Collatores, maxime autem per Summos Pontifices. Hærendum in his hic diutius nobis est, & ordiendum a Gregorio VII. qui illud quidem inter jura recensuit primæ Sedi, ut Abbatias novas creare possit, opulentiorem Episcopatum in duos partiri, tenuiores duos in unum conflare: sed ne verbum quidem fecit ullum, de facultate conferendi omnia ubique Beneficia: nisi id his ejus verbis exculpere velis (1): *Quod de omni Ecclesia quemcumque voluerit Clericum, valeat ordinare.* Sed aliojam sensu, eoque germano hæc Gregorii interpretati sumus verba, quibus una innuitur Papæ auctoritas, ad transferendos in Ecclesiam Romanam quoscunque aliarum Provinciarum Clericos.

Bertrandus quidem Provinciæ Comes, cum huic Pontifici subjecisset ditionem suam omnem, ejusque successoribus, disponendas illi simul permisit Ecclesiæ suas omnes (2): *Ecclesiæ omnes, que in mea potestate sunt, domino Gregorio Papa omnino dimitti, & omnibus successoribus suis; & ad ordinandum eas iuste & secundum Deum pro posse meo fideliter adjuvabo.* Sed non facile aduci possum ut existimem eam Comitis hujus animo insedisse voluntatem, ut Episcoporum suorum legitimam potestatem frangeret & enervaret: atque ut id largiamur eum voluisse, privata hæc fuerit concessio, quæ Provinciæ finibus arctaretur, nec ad alias orbis Christiani Provincias manare posset. Quin & simile veri est has Ecclesiæ non fuisse nisi Cathedrales, qua-

rum investituras a se prius usurpatas hic in Gregorii manus resignarit.

II. Primus omnium Hadrianus IV. qui Sedis Apostolicæ culmen adiit anno 1154. postulasse videtur ab Episcopis & Capitulis Præbendas, vel Dignitates quasdam, quibus privatos de Ecclesia bene meritos impartiret. Hugo Cancellarius Franciæ Archidiaconus major Ecclesiæ Atrebatensis designatus ab Episcopo eiusdem urbis, ab Hadriano dignitatis sibi collatae confirmationem accepit (3). Cum Episcopus & Capitulum Ecclesiæ Parisiensis eidem Cancellario Præbendam contulissent, eam collationem confirmavit Papa, rescriptisque, ut quo ille cunque loco esset, his reditibus potiretur. Expresserat Episcopus Atrebatensis a Cancellario sacramentum, eo ipso tempore, quo ei Archidiaconatum contulerat, ut simil atque admoneretur Cancellariam abdicare, abdicaret: eo sacramento eum Pontifex absolvit. Prope a vero abest ab ipso Cancellario, vel Rege sollicitatum ad hæc omnia impulsumque fuisse Pontificem, quæ minus usitata hactenus fuerant, & quæ viam illi complanarunt, ut Canonicatum, aut Dignitatem postea peteret ipse a Capitulo eodem Parisiensi, qua idem Cancellarius donaretur. His sane ille ea de re verbis ad Episcopum Parisiensem scriptis: *Fraternitatem tuam pro his qui nobis cari sunt rogare non dubitamus, &c.* Cancellarius Regis Franciæ Romana Ecclesiæ & nobis quantum devotus sit & fidelis, prudentiam tuam non credimus ignorare. Inde est quod iltum fraternitati tua duximus plurimum commendandum, rogantes attentius, quatenus pr[et]r. B. Petri & nostrorum reverentia litterarum, primum personarum vel honorem, qui in tua vacabit Ecclesia, ei concedas, ut & ipse nostras sibi preces sentiat fructuosas, & nos de nostris runa precum admissione gratiarum tibi exalvere debeamus actiones. Perspicuum est commendatitudinem eam fuisse tantum Epistolam & precem, quam Cancellarius, quam forsitan Rex ipse a Pontifice expressisset, aliqui propenso ad Regi & Cancellario gratificandum, cum nihil minor esset propensio Parisiensis Episcopi, ut gratiam simul & a Pontifice iniret, & a Rege, atque a Cancellario.

Acerbiores idem Pontifex Litteras dedit ad Capitulum Aurelianensis Ecclesiæ, a quo

(1) Dictatus Greg. VII.

(2) L. 9. Ep. 12.

[3] Ep. 10. 21. 22.

quo repugnat fuit dispensationi resistentia eidem Cancellario concessa, propter Præbendam, quam in eodem Aurelianensi Capitulo obtinebat (1). Ex alia ejusdem Pontificis Epistola ad eundem Cancellarium data liquet eundem Cancellarium felicissime insudasse paci inter Franciæ, Angliaque Reges stabilendæ, atque ita non immerito Pontificem, Regemque, Ecclesiam & Regnum consiprassæ ad honores vicissim novos in illum congerendos.

Mitias facio reliquas eiusdem Pontificis Litteras, eo pertinentes, ut collatorum sibi Beneficiorum pacificam possessionem nancisceretur Cancellarius. Venio ad eam, quæ jam non commendationes, non preces, sed mandatum præferret, quæ preces imperio misceret. Ante forsan Parisiensis Episcopus vivere defierat, quam implere posset, quod expetitum a Papa fuerat, nimurum quod nulla vacasset Præbenda. Cum vacasset ergo Præpositura, eam a Pontifice sibi flagitari pervicit Cancellarius, & quidem verbis tanto expressioribus, quod ad Capitulum jam scriebatur (2): *Universitati vestre præcipiendo per Apostolica scripta mandamus, & mandando precipimus, quatenus preposituram, que in Parisensi Ecclesia, & domos que in clauistro ejusdem Ecclesie de hinc primum vacaverint, ei cedatis, &c.*

III. Exinde quæ preces Pontificum, præcepta etiam fuere; nec aliis est rerum humanarum cursus utilissimus; nec aliter se summa per varias temporum vices Principum potestas explicat. Illud certe fateri cogimur, non amplificatam tantum fuisse auctoritatem Apostolicae Sedis, his seu precibus, seu mandatis: sed & Episcoporum utilitatibus, privatorumque hominum eruditio & pietatis gloria insigniorum commodis consultum fuisse. Ab Abbe sancti Remigii Alexander III. Præbendam postulavit, pro eo qui & eruditione & ipsius Abbatis gratia floreret (3): *Viris litteratis atque devotis tanto propensius providere tenemur, &c. Attendentes devotionem quam circa te gerit, &c. Ipsum commendamus, rogantes & rogando mandantes, quatenus pro reverentia B. Petri & nostra, & intuitu devotionis ac litterature, &c. Curæ erat huic Pontifici, ut egentibus Clericis,*

& qui bene mereri de Ecclesia possent, necessaria vita subsidia Ecclesiasticis Beneficiis compararet: *Pastoralis sollicitudo nos admonet, pro viris Ecclesiasticis, & presserum pro his qui nullum habent Ecclesiasticum Beneficium, & sunt bona opinione & fama, sollicitos existere, &c. Rogantes attentius, monentes atque mandantes, quatenus, &c.* Diurna Imperatoris & Antipapa Victoriae infestatio hunc Pontificem compulerat, ut in Gallias confugeret; ubi a Rege Ludovico VII. flagitavit Carnotensem Archidiaconatum, quo Clericum remuneraret, fugæ & calamitatis lugescium. Cum Rex non statim annuisset, rursus illum Pontifex per Litteras interpellavit, ubi preces & monita tantum (4): *Rogantes attentius & monentes, &c. Apparet Regem Pontificis precibus cessisse tandem, cum & ipse ad ejus auctoritatem confugerit, ut Præbendam Ecclesie Parisiensis nepoti Maldensis Episcopi impetraret. Hæc enim verba Pontificis Epistola ad Capitulum Parisiense (5): Precibus illustris Francorum Regis, Regine quoque, & aliarum magnarum personarum induiti, universitatem vestram per Apostolica scripta monemus, mandamus atque precipimus, quatenus &c.*

Joannes Salisberiensis Episcopum Vorstrensem Litteris urgebat, ut viro multis præclaro virtutibus Præbendam conferret, quod ita cuperent Pontifex, Rex & Regina. Nec dubitavit Joannes tum affirmare, preces Pontificias vim habere præcepti (6): *Summi Pontificis voluntas decretum est. Hanc ille scripsisse videtur Epistolam alicuius Prælati nomine, sicut & illam, qua Cantuariensis Archiepiscopus monet Alexandrum III. Papam, paruisse se ejus mandato de Præbenda, sed Episcopum Londonensem restitare adhuc, & Pontificis esse jam, ut dignitati suæ suarumque precum consulat (7): Vos honorem vestram servabitis. Testatum facit hic idem Scriptor, Regem Angliæ liberam eidem Pontifici dimittere voluisse provisionem omnium Angliæ Beneficiorum, si modo animum induceret ad exauctorationem Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis (8): Concedens, ut tam in Ecclesia Cantuariensi, quam in aliis va- canibus in Anglia Pastores ordinaret ad libitum.*

Agit

(1) Ep. 14. Ep. 20.

(2) Ep. 24.

(3) Append. 1. Ep. 7. 44.

(4) Append. 2. Ep. 96.

(5) Ibid. Epist. 107.

(6) Ep. 23.

(7) Ep. 36.

(8) Ep. 271.

Agit Petrus Cluniacensis Abbas de Præbendis, quas Tricassinus Episcopus contulerat, aut conferre debuerat Clericis quibusdam, & Abbatia ipsi Cluniacensi hujus Pape precibus & precepto (1). Declarat hujus Pontificis Decretalis Cap. Cum teneamur, *De Præbendis*, mandatis suis tum posse non obtemperari, cum ii qui ea impetrarint, alia obtinent Beneficia, de quibus non meminere mandata. Ratio in promptu, quod horum scopus is esset mandatorum, ut mendicitati Clerici subducerentur.

IV. Indiscriminatum vero dabantur hæc mandata ad Præbendas, quæ vel tunc vacarent, vel vacaturæ primum essent. Aliud erat & mandati genus, ut auctor idoneus esset Stephanus Tornacensis, quo ipsum nempe Alexander III. compellebat ad alienum Clericum, & postea ad certam pecuniaæ pensionem. Quin & Pontificem idem submonebat, hoc ipsos quoque sibi sumere Cardinales Romanos, ut Clericos aliquos sibi alendos commendarent (2): *Sciat Paternitas vestra, nos in quibusdam Clericis exhibendis per aliquos dominos meos Cardinales consimilia onera sustinere.*

V. Sed ex iisdem Stephani Tornacensis Epistolis illud ante cetera observandum venit, quod quanquam mandata hæc Pontificum jam vim sibi induissent præceptorum, non tamen illis semper omnes morem gesserint. Ideo & Stephanus ipse vehementius instare coepit Lucio Papæ, ut ne diutius inultam ferret contumaciam Capituli sancti Aniani Aurelianensis, quod nondum paruerat ejus, immo & prædecessoris ejus Alexandri mandato, quo consulebatur Subdiacono, qui etsi pietate & doctrina non mediocri esset, & patrimonio & Beneficio destitutus languebat. Et expediri hoc Apostolicum mandatum in gratiam Subdiaconi prius curaverat Stephanus, & idem valide urgebat, ut executioni mandaretur (3): *Scripsit pro eo Alexander, scripsisti & vos, primo & secundo. Sed neque preces, neque præceptum vestrum, quamvis tres Præbenda vacarent, voluerunt audire. Absit, Pater, ut inanes sint preces vestre, contemptibilis auctoritas, elusorium præceptum, & nunc demum tanta si placet virtute intonet super eos majestas vestra, ut Thomas. Tom. IV.*

qui blanditiis juvari non potuerunt, imperio discent vinci. Nec multum laborandum fuit Stephano, ut perfuaderet quod volebat. Quin & suscepit ipse in se executionem alterius Pontificii mandati ad Episcopum Aurelianensem, ut Præbenda ejus Ecclesiæ adsignaret Amanuensi Pontificis ipsius, oriundo ex ipsa Aurelianensi Dicæsceli, cum expresso mandato irritandi collationes omnes Præbendarum ab eodem Episcopo faciendas, donec mandato morem gessisset (4): *Et si quam Episcopus fecisset vel facturus esset de nondum vacante Præbenda promissionem, concessionem vel investituram, totum auctoritate domini Pape irritum esse & fore denuntiavi. Cessit tandem Episcopus tantæ auctoritatis ponderi, non sine offendiculo Canonicorum, propter Archipresbyterum, cui pecuniariam adsignaverant pensionem, dum vacaret Præbenda.*

Cum rufsum idem Stephanus executor designatus esset a Pontifice una cum Archiepiscopo Remensi, Mandati cujusdam ad Capitulum Sanctæ Crucis Aurelianensis, in favorem Clerici Aurelianensis, rerum necessiarum penuria graviter labrantis, statim ad Capitulum Aurelianense, rem esse, prescrivit, plenam periculi, Pontifici non morigerari (5): *Tanto Patri non parere, perire est: non obedire, obire: si illi differrent, Archiepiscopum executioni mandatarum præcepta Pontificis: Si desideres apparueritis, implebit non minus celerriter, quam potenter: satius esse denique violentem flecti, & parere, quam invitum frangi, cogique: Acceptius est spontaneum beneficium, quam involuntarium; gratuum, quam extortum.*

Innocentii III. declarat Epistola quadam Episcopum Parisiensem sua sponte Præbendam Ecclesiæ suæ sepoluisse & servasse, ut illam illi offerret, cuiquam propinquorum ejus conferendam. Quod Pontifici gratissimum fuit (6): *Præbendam vacantem reservasti, cuicunque vellemus conferendam, habiturus gratissimum, si alisci de sanguine nostro, &c. Alibi vero rurius idem Pontifex discernit tria litterarum seu mandatorum genera (7), ad collationem Beneficiorum spectantia. Prima erant Mandata, ut cuiquam provideretur. His succedebant*

B b

ite-

(1) L. 2. Ep. 33. 34.

(2) Ep. 67.

(3) Ep. 109.

(4) Ep. 112.

(5) Ep. 131.

(6) Regest. 13. Ep. 130.

(7) Regest. 15. Ep. 95.

iteratae Monitiones. Tertio tandem loco expediebantur Executoriae, quibus delegabantur, qui executionem urgerent, vel rem exequerentur ipsi.

VI. Ita gradatim ex precibus ad praecipita ventum est, & repugnasse, contumacia imputabatur: denique delegati sunt Executores, qui cessantibus Collatoribus, Beneficia ipsi conferrent. At vero 1. quidem id fiebat interpellatione & instigatione Francorum ipsorum, Regum, Principum, Episcoporum, Abbatum, virorum sanctitatis laude clarorum, qui Pontifices iplos ad hæc stimulabant. 2. Tanto clementiores esse nos in his decet, quod totum fiebat in gratiam Francorum ipsorum civium, & plerunque Diocesanorum, quibus & merita suffragabantur, & obsequia Ecclesie præstata, & demum luculentissima omnium suffragatrix paupertas.

Quæ eadem observari par est in Litteris Innocentii III. nempe ipsius permagno Ecclesiae intereat, ut Clericis consultum sit, quorum illa mater est, & quorum obsequis culta fuit, cum tamen illis non sit, quo vitam tolerent (1): *Cum redditus sufficientes non habeat*. Illud enim Romanis Pontificibus fixum & solempne erat, non commendare, nisi qui patrimonii inopes essent & Beneficii (2): *Cum necessitatibus pauperum Clericorum, qui nullum sunt Ecclesiasticorum Beneficiorum consecuti, Sedes Apostolica duxerit succurrendum*. Quæ in Mandatis exprimi receptissimum erat (3), *Sicut ibidem exprimi consuevit*. Quin in ipsas Orientis Ecclesias eandem sibi idem Pontifex licentiam usurpavit, ut Executores mitteret, juberetque, nec Censurarum jaculis abstinenteret.

Nec Gregorius IX. Censuris abstinuit. De Cœlestino autem III. (4) narrat Rogerius, cum necdum posset terminari Archiepiscopi & Capituli Eboracensis dissidium de collatione Decanatus ejus Ecclesie: nominatum a Pontifice ipso fuisse Decanum illum ipsum quem Capitulum elegerat, illico partium iure: *Fretus sua potestate, de cuius amplitudine dubitare fas non est, Decanatum contulit*. Permira sunt ea verba, nec illud minus mirum, quod nemo tum obrepuerit.

Jus erat multo luculentius, fuisseque repugnare non paulo atrocias, cum agebatur de Clericis qui sine titulo ordinati fuerant ad Episcopo, vel ab ejus prædecessoribus. Unde idem Innocentius III. ad Braccharientem Archiepiscopum in ejusmodi causa (5): *Cum etsi tecum de jure agere vellemus, te possemus merito ad provisionem eorum compellere, quos a te, vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret*. Ejusmodi quoque de re ad Episcopum Zamorensem in Hispania sunt ejutdem Pontificis Litteras (6). Honorius III. ad Capitulum Andegavente misit preces & præcepta (7).

VII. Si vero potestas hæc non eodem semper se circumscripsit gyro, quo cœperat: si latius serpsit, si repugnari non est amplius passa, postquam longo usu corroborata fuit, doctorumque & piorum omnium adgratulatione & voto: illud unum occurrere debet animo, eam esse rerum humanarum sortem, ut semper adolescent, vel senescant: augeantur, vel minuantur: nunquam diu cōsentient eodem sive in bonum, sive in malum gradu.

Erit quod magis etiam stupeamus, in eo quod narrat Matthæus Paris anno 1226. Orthoneum Pontificium in Anglia Nuntium proposuisse nomine Papæ, ad abstergendas avaritiae fortes, & profligandam munera invidiam a Romana Curia (8), quam ad has pudendas angustias sua coarctabat paupertas, duæ ut illi Præbendæ adsignarentur in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, alteram mensæ Episcopalis, Capitularis alteram: similiter & duas in Abbatialibus Ecclesis, alteram mensæ Abbatum, alteram Monachorum, ubi sejunctæ jam fuerant mensæ. Exculparunt Episcopi ablettam ceterorum Praetitorum & Patronorum Regni totius, maxime vero Regis, cuius plurimum intererat: at Barones Regni nomine Regis obauntiarunt Episcopis, quibus Feuda & Baronie erant, eorum non esse juris & potestatis, Ecclesie Romanæ subjecere Feuda Regni, ex quibus aliquando exhortatis fore ut suppeditari non posset, quo Regni oneribus latisheret: *Districti inhibentes ne laicum feudum suum Romanæ Ecclesie obligarent, unde a servitio sibi debite*

(1) Innoc. III. Regest. 15. Ep. 23. 27. 95.

(2) Regest. 16. Ep. 163. 165.

(3) Ib. Ep. 177. (4) Extra De Præb. c. 38.

(5) C. Accepim. De ætate & qualit.

(6) Reg. 1. Ep. 76.

(7) C. Dilectus De Præb.

(8) Matthæus Paris.

bito privaretur. Ita rem totam tum iudicati sunt Angli.

Legatus Pontificius in Gallia Romanus nomine idem tentavit in Concilio Bituricensi ejusdem anni, postquam dimitti curaverat Procuratores Capitulorum (1). At illi mox rem subodorati, haud mora rediere, contestatique sunt non sine ingenio animorum effervescencia, non posse non inde schisma imminere in Gallicanam Ecclesiam, vulnusque immedicable, quo universalis Ecclesia cruentaretur; Optimates Regni Regemque ipsum persuasissimos esse, sanguinis & vitæ ipsius impendio decertandum sibi esse ad hanc amoliendam ab Ecclesia & Regno calamitatem: denique opum abundantiam magis reformidandam esse Romanæ Ecclesiæ, quam inopiam; & ex illa non paulo plus detimenti emergere aliquando posse: *Ipse Rex & omnes Principes parati sunt contradicere, resistere usque ad capitum expositionem, & omnis honoris privationem, præsertim cum videatur imminere propter hoc scandalum subversio Regni & Ecclesiæ generalis, &c. Moeat vos zelus universalis Ecclesiæ, & sancta Sedis Romanae, quia si omnium esset universalis oppressio, posset timeri, ne immineret generalis discessio, quod Deus averat. His vel minis deterritus, vel rationibus persuasus cessit Legatus, sancteque affirmavit, nihil a se tentatum esse in Gallia, quod non sperasset & in Imperio, & aliis in Christiani Orbis Provinciis approbatum iri.*

VIII. Si inauspicio cederent reservations hæ generales, at peculiares suo semper libero ferebantur cursu, etiam in Beneficiis laici quandoque Patronum. Perscripserunt super ea re Barones Angliae amarulentissimas ad Gregorium IX. litteras, anno 1239. ut perhibet Matthæus Paris, a quo & imperatas ait Bullas, quibus Patroni laici prorsus eximerentur (2). Ne Beneficia Anglia, que ad præsentationem secularium pertinuerunt Patronorum, auctoritate nostra cuiquam conferantur. Hoc ipsum Regi jam concessum fuerat. Ne hac quidem Gregorii humanitate deliniri potuit Matthæus Paris, aut ab insita sibi maledicendi libidine abduci: *Solum datæ sunt in direptionem & predam possessiones personarum Ecclesiasticarum, & imbellium Religiosorum. Jamjam igitur in antiquum chaos mundus ruere com-*

minatur.

Retunderentur aliquanto etiam æquius & validius Matthæi obtrectationes, si Pontifices, vel Pontificum potius Legati minus indulsisserint privatis affectibus, suæque propensioni ad ditandos Italos, maxime autem Romanos, propinquosque suos, quorum in sinum opes infundebant Provinciarum, extraneisque hominibus universitas jam Anglia Ecclesiæ referierant. Non poterit non vehementer obitupescere, qui legerit quæ ab eodem narrantur ad annum 1240. mandatum esse a Pontifice tribus Anglia Episcopis, ut quæ primum vacarent Beneficia, trecentis conferrent Romanis: interim autem dum Mandatum explessent, a quacunque eos alia Beneficiorum collatione suspenso fuisse. Si nihil hic exaggerate dictum est a Matchæo, obreptum haud dubio fuerat Pontifici.

IX. Ex eodem vero Scriptore Canonici Lugdunenses anno 1245. coram, & fidelissime restituente Innocentio IV. Papæ, cum duas eorum Ecclesiæ Præbendas propinquis quibusdam suis conferre adgressus est (3): *Cum Papa quibusdam Præbendis vacantibus quosdam alienigenas consanguineos, vel affines suos inconsulto Capitulo intruderet, resistierunt ei in facie Canonici Lugdunenses, obstantes, quod si tales apud Lugdunum appararent, non posset eos vel Archiepiscopus, vel Canonici protegere, quin in Rhenanum mergerentur. Nec de eo postea Pontifex verbum fecit ullum.*

Haud satis compri, an eadem fuerit sors, idemque exitus querelarum, quibus in Concilio Lugdunensi Angli eundem incesserunt Pontificem, vehementer exulcerati adversus Italos, qui omnia pene Anglia invaserant Beneficia Patronatus Ecclesiastici, ita ut ad eos redirent annis singulis plusquam sexaginta millia marcarum argenti, quantam pecunia summa non facile Rex universo ex Regno exigere potuisset (4): *Italici percipientes in Anglia sexaginta milia marcarum, & eo amplius annuatim, plus emolumenti meri redditus de regno reportant, quam ipse Rex, qui est tutor Ecclesiæ, & regni gubernacula moderatur: Inducias ad deliberandum flagitavit Pontifex. Ingerimatae sunt rursus eisdem querelæ in Anglia Parlamento anni 1246. & ad ipsas usque Pontificis aures personarunt. Iteratae illæ sunt denuo anno 1247. & Anglia Regem emolumentum livit*

B b 2

(1) Ibid.

(2) Greg. IX. Ep. 13.

(3) Paris.

(4) Idem.

livit tandem Pontifex, pollicitus, ad ipsummet Regem preces posthac missum iri, ut provideatur, vel Papæ, vel Cardinalium nepotibus (1): *Quod quando Papa providet alicui vel aliquibus ex nepotibus suis, vel Cardinalium, ipse, vel ipsi Cardinales ro-gabunt dominum Regem cum instantia magna, quod placeat Domino Regi, ut provideatur sic.* Ne huic quidem temperamento acquiescit Matthæus Paris, unde & subjicit anno 1252. Episcopum Lincolnensem calculis subductis declarasse unum Innocentium IV. plura extortiss ab Anglis, quam omnes ejus prædecessores conjunctim, annuusque redditus Italorum in Anglia ad septuaginta millia marcarum argenti excrevisse quarum ne tertia quidem pars ad Regiam arcam quotannis redibat: *Reditus Regis me-rus non ad ejus partem tertiam computa-batur.*

Quanquam ubique vehementer suspecta sit hujus Historici maledicentia, non possumus non his magnopere indolescere, & mœrori levamentum aliquod venari, ex eo quod idem Innocentius IV. hoc admodum tempore revocaverit reservationes & man-data omnia, quæ surrepta ipsi fuerant in Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias, & Prioratus. Extat Bulla in Additionibus ad Matthæum Paris: ingenue fatetur Pontifex non importunitate tantum temporum, sed inexsaturata quorundam hominum cu-piditate extortas sibi suis invidiosas omnes istiusmodi concessiones: *Et qualitas tempo-ris, quod diebus istis potissimum fuit ob eo-rum malitiam modis variis redimendum, & nonnullorum importuna instantia extor-sit,* &c.

Eadem tamen trita est via successori ejus Alexandro IV. si qua fides eidem Matthæo Paris ad annum 1258. Cum his innovationibus constantissime reniteretur Archiepiscopus Eboracensis, prohibitum est primo, ne crux illi pro solemnni Archiepiscoporum more præfaretur: Suspensionibus & ex-communicationibus in eum pertonuit Pon-tifex, & ne vel sic quidem de sententia dejectus ille est, & de infracta constantia, ut ne Ecclesiæ sua Beneficia conferrentur extraneis, & imperitis ejus lingua, quæ in Provincia sua Valliæ, quam Galliam etiam vocant, usitata & vernacula est: *Inexpertos, & lingua Gallicane ignaros re-*

*nuit acceptare.*

X. In historicis horum temporum apud alias gentes commentariis, nulla exempla hujus indomitæ vel constantiæ, vel contumaciæ, quæ tam crebra apud Anglos fue-re. Quinimmo Concilium Coloniente 1260. præcepit (2) servari in Ecclesiæ Collegia-libus Bullam Alexandri IV. quæ verabat, ne plura eis infligerentur, quam quatuor mandata Reservationum Apostolicarum. Concilium alterum Coloniente anni 1266. definiit, cum persæpe contingeret, ut de Præbendis vacantibus litigaretur, inter plures Mandatarios Papæ, vel Legatorum ejus, vel Competitores alios, hujusmodi lites definirentur a Capitulo, vel ad Pontificen referrentur: pendente autem lite, proven-tuum altera pars Ecclesiæ, altera Vicario adsignaretur, qui ejus ministeria obiret.

XI. Quæ tribuitur Ludovico Regi IX. Pragmatica, oblique videtur illa quidem impetrere has omnes Pontificias Provisiones Beneficiorum, firmando, constabiliendoque jus Patronoru[m], etiam Ecclesiasticorum, provisioque, ut collationes omnes Beneficio-rum fiant ex norma Juris Communis. Sed cum non occurrit usquam mihi quidem, vel antiquus auctor & fidejussor hujus Pragmaticæ, vel ratio prorsus inconculta, quæ illam astruat, non immerito visum est diu-nius hic non immorandum.

XII. Sed inficias ire non possumus, quia tot inter juriiorum Capita, temporibus Bonifacii VIII. & Philippi Pulchri disceptata, huic quoque questioni locus fuerit. Pontifex quippe ulterius progressus quam haec tenus factitatum esset, per Cardinalem quem in Gallias legavit, Regi significatum voluit, penes Summum Pontificem esse summam potestatem conferendi Beneficia (3), quæ vacarent in Curia, vel alias, nec a laico conferri ulla posse, nisi se permitten-te. In Regiis ad hæc responsionibus, ut & ad plura alia, nihil prorsus ad primam par-tem reponitur, quæ pertinebat ad potesta-tem Papæ: sed quod ad Jus Regium confe-rendi Beneficia, responsum est eo uti Regem, usumque hactenus esse, sicut usus erat be-a-tus Ludovicus Rex, ejusque prædecessores. Eodem anno qui erat 1303. indignanter fe-rens Pontifex, quod Rex Clerulque Regni minus concessissent ejus voluntati, suspen-dit electiones omnes, sibiisque reservavit pro-vi-

(1) Idem.

(2) Cas. 12.

(3) Histoires du Diff. de Bon. VII. & de Phil. le Bel. p. 89. 90. 91. 92. 163. Rain. ann. 1303. n. 39.

visiones Beneficiorum , quæ posthac vacarent , donec Sacerdotii , & Regni pax resarciretur .

Prope abest a vero Collationes Beneficiorum per Principes sacerulares , peræque saltem novas , & antiquis Canonibus præseque Disciplinæ pugnantes fuisse , atque eorundem Beneficiorum provisiones per Mandata , Reservationes , & Expectativas Pontificum . Ita Regi Pontificique vicissim erant quæ suffragarentur , erant & quæ refragarentur , cum uterque niteretur usu novo illo quidem , sed qui adversus antiquos mores præscribi potuisset . Differemus infra copiosius de Collationibus laicorum .

Anno 1302. a sacro Collegio datæ sunt Epistolæ in Gallias , ad purgandum Bonifacium . In iis confirmabatur , non esse Italiam ab eo concessas nisi Ecclesiæ majores duas , Archiepiscopatum Bituricensem , & Episcopatum Atrabatensem , & quidem iis datas , quorum exploratissima omnibus esset , & peritia & in Regem fides : Quibus de personis providit ip[s]i Regi non suspectis & Regno , quorum eminentia scientia late patet , nec sunt conditiones eorum incognita . Adsignatos ab eo fuisse multis aliis Regni Cathedralibus , Francos gente , & fide in Regem conspicuos Pastores : Multis vero aliis Cathedralibus Ecclesiæs providit de personis oriundis de regno , &c. Neminem prædecessorum Pontificum tanto incensum fuisse studio consulendi pauperibus Clericis , Doctoribus etiam Theologis ab eo provisum fuisse , quin & illis ipsi Clericis , qui Regum , Pralatorum , Magnatumque obsequiis affixi essent (1) : Quis unquam Prædecessorum suorum formas providendi pauperibus Clericis plus extendit , &c. Ad pauperes Clericos parum se extendebat pietas Prelatorum , &c. Exurgant Magistri in Theologia , quibus ipse in Parisiensis Ecclesia Canonicatus consulit , & Præbendas , &c. De nonnullis vacantibus & vacaturis Dignitatibus , Beneficiis & Præbendis , providit Clericis Regis , Pralatorum , Ducum , Comitum & Baronum . Perversum illud esset & malitiosum , si quis existimat Bonifacium callide Beneficia sparsisse in eos omnes , qui Magnatibus sæculi , Ecclesiæque adhærescerent , quo secundos eos haberet & proprios , in defensitando hoc suo Nominationum ad Beneficia jure . Sed illud certissimum est , primas illum semper dedisse paupertati & probita-

ti : fuisse etiam in ædibus Magnatum viros pietate & meritis claros , & quibus hæc Beneficiorum subsidia opportuna cum primis essent : denique non aliam esse certiorem rationem , aut artem sagaciorem ad tuendam auctoritatem legitimam , quam ejus usum religiosum , beneficum , amabilemque .

Nec recessit a Bonifacii vestigis Clemens V. si qua Nangio fides . Mandata & Expectativas contulit Capellanis & Clericis Capellæ Regiæ Philippi Pulchri , fratrumpque ejus , ac præterea studiosissimus fuit consulendi Clericis egenitoribus , nec tamen virtute & sapientia destitutis (2) : Pro suis fratribusque suorum Capellanis , & Clericis de Præbendis in proximo vacaturis fere in omnibus Ecclesiis Regni sui favorabiliter providit . Necnon pauperibus Clericis gratias amplas fecit , providens eis de Beneficiis secundum exigentiam & merita personarum .

## C A P U T X L I V . P. 4. I. 2. c. 11.

Rursum de Mandatis Pontificum ad Beneficia : de Reservationibus & Expectativis ab anno millesimo trecentesimo ad Concilium Basileense .

I. Quantum querelarum effusum sit in Concilio Viennensi de Mandatis , Reservationibus & Expectativis ?

II. Quas sanctissimas canonicasque Regulas sectaretur Benedictus XII. in provisionibus Beneficiorum , quanquam Reservationes retineret . De Regulis Cancellarie .

III. Quam rationem secutus sit Clemens VI. utque ad Regem Anglia scribens inscripta sua purgarit .

IV. V. In has rerum conversiones multæ observantur , & in eam doctrinam quæ tum spargi coepit , Ecclesiæ omnes a Petro & successoribus ejus fundatas , eoque reservatum iis fuisse ius illas conferendi . Ejusmodi placita generalia tantum valuisse , quantum usus & consuetudo eujusque aevi concessit . Translatio Sedis Apostolice Roma Avenionem , Mandata & Reservationes coegerit multiplicari .

VI. Progressus Mandatorum & Reservationum tempore schismatis Avenionensis . Ecclesia Gallicana eo tempore Congregations varie & molitiones .

VII.

(1) Hist. Univ. paris t. 4. p. 27. 28.

(2) Ann. 1305.

VII. Quid gestum sit in Concilio Pisano, quid in Constantiens? Ecclesia Gallicana ad Canonicam se revocat libertatem.

VIII. Libertas hcc Canonica Decreto & Decretalibus innitebatur, & Reservationibus acquiescebat ibi comprehensis. Quae sint haec Reservationes?

I. **A**Cerbissime conquesti sunt Concilii Viennensis Praefules anno 1311. de mandatis & reservationibus Romanorum Pontificum. Obtulit, publicavitque Iustus Clementis V. Papa Durandus Mimatensis Episcopus opusculum prorsus aureum, varia illa eo complexus capita, quæ emendatione egere viderentur. In iis locus erat capituli de Mandatis (1): Videretur Ecclesiasticus ordo confundi, quia Ecclesiastica Beneficia ad Episcoporum collationem & provisionem pertinentia, per Sedem Apostolicam & per alios conferuntur, etiam antequam vacent, non solum in Curia Romana, sed extra. Cum ipsis Episcopi de Cura & Curatis, quorum conscientias ignorant, quia ipsis eis non provident, reddere habeant rationem. Illam porro Durandus certissimam inculcabit rationem, qua fieret, ut cujusque loci pii & doctis viris Beneficia obtingerent, si nunquam extraneis conferrentur, vernacula imperitis Regionum linguae & disciplinæ: alienissimis autem ab ea, quæ præ ceteris necessaria est, voluntate tesiendi (2): Provideri posset predictis de Ecclesiasticis Beneficiis, quæ tenent multi alienigenæ in alienis regnis, quorum lingua non intelligunt, nec habiles sunt ad Curam exercendam in eis, nec in ipsis residere intendunt, nec etiam possunt.

Publicatum est a Rainaldo fragmentum opusculi ab alio tunc nescio quo Praelato elucubrati in eundem scopum, ex quo luctulentius patet, quo tandem erupisset mali labes. Narrat quippe ut confluenter catervatim Romanam Clerici vagi, male morati, imperiti, impetrarentque Beneficia, in forma pauperum, vel alias (3). His eos Episcopi investiebant ad mandatum Pontificis, tanquam filii obedientie. At mox horum Beneficiariorum mores inconditi offendiculo erant Ecclesiaz, eorum multitudo immensa probos doctosque Beneficis frustrabat, ita Episcopi necessario ministrorum idoneo-

rum subsidio destituebantur. In Ecclesia Cathedrali viginti Præbendis instracta, intra spatum annorum viginti non potuit Episcopus conferre nisi duas, etiæ triginta quinque alio aliquo tempore vacassent, reliquas omnes absorbentibus Papæ Mandatariis. Pauperiores Clerici, & qui si quid nacti erant patrimonii, id totum ad paranda sibi aliqua peritiz & virtutis ornamenta consumptabant, Beneficiis fraudabantur, in quæ involabant extranei; qui vel Pontificum, vel Principum aliorum Curiaz illigati, privilegiis haud satis exploratis, etiæ minime residerent, Beneficiorum tamen optimis gaudebant proventibus.

Utcunque elaboratum sit in Concilio Viennensi ad faciendam, temperandamque his malis medicinam; nihil tamen minus Archiepiscopatum Cantuariensem reservavit sibi Clemens V. vacantemque contulit anno 1313. (4) eliminato eo, qui electus fuerat. Contulit certe Clemens eam Ecclesiam longe opulentissimam Episcopo Vorcestrensi Angliae Cancellario, eoque Regem impli- cuit sui juris tuitioni. Anno 1320. Joannes XXII. reservavit sibi Episcopatum Vintoniensem tum vacantem, resciditque electionem factam a Monachis Pontificiaz reservationis minus observantibus. E suis unum Clericis nominavit Pontifex, qui gratiam Regis vix quidem, sed aliquando tandem sibi tamen recollegit, & solemniter inaugurus est in Ecclesia sancti Albani, quæ immediata subest portestate Romanæ Sedis.

IL. Anno 1335. (5) a Benedicto XII. publicata est Decretalis *Ad regimen*, quæ quamplurimas complectitur Reservationes, cum veteris, tum novas. Antequam ad earum enumerationem accingamur, ne quis animi sui præjudiciis delusus de hoc Pontifice male suspicetur, observandum est cum Rainaldo & Spôndano, non alio incitamento eas Reservationes eum fecisse, quam ut dignioribus quibusque Beneficia conferret. Assentiunt enim duo isti nuperi Annalium Ecclesiaz conditores antiquioribus cujusque temporis Scriptoribus, religiosissime hunc Pontificem & circumspectissime Beneficia, nec nisi præstantibus viris patulisse. Scite ille dicebat: *Nolle se lutum ornare*. Ideo & complures Ecclesias vacare patiebatur, præstabilius esse ajens, ut nullis subellent Pasto-

(1) Tit. 7. Part. 2.

(2) Tit. 43. Part. 3.

(3) Rain. ann. 1311. n. 59. 60.

(4) Valsingh. ann. 1313.

(5) Rain. n. 76. Extrav. Comm. I. 3. Tit. 2. c. 13.

storibus, quam malis. Propinquos sibi nullos esse dicebat : nec Papæ ullos esse posse cognatos. Cum importunius instabant aliqui, ut propinquos ornaret, unum illud ex Psalmis regerere solitus erat : *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.* Unus fuit ex nepotibus, quem Arelatenfi Episcopatu auxit; quod & ejus meritis, & Cardinalium votis datum est. Neminem suorum Romana illustravit purpura. Toto Pontificatus tempore sex tantum creavit Cardinales, eosque omnibus & pietatis, & doctrinæ atque experientia numeris absolutissimos. Coœvus ei Scriptor hoc eum exornavit testimonio: *Justus erat & durus, Beneficia reservavit, & vix conferre voluit, timens ne conserrentur indignis.*

Hæc mihi præfanda, & præcavenda duxi, ad amoliendas eorum suspiciones, qui iniquo aliqui tulissent animo has Decretalis *Ad regimen Reservationes.* Reservat enim sibi Pontifex, 1. Episcopatus, Abbatias, & Beneficia prorsus omnia, quæ vacarint in Curia, aut intra duas Diætas, seu morte, seu depositione, privatione, translatione, aut suspensione consecrationis. 2. Beneficia item omnia, quorum electiones, aut postulationes irritatae fuerint, aut rejectæ, vel quorum resignationes admissæ. 3. Quidquid Beneficiorum vacat morte Cardinalium, vel Romanæ Curæ Officialium. 4. Abbatias, Prioratus & alia eorum Beneficia, quibus Abbatias, vel Episcopatus confert Sedes Apostolica. 5. Beneficia omnia quæ vacabunt, ut incompatibilia cum iis, quorum quis largitate Sedis Apostolicæ adeptus fuerat collationem & pacificam possessio-

nem.

Hæc Pontifex sibi reservavit in omni Pontificatus sui tempus. Ea, ut ita dicam, rudimenta erant Regularum Cancellariæ, quarum secunda Pontifici reservat Ecclesiæ omnes Episcopales, & Abbatiales Christiani orbis, quarum redditus superant ducentos florenos. Tertia reservat Dignitates omnes Cathedralium, quæ principem locum tenent post Episcopum: primas item Collegialium, Prioratus, aliasque Dignitates Conventuales. Inde est, ut ait Fagnanus (1), quod in electionibus nullus est jam in Italia & Hispania residuus locus, ubi hæc reservationes usu receptæ sunt. Octava Pontifici reservat

octo menses, quatuor tantum Episcopis permittit ad nominationem omnium Beneficiorum. Joannem XXII. vulgo existimant prima jecisse fundamenta Regularum Cancellariæ, quas ejus successores publicarunt, auxeruntque usque ad Nicolaum V. a quo in eam, quæ nunc sunt, redactæ sunt formam. Has ut plurimum Pontifex quique promulgat Regulas immediate post suam ordinationem. Extinguuntur enim quodammodo cujusque Pontificis morte, auctoritatique & vigoris inanes permanent, donec a novo Pontifice iterum publicatæ reviviscant (2). Itaque cum fere content hæc Regularæ Reservationibus Beneficiorum, in pristine sua jura quasi postiiminio redeunt Ordinarii, quo primum puncto temporis vacat Sedes Apostolica, donec creatus recens Pontifex contropitas Cancellariæ Regulas rursus excitarit. Hinc vacante Romana Sede, per omnes menses Ordinarii suo jure fruuntur, præterquam in locis, ubi Concordato Germanico locus est. Ibi enim interregni Pontificii tempore vacantia Beneficia successori referuntur in mensibus Papæ.

III. Revocanda jam oratio est ad historiam Reservationum contextiōnem. Anno 1343. Eduardus III. Angliae Rex, referente Valsinghamo, provisiones omnes a Clemente VI. factas Ecclesiæ Angliae Cardinalibus donatarum revocavit (3). Intexit Historiæ sua Valsinghamus Litteras Regis hujus ad Pontificem datas, ubi Ecclesiæ omnes Anglicæ ab extraneis possideri conqueritur, quorum suspecta sibi sit fides: qui non residenceant, qui plebium linguæ imperiti sint, quas regunt: qui concionari, & monita salutis ideo instillare non possint: qui hospitalitatem minime exerceant: qui Ecclesiæ domos non reparent: qui Ecclesiæ ipsas sinant collabescere: qui indigenas Anglos spe fraudent studii litterarum, dum eos præmiis fraudant, eoque cogant exulare a patria: qui Patronorum jura & electiones canonicas extinguant. Rescriptum est porro a Pontifice, cum in Senatu. Cardinalium pertractentur Christianæ Reipublicæ causæ omnes maiores, hos Ecclesiæ proventibus sustentari necesse esse, æquum esse: plures a se creatos esse Cardinales, & ex iis duos tantum Anglicanis Beneficiis do-natos; ceteris Cardinalibus a reliquis Chri-

(1) Fagnan, in C. Nullus de electione.

(2) Barbosa De Episc. Offic. Par. 2. Alleg. 57. n. 58. & seq.

(3) Rain. ann. 1343 n. 90. 91. 92.

stianis Regnis largissima grata & perlubenter suppeditari stipendia, amplissimæ eorum dignitati accommodata; non posse se non condolere & illacrymari Angliae, quæ sola debet officio tam justo, & ad tuam ipsius tum utilitatem, tum gloriam pernecessario: Certum est autem quod non solum in regno & terris tuis, immo quasi in omnibus regnis & partibus, tam propinquis, quam remotis, ubi Catholicæ fidei viget cultus, altis novis Cardinalibus consimilem gratiam fecimus, in quibus rebellionem aliquam nullatenus audivimus, &c. Cum altero post anno necdum de sententia recesseret Rex Angliae (1), ruris ad eum prescripsit Pontifex, Christum Ecclesiam suam primo super Petrum & super Petram fundalle, tum deinde a Petro & successoribus ejus fundatas fuissent omnes Ecclesiæ Patriarchales, Metropolitanas, Cathedrales, in quas adeo sibi illi hoc integrum jus semper servarunt, ut & ipsas & ipsarum Beneficia possent omnia conferre: *Verbum illud, per quod constitutum est cœlum & terra, Romanam fundavit Ecclesiam, quæ quidem omnes Patriarchales, Metropolitanas & Cathedrales Ecclesiæ, & ipsarum cuiuslibet ordinis dignitates constituit.* Ad cuius Pastorem, & Rectorem Ecclesiæ, videlicet Romanum Pontificem, omnium Ecclesiæ personatum, officiorum & Beneficiorum Ecclesiæfictorum plenaria dispositio noscitur pertinere.

IV. Intertexi hic opere pretium est observationes aliquas maximi sane ponderis. 1. Objectari potest capitem hanc rationem a nullo priorum haec tenus Pontificum excoigitatam, a nullo certe propositam fuisse, nisi postquam juris illius possessionem pacificam & universalem adepti erant Romani Pontifices. Et viciissim responderi a nobis potest, ut res ad eum se habeat modum, nec mirum videri debere, nec novum, si olim allegatis novæ subinde accumulentur rationes, ad astruendum jus quod universaliter jam ubique receptum est. 2. Ex contextu hoc nostro historico & chronologico liquidum fit, inter initia meras fuissent preces, quibus Pontifices Patronos & Colatores convenienter: eas ab ipsis donari solitas preces necessitatibus, sollicitationi, importunitati privatorum hominum, vel petitioni Principum: oratos, & vix tandem

exoratos eos fuissent, ut non iam preces, sed præcepta adhiberent: denique seu preces, seu præceptiones ab origine ipsa non fuissent interpositas, nisi ad pauperum Clericorum levationem, & quidem indigenarum. Ad Clementem VI. centum millia pauperum Clericorum confluxisse ad necessaria ex Beneficiis subsidia comparanda refert Chronologus (2). Rursum illud observari potuit, seu Mandatis, seu Reservationibus minuscula tantum Beneficia comprehensa fuissent, cum de Episcopatibus & Abbatibus inter illa initia ne veniret quidem in mentem. Inde id resultat, servitum tantummodo fuissent Ecclesiæ necessitatibus, eo omnibus persuaso & præjudicato, nunquam defieri Ecclesiam posse potestate ad salutem suam necessaria.

3. Quandiu inter has metas res cohibita fuit, & rarius & parcus restitutum fuit. At ubi res eo evasit, ut turbæ nepotum, proximorum, extraneorum Beneficia prodigerentur; ubi donari cœpere ipsæ Ecclesiæ principes, Episcopales & Abbatiales: ubi ex refervari cœpere, quo in sinum extraneorum effunderentur: tum vero & frequentius reclamatum est, & audacius contumaciisque. Tum denique apparet commentatas fuissent novas rationes, quibus suffulciretur jus, quod cum novum jam non esset, novis subinde impulsionibus concutiebatur. Inter rei primordia necessitas Ecclesiæ rationum omnium instar erat. Ubi ultra necessitatis forsitan limites effuderunt se Mandata, minus dociles eis se præbuerere Præfuges Principesque. Tum forsitan sive altius, sive longius petitis rationibus impetri & ipli cœpere.

4. Conveniebat omnibus orthodoxis, & de Primatu Sedis Apostolice divinitus instituto, & de fine ac scopo exercenda hujus summæ potestatis, ad Religionis incrementa, & ædificationem Ecclesiæ. De his inter Pontifices, inter fideles omnes certo constabat. Sed inde scatebant tot concertationes, quod non omnibus conveniret, quid ad Ecclesiæ ædificationem conducibile, quid amplum, quid necessarium esset. Hinc dissensiones & opinionum dissidia, & ex opinionum dissidiis pugnae, tum vel maxime cum inopinis illudunt affectus terreni & cupiditatum præstigia.

5. Sed & illud necessario satendum est,

eo

(1) Rain. ann. 1344. num. 58. &c.

(2) Hist. Univ. Paris. tom. 4. pag. 276.

eo etiam tempore, & in illis rerum even-  
tis, ubi maxime ostentabatur Principatus  
Sedis Apostolicæ, & potestatis vires se ali-  
ter, & aliter in longo sacerdotum decurso  
explicantes: nunquam eo uno obtenu-  
quidquam innovatum, aut de novo tenta-  
tum fuisse a Summis Pontificibus, nun-  
quam ulterius aliquid eos contendisse, quam  
ut constaret, quod receptissimo jamdiu usu  
stabat: quin immo & de jure ubique jam-  
diu recepto subinde remisere multa, ubi  
ita paci Ecclesiæ, ita caritati, ita mode-  
stia conducere intellexerunt.

6. Si ante Bonifacii VIII. Pontificatum  
garissime Pontificis his provisionibus adver-  
sata est Gallia; multo sane proclivior illa  
fuit ad gratificandum Pontificibus, postquam  
Avenionem traducta fuit Sedes Apostolica.  
Avenionenses nimirum, Gallicanique Pon-  
tifices eam potestatem reservationum &  
mandatorum ad id fastigii provexerunt,  
quo non potuit altius assurgere. Clemens  
V. qui primus ibi sedet, statim reservavit  
sibi Ecclesiæ omnes Patriarchales, Metro-  
politanas, Episcopales, Abbatiales, deni-  
que Beneficia prorius omnia, quæ vacarent,  
vel vacatura essent in Curia. Reges & alii  
quibus abnuere vix quidquam poterat, tot  
ab eo Episcopatum & Abbatarum Com-  
mendas extorserunt, ut vel ipse compulsus  
deinde fuerit has revocare omnes gratias,  
quas inconsideratus a se concessas fuisse  
ipsum confessus est, postquam gravi mor-  
bo conflictatus, in anteactam vitam suam  
inquirere cepit, & servire in se, ne servire  
in eum summus Judex. Successor ejus  
Joannes XXII. reservavit sibi fructus anni  
primi, seu Annatas ut vocant, omnium  
Beneficiorum. Clemens VI. Cardinalibus  
suis, unde se sustentarent, contulit per re-  
servationes & expectativas, Episcopatus  
complures Christiani orbis.

7. Inexorabilis quædam videbatur illis  
incubuisse necessitas hæc adhibendi impor-  
tuna aliqui remedia levanda egestatis suæ,  
post transvectam Avenionem Romanam  
Curiam, quod eam arripiuerint nefarii præ-  
dатores ansam invadendi Dominii, vel pa-  
trimonii Ecclesiæ Romanae in Italia. Do-  
lori fuit Galliæ & ingenti dispendio illa,  
quam gloriæ & compendio sibi fore augu-  
rabatur transmigratio. Quanquam nec illud  
dissimulari debet, cum plerique Cardinales  
per annos hos transmigrationis septuaginta

*Thomas. Tom. IV.*

Gallicæ fuerint gentis, ingentes illas opes  
qua in Cardinalium defluebant manus, a  
Gallia ipsa non effluxisse.

8. Habes hic ergo, ut increbrescere co-  
perint illa Canonistarum placita, Roma-  
num Pontificem esse Collatorem Collato-  
rum, & sumnum Dispensatorem omnium  
Ecclesiæ Beneficiorum: atque nulla re de  
novo tentata, nova tantum cooperint rece-  
ptæ jam consuetudini & disciplinæ parari.  
aptarice fundamenta, ab ipso usque Pe-  
tro petita, omnium Ecclesiæ fundatore,  
per se vel suos successores, ut jam olim  
affirmaverat in Epistolis suis Innocentius I.

9. Superioribus quidem Capitibus decla-  
ratum est, esse Episcopos & semper fuisse  
Collatores universales omnium Beneficio-  
rum, ex eo jure, quod ab origine fuerint  
ipsi, Majoresque eorum Fundatores omnium  
Ecclesiæ. Sed magnum profecto inter-  
jacet discrimen. Est enim non jus tantum  
ratioinando altius petitum, sed ipsa juris  
hujus possesso penes Episcopos jam inde a  
primoribus facultis. Cum ne aliter quidem  
fieri potuerit, quin & Episcopi Apostolo-  
rum in vicem succedentes, Ecclesiæ fun-  
darent, easque quibus vellent Pastoribus  
assignarent regendas. Valent ergo hujus-  
modi generales rationes, ad confirmanda,  
qua jam usū invaluerunt, non ad astruen-  
dum novi aliquid juris.

V. Refletenda jam iterum oratio est ad  
ejusdem Clementis VI. responsonem (1) ad  
Alphonsum Castellæ Regem qui concoque-  
re non potuerat, Coriæ Episcopatu homi-  
nem extraneum fuisse investitum. Delinie-  
bat illum Pontifex, prolato Apostolorum,  
& ipsius maxime Jacobi exemplo in His-  
pania, qui extranei fuerant. An ea respon-  
sione satisfactum sit Castellæ Regi, vide-  
rint & inquirant alii: mihi satius videtur  
observare extraneos istos de quibus tam  
acerbe quiritabantur Hispani, Anglique,  
non alios magis quam Gallos fuisse post-  
quam Pontifices cum aula sua Avenionem  
migrarunt. Anno 1374. Gregorius XI. cum  
Angliæ Rege nescio quid foederis intre co-  
pit, ex quo dilucebat Pontificias reserva-  
tiones, & viguisse adhuc, & in easdem  
subinde incurrisse difficultates.

VI. Sed longe calamitosiora Galliæ fue-  
re tempora ea, qua dirum consecuta sunt  
schisma (2), ex Pontificum reditu in suam  
civitatem Romanam enatum. Caro il-

C c

li

(1) Rain. ann. 1348. n. 14. (2) Synod. ann. 1378. n. 18. Ann. 1381. n. 5. 6. Ann. 1389. n. 8.

li stetit cupiditas, qua gestierat suo in sinu venerari Pontifices. Clemens VII. primus Avenionensium Pontificum post exortum schisma, quam foede & propudiouse coactus sit Beneficia omnia dissipare potius, quam dispensare, ut Principum & Magnatum favorem praesidiumque emercaretur, quo carere citra extreum exitium non poterat, expinxit iis coloribus Nicolaus Clemangis, qui stuporem pene & horrorem incutiant. Reservabat omnia, ut omnia dissiparet (1): *Singulos fere vacantes Episcopatus, ceteraque precipuas dignitates his impendebat.* Nec qui Romæ sedebant Pontifices, parcus forsan aut moderatus potestatem suam exercebant: cum anno 1391. Richardus II. Anglie Rex in solemni Parlamento suo decreverit (2), ut electiones ad Episcopatus & Abbatias, nominationes item Patronorum ad alia Beneficia fierent antiqua & canonica libertate: si Pontifex ea jam contulisset, insuper habita collatione ea, Rex ea vice nominaret, ut qui Primarius sit & Princeps Patronus Episcopatum, Abbatiarum, omniumve Regni Beneficiorum. Hæc ex Valsinghamo haustra sunt & ex Constitutione Bonifacii IX. in unam hanc rem.

Anno 1399. (3) cum Parisiis coisset Concilium Ecclesiaz Gallicanaz, post excussam, & abjectam utriusque Pontificis, tum Romæ, tum Avenione sedentis obedientiam, constitutum est, ut ne locus amplius ullus relinquatur gratiis Expectativis, earumve executioni, quod ex iis fomenta schismati aleando plurima suppeditarentur (4): *Cui lamentabili schismati procul dubio tales gratiae magnum dederunt somentum.* Statutum item ut Beneficiis omnibus provideretur in posterum electione Canonica, vel libera nominatione Episcoporum, & Patronorum.

Eodem anno Conventus Episcoporum Hispaniaz Compluti coaluit, cum Rege Henrico III. & decreta eadem prorsus facta sunt. Anno 1403. reddidit se Francia obedientiæ Benedicti XIII. consensitque, ut eadem potestate uteretur in provisionibus Beneficiorum: prius tamen pollicitus, operam se daturum levamento Ecclesiastarum Regni. Anno 1407. & 1408. rursus me-

dium, & neutri partis studium amplexata est Gallia, renovataque sunt priora illa statuta, ut Episcopales Abbatialesque Ecclesiaz, & omnia demum Beneficia canonicas electionibus & Patronorum nominationibus distribuerentur.

VII. His omnibus nova roboris accessio facta est in Concilio Pisano anno 1409. (5) ubi creatus Pontifex Alexander V. primita sua recuperavit jura omnia, confirmatis tamen illis omnibus, quibus dum neutri parti studeretur, provisum fuerat. Joannes XXIII. Bullam milit, a Tilletio laudatam, qua volebat ad nominationem Caroli VI. Gallie Regis provideri quingentis una vice Clericis, tum Regis, tum Reginæ & Delphini ministrorum.

Anno 1414. convocatum est Concilium Constantiense, quo Clerus Gallicanus suo ex Collegio delegavit, qui peterent confirmationem priorum suorum Ecclesiaz Gallicanaz Decretorum circa Beneficiorum provisiones. Sessionibus 20. 26. 40. confirmatae sunt a Concilio Reservationes & Provisions jam factæ a Pontificibus (6), statutumque ut nomine Concilii concriberent litteræ, quæ nondum expeditæ fuerant tempore depositionis Benedicti XIII. Sed illud postremo tandem loco conclusum est, ut verus Pontifex mox creandus, hanc disciplinæ partem de reservationibus & confirmationibus Episcopatum emendaret, refingeretque: nec enim quidquam ea de re a Concilio, nisi post creatum Pontificem constituendum esse. Martinus V. electus Pontifex Concilii & Gallie postulata silentio præteriit.

Tum vero Gallie Rex Clerum, Concilium & Parliamentum suum coagit anno 1417. Edictumque libravit, quod anno 1418. promulgatum est, quo referuntur cum in Concilio primum Pisano & rursus Constantiensi minus satisfactum sit Gallie Postularis, deinceps Episcopatus & Abbaties provisum iri Canonica electione, ceteris vero Beneficiis nominatione Patronorum, vel Episcoporum collatione, juxta ius Antiquum & Concilia generalia, nulla poltac habenda ratione Mandatorum, Expectativarum, & Provisionam Romanæ Curiaz.

(1) Rain. ann. 1279. num. 30.

(2) Ibid. Ann. 1301. n. 15 & seq.

(3) Histoire de Charles VI. Ann. 1398.

(4) Preuves des Liber. de l'Eglise Gall. c. 20. n. 5. 7. 8. 16. 17. 20.

(5) Histoire de Charles VI. L. 28. cap. 5.

(6) Marca de Concord. L. 6. cap. 9. num. 5. 6.

rīz. Hinc satis probabiliter colligitur, quæ Decreta legantur in Additionibus ad Concilium Constantiense, non Decreta fuisse, sed commentationes quasdam & tentamenta Decretorum. In his electiones ex parte aliqua restituuntur; octo menses Pontifici, quatuor Episcopis assignantur, quibus immunes sint a mandatis ad Beneficia; Resignationes simplices, & permutations liberæ permanent ex parte Papæ & Episcoporum: eximuntur a Mandatis primæ Dignitates Cathedralium & Collegialium. Hæc probabile est commentatos fuisse nonnullos, si qua possent auctoritate Concilii & Pontificis rata haberi. Qui conatus irritus cecidit.

Sed exscriendum hic nobis est Edictum Caroli VI. (1) cuius summa modo Capita perstrinxī: Volumus & ordinamus, Ecclesiæ personasque Ecclesiasticas Regni, & Delphini natus ad suas antiquas franchias & libertates in perpetuum reducendo, quod Ecclesiæ Cathedralibus & Collegiis, & earum Beneficiis electivis, secularibus & regulari bus per electiones Capitulorum, Conventuum & Collegiorum, seu Postulationes Canonice factas, confirmationesque superiorum; & non electivis per præsentationes, collationes, & institutiones Ordinariorum, quibus de jure comuni, seu consuetudine pertinet, secundum antiqua jura communia, Conciliaque generalia, de personis idoneis provi debitur, cessantibus & rejectis omnino, ac non obstantibus quibuscumque ac quoruncunque reservationibus generalibus, vel specia libus, ac prohibitionibus, expectationibus aut gratiis, etiam cum appositione Decretri factis aut faciendis, concessis, seu concedendis.

Inter exordia sane harum Commotionum graviter conquesta fuerat Universitas Parisiensis de Provisionibus factis per Ordinarios. (2) quibus alumni Universitatis arcebantur frequentius, quam a Pontificiis. Nec illud leviter prætereundum. Quanquam jus primarium conferendi Beneficia cuiusque Diœceseos Episcopis Diœcesanis vindicatum sit a nobis: nequaque tamen dissimulari posse tam frequenter Episcopos privatis affectibus plus æquo indulgentes, contulisse Beneficia, spretis dignioribus & pauperibus: ut non raro doctrina & pietate præ-

cellentissimi viri, nominationes Beneficiorum ad Pontificem revocari optimum factu duxerint. Nobis nihil videtur optatius, quam ut jura vigeant, Casiones vigeant, ubi vero data potestate minus religiose aliqui abutuntur, ea ad alios translatæ, per inevitabiles illas rerum humanarum vicissitudines, si ipsi orbentur: tum divinæ vehementer adgradulandum esse providentia, quæ indeclinabiles rerum & temporum conversiones ad Ecclesiæ salutem vertit; & ad Disciplinæ sacræ expurgationem.

VIII. Observatum est autem a Petro de Marca (3), i. Non fuisse expressum hoc Edictum ex necessitate schismatis, cui jam finem imposuerat electio Martini V. 2. Nec ut alia priora temporarium id fuisse, dum Concilium generale cogi posset. 3. Antiqua jura communia, ait ille, quæ hoc Edicto sibi redintegrabat Ecclesia Gallica na, Decreto Gratiani & Decretalibus continebantur. Id enim vero erat Jus antiquum comparatione eorum quæ postea fuerant innovata. Hæc erat antiqua libertas, quam sibi restitui Ecclesia Gallicana a Rege flagitabat: Ad suam libertatem antiquam, & Juris communis dispositionem restitui. Petri autem de Marca istiusmodi sunt verba: Non alia mens est, aut beatæ Ludovici, aut Caroli VI. & totius Ecclesiæ Gallicane, cum libertatem Ecclesiæ in jure communi versari contendunt. Antiquos enim Canones & jus commune intelligebant, quod Gratiani Decreto & Decretalibus erat comprehensus. Id manifeste probatur, non solum ex eo, quod vetus Codex Canonum illis esset incognitus; sed etiam ex Concilio Constantiensi. Etenim Sessione 39. cum de professione fidei a Papa edenda caveret, non solum octo Concilia Oecumenica ab illo conservanda decernit, sed etiam Lateranense, Lugdunense, & Viennense. Quare sacerdote Caroli VI. Conciliorum generalium nomine Ecclesia Gallicana, non solum vetera, sed etiam recentiora illa intelligat. Enimvero in Gallia, quod ad disciplinam attinet, Decretalium constitutis locum damus, cum bona Pontificum Romanorum venia, quæ nostris rebus & utilitatib[us] publica accommodatae sunt, id est omnibus fere, paucissimis exceptis. Tanti mihi visum est hoc illustrissimi viri testimonium, ut integrum repræ-

C c 2 seu-

(1) Preuves des Libertes de l'Eglise Gal. num. 13. 16.

(2) Hist. Univ. Paris tom. 5. p. 309. 310.

(3) Lib. de l'Eglise Gall. c. 22. n. 10. De Concord. L. 6. c. 9. Ideo l. 3. c. 1. 2. n. 1. &c. 6. n. 3.

Ludovico XI.

VI. Etiam Rome deliberatum de obliterandis prorsus Expectativis & Reservationibus.

VII. Concordata Sixti IV. & Ludovici XI.

VIII. Quae fors Pragmatica Sanctionis sub Regibus Ludovico XII. & Francisco I. Concordata Gallicana.

IX. Summa capita horum Concordatorum.

X. Joannis Gersonii & Petri Alliacensis placita de his omnibus temperatissima.

XI. Quam non facile posset Pragmatica Sanctione diutius obtinere, cum promulgata fuisset inconsulta Apostolica Sede, cuius tantopere intererat: cumque ea supra ipsum a surgere Concilium Basileense, ejusque Decretis limites apponere.

XII. In Decreto Gratiani nec Reservationem, nec Expectativarum ultra vestigia: sed non siletur ibi, Ecclesiam Romanam Dignitatum omnium Ecclesiasticorum fundamenta posuisse.

XIII. Eam Doctrinam amplexati Canonib[us], ulterius provexerunt.

XIV. In his controversiis de jure Collationum & Nominationum ad Beneficia, cuiusque Ecclesie seculi consuetudini & discipline insistendum est: sed illud interest, illud urgendum & inculcandum est, ut a quocunque conferantur, nonnisi ex iustitia, caritatis, modestiaeque regulis conferantur, & ad utilitatem Ecclesie.

XV. Reservationes S. Petri V. De Reservationibus in Hispania. Decretura Concilii Tridentini.

I. **C**aroli VI. Edictum, de quo paulo ante, corroboratum est Edicto Caroli VII. successoris ejus anno 1422. Sed anno 1425, ab hoc Edicto idem ipse destituit Rex, solvi se curavit per Pontificem vinculo sacramenti, quo se ad ejus oblationem constringerat, jura denique omnia Pontificum in integrum restituit. Diplomatice Martini V. quo & concessa sacramenti relaxatio, & gratiae actæ sunt Regi, insinuari videtur, non jurasse Carolum, nisi dum Delphinum adhuc ageret, nondum Regem: quo sit, ut dubitari utcumque posset, an ut affirmat Petrus de Marca, postquam Regni clavum capessivit, paternum Edictum confirmarat.

Anno 1424. Dux Bethfordiæ Galliæ regens

sentandum duxerim, quanquam paulo prolixius. 4. Hoc ergo Edicto vigere permittebant reservationes in corpore Juris Canonici inclusæ, quæ ad has tres classes rediguntur. 1. Cum electores electo indigenos, eligendi tum jure cadunt. 2. Cum in Curia Romana vacant Beneficia. 3. Cum de transferendis Episcopis agitur.

Perhibent nonnulli anno 1422. (1) sub Carolo VII. Rege publicatum in Parlamento suisse Diploma de Alternativa mensum, die 9. Julii: & exorta rursus certatione alia ad signatos suille Pontifici mentes octo, quatuor Ordinariis, ab omnibus absolutos Reservationibus: eaque de re Martinum V. in Concilio Constantiensi Bullam promulgaſte de octo mensibus, quem postea imitatus est Eugenius IV. anno 1431. ut videre est in Registro Parlamenti Parisiensis, cui nomen *Les Barbines*, fol. 31. In Pragmatica quoque Sanctione illud perhibetur Titulo de Collationibus, paragraphe *Frustra enim*, ejulinodi viguisse usum, ut Pontifex octo haberet mentes reservationibus & nominationibus suis additios: *In octo mensibus, cuius hactenus cursum habere consueverunt*. Et in paragraphe *Quod si quis*, quatuor mentes memorantur Episcoporum: *In quatuor mensibus, quibus prefata gratia, vel nominationes cursum non habent*.

## C A P U T X L V . P . 4 . l . 2 . c . 1 2 .

Progressus Mandatorum, Reservationum, Expectativarum, post tempora Concilii Basileensis. De Pragmatica Sanctione. De Concordatis Gallicanis.

I. Diversa Decreta ante Concilium, & Concilii ipsius Basileensis super hac re. Ejus indulgentia, ejus alicubi rigor. Pragmatica Caroli VII. Regis.

II. Flagrante Avenionensi schismate Romani temperantius se agebant Pontifices, quam Avenionenses.

III. Qui tum rerum status esset in Anglia, Polonia, Hispania?

IV. Concordata Germania. Quæ summa eorum capita?

V. Alternantes Pragmaticæ nostra Sanctionis vices sub Regibus Carolo VII. &

[1] Rain. ann. 1425. num. 9.

gens regnum nomine Henrici VI. Angliae Regis, cuius tunc ditioni suberat Lutetia Regnique Francici magna pars, Pontifici proposuit, i. Ut dum extuarent bella, contentus esset, ad Episcopatus, Abbatias, Prioratus Conventuales & primas Dignitates Capitulorum, unum eligere ex tribus qui sibi proponerentur, ut essent, quorum fidei Rex committere se, vel sua posse: eum enim obtinuisse ultum sub Urbano V. & Gregorio XI. z. Quoad cetera Beneficia, eorum tertiae partis provisionem Pontifex liberam Episcopis permitteret, ut & duo illi Pontifices probaverant. Responsum est a Pontifice, dimissum iri Episcopis quartam partem Beneficiorum per annos quinque. (1).

Concilium Basileense annis 1433. & 1437. electiones restituit (2), resciditque reservationes omnes, accommodate ad Edicta Regum Galliae, præter illas, quæ sunt in corpore Juris clause. Nempe tres illas, quas paulo ante indigitavimus. Abolitorum sunt quoque in eo Concilio Expectativæ ad Beneficia non electiva, ut ab Ordinariis libere conferantur, & canonice: Pontifici autem reservatur libertas Mandatorum Apostolicorum ad unum Beneficium, si Collator habeat in suo jure decem; ad duo, si quinquaginta habeat, vel plura: ita tamen, ut ne unus idemque Pontifex duas de unius Capituli Præbendas, sive Cathedralis, sive Collegialis. Denique jus præventionis illæsum, intactumque Pontifici in hoc servatur Concilio. Hæc Basileensia Decreta perlubentes amplexati sunt Galli in Comitiis Cleri Bituricensibus anni 1438. & mox ea intexta sunt Pragmaticæ Sanctioni. Non sine plurimis tamen modificationibus, de quibus infra copiose.

His adde quod idem Concilium Basileense sessione XXII omnes resciderit Reservationes, tam generales, quam particulares, a Pontificibus factas, sive in Extravagantibus: *Ad regimen, & Execrabilis*, sive in Regulis Cancelleriarum; vetuerit, ne deinceps ullæ fierent, sive Electivorum, sive Collativorum Beneficiorum, sive aliorum quorumcunque; restitueritque canonicas Elections & Confirmationes; ut Pontifici non essent residuez, nisi Reservationes corpori Juris inservæ, & quas ipse voluerit addere in dominio proprio Sedis Apostolice.

Ab exordio concederat hoc Concilium, ut posset aliquando Papa huic Decreto derogare, reservare sibi, atque conferre vacantes Episcopatus, cum iusta & evidens causa ipsius judicio subesse, quam & exprimere in Litteris teneretur: *Ex magna, rationabili & evidenti causa, in Litteris Apostolicis nominatum exprimenda*. Quo perspicue demonstratur, hujus ipsius Concilii Patres, quos nemo causari poterit assertatos esse Pontificibus; sic tamen secum constituisse, posse aliquando justas & necessarias ad Ecclesiæ utilitatem subesse reservationum causas. Verum expensis postea matutius malis ingentibus, que ex hujus facultatis abusu scaturissent, absolutissime relevationes extinxit omnes idem ipsum Concilium, voluitque ut electionibus a Sede Apostolica castratis, Capitulum ipsum vel Conventus ad novam procederet electionem. Verum Concilii Basileensis Decreta ne in Galliis quidem probata usque recepta fuere omnia, nedum in aliis Ecclesiæ Catholicae Provinciis, ut infra uberrim edisseremus.

II. Ea fuit ratio, qua extricavit se tandem Gallia ex illis laqueis, in quos se ipsa conjecerat, ab Urbano VI. ad Clementem VII. se conferens, ut auctor est San-Dionysianus Monachus in Historia ejusdem Caroli Latine scripta, a laboratore vernacula lingua donata: cuius hunc textum ex versione Gallica Latine verbis nostris reddere cogimur, quod Editio ipsa Latina nulla adhuc prodierit (3): *Summa pace ac libertate sub Urbano celebrabantur electiones ad primarias. Dignitates, virisque meritis illustres ad eas vocabantur in statu Ecclesiastico. Jus quoque præsentationis & collationis integrum, illæsumque constabat Patronis & Ordinariis ad omnia Beneficia vacantia. Id totum contra erat sub Clemente, quo dispendium pro rursus ingens longe plurimis importabatur viris, peritiae & pietatis claritate conspicuis. Narratur in eadem mox Historia, cum Rex Pontificem inviseret anno 1389. (4) induitam illi fuisse a Papa nominationem septingentorum, & quinquaginta Beneficiorum arbitrio suo, in gratiam pauperum Regni Clericorum, quos iis excludebat Curie Romane aviditas. Concessit & quorundam Episcopatum nominationem.*

III. Non omnino a Galliæ rebus detestemus,

(1) Hist. Univ. Paris. p. 367.

(2) Sess. 12. 23. 31.

(3) L. I. c. 11.

(4) L. 9. c. 7.

Itemus, si hic moneamus, annis 1427. & 1429. a Martino V. acerbissime objurgatos fuisse Angliae, & Poloniae Reges, quod Edictis suis conati essent Papales infringere Reservationes Episcopatum in suis Regnibus (1). Ad Polonum scribebat Pontifex, nunquam ita repugnasse Poloniā Pontificis iussionibus; Poloniae Episcopatus a se quandoque datos Regum ipsorum precibus & votis, que non semper tamen a Sede Apostolica exaudirentur; non multo ante tempore Episcopatus quinque a se in Anglia datos, duos in Gallia, & aliis datos, quam quos Reges nominarant; acquievisse semper Castellae & Arragonie Reges provisionibus a se factis: illud animo suo fixum statimque esse, merita personarum & Ecclesiarum utilitates Regum commendationibus, & petitionibus anteferri debere: *Magis enim consideravimus personarum merita, & commoda Ecclesiarum, quam regiam voluntatem.*

Ambigere forsitan quis posset, an diu Anglia tam docilem se & obtemperantem praebuerit, quam affirmat hic Papa: cum anno 1435. Henricum VI. Angliae Regem Eugenius IV. adhortatus sit (2), ut impletret ipse aliquando tandem, quod sponderat, & quod morte occupatus exequi non potuerat pater ipsius, nempe ut liberam Romano Pontifici permitteret omnium Angliae Beneficiorum dispositionem. Anno 1439. Clerus Andegavensis Episcopum elegit, quamquam jam alium nominaliter Pontifex Eugenius IV. Anno 1440. conquestus est Portugalliae Rex, quod injussu suo Visevensis Episcopus possessionem iniiserit Episcopatus sui; at Eugenius IV. rescripsit, Apostolicam Sedem disponere de Episcopatibus juxta Ecclesiae utilitatem, non exceptato Regum assensu (3): preces sibi frequenter porrigi a Regibus Galliae, Angliae, Hispaniae: sed eis tantum tribui a se, quantum sineret Apostolicae Sedis dignitas, & utilitas Ecclesiarum: *Supplicant nobis Reges Francie, Angliae & Hispaniae, certique pro Prelatorum promotionibus, nobisque commendant quos utiles & idoneos crebunt. Nos exaudimus quantum cum Deo possumus & honore nostro preces eorum. Ubi*

vero aliter videtur nobis pro commodo & bono regimine Ecclesiarum, Reges & Principes acquiescent.

Quæ Pontificis verba eum redolent usum, qui publicationem Pragmaticæ Sanctionis antecesserat; & hæc sane Epistola illud nos admonet, eam tum Romanos Presules exercitio potestatem, ut omnes Episcopatus donarent, non conniventer tantum Regibus, sed clam suffragantibus. Preces porro illæ & commendationes Regum apud Pontifices non multum recedebant a nominationibus, quas Concordatis posterioribus consecuti sunt illi tandem. Equis dubitabit, quin Pontifices & Reges mutuo sibi & faverent, & gratificarentur, in ea potissimum re, unde tantum ad eos redibat utilitatis? Si tam large autem Episcopatus ipsos dispensaret Romanus Pontifex, non erat ad angustiores arctata limites ejus ad reliqua Beneficia potestas.

IV. Nec eam Pontificum potestatem soli Galli meditari sunt Pragmatica aliqua temperare. Anno 1457. Aeneas Sylvius ad Archiepiscopi Moguntini Cancellarium scribebat, affuisse se Concordato, quod initum fuerat inter Apostolicam Sedem & Germanicam Nationem: convenisse hinc & inde Decretorum Basileensis Concilii partem alteram abjici, alteram admitti debere (4): electiones quidem solemniter celebratum iri; si fierent postulationes, posse eas a Pontifice vel rejici, vel admitti, iuxta Regulas Juris: Canonice factas electiones rejici non posse, nisi Pontifex de consilio Cardinalium alium subrogaret Ecclesiae utiliorem.

Anno ipso 1448. Confirmatum est a Nicolao V. Pontifice hoc Germaniae Concordatum (5), quo reservabantur Pontifici Beneficia quæcumque in curia Romana vacarent: item Beneficia Cardinalium & Pontificiorum ministrorum quocunque ea loco vacarent: in Cathedralibus & Abbatialibus Ecclesiæ electiones restituebantur: reliquæ dignitates, exceptis primariis cuiusque Ecclesiæ Cathedralis & Collegialis (6): item alia Beneficia omnia inter Pontificem & Ordinarios æquitatis partibus dividebantur. Nominabant Ordinarii mensibus Februario, Aprili, Junio, Augusto, Octobri,

De-

(1) Rain. ann. 1427. num. 15. 16. 1429. num. 13. 14.

(2) Rain. ann. 1435. n. 16.

(3) Idem ann. 1439. n. 37. 1440. n. 26

(4) Rain. ann. 1457. num. 47. Aeneas Sylvius Ep. 369.

(5) Goldast. Const. Imp. tom. I. pag. 403. & seq.

(6) Spand. ann. 1448. num. I. 1457. num. 5.

Decembri (1): sex reliquis Papa, adeo ut si intra trium mensium spatiū non prvidisset Papa, jus nominandi ad Ordinariū rediret. Clemens VII. anno 1534. irritavit (2) provisiones omnes quas Prałati fecerint præter Concordatum & Reservationes legitimas Apostolicā Sedis. Gregorius XIII. anno 1576. tres illos menses, quos habet Papa liberos ad Beneficia sibi reservata, declaravit (3) computari debere ab eo die, quo ea vacare ipsi innotuit. Ea erat rerum Germanicarum facies, ubi jam inde ab anno 1510. tentata erant remedia, quibus sublevarentur gravamina nationis Germanicae, quibus illa se attritam, oppressamque conquerebatur. Consuli alibi possunt, quæ ipsi excogitassen Ger mani temperamenta, suis ut aliquæ morbis fieret medicina. Sua quoque Poloniæ fuere Concordata (4). Opportuniori infra loeo aliqua rursum de Germanicis Concordatis disceptabantur.

V. Ad Galliam nostram nunc retorquentus gressus, ubi Carolus VII. Pragmaticam observari præcepit, indeflexa adversus Eugenii IV. & Pii II. preces constantia. Ubi ad Regni gubernacula sedere cœpit Ludovicus XI. seu Cardinalis Arrebatensis primarii Ministri sui instigatione, seu cupidine conciliandæ sibi Pontificis gratiæ, ad Siciliam aliquando sibi subjiciendam: seu denique obstinata averfatione eorum omnium, quæ parens fuis Carolus VII. molitus esset, Authenticum & Autographum ipsum Pragmaticæ misit ad Pium II. cum diplomate, quo illa funditus obliterabatur, anno 1461. Fertur (5) Romæ Charta ipsa Pragmaticæ per lutulentas Urbis vias tracta & raptata fuisse. Verum tam vehementer Senatus Parisiensis super ea Pragmaticæ abolitione ad Regem peroravit, ut eodem ipso anno 1461. in usum revocata sit; minus jam repugnante Cardinali Arrebatensi (6), quem a se alienaverat Pontifex invicta sua constanza in damnanda Episcopatum pluralitate. Cum uno enim tempore vacassent Ecclesiæ Vefunctionensis & Albigensis, utramque simul

postulans Cardinalis, expugnare a Pontifice non potuit nisi alterius optionem. Nec tamen ita restitutus est Pragmaticæ usus, ut non Reservationes & Expectativæ subinde locum haberent.

Cum Pio II. Paulus II. successisset, novas is anno 1464. machinas instruxit ad eam penitus exterدام (7). Cardinalitia purpura donatur Balua, quod in se receperiset eam abolitum iri. Diploma Regium de ea re ne publicaretur intercessit Senatus Parisiensis summa virium contentionē. Joannes San-Romanus Procurator Regius contestatus est illo triennio, quo sub Pio II. cessatum fuerat a Pragmaticæ observatione, immensa auri pondera Romam traducta ex Galliis fuisse. Tam audaci Oratori Rex in speciem succensuit, fucque illum Officio abdicavit: at clam favisse fertur, & eam jacturam abunde compensasse. Non paulo vehementius excanduit Universitas, & pro defensione Pragmaticæ ad Concilium generale provocavit. Contra autem nitebatur Rex, pollicitus Pontifici eam se prosfus obliteraturum, sed tum maxime, cum instandum ei fuit apud Pontificem, ne fratri suo necessariam annueret dispensationem ad ducendam Ducis Bur gundie filiam & heredem.

VI. Nec quenquam movebit, quod tantopere abhorrent Galli a Reservationibus & Expectativis; cum auctore Cardinali Papiensi, sub Pio II. Romæ in Consistorio Cardinalium de iis abolendis deliberatum fuerit (8). Est enimvero quod vehementer stupeamus, ne funditus tunc tollerentur, unum maxime repugnasse Cardinalem Carvajalem Episcopum Portuensem (9), cuius alias incorrupta integritas sexcentis spectata fuerat experimentis. Noluit ille rem tot laboribus, tot certaminibus assertam, sponte abjici. In ejus sententiam iere Cardinales, concessit & ipse Pontifex.

VII. Speravit Sixtus IV. æquissimi a se temperamenti viam initam esse, sex mensibus sibi sumptis, totidem permisso Episcopis Galliar. Bulla ejus in eam rem inter

(1) Bullar. M. t. r. Bulla Ad facr.

[2] Ib. Bulla Admon.

(3) Ib. t. z. Bulla. Quæ in Ecclesiam.

(4) Goldast. Const. Imp. t. z. p. 119. &c. Statut. Polon. p. 448. & seqq.

(5) Hist. de la Pragm. & du Conc.

(6) Marca Concord. l. 6. c. 9. n. 10.

(7) Libertex de l'Egl. Gall. c. 22. n. 24. Hist. de la Pragm.

(8) Ep. 92. (9) Rain. ann. 1464. n. 67.

ter Extravagantes communes radiat (1), & data est anno 1472. Hoc tamen Sixti IV. & Ludovici XI. Concordatum affirmat Guimierius (2), quanquam eodem quos Germanicum Concordatum, sex menses annueret Episcopis, a Reservationibus & Expectativis absolutos, cum quatuor tantum hactenus eis concessi fuissent; nunquam usu receptum fuisse, quod Juri communis & Decretis Constantiensis & Basileensis adversaretur.

Parum religiose tamen observabatur Pragmatica, dum in vivis egit Ludovicus XI. qui eam corroborare studuit in Conventu Aurelianensi quodam anni 1478. (3) Eo mortuo Comitia Regni apud Turones coacta anno 1483, eam omnino restituì flagitarunt. Sub Carolo VIII. celebratae sunt electiones quadam Episcopales, excitate sunt & dissensiones. Innocentius VIII. juvenem Regem per Nuntium suum admonuit, frustra tentatum fuisse a Carolo VII. ut Pragmaticam confirmaret Concilium Basileense; cassam ergo & irritam illam jaceere (4); cum Congregatio Bituricensis Decreta ipsa Concilii Basileensis inflectendo, & temperando infregerit, spe impetranda a Concilio confirmationis, sed cassa prorsus & inani spe.

VIII. Anno 1499. Ludovicus XII. publicato Edicto Pragmaticam restituit, & instantissime observari præcepit. Eo exulceratus Julii II. animus, jam ante Ludovicu ut sibi infenso infestus, in Sessione IV. Concilii Lateranensis V. anno 1512. legi fecit Pragmaticæ revocationem a Ludovico XI. factam, eoque ipso tempore Monitiones decerni curavit ad Prelatos, Principes & Parlamenta Franciæ, ut se Concilio sisterent. Anno 1513. Julio vive-re desinente suffectus Leo X. Concilium Lateranense continuari voluit, prorogavitque tempus, ad defensionem Pragmaticæ. Ludovicus XII. Concilio Pisano renuntiavit, ut quod non excitasset, nisi tanquam terriculamentum, ad Julii impetum retundendum, subiectique se Lateranensi. Franciscus I. ei succedit, reportataque victoria per insigni in Italia, rescivit tandem finali- & peremptoriā citationem Concilii Lateranensis ad Pragmaticam defendendam: quo adductus est ut concertationes tandem

istiustmodi omnes Concordato stabili termi-naret. Bononiæ anno 1515. ubi Pontifi-cem Rex interviserat, concinnatum est Concordatum & perfectum. Bulla Leonis X. ad revocationem Pragmaticæ lecta est & confirmata, Sessione XI. Concilii La-teranensis. Approbatum & in eadem est Concordatum Bononiense, insertumque A-di Concilii anno 1516.

IX. Concordata hæc Bononiensia, seu potius Gallicana, eodem fere constant or-dine, iisdemque propemodum Decretis at-que Pragmatica Sanctio; cuius statuta ibi aliqua totidem verbis intexuntur, alia ex parte, alia omnino immutata. Iis edicitur, ut ne amplius Capitula Episcopos eligant; sed Rex nominet Pontifici Doctorem, vel Licentiatum in Theologia, vel Jure, an-nos natum saltem 27. intra sex primos va-cantis Ecclesiæ menses. Nisi Rex idoneum nominet intra sex menses, trimestres adhuc habet inducias, quibus consumptis si non sit functus Officio, Pontifex Episcopatum conseruet. Solus conferet Pontifex eos etiam, qui vacabunt in Curia. Abbatiarum & Prioratum Conventualium, vere electivo-rum, hoc est ubi sit electio juxta Caput, Quia propter, eadem ratio quæ Episcopatu-m, nisi quod ætas non exigitur nisi an-norum 23. Si Rex ad Abbatias aut ad Prioratus nominet sæcularem, vel alterius ordinis Regularem, aut minorem annis 23. aut minime idoneum, post sex menses, tres habet alios, quibus absumptis jus ad solum devolvetur Pontificem. Si Capi-tulis Ecclesiæ, aut Monasteriorum, aut Prioratum, privilegia sint aliqua Sedis A-postolica ad eligendum, illis gaudere per-mittentur. Refervationes & Expectativæ prorsus extinguntur. Præter Præbendam Theologalem quæ danda est Graduato in Theologia; Collatores omnes & Patroni Ecclesiastici dare tenentur tertiam partem Beneficiorum Graduatis, hoc est ea omnia, quæ vacaverint mense Graduatis dicato, quo elapsò duo liberi subsequenter. Ponti-fex unusquisque sui Pontificatus tempore toto, unum poterit Mandatum Apololi-cum dare Collatoribus iis, quibus decern saltem Beneficia suppetent conferenda: duo autem iis, quibus quinquaginta suppe-tent, & amplius. Mandatarii Graduatis an-

(1) L. 1. r. 9. c. 1.

(2) Guim. in Pragm. r. de Collat. §. Quod si quis.

(3) Lib. de l' Eglise Gall. c. 22. n. 26.

[4] Hist. de la Prag.

anteponuntur (1). Denique gaudet semper Pontifex jure præventionis, potestque creare Canonicos in Cathedralibus & Collegiis, ut in iis Dignitates, Personatus, vel Officia obtinere possint, quod alias non possent ex hujusmodi Capitulorum statutis.

Hæc summa nostram est Concordatiorum, quod ad propositum nobis argumentum attinet. Ex quibus elucecit temperatas potius esse expectativas & reservaciones quam omnino sublatas. Sunt enim servatae 1. in Episcopatibus, Abbatibus & Prioratibus electivis, quos confert Papa ad præsentationem Regis, quod & aliquoties factitatum vidimus ante Concordia. 2. In Beneficiis vacantibus in Curia. 3. In præventione. 4. In Mandato uno ad Collatorem cui in decem, & in Mandatis duobus ad Collatores quibus in quinguaginta Beneficiis vel amplius jus est.

X. Ut inter has vicissitudines rerum magis magisque splendescat Sapientia Ecclesie Christi, nihil aptius, nihil accommodatius dici potuit, quam quod Petrus Alliacensis, & Joannes Gersonius de his scripsere, quorum & ipsi pars aliqua fuisse non immerto dicentur. Ita ergo Petrus Alliacensis (2): *Papa jure potuit ordinationes majorum & electivarum dignitatum, ac collationes aliorum Beneficiorum sibi & Apostolica Sedi reservare, quia hec antiquissimo jure sibi competit. Hac etiam non solum jure universali administrationis Papalis potuerunt competere, sed etiam ex speciali causa, ratione materia subjecta: utpote quia inferiores in suis electionibus, & ordinarii Collatores in Beneficiorum collationibus abutebantur, & per potentiam laicalem sepe jure suo non libere uti permettebantur, seu alia aliqua speciali ratione. Ex quo subinfertur, quod cum Sedes Apostolica in premissis prescripserit, supposito quod Summi Pontifices in hoc abusi fuerint, vel excesserint, non propter hoc est ab eis hujusmodi jus tollendum, sed abusus pellendus, & excessus restringendi sunt, & hoc fieri potest per rationabiles Constitutiones sacri Concilii generalis. Nihil rationi, nihil veritati magis consentaneum dici poterat ad Patrocinium Concilii Constantien-*

*Thomas. Tom. IV.*

sis & Basileensis, immo & ad Lateranensis, ubi confirmatum est Concordatum: cum tribus his Conciliis id in commune conveniat, quod non prouersus aboleverint, sed aliter & aliter pro temporum opportunitate temperaverint Reservationes & Expectativas. Paucioribus verbis Gersonius eandem penitus complexus est sententiam (3): *Omnia Beneficia sunt Papa, tanquam Ordinatori supremo, non tanquam domino, aut possessori, immo nec tanquam immediato dispensatori, regulariter & universaliter, nisi Prelatorum inferiorum iniqitas, aut manifesta Ecclesie utilitas casibus certis istud exigeret.*

XI. Textus ipse Pragmaticæ Sanctionis fidem facit Decrēta Concilii Basileensis multis ibi modis deflexa & temperata fuisse, ut Galliæ moribus consentirent (4): *Basileensis statuta Synodi, aliqua simpliciter, ut jacent, alia vero cum certis modificationibus & formis, non hesitatione potestatis & auctoritatis condentis & promulgantis, ipsis scilicet Synodi, sed quatenus commoditatibus, temporibus & moribus regionum & personarum congruere conspexit. Atqui temperamenta hæc consultanda cum Pontifice, vel cum Concilio fuerant, vel potius cum utroque, cum utriusque tanti interesset. Unde & Guimierius existimat locum eis esse non posuisse, nisi Ecclesia Gallicana superiorem Concilio, superiorem Pontifice auctoritatem sibi vindicaret (5): Non puto hanc panam locum habere, cum hac modificatione non fuerit approbata per Concilium Basileense; nec potuit aut potest Ecclesia Gallicana imponere legem Papæ. Alibi vero duas facit Guimierius classes modificationum: alia enim Decretis Concilii adversa erant, quarum complures allegavi; & has ait irritas statim fuisse, quod ratas non habuerit eas Concilium (6): Istarum modificationum due sunt species; quadam directe contra decreta Basileensis, & ea corrigunt, vel restringunt. Et hujusmodi modificationes cum non fuerint approbatae per Concilium Basileense, non habent aliquam vim nec sunt servanda. Nam Ecclesia Gallicana non potuit nec potest facere statuta contra iura, nec imponeare legem Papæ. Aliæ vel declarationes*

D d

vel

(1) Pithou. *Libert. Gall.* c. 62.

(2) Gerson. t. 1. p. 917.

(3) Ibidem To. 2. p. 22.

(4) In Proœm.

(5) In *Pragm. De elec. §. Quod si quis.*

(6) *De collat. §. Ut vero. §. Item voluit.*

vel pœnæ erant novæ , & has potuit sanctificare Ecclesia Gallicana . Missa facio & alia complura ejusdem Canonistæ Galli verba (1) , Pragmaticam interpretantis , & consentientis , non potuisse eam legem dici Concilio & Papæ . Hoc advisamentum non potest , nec potuit imponere legem Papæ , &c. Ecclesiæ Gallicana ordinatio aqua est , sed non potest ligare Concilia generalia , &c. Contra Concilium Basileense non potuit legem facere . Et ab eo tandem concluditur (2) , cum modificationes ita ne a Galli quidem admittæ fuerint , nisi ea lege , ut ad Concilium referrentur , & ab eo adprobarentur : ratus eas esse nullo modo posse , cum ne ad Concilium quidem relatæ fuerint , ut quod ante finem accepérunt (3) : Non fuerunt prædictæ modificationes admissæ per Concilium Basileense , quia dissolutum fuit , antequam ei relate fuissent , &c. Modificationes non fuerunt acceptate , nisi sub modo quod referrentur ad Concilium Basileense , & per illud admittentur .

Si autem Cleri Gallicani Congregationi Bituricensi visum est , tantum Decretis Basileenibus obliquendum libi esse , quantum Regni usus & consuetudo pateretur : quin & eadem libertas Ecclesiæ Romane concedatur , quæ Gallicanæ ea quidem in re . De communibus vertebar causâ honoribus & prærogativis Pontificis & Galliæ , communi ergo Concordia , & communicato consilio necesse erat eas controversias finiri . Tentata res est a Sixto IV. & Ludovico XI. perfecta est a Leone X. & Francisco I. confirmata denique et in Concilio utrinque accepto . Nec nos præterit quanta animorum contentione perdiu restiterint & Senatus amplissima Curiæ , & Capitula non pauca , ne Concordata admitterentur , utque retineretur Pragmatica . Verum nec illud nos præterire debet , si laudi fuit pia & religiosa mente aliquandiu restitisse , non minori fuisse & laudi & gloriæ , quod restitare desierint , acquieverintque tandem aliquando , non aliis quam justis & necessariis de causis .

Oblivavit & Clarissimus Spondanus Apamensis Episcopus , peræque ut Guimierius , quam non magni facerent auctores

& conditores Pragmaticæ totam illam Synodus Basileensem , a qua tamen auctoritatem & pondus Pragmaticæ sive venabantur (4) : Ita Rex . Ex cuius verbis manifeste apparet nullius sive pretiis fuisse apud Galliæ Concilii Basileensis auctoritatem , quam ita sensibus suis , ac dispositioni subjecerent , &c. Denique tanta libertate recipiendis , rejiciendis , truncandis , ampliandis Basileensium placitis usi sunt , ut patentissime se etiam iudices Conciliorum generalium , quæ Basileense agnoscere præferebant , constituerint . Nec ipse Petrus de Marca dissimulavit (5) , ex eo quod Pragmatica cum iis quorum intererat , non fuisse trutinata , Gallias tunc non potuisse per illam ex ingenti illa rerum perturbatione emergere .

XII. Scite observatum est , in Gratiani Decreto ne vestigia quidem ulla existere Reservationum & Expectatiavarum . Et tamen ingenue confitendum fundamenta earum aliqua ponit iam tum cœpisse , cum illa intinuaretur doctrina , fundatas creataque ab Ecclesia Romana Ecclesiæ omnes alias Patriarchales , Metropolitanas , Cathedrales , quin & dignitates in eis quasiabet splendidores . Ita fertur in Epitola Nicolai II. ad Mediolanenses perlata per Petrum Damiani , cuius calamo eam exaratum fuisse simile veri est (6) : Omnes sive Patriarchii cuiuslibet apices , sive Metropoleon Primatus , aut Episcopatum Cathedras , vel Ecclesiæ cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia .

XIII. Inde certe posteriores Canonistæ præsidia arcessivere posteriori disciplinæ , cum omnia orbis Christiani Beneficia subinde a Romanis conferri cœpere Pontificibus . Verum non ex ea doctrina ulus ejusmodi erupit , sed ex usu doctrina . Utum autem invexere necessitates Ecclesiæ , vel preces Principum , vel piorum etiam viorum sollicitationes , quibus eo tandem compulsi sunt Pontifices . Postquam vero ipsis prorsus temporis diuturnitate convuluit , itemque Canonistarum consensione , qui electiones & patronatus interpretabantur non aliud quam gratificationes & indulgentias fuisse Romanæ Ecclesiæ , quæ revocari ab ea potuissent : tum vero Pontifices

(1) De causis . §. Ne tamen . §. Item circa . §. Item fuit .

(2) De num. & qual. Car. §. Salvo quod .

(3) De conclusione Eccl. Gallie .

(5) Marca . De Concord. L. 6. c. 9. n. 13.

[4] Ab. 1438. v. 21. 22.

(9) D. 22. c. 1.

tifices ipsi coepere ea quoque placita am-  
plecti & publicare de omnium Ecclesiarum  
& Beneficiorum fundatione a Petro Petri-  
que successoribus: unde & Cancellariae re-  
gulae conscriptae tandem sunt, quibus omnia  
fere illis servantur Beneficia, electiones  
que prorsus extinguuntur, maxime in  
Italia, ubi haec regulae latissime dominan-  
tur.

Canonistæ ex adverso alii (1) vitium in  
contrarium iere, electiones rati jure divi-  
no & incommutabili niti. Abunde sunt,  
qua dicta superius sunt, ut his se errorum  
laqueis exuant, qui exui volent & assen-  
tiantur Ecclesiæ, divina prorsus sapientia  
& caritate accommodanti se ad varias has  
rerum vices & temporum necessitates: qui-  
bus non potest non servire, & sele infle-  
tere, dum unum illud indetlexum & in-  
variabile constet, ut exteriori pro tempore  
disciplinae non aliis regulis, affectibus, con-  
siliisque serviatur, quam qua religionis,  
pietatis, & caritatis propositum sibi habeant  
incrementum.

XIV. Collatores & Institutores primarii  
omnium suarum Diocesenos Beneficiorum fue-  
re Episcopi, utpote earum omnium Ec-  
clesiarum fundatores, vel fundatorum ha-  
eredes & successores. Longo saeculorum de-  
cursu juris illius Episcopalis rivuli aliquai  
in Patronos, seu laicos, seu Ecclesiasticos,  
in Institutores item & Collatores alias plu-  
res dimanarunt, ita tamen ut jam inde  
ab exordio Episcopi jure hoc suo gavisi  
sint, nominando, nominatos ab aliis in-  
stituendo, conferendo, aliorum collationes  
consensu saltem tacito ratas habendo. At  
Romani Pontifices ex adverso eti a Petro  
orti, omnium Ecclesiarum parente, non  
tamen fere se interposuerunt in ulla Benefi-  
ciorum provisiones per ceteras extra Italiam  
Provincias annis amplius centum supra  
mille. Principum ambitione, piorum do-  
ctorumque virorum instigatione, saeculo  
demum duodecimo aliquid ejusmodi ag-  
gressi sunt. Ea potestas, ut solet, lapidem  
temporis latius serpsit, ulteriusque proges-  
sa est, quam plerique optarent; ita mo-  
dos, fines & temperamento ei mox ad-  
hibuere Principes, Concilia, Pontifices  
ipsi.

Non ea nobis hic enodanda proponitur  
controversia, utra disciplina optabilius, con-  
ducibiliorque cuncta sit. Quam se cun-

que in partem inclinaverit animas, non  
aliud reapse sperare datur, quam quod Nu-  
minis providentia provisum, & in mores  
Ecclesiæ universalis jam innectum est. Il-  
lud nobis semper optimum videri, id gra-  
tissimum accidere debet, quod voluerit,  
quod permisit Christus Optimus Maxi-  
mus, qui nisi quod tandem vertat in suam,  
& in Ecclesiæ suarum gloriam & utilitatem,  
scit, aut permittebit nihil. Iis acquiescamus  
& assentiamur, quibus assentitur & acquie-  
scit Ecclesia. Ne nos plus sapere velimus,  
aut amplius aliquid Dei causa velle, quam  
sempiternæ sapientiae Christi sponsam, co-  
lumnam veritatis. Illud quoque consultum  
est, hodiernam Ecclesiæ disciplinam anti-  
quiori semper preferre, ut præstabiliorum,  
sin minus universim, qua infinita quædam  
disputationum seges esset, saltem peculia-  
ritate huic quam agimus ætati. Insanire il-  
lud, non sapere est Conciliorum genera-  
lium sapientiam suarum posthabere, pietatem,  
religionem. Disciplinae cujuscunque versati-  
tilis & exterioris potest bonus, potest &  
malus esse aliquis usus in conferendis Be-  
neficiis. Unum illud refert immane quan-  
tum, non conviciis proscindi, aut irritis  
votis concuti & immutari eum, qui nunc  
invaluit, usum: sed optare, sed curare,  
quantum cuique suppetit virium, utrige  
& sancte omnia peragantur, convenienter  
ad leges sempiternas & immutabiles justi-  
tiae, caritatis & modestiae Christianæ. Sive  
Pontifices, sive Episcopi, Patroni, aut  
Collatores Beneficia dispensent, unum id  
cordi esse debet, ut dignioribus ea largian-  
tur, & paratoriis Ecclesiam ædificare &  
ornare moribus ac obsequiis suis; ut una  
sit eaque religiosissima qua omnes succen-  
dantur æmulatio, non qui Beneficia con-  
ferant, sed qui sanctius, qui sanctioribus  
conferant.

XV. Anno 1568. reservavit sibi S. Pius  
V. omnia Beneficia, cujuscunque demum  
fortis, qua vacante Episcopali Sede vaca-  
rent. Unus illi scopus erat propositus,  
pauperibus Clericis subvenire, & quorum  
pietas & eruditio nullis temporalibus sub-  
sidii juvatur (2): Cupiens pauperibus  
Clericis & aliis benemeritis personis de Be-  
neficiis Ecclesiasticis providere, &c. Inter-  
cellum est ejus Bullæ executioni, quan-  
quam vel nomen ipsum S. Pii V. dubita-  
re vetet, quin ad pietatem propagandam

D d 2

(1) Fagnan. in l. A. Decr. Part. 2. p. 2. 3.

(2) Bulla 55.

totum illud pertineret. Dubitatum est, an Pio extinto pari pietate res ab aliis tractanda foret. Vel hinc tamen iuspicari rursum possumus, qui primi Expectativas invexere Pontifices, potuisse eos non alio, quam pietatis & caritatis incitamento agi. Peculiari infra Capite declarabimus a Regibus ipsis ad impetranda quibusdam de te, de regno, de Ecclesia benemeritis Beneficia preces abhibitas fuisse, quæ postea in necessitatem verterunt. Quin Archiepiscopi & Episcopi eandem nonnunquam sibi servatam voluerent potestatem. Denique Concilium Tridentinum (1) Expectativas & Mandata penitus sustulit, sicut & Reservationes mentales Beneficiorum nondum vacantium, licet in gratiam Cardinalium factas. Prohibuerat Alexander III. eas Beneficiorum pollicitationes antequam vacarent. Bonifacius VIII. eas irritas declaraverat. Vide Capita Nulla. De concessione Præbendas; & Detribandas. Ibidem. In Sexto.

Illa data fere nos præterit Hispania, sed vel una Ximenii Cardinalis historia addocebit, quam prope abesset a Gallie consiliis in expectativarum negotio. Post impletum Theologiarum & Juris studiorum curriculum, Romam profectus est, ubi Expectativam obtinuit Ximenius, cui Archiepiscopatus Toletani. Eo rescito Archiepiscopus tam impotenti indignatione exarsit, ut illum tetro carcere damnarit. In eo solatii non parum accepit a conceptivo Presbtero, qui narravit ei nobilem olim virum ex eo ipso ergastulo ad Archiepiscopatum Toletanum pervenisse: nec inferius quidquam augurari ipsum sibi de virtute & fortuna sua debere. Ubi jam nihil spei superfuit Archiepiscopo, ut Beneficio tam legitime parto renunciaret Ximenius, relaxatus e carcere, mox illud alio permutavit. Hæc Gomecius in Ximenii vita, ubi nec illud diffundulat, quam indignanter ferrent Hispani Praefules has Romanæ Curiæ gratias, quas suæ dignitati magnopere injuriosas interpretabantur: *Is fæcrodia vindicandi modus apud omnes Episcopos invidiosus est, quod jure suo fraudari videantur; unde quibus ad resistendum minor vis est, vel invisi cedere coguntur.*

## C A P U T XLVI. P.4. l.2.c.13.

An Pragmatica & Concordata locum habuerint in Provincia Narbonensi, & in Britannia Armorica? De Indulto harum Provinciarum, necnon & earum, quæ nuperime Galliæ Regno accesserunt.

I. *De Armorice & Narbonensis Provinciæ revocatione & insitione in jura Gallicana Regni. Ecce in iis nec Pragmatica vigerit unquam, nec Concordata?*

II. *Quam articulo nexus Duces Armoricae & Provincie Comites cum Ecclesiæ Romanae coauissent.*

III. *Indulta Pontificia Francisco I. concessa in has Provincias duas, & in Monasteria eligendi privilegio speciali dotata. Eorum indulctorum continuatio.*

IV. *Necessaria erant Indulta, quod Provinciæ & urbes de novo accrescentes, in usus Regni speciales fine indulto non transferantur.*

V. *Ut se Provincie Comes Gregorio VII. subjecerit.*

VI. *Alternativa a S. Pio V. Armoricae Provincie concessa. Varii usus & abusus in provisionibus Beneficiorum Armoricae.*

VII. *De Bressa, Bugeo, &c. De Burgundia Comitatu.*

VIII. *Ubi Indulta & sepius confirmata, & diutius continuata sunt, in jus tandem commune evadunt.*

IX. *Indulta ad civitates Metensem, Tulensem, Virdunensem, &c. Atrebatensem, Tornacensem, aliasque nuper Regno adiectas.*

I. **R**enatus Siciliæ Rex, idemque Provinciæ Narbonensis Comes, Comitatum hunc Ludovico XI. Galliæ Regi legavit (1) anno 1476. hæredemque illum testamenti paginis inscripsit. Malunt alii oppignoratum tantum fuisse pro quinquaginta millibus aureorum solidorum, quæ destinaverat Renatus redimenda filiæ sive Margaritarum, viduæ Henrici VI. Angliae Regis, quam novus Rex Eduardus in vinculis habebat. Sed cum idem Renatus Rex vitam cum morte commutasset anno 1480. septuaginta tres annos natus, præ mortuis ei

(1) Seff. 24. c. 9.

[a] Spend. an. 1476. n. 5. & an. 1480. n. 7.

ei tribus filiis, tribusque inde nepotibus, hæredem is reliquit Carolum du Maine, filium Caroli Comitis Cenomanensis, qui altero post anno vivere desit, transmisitque in Ludovicum XI. & hæredes ejus Galliæ Reges jura sua & dominia omnia.

Hinc emicat in Provincia nunquam valuisse Pragmaticam Sanctionem, cum ea edita sit anno 1438. Comitus autem non nisi quadraginta amplius post annis Coronæ Franciæ restitutus sit (1). Non is erat Ludovicus XI. sub quo ea restitutio facta est qui Pragmaticam in Provincia primum promulgaret, cum eam ipsem anno 1461. ut gratiam iniret a Pontifice, abolevisset.

Ali quanto tardius Armorica Gallicano Regno reddita est, anno nimurum 1532. (2) Franciscus I. Rex in Comitiis Generalibus ejus Provinciæ eam restitutionem, unionemque perfecit. Itaque multo etiam certius est, nunquam ibi Pragmaticæ valuisse locum.

II. Jam inde a temporibus Ludovici IX. sanctissimi Francorum Regis, Comites Provinciæ arctissime cohæserant Pontificibus Romanis. Carolus Ludovici IX. frater Dux Andium, Provinciæ quoque Comes evaserat, ducta in uxorem Margarita filia Comitis Provinciæ Raimundi, & hærede. Huic Carolo ejusque stirpi Pontifices Romani Regnum Neapolitanum Siculumque contulerunt, ex quo Principes hi arctissimis vinculis Sedis Apostolicæ obsequiis innexi sunt, ejusque decretis ac nutibus religiosius additæ. Nec me fallit Pium II. in oratione quam habuit ad Conventum Mantuanum, conquestum esse de Renato Rege, qui spem fecerat abolendæ Pragmaticæ, nec promisif steterat: *Promisi curaturum se summo studio, ut Pragmatica Sanctio deteretur. Non est deleta. Sed facile hoc intelligitur referri debere, nou ad Comitatum Provinciæ, sed ad Franciæ Regnum, in quo confidebat Renatus posse a se præstari, quæ vires suas post expertus, sensit se non posse. Certe Pius ipse postea confessus est, Renato vires magis quam voluntatem desuisse, quod de subiecta ei provincia dici vix potuisse: Fortassis aliqua sunt, quæ non erant in sua potestate.*

Singularem quoque Duces Britannicæ Armorice profitabantur observantiam Sedis A-

poltolicæ (3), eoque a reliqua Gallia fere dissidebant, quandiu per schismatis Avignonensis procellas non satis fida firmaque constabat fides & societas inter Galliæ Reges & Romanos Pontifices. Anno 1459. cum Legati Regis Franciæ Romæ cunctarentur Pio II. assurgere, eique solitam præstare obedientiam nomine Regis Galliæ; Legati qui tunc aderant Ducis Britanniæ, non modo sacramentum edidere obedientiae nomine Ducis, sed & solemniter contestati sunt, nunquam Duces suos vel tantillum dissensisse ab Apostolica Sede, semper Pragmaticam repudiasse (4): *Majores nostri posse accepta semel Christi sacra, numquam apostatarunt, vixere Romanis legibus, nec unquam prima Sedis mandatis adversati sunt, Pragmaticam sanctionem, Gallia Genit in ventum, respuerunt, prædecessoribus suis constanti animo adheserunt.* Hæc est quæ dicitur Patria obedientia, quod eo uno continebatur, ut vulgato ferebatur adagio (5): *Nunquam prima Sedis mandatis adversari, Romanis legibus vivere.* Quando vero collisus est Ludovicus XII. Rex, cum Julio II. Papa, atque adversus eum coagit Concilium Pilatum, Galliam quidem Pontifex interdicto subjecit, at Armoricanum exceptit, quæ constantissima in obsequio fuerat: *Excepto Britannia Ducatu, Regnum Francia Ecclesiastico subjecimus interdicto.* Verba ea sunt Bullæ Julii II. quæ recita fuit lessione III. Concilii Lateranensis V. (6).

III. Caroles Molinæus in *Regulam xviii.* *Cancellaria De infirmis resignant.* Commentarios edens, negat in Britannia, ut pote obedientiae strictioris patria, Pragmaticam & Concordata admissa unquam fuisse (7): *Adhuc hodie Regio illa patria obedientia Papa vulgo voratur; nunquam ibi Pragmatica sanctio, nec Concordata recepta sunt; sed ex compacto, Papa habet ibi octomenes, sibi reservatos, in quibus, vel vacationibus tunc occurrentibus Ordinarii nihil possunt. Et contra Ordinarii quatuor menses, in quibus Papa nec prævenire, nec reservare, aut aliter disponere potest. Rationem etiam paulo post subiicit, quod recollecta non fuerit Galliæ Regno provincia Britannia nisi anno 1532.*

An-

(1) Spond. an. 1497. n. 12. Hist. de la Pragmatique par M. Dupuy.

(2) Spondanus Ann. 1532.

(3) Spie. tom. 8. p. 308.

(4) Rainald. an. 1459. n. 66. 67.

(5) Gobel. in Comm. Pio II. l. 3.

(6) Rainal. an. 1512. n. 96.

(7) Num. 336.

Anno 1516. Leo X. & Franciscus I. con-gressi sunt Bononiæ (1) in Longobardia & Concordata pepigere, quibus Regnum Fran-ciæ & Delphinatus regerentur posthac. Ac-eipe quæ de his scribat nuperus, isque di-ligentissimus Scriptor vernaculo sermone, quem nos ita latinæ consuetudini reddimus: *Cardinalis Santiquarius unus Delegatorum Papæ, ad deliberandum cum Delegatis Re-gis Gallia, Chartæ subscriptæ ante Barmanum Advocatum Regium, qua preter insignia plura capita, que Concordatis sunt intexta, concedebantur a Pontifice Regi, quandiu su-perstes esset, ut ad Ecclesiæ & Monasteria Britannia & Provinciæ nominaret, ita ut si Rex approbaret Pontificis privilegium aliquod istiusmodi olim a Pontificibus conces-sum fuisse Ducibus Britannia, vel Comiti-bus Provinciæ, id protinus a Pontifice con-firmaretur.*

Publici juris fecit Pisonnius (2) hoc In-dultum Leonis X. Francisco I. collatum dum in vivis esset, ut nominaret ad omnia Beneficia Consistorialia Britannia & Pro-vinciæ: utque nominaret etiam ad Abba-tias Clericos sacerulares, si quando eis Mo-nachi deessent tantæ sarcinæ pares. Publi-cavit idem ipse Pisonnius Edictum Hen-rici II. Regis anno 1549. ut confirmaret in Armorica & Provincia complura Sedis A-postolica jura, in Regionibus strictæ Obe-dientiæ usitatissima, circa Reservationes, Pensiones, Regulas Cancellariae & ejusmo-di alia. Auctor idem est (3) hoc Indultum Leonis X. transfusum fuisse ab eius succe-soribus ad successores Francisci I. Scripro-res supera laudati Historiæ Pragmaticæ & Concordati idem confirmant, annotantque clarissimum virum Parlamenti Aquensis Se-natorem doctis omnibus notissimum, ipsum-que doctissimum, Authentica communica-tiæ duarum Bullarum Pii IV. anno 1564. datarum, quibus Carolo IX. Regi conce-debatur potestas nominandi ad Prælaturas & Episcopatus Regni & Delphinatus, Bri-tanniæ & Provinciæ, testatumque siebat a prioribus Pontificibus idem concessum fuis-se prioribus Regibus.

Monumenta quædam evulgata non ita pridem sunt rerum ad Concilium Tridentinum pertinentium (4). In iis inspici po-

test quam ægre extundi potuerit Romæ In-dultum anno 1561, quo Carolo IX. conce-derentur Nominaciones Provinciæ & Bri-tanniæ. Ad sex tantum menses concedeba-tur, tum ubi expirasset, ad sex menses alios innovandum. At aperte tandem declaratum est morositates illas affectatas eo tendere, ut meliori fide servaretur a nobis Concor-datum, & vere Britanniæ & Provincia ad mores Patriæ Obedientia se compонerent, ut superiores Reges in se recenterant.

Non ergo vel Provincia, vel Britanniæ, aut Concordato unquam obnoxia fuere, aut Pragmaticæ; cum nec recepta hac ibi un-quam fuerint, aut publicata: nec nisi vi peculiari Indulti nominarint Reges ad Be-neficia earum Provinciarum consistorialia.

Nec enim extensio eit, aut ampliatio Concordati, quod diximus Armorica & Provinciæ Indultum. Mera ea eft concef-sio nominandi ad Prælaturas, Concordati ne facta quidem mentione. Itaque reliqua Concordati tam varia Capita nihil ad has Provincias pertinent. Agam infra numero viii. de Indultis ad Monasteria privile-giata.

IV. Si qui velint quamprimum Provin-ciæ aliquæ Regno & Coronæ Regum ac-crescunt & adglutinantur, jam tum eas con-sociari legibus & privilegiis reliqui Regni totius: ii non satis adjectæ videntur ani-mum ad ea, quæ observata sunt superius, & ad ipsam rerum historiam. Si enim res ita se haberet, frustra ergo laborasset Fran-ciscus I. ad impetrandum Indultum Britan-niæ Minoris & Provinciæ. Frustra succe-sores ejus ambissent ejus propagationem. Frustra Reges omnes hactenus desudassent ad impetrandum Indultum trium Episcopatu-m, Metensis, Virodunensis & Tullen-sis; nec non & Elnensis, Perpinianensis, aliorumque recentius Regno adjectorum. Superfederi potuerat, polletque adhuc eo labore, cum satis esset pomaria imperii Gal-licani eo protulisse. Insiculum eft autem quod de Delphinatu objicitur. Ea enim Provincia redintegrata fuerat Regno Galli-canico ante Pragmaticæ, ante Concordato-rum tempora. Ita necesse fuit eam & in Pragmatica exprimi, & in Concordatis. Provincia jam cum Regno coaluerat tem-pore

(1) Hist. de la Pragm. de M. Dupuy p. 40.

(2) Pisonni. Notes sur le Indults pag. 470. Et in Prag. p. 1060.

(3) Præf. Piss. in Indulta. p. 38. 179. 180.

(4) Memoires du Conc. de Trente p. 111. 114. 131. 144. 157.

pore Concordati, nec tamen in eo nominatur, sed Francia solum & Delphinatus, quod etiam post Concordata patria ea obedientiae permansura esset.

V. Altius forsitan repeti potuisset origo hujus peculiaris in Provincia obseruantia & obedientiae in summum Pontificem. Legitur inter Epistolas Gregorii VII. sacramentum, quo suam illi fidem obligavit Bertrandus Provincie Comes, cui subiicitur concessio, ut omnes Ecclesiae suae in ejus potestate sint, ab eoque ordinentur (1), Ecclesiæ autem omnes, quæ in mea potestate sunt, domino meo Gregorio Pape omnino dimisso, & omnibus successoribus suis: & ad ordinandas eas juste & secundum Deum, pro posse meo fideliter adjuvabo. Quoad sacramentum fidei, infra suo loco demonstrabimus, religiosa ea suisse obsequia, quæ Christiani Principes certatim Christo & Petro, in Vicariis & successoribus Petri exhibebant.

VI. Sed quoad liberam Ecclesiæ di-  
spositionem, perpicuum est Comitem Pon-  
tifici eam, ejusque successoribus liberam di-  
mississe: saltem haec tenus, ut Investituras  
ejuraret. Facile mihi persuaderim, Duces  
quoque Britanniæ idem Romanis concessi-  
le Pontificibus: cum supra patuerit, octo  
ibi mentes Pontifici, quatuor tantum Epi-  
scopis adsignari, ut supra monebat Molli-  
næus. Qui harum Provinciarum sint usus,  
penitus inspicies in Mandato Regis, quo  
instructus est Urfeus, quando cum Legatis  
aliis anno 1547. ad Concilium missus est  
Bononiam (2). Præcipiebat enim Rex, ut  
Concilii Patribus narraret, quam præpoter-  
re multa tentarentur in Britannia & pro-  
vincia aliisque regionibus. Obedientiae; Pa-  
pam unum conferre omnia Beneficia per  
octo menses; quæ quatuor mensibus aliis  
vacarent Beneficia, ea statim involari a se-  
ptem vel octo Mandatariis Apostolicis: re-  
servationes mentales multo etiam intolerabi-  
liores esse; quæcunque enim Beneficia  
per quatuor Episcopales vacarent mentes,  
si nulli caput exerenter Mandatarii, proti-  
nus emicare Bullam Pontificiam, quæ con-  
firmaret hocce Beneficium suæ sibi in sa-  
cario mentis reservasse Pontificem, & ta-  
li Clerico destinasse (3): quod & intenta-

tis censuris statim executioni mandabatur. Reliquæ missa facio quæ ad Beneficia non spectant. Comitia Provinciæ Armoriceæ iisdem querelis Regem interpellaverant, de Mandatis Apostolicis, etiam ad Beneficia electiva, aut Patronatus laici, de retervationibus, indultis, pensionibus, unionibus, regresibus, Coadjutoriis, aliquique quæ Patriam obedientiae redolent. S. Pius V. Bul-  
la sua anni 1568. sex menses & alternati-  
vam dedit Episcopis Britanniæ, qui in Diœ-  
cesi residerent. Donum erat ad quinquen-  
nium, quo consumpto innovabatur.

Diximus jam Regula VIII. Cancella-  
riæ octo menses Pape reservari, quatuor  
tantum permitti Episcopis; sex illi tribui  
Concordato Germanico, sanctum Pium V.  
totidem donasse Episcopis Armoriceæ Pro-  
vinciæ (4), in qua Henrici II. Regis De-  
claratione anni 1550. Cancellariæ Regula  
VIII. recepta fuerat. Regula hæc eadem  
olim in Provincia convaluerat; ut quæ &  
ipſa Patria esset obedientiae, sicut Armori-  
ca; at Legatio Avenionensis in causa fuit,  
ut Ordinariorum potestas ibi restitueretur.  
Receptus etiam Alternativæ uts in Armo-  
rica, id præstit, ut præventioni locus ibi  
non sit in mensibus Episcoporum.

Alternativam dixi; propterea quod a Si-  
xto V. declaratum sit, jam necesse non es-  
se, ut acceptatio innovaretur singulis quin-  
quenniis (5); sufficere enim acceptationem  
a quolibet Episcopo factam ad totum Pa-  
pæ cujuslibet Pontificatum. Ita alternativa  
generalis est, pro omnibus Episcopis resi-  
dentiibus. Denique cum introducta & fir-  
mata non sint Graduatorum privilegia, nisi  
Concordatis: ut Concordatis, ita & Gra-  
duatis nullus est vel in Armorica locus, vel  
in Provincia.

VII. Quod ad regiunculas vero attinet  
illas, quas pro Marchionatu Salussiarum  
Duces Sabaudiaæ Galliaæ Regibus cesserunt  
anno 1601. controversia ventilata est (6) in  
Parlamento Burgundiæ anno 1630. an re-  
servatio alternativa mensum ibi locum ha-  
beret, perinde ut cum illi tractus Duci Sa-  
baudiaæ suberant. Senatus pronuntiavit lo-  
cum non habere, tum quod ei juri non su-  
berat Marchionatus Salussiarum, quo per-  
mutati fuerant hi tractus; tum quod ii sua  
cun

(1) L. 9. post Epist. 82.

(2) Mémoires du Conc. de Trente p. 15. 16.

(3) Preuves des Liber. Gall. pag. 902. c. 22. n. 31.

(4) Doujat. Specimen juris, p. 54.

(5) Ibid. pag. 130.

(6) Bielle Bugey, Valromay & Gex.

cum Gallicano imperio coniunctione in eandem fortem traducerentur cum reliquis ejus Provinciis. Non ita sentiebat Cardinalis Olsatus, qui Romæ cum esset, Henrico IV. Regi auctor erat flagitandi ea de causa Indulti. Id quidam fere interpretati sunt, quasi officiosam reverentiam, qua quanquam minime necessaria, cuperet Olsatus (1) deliciarum a Rege Pontificem. At contra stat, quod supra numero iv. certis documentis evicimus, non statim Provincias in mores transire & jura regni, atque regno recolliguntur. Video tamen interesse aliquid discriminis. Numero enim iv. quærebatur de Episcopilibus Ecclesiis, ad quas de novo partas nova desiderata semper sunt indulta. Hic de Ecclesiis Parochialibus, aut certe non Episcopilibus agitur; in quibus proinde vilum est non ita scrupulose sectandas juris minutias. Nec enim indulta ulla unquam flagitata sunt, ad Ecclesiis tantum inferiores. Jam inde ab anno 1608. (2) Senatus Parisiensis pronuntiaverat secundum Decanum Bellicensem a Capitulo electum, adversus Regalism, & adversus eum, cui providerat Pontifex vi reservationis Mensum Apostolicorum. Tradit Pinsonnus (3) Regaliam, Indultarios, Graduatos, eorumque jura in hos omnes tractus ampliata fuisse, Arratis Parlamenti ex Magni Consilio.

Addit Fevretus (4) Beneficia in Comitatu Burgundiæ sita, & quocunque extra Franciam loco, conferri debere juxta leges Franciæ, & juxta Concordata, si Collatores, quibus parent, Galli sint. Ratio est, quod Concordata Collatoribus Gallianis concessa sint, ut gentis universæ privilegia. Ita hæc Beneficia quamvis extra Gallias sita, non subesse mensibus alternantibus Papæ. Sicut & Beneficia in Galliis sita, quorum Collatores ex Comitatu Burgundiæ oriundi sunt, legibus Regni peculiaribus non subsunt, sive ad mensis Graduatorum, sive ad Indultarios. Citat Fevretus Canoistas, qui ita sentiant, quique confirmant, ita Rotam judicare.

VIII. Confirmat rursus idem Pinsonnus (5) longa illa & continuata concessione Indultorum Pontificiorum ad nominatio-

nes Regias Episcopatum & Abbatiarum Britannicæ & Provinciæ, in jus tandem ea certum, fixumque evaluisse, nec ulla jam ad id Indulta postulari. Idem affirmat de Indulcis, quæ Leo X. & Clemens VII. Francisco I. concederunt, ad suspendenda privilegia quadam eligendi, quæ Sedes Apostolica forsitan indules Ecclesiis & Monasteriis: utque Rex in iis nominaret primum per sex menses, deinde toto vitæ tempore. Citatæ sunt a Tilletio (6) Bullæ Clementis VII. quibus ea nominationum potestas concedebatur Francisco I. primum ad sex meniles, inde dum adviveret. Eodem Indulso Pius IV. Carolum IX. donavit (7). Iussa sunt interim Capitula & Monasteria, quæ privilegia eligendi habere se aliqua venditabant, ut ea ad Cancellarium Regium deferrent, examinai ejus subjicienda. Exiude vero Reges jure & possessione stabili nominandi gavisi sunt, sive privilegia minus probæ nota deponita sint, sive possessio ipsa in jus tandem firmum, & inconcussum evaserit.

IX. Quoad Episcopatus Metensem, Tullensem & Virodunensem, concessum est ab Alexandro VII. (8) anno 1664. Indulsum Regi invictissimo Ludovico XIV. quo Episcopatus ad vitæ totum tempus conserret. Clemens IX. anno 1668. Indulsum prorogavit ad omnes Regis successores, & ad Abbatias ampliavit, Prioratusque Conventuales, & alia Beneficia, quæ Pontifex conferebat reservatione sex mensium, convenienter Germanico Concordato. Ab eodem Pontifice permisus est Rex nominare ad Episcopatus Elnensem, Atrebatensem, Tornacensem, & ad alia Beneficia Conistorialia earundem regionum nuper Regno Francio additarum. Anno 1518. sanxerat Maximilianus, ut Leodi vigerent Concordata Germanica. Episcopatus Metensis, Tullenensis & Virodunensis iisdem subiecti fuerant Indulso speciali & ampliante, tanquam obnoxii Metropoli Trevirensi. Ita in has Dioeceses Romani Pontifices multa retinuerant jura, quæ posterioribus his indultis Regi Christianissimo concederunt. Fertur anno 1554. Carolus V. Imperator edixisse, ut & Cameracensis Ecclesia Germa-

(1) Offat. Lettre 101. 260. 261.

(2) Fevret. L. 2. c. 6. n. 13.

(3) Pinst. Preface des Indulcts. num. 59.

(4) Ibidem.

(5) Preface histor. des Indulcts. num. 47. 43. 44. 48. 49.

(6) Du Tillet. Part. 1. p. 448. 9.

(7) Ibidem. 14. 15.

(8) Ibidem n. 60. 61. 62. Du Bois Introd. an Droit Eccles. pag. 273. f. 363. 9.

emanicis subfet Concordatis. Dux Albanus dum Belgium regeret a Sancto Pio V. Indultum impetraverat, ut conferret seu presentaret Beneficia, quæ Pontificiis mensibus vacarent. In Patria obedientia Papa solus confert Primas Cathedralium dignitates. Carolus V. ab Alexandro VI. Indulto munitus fuerat, quo ad eas præsentaret.

Apostolicarum ad Beneficia toto orbe sparsa.

Dicemus 1. de Præventione. 2. De provisione eorum quæ vacant in Curia. 3. De Indultis & Resignationibus in favorem. 4. De jure Devotionis. 5. De Facultatibus Legatorum a Latere. 6. De mensibus Graduatorum. 7. De provisionibus Episcopatum, quæ hactenus summatim utcunq; perstrictæ sunt, quod implicatae essent aliorum collationibus Beneficiorum.

Ordiendum nobis est a Præventione, quæ iisdem quidem fundamentis niti videtur, quibus Mandata & Apostolicae Reservationes; sed ut eadem illi constet origo, non eadem suffragatur antiquitas. Innocentius III. eo prestructo, plenitudinem Ecclesiastice jurisdictionis residere in Capite Ecclesie, & inde in longe plurimos dispergirivos, ut nihil officiat rivulorum multitudo fontis plenitudini (1): Ne plenitudo Ecclesiastica jurisdictionis in plures dispensata vilesceret, sed in uno potius collata vigeret, &c. Quæ Romana Ecclesia retenta sibi plenitudine potestatis, ad implendum laudabilissimum officium pastorale, multos in partem sollicitudinis evocavit, sic suum dispensans onus in alios & honorem, ut nihil suo iuri subtraheret, nec jurisdictionem suam in aliquo minueret. Progreditur inde ad Mandata Apostolica, in provisionibus Beneficiorum, & ad jus Devotionis, quæ ad Pontificem usque ipsum gradatim revolvi potest. At de Præventionis jure nec ibi, nec usquam alibi meminit. Consule, si vacat, plures alias hujus Pontificis Literas, hic ad marginem laudatas, præter eas quæ supra delibatae sunt, cum de Mandatis disceptaretur: nusquam vestigium ullum de Præventione occurret.

II. Inerat tamen Mandatis imago quædam & species Præventionis. Præveniebat enim Ordinarios Pontifex, non ipse quidem statim conferens Beneficia, quæ ipsammet est Præventionis: sed præcipiens, ut conferrent Patroni ipsi vacans vel vacaturum Beneficium ei, quem Papa designasset, quo apertissime Præventioni præladebatur. Postquam enim modice & sedate ferre cœperunt Episcopi, ut Pontifex Beneficium quodlibet, cui vellet, addiceret tam facile mox passi sunt, ut ipse conferret, quam ut conferri præciperet.

E e Adde

I. Postquam universum declaratum est, ut Beneficia singularum orbis Dicēscōn, ad quæ aditus fuerat olim per electionem, vel per Patronorum nominationm, vel denique per Episcoporum institutionem & collationem, in potestatem tandem Romani Pontificis magna saltem ex parte devenerint; restat, ut speciales rationes ipsas expendamus, quibus ea nunc a Pontifice conseruntur. De Mandatis, Expectativis & Reservationibus copiose jam disputatum est: ad alias ergo pergendū nobis est rationes & vias provisionum  
Thomas. Tom. IV.

(1) Dec. Gieg. L. 5. T. 1. c. 5. Innoc. III. Regest. 13. Epist. 9. Regest. 14. Epist. 32. Regest. 15. Epist. 22. Regest. 16. Epist. 165. 177.

Adde quod & ejusdem doctrinæ, quæ in Reservationum medio cursu increbuerat, hic esset veluti surculus. Si enim Pontifex Petri successor universum obtinet potestatem omnem & omnia iuris singulorum Episcoporum, cum Beneficiorum collatio fructus sit jurisdictionis, quo Episcopi gaudent singuli, eodem Romani Præsules gaudebunt jure Beneficia conferendi singulis in Diœcesis. Atqui inter eos qui eadem jurisdictione fruuntur, necesse prorsus est, ut valeat Præventionio. Itaque ut Papam Episcopus, ita & Episcopum Papa antevenire potest. Eo sensu Gregorius IX. ad Fredericum II. scribebat, et si posset Imperator ad Beneficia nominare, quæ collationis sunt Episcopalis, vacante sede, non posse ab eo Papam excludi ea potestate conferendi, qua vel superstite Episcopo pollebat (1): *Esto quod in collatione Beneficiorum morientibus succedas Episcopis, maiorem in hoc ipsis non adipisceris potestatem, nec nos ob id, quod eis viventibus conserre Beneficia non collato potuimus, Apostolicæ amittimus amplitudinem potestatis.* Quæ verba ad Reservationes & Mandata pertinent, quanquam ad Præventionem peraque trahi potuissent, si jam tum ejus usus fuisset ullus.

III. Illud porro Innocentii III. decretum, quod hoc ipso Capite statim protuli, duæ premunt, nec aspernendæ difficultates. Prima spectat ad Episcoporum jurisdictionem, quam videtur ille ex conspicuo Ecclesiæ Capite derivare, cum nos a summo & immortali Capite Christo haustam vindicemus. Responsio autem facilis & expedita est, tam non adversari nostræ sententiæ eam Innocentii III. Epistolam, quam nec illam Leonis Papæ I. quem sequitur Innocentius hoc loco. Non alia enim utriusque Pontificis mens est, quam necesse esse, ut Episcopi Capiti suo consentiant in Ecclesiæ sua administratione, & quæ sit Ecclesiæ in varias Diœceses partitio, ea assentiente fiat Pontifice, qui superior imminet, præsideretque omnibus Diœcesis. Nam Episcopi obtinent illi quidem immediate a Christo jurisdictionem suam, sed non ab illo immediate consecuti sunt territoriorum hoc suum & peculiarem Diœcesia: cum hec partitio facta fuerit volventibus saeculis ab Ecclesia, nec fieri potuerit, aut perpetuari, nisi consensione Capitis, in

quo est cardo & centrum Ecclesiastice unitatis. Hic Innocentii germanus est sensus.

Secunda difficultas exurgit adversus illam jurisdictionem, collationemque Beneficiorum, qua omnibus in Diœcesis utitur Pontifex. Nec hic minus in promptu responsio est, ut ne nos infinitæ cuidam disputandi contentioni immergamus, abunde nobis esse, ut acceptatio & assensio Ecclesiæ, quæque universalis approbaverit has Pape Præventiones, perinde ut Mandata Apostolica. Non interpoluerunt primo Pontifices, nisi preces, quasi tentabundi periculum facerent. Ubi res processit & usu convaluit illæsa Episcopali unanimitate, tum auctoritatem quoque explicere & pracepta. Cellerunt Episcopi primum precibus, post consuetudini & auctoritati. Quantacunque esset penes Apostolicam Sedem jurisdictionem, tantudem erat & caritatis & modestiae, ut non aliter quam cum Episcoporum assensione auctoritate uteretur. Erat & Episcoporum in Sedem Apostolicam ea reverentia, ea caritas in Caput sibi divinitus præstitum, ut ne de ulo receperis facultatibus ulterius cavillarentur. Principatus a Christo Sedi Apostolicæ collatus. ejusmodi fundamentum est, cui tuto committatur potestas omnis, vel potestatis ulius, qui vel Episcopis ipsis toto orbe sparsis vilis fuerit Ecclesiæ ædificationi conducibilis & consentaneus esse. Sicut & caritas summi Pastoris præsto semper est & parata potestatem, & potestatis usum omnem premere, ut nusquam exumpat, ubi unanimitas & universalitas Collegii Episcopalis ita judicaverit expedire, ad Ecclesiastice disciplinæ pacem, & sanctimoniam: procul amandatis spinosis illis & interminatis quætionibus de limitibus jurisdictionis.

IV. Ejus doctrinæ loculentissimum argumentum ex hac ipsa petitur quam hic versamus quætione. Quanquam enim jus Præventionis innexum esset Reservationibus & Mandatis, ducenti tamen admodum interlapsi sunt anni post Mandata, antequam Præventionis manifeste constitueretur jus; quin & probabile est illud ita sensim irrepsisse, ut ante increbuerit, quam irrepere sentiretur. Bonifacius VIII. cum relatum ad eum esset de Beneficio, quod eodem die a Papa, vel Legato ejus, & ab Ordinario duo-

(1) Rain. ann. 1236. num. 4.

duobus collatum esset : respondit (1) eum præponendum , qui prior possessionem inis- set : at si neuter inisset possessionem , il- lum præferri debere , quem Pontifex vel ejus Legatus nominasset , propter conseruentis ampliorem prærogativam .

V. Nihil antiquius fuit Concilio Basileensi , quam ut Ordinariorum vim & po- testatem ad collationes Beneficiorum in in- tegrum restitueret . Rescissæ sunt ab eo Expektative omnes & Reservationes Be- neficiorum necdum vacantium , Mandata Apostolica summas in angustias redacta , uni obnoxii futuris Mandato Patronis , quibus decem : duobus , quibus quinquaginta vel plura subfessent Beneficia . Nec tamen eidem Concilio visum est delibari quidquam debere de jure Præventionis (2): Neque etiam collationes per Præventionem fiendas intendit impedire . Paulo inclem- triores suere autores Pragmaticæ Sanctionis . Congregationis Bituricensis Patres statuere , interpellandam esse Synodum Basileensem , ut suum de Præventione Decretum revoca- ret , ut Collatores uterentur ea libertate quam sibi Concilium Lateranense concessis- set , intra sex menses conferendi Beneficia: quo tempore absumpio , tum eorum negligen- tia poenas daret , jure conferendi per Præventionem vel Devotionem ad Superiorem traducto . Simillimum veri est , idem a Germanis esse factitatum , cum Synodus Frisingensis anno 1440 . Synodum Basileensem & ipsa precibus convenerit , ut Præven- tionis locus non esset , nisi post sex men- ses a Concilio Lateranensi assignatos (3): Declarare dignetur Concilium , quod non intendit tollere inferioribus Ordinariis tem- pus Lateranensis Concilii , quodque ante ipsius lapsum non habet locum Præventio .

VI. Restituta prorsus est Præventio in Concilio Lateranensi V. (4) anno 1516. & Gallicanis Concordatis , quæ in eodem Concilio confirmata sunt . In Regni Comitiis Generalibus erupere querelæ (5) ad- versus hanc Præventionis restitutionem , Ferrerius Orator missus est Romam ann. 1561. ut de Annatis & de Præventione conquereretur . Jam inde ab anno 1547.

Urfeus & alii Legati ablegati fuerant , ut ad Concilii Tridentini Patres adversus Præven- tionem inveharentur . Affirmat Pithœus (6) eam in Gallia non tolerari , nisi in ipso Pontifice , non in alio quocunque , quam- cunque demum delegationem , Vicariatum , aut facultatem a Pontifice adeptus fuerit ; quin & quantum fieri potuit , usu arctatum fuisse , adeo ut judicatum sit collatione ir- rita Ordinarii anteverti Præventionem . Mo- lianus in Regulam De infirmis resignantibus , Le Pretre (7) , aliquie Galli jurisconsulti placita Senatus proferunt ad has Præven- tionum restrictiones firmandas . Nec illis excidit Edictum Aurelianense , quo suppri- mi omnino videbantur .

VII. At bona fide fatur Fevretus : Si ingenue fari liceat nunquam antiquis Con- ciliorum Decretis darinas fuisse Provisio- nes Roma factas ex Concurso , vel Præven- tione . Quanquam enim faverint Ordinariis legitimo jure nixis ad conferendum in pro- prio cuiusque territorio ; non tamen decer- pferunt quidquam de jure Pontificis , qui Superior & Caput est . Ideo nec sancti Lu- dovici Pragmatica Præventiones obliterat , sed beneficia ab Ordinariis conferri jubet juxta Decreta & Canonicas sanctiones , qui- bus etiam constabilius superior & spiritua- lis potestas Papæ . Nec ipsa Caroli VII. Pragmatica Præventiones revocat , nec enim id poterat illa quidem : sed Conventus tan- sum id proponit instar consilii , ut ea revo- catio poscatur a Concilio Basileensi , ut in Pragmatica Glossa (8) animadversum est : Dat Congregatio Advisamentum ad impe- trandum super hoc Provisionem a Concilio , sed nil disponit . Ita auctor Glossæ . Quod vero attinet ad articulum xxii . Edicti Au- relianensis , quo vetiti sunt Judices Posse- forii Beneficiorum rationem habere Provisio- num Roma impetratarum jure Præventionis: vetiti sunt & imprentantes iis uti , nisi ex Regis permissione : satis superque est , ut respondeamus Carolum IX. sollicitante Car- dinali Ferrariensi Legato , Declarationem edidisse Carnuti anno 1562. qua hic Arti- culus de Provisionibus Romanis jure Pre- ventionis sublatus est . Hæc eo loco Fe-

E e 2 vreti

(1) C. Si a Sede De Pœb. in Sexto .

(2) Seff. 31. De Collat. §. Item circa .

(4) Seff. 11.

(5) Memoires du Concile de Trente pag. 15.

(6) Pithou Lib. Gall. c. 21. Preuv des Lib. Gall. cap. 22. num. 34. 35. (7) Molin. num. 72. & seqq. & 434. Le Pretre Centuria I. cap. 94.

(8) De Collat. §. Item circa .

vreti (1) temperatissima doctrina , tanto plausibilior , quo fere inexpectata .

VIII. Addit porro (2) , ut quanquam jus Præventionis Facultatibus Legatorum & Latere includatur , relecari soleat tamen a Magistratibus Regiæ Senatus , cum registrantur : idemque factitari a Senatu Regio Aquis-Sextiis , Tolosæ & Gratianopoli , erga Facultates Legati Avenionensis . Aberravit a vero Fevretus , quod attinget ad Legationem Avenionensem . 2. Irritæ sunt Provisiones , nisi Regula Joannis XXII. de verisimili notitia obseretur , hoc est , nisi a tempore obitus ad Datum tantum effluxerit quantum necesse est , ut Papa præsumatur obitum Beneficiarii rescire potuisse (3) . Alias enim fraudis aliquid intervenierit ad fraudandum jure suo Ordinarii . 3. Nec Præventioni obnoxia sunt Patronatus laici Beneficia . 4. Quanquam de Beneficiis electivis controvertatum esset , prævaluere tandem Concordata , ubi Papa servat sibi integrum collationem Beneficiorum electivorum , in quæ jus nominationis Regiæ non extenditur ; servat autem eam sibi jure Præventionis . Ita ratum est in Curiis supremis Judicum sacerdotium , posse Papam conferre Decanatus Cathedra- lium & Collegialium Ecclesiarum , sive ex Præventione , sive ex Resignatione . 5. Graduatorum iuri præpolleret Preventio , nec abnuit Molinæus . 6. Ubique locum habet Preventio , præterquam in Beneficiis Regiæ nominationis , in vacantibus ex Regalia , & Capitibus Ordinum . 7. Si cœperit Patronus præsentare , aut utcunque inchoata fuerit collatio , perimitur tum Preventio , cui locus non est nisi rebus omnino integris . Ea sunt Gallorum Jurisconsultorum placita , quæ promulgasse juvat , ut liquidum constet , quantum reverteatur & colat Ecclesia Gallicana universalem juridictionem Sedi Apostolice in Collatione Beneficiorum , accommodata ad Concordata , & ad receptas consuetudines .

IX. Ceterum si ii quibus providetur Romæ , sive mensibus Papæ in Britannia Minor , sive universaliter jure Præventionis ; si ii inquam minus quandoque periti , minus pii , minus digni sint iis Beneficiis , ut qui cogniti non essent iis , qui providebant : non immedicable id quidem malum est . Accepi enim ab Episcopo Armorice , cum

de ea re nuper functus Episcopus Trecoricensis Romæ conquestus esset , cumque Pontifici & Cardinali Cibo nomina edidisset Dicescanorum suorum aliquot , quibus tuto Beneficia committerentur , his reaperte Romæ provisum fuisse , & in litteris ipsis id fuisse expreßum , ad commendationem Episcopi Trecoricensis provisum fuisse . Si Pontifices , si Pontificum Ministri , si Episcopi , ea consensione animorum , ea caritatis sinceritate , eo zelo semper agerentur , agerentque , ad optimos Pastores Ecclesiæ donandos , non esset , quod pristinam Disciplinam desideraremus , aut ingemisceremus hodiernæ ; quæ si in aliqua incidat , quæ molestiam jure creent , id eorum fere vitio fit , qui ea minus prudenter , minus pie utuntur .

## C A P U T XLVIII. P.4. l.2. c. 15.

De Beneficiis , quæ vacant in Curia .

I. Clemens IV. primus omnium Pontifici servavit Beneficia conferenda , quæ vacarent in Curia . Encomium hujus Pontificis .

II. Quo jure dixerit antiquum hunc esse morem ?

III. Concilium Lugdunense II. aliquid modi , & temperamenti adhibuit .

IV. Declarationes Bonifacii VIII. in hanc Reservationem .

V. Clemens IV. qui genere Gallus erat , & Bonifacius VIII. in litteris suis non explicabant universalem Sedis Apostolice jurisdictionem ad Beneficia , nisi ut munirent jus usu jam receptissimum , non ut novum invehherent in mores .

VI. Quam late jus hoc effuderint posteriores Pontifices usque ad Concordia .

VII. Jus hoc varie coarctatur , tum in Concordatis , tum variis Regni usibus . Quibus se munire cautionibus studuerint Reges , ad Civitates in confiniis Regni positas , quorum Prelati in Curia Romana exceferint ?

VIII. Quid de eo senserit , quid scripserit , cumulatissima sapientia vir Officatus Cardinalis ? Gregorii X. Pape incomparabilis sapientia & animi moderatio , qui suum Præventionis Pontificie jus voluit decedere juri

(1) Fevret. l. 11. de l'Abus .

(2) L. 2. cap. 6. num. 3. & seqq.

(3) S. Declantes . De Mandatis .

juri Regalia Gallorum Regum.

IX. Qua occasione Clemens IV. huic Reservationum generi initium dederit?

I. Clemens IV. Pontifex Maximus, qui anno 1265. Petri sedem implere cœpit, primus ille quidem Decretalem promulgavit, qua dispositioni Sedis Apostolicæ reservaret omnia Beneficia, in Romana Curia quæ vacarent: sed peranti quam eam fuisse consuetudinem, & eam a se tantummodo confirmari, ipsem te statum facit. Quæ in lucem pridem exit vita hujus Pontificis, illustrem ei sedem assignat inter sanctissimos suum illius sedis Praesules, & a terrenis cupiditatibus ex casto coelestium amore expeditissimos. Adeo non suos ille, propinquosque locupletavit, ut quibus plura essent Beneficia, eos uno contentos esse jussit, ceteros nullis plane donarit. Et nihil tamen minus decretalem hanc suam Epistolam hinc auspicatur Pontifex, quamvis dispositio omnium per orbem Beneficiorum in potestate sit Sedis Apostolicæ; ei tamen specialius reservari ea, quæ vacant in Curia, idque ex antiqua consuetudine (1): *Licet Ecclesiæ, personatum, dignitatum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum plenaria dispositio, ad Romanum miscatur Pontificem pertinere: ita quod non solum ipsa cum vacant, potest de jure conserre: verum etiam jus in ipsis tribuere vacaturis. Collationem tamē Ecclesiæ, personatum, dignitatum & Beneficiorum apud Sedem Apostolicam vacantium, specialius ceteris antiqua consuetudo Romanis Pontificibus reservavit.* Eam consuetudinem novo auctoritatis pondere roborat hic Pontifex, prohibetque non ordinariis modo, sed privilegio etiam quopiam donatis Collatoribus, ut ne Beneficia in Curia conferant, nisi conceptis verbis concessum eis sit, ut hæc etiam conferant.

II. Hujus tamen antique consuetudinis monumentum existit nullum, ac ne vestigium quidem in Gregorianis Decretalibus. Si Præventionis jus vigisset initium sum pisset a vacantibus in Curia. Sed multo recentior est Præventio Pontificatu Clementis IV. Dicendum ergo potius cœpisse Præventionem a vacantibus in Curia, ex quibus ad alia gradum fecit. Multo ergo pro-

babilius est, cum percrebuerint Mandata nec jam possent Episcopi eis refragari, satius vilum esse Pontificibus, ut ipsi conferrent ea Beneficia, quæ vacarent in Curia, quam ut ea sibi reservarent, & Episcopo rescriberent, quo ea Mandatariis conferret. Inter Gregorium IX. & Clementem IV. quatuor sedem Petri occupare Pontifices, ex quibus facile potuerint Innocentius IV. & Alexander IV. hujus consuetudinis fundamenta jecisse, ut jam sub Clemente IV. antiqua ea dici posset. consuetudo. Antiquiores multo erant resignations in favorem, sed non ejusmodi erant Beneficia, quæ vacare dicebantur in Curia.

Nec simile veri est Clementem IV. hoc loco intuitum esse eas electiones, quæ olim Romæ siebant quandoque, quando nequivabant Electores propria in Ecclesia concordare. Ea quippe Beneficia non vacabant in Curia. Innocentius III. cassata electione Archiepiscopi Cantuariensis (2), quæ facta fuerat in Anglia, Electores qui ex parte Romam venerant ad tuendam electionem suam, coegerit Romæ alium eligere. Itaque ne cogitabat quidem ille de jure providendi vacantibus in Curia. Si contulit autem hic Pontifex (3) Præbendam Ecclesie Uratslavienfis in Silesia, cum Præbendarius Romæ excessisset, semel factum id fuit, nec in jus, aut exemplum evalit. Sed cum plurima Innocentius sparisset Mandata ad Beneficia per Provincias omnes vacantia, dedit & ad iltud quod casu Romæ vacaverat.

III. Quin & cum Gregorius X. delimiti aliquid adderet huic consuetudini vacantium in Curia Beneficiorum; non potuit ille quidem aliud quodvis pro ea Decretum proferre, quam illud ipsum Clementis IV. (4) Statutum felicis recordationis Clementis Papa predecessoris nostri, de Dignitatibus, & Beneficiis in Curia Romana vacantibus, &c. Conicere ergo primum est, ante Clementem IV. tentatam magis & inchoatam fuisse rem, quam perfectam: & Decretum de ea primum scripsisse Clementem. Nec abhorret a vero expostulatum de ea consuetudine in Lugdunensi Concilio II. fuisse, cum in hoc eodem Concilio Gregorius X. temperamenti aliquid adjicere tentarit: nimis ut si intra

(1) In Sexto. L. 3. Tit. 4. c. 2. 3.  
(3) Regest. 16. Epist. 166.

(2) Gest. Innoc. III. pag. 240.  
(4) In Sexto. Ibid. cap. 3.

intra mensem Pontifex non provideret, provideret Ordinarius: *Past mensem a die quo Beneficia vacaverint numerandum, ea conferre valeant.* Edidit & Bonifacius VIII. Declarationes aliquot in hanc potestatem & in has provisiones Sedis Apostolicae; nec tamen ab altiori rem unquam orsus est origine, quam a Decreto Clementis IV. (1) Primus ergo ille legem hanc tulit, & fluenter fixit consuetudinem. Hinc illud iterum iterumque admonemus, auctores & architectos eorum Decretorum, consuetudinumque earum, quibus quandoque minus religiosi offenduntur, tuisse non raro eos Pontifices, qui a terrenis erant affectibus alienissimi, purissimoque astabant sanctioris Disciplinæ zelo. Sed ubi carnales avaritiam nunc somniant, ambitionem suscipiantur, illi nova commentabantur adminicula provehendæ in melius politiæ Ecclesiastice.

IV. Bonifacii vero VIII. Declarationes (2) in hoc Decretum hæc fuere. 1. Hoc decreto contineri Legatos, Nuntios, & Beneficiarios omnes, qui ad Romanam ventabant Curiam, ad eamque accedentes, vel ab ea recedentes, in locis vicinis diem suum obibant, quæ ultra duas dietas legales non existunt. 2. Si vacarent autem in Curia Parochiales Ecclesiæ, idque eo tempore, quo vacaret Apostolica Sedes, ab Ordinariis posse eas conferri, sicut & eas quibus ante obitum suum Papa non prævidisset. Ingens enim periculi plena res est, si diutius Parochiæ Pastoribus orbentur: *Ne ipsarum vacatio diurna periculum valeat animabus asserre.*

V. Certe Bonifacius VIII. Philippo Pulchro significatum voluit (3): *Quod in quibusvis Ecclesiasticis Beneficiis conferendis, vacantiibus in Curia, vel extra Curiam, Romanus Pontifex legitimam & potiorem obtineat potestatem.* Sed memoria repetendum est, hanc esse particulam Decreti Clementis IV. qui genere Gallus erat, erat & studio ac caritate patriæ cum primis laudabili: ut qui pridem fuisset Confisi Sanctoris sub Ludovico IX. Rege sanctissimo Senator (4), sanctitate inter Pontifices, eruditione inter Juriconsultos clarissimus. Ideo & ambo illi Pontifices non depremunt hanc universalem Pontificis in Bene-

ficia auctoritatem, nisi ut astruant, stabiliantque, quod jamdiu toto orbe inoleverat Mandatorum jus, & maxime vacantium in Curia reservationum. Cum hæc enim ipsiusneferent Pontifices, ejus quoque potestatis sibi afferendæ studio majori tenebantur. Ideo Bonifacius VIII. afferuntur (5) ille quidem, ut Mandatarius Apostolicus quorundam cedat consuetudini Capitulorum, ubi seniores Canonici optabant pinguiores Præbendas cum vacassent, non patitur autem, ut cedat, si Præbendas vacent in Curia, easque Papa ipse conferat.

VI. Clemens V. Gallus & ipse, & Philippo Pulchro Galliarum Regi addictissimus, cum definisset (6), si colligantes de quopiam Beneficio ambo Romæ morerentur, fore ut Papa provideret: si unus, idemque Beneficii possessor Romæ obiret, similiter rem habituram: si neuter possideret, Pontificis tum quoque fore Collationem: propter auctoritatis prærogativam: denique conferre Pontificem, si uno Romæ mortuo, & altero liti insidente, Beneficium præmortuo adjudicaretur: hoc ita definito, contestatur Clemens, nihil eo derogatum velle potestati illi universalis, qua fatus est summus Pontifex ad omnia indiscriminatim ubi vis Beneficia.

Latius effudit hanc potestatem Joannes XXII. Avenione sedens in una Extravagantium suarum (7), in qua declaravit, Bonifacium VIII. quidem reservasse sibi ornatae dignitates, personatus & alia Beneficia, quæ vacarent in Curia: Clementem vero etiam præterea Ecclesiæ Cathedrales, Monasteria, Prioratus, Administrations, Oficia, quæ vacarent eodem modo: ex consilio Cardinalium a se decretum esse, ut non solum eas reservationes omnes confirmaret, sed definiret etiam vacare in Curia etiam tum Beneficia, cum qui ea obtinebant, Romæ exauctiorabantur & privabantur Beneficiis; itemque cum rescindebantur electiones, vel postulationes rejiciebantur: cum abdicabant ielse Beneficiarii, vel cum ab aliis ad alias Ecclesiæ transferebantur; postremo quocunque demum loco occumberent Cardinales, Oficiarii & Commensales Curiae Romanæ, eorum Beneficia in Curia vacare censebantur.

Re-

(1) Ibid. c. 34. 35.

(2) Ibidem.

(3) Rainal. ann. 1303. num. 54.

(4) Spondan. ann. 1265.

(5) In Sexto. Lib. 5. Tit. 4. cap. 4.

(6) In Clem. L. 2. T. 5. cap. 5.

(7) Extravag. Comm. L. 1. Tit. 3. cap. 4.

Reservations Bonifacii VIII. & Clementis V. de quibus paulo ante verba faciebat Joannes XXII. prolixè referuntur libro tertio Extravagantium Communium. Sanctissime confirmant illi duo Pontifices, non aliud sibi cordi esse, quam ut dignissimos adsignent Ministros iis Ecclesiis, quæ Romæ vacaverint (1): *Piæ sollicitudinis studio ducimur, ut personis conseruantur idoneis Dignitates.* Ita Bonifacius. Nec aliter Clemens: *Cum juxta canonicas sanctiones nihil sit quod Ecclesie Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur in regimen animarum.* Usque adeo indubitatum est, omnem Ecclesiasticam jurisdictionem, & potestatem sacram, etiam Pontificiam, unum habere sibi propositum scopum, ædificationem Ecclesiarum. Ex quo illud quoque conficitur, ut utilitas semper publica proponatur, vel prætexatur iis omnibus, qui novæ aliquid potestatis adjicunt dignitatibus suis Ecclesiasticis.

Reservations Clementis V. & Joannis XXII. ad eorum vitæ tempus contrahuntur, ut ex earum textu patet. Itaque præludia ea videri poterant, & quasi prævia tentamenta politiæ novæ, ut in perpetuam deinde legem sancirentur, nisi contumacior & diurnior repugnantia eorum, qui sua interesse existimabant, inflecteret tandem auctoritatem & caritatem Sedis Apostolice, cogeretque a sententia discedere. Benedictus XII. easdem quas Joannes XXII. reservations fecit (2), arctavitque ad vitæ suæ tempus.

VII. In Concordatis (3) confirmatae sunt reservations quædam generales, maxime vero eorum particulares Beneficiorum, quæ vacarent Romæ, sed quæ vacarent per obitum Beneficiarii. Ita non habetur ratio vacationum quas mortis quasi fictitiæ Jurisconsulti recentent, sed veræ mortis (4). Fictitiæ mortis vacationes sunt per resignationem, depositionem, translationem, & id genus alia. Assentitur Rebiffus, nec assentitur tamen Molinæo, qui eam reservationem suspendi vult vacante Sede Apostolica (5): *Quæ exceptio non habet locum Sede Papali vacante. Quia tunc non vacat apud Sedem, quæ non est. Verba*

*enim apud Sedem: proprie & in potentiori significato intelligenda sunt, scilicet de Sede plena, non vacua. Ita Molinæus. Censet Fevretus (6) jure Rebuffum a Molinæi doctrina recepsisse. Glossa propria esset Molinæo, si de solis Parochialibus Ecclesiis ageretur. Qua in re Glossa illa in Caput: *Licet Ecclesiarum, In Sexto, hæret proorsus Deseretal Bonifacii VIII. supra memorare.* Per mensem illum, quem Pontifici adsignavit Concilium Lugdunense ad providendum vacantibus in Curia Beneficiis, non pauci ex nostris Canonistis existimant posse ita vacans Beneficium ab Episcopo conferri, quamvis Collatio effectum non sortiatur, nisi post mensem elapsum, si interim Papa non providerit. Negat posse Rebuffus, ea tum potestate Pontifici servata.*

Hæc autem unius adsignatio mensis nil spectat ad Archiepiscopatus, vel Episcopatus, quos Concordata omnino Pontificibus providendos addixerunt, si vacarent in Curia (7): *Necnon Ecclesiis per obitum apud Sedem Romanam vacantibus, semper etiam nulta Regis precedente nominatione libere provideri posset.* Ex quibus infert Rebuffus non posse Regem ad eos nominare, etiæ intra mensem Pontifex non providerit: quod de aliis Collatoribus aut Patronis dici non potest. 2. Si Pontifex semel admisisset eum, qui a Rege nominatus fuisset, resilire non posset amplius, aut alium nominare. Sicut & contigile ait, ut præsente se judicaretur, non potuisse Pontificem, post approbatum quem Rex intra novem menses nominasset, retractare sententiam, & alteri conferre. 3. Ait posse recusari a Rege, quem Pontifex ad vacans in Curia Beneficium nominasset, si parum sibi regnoque fidum fore auguraretur: *Posset Rex Francie contra provisum per Papam se opponere, & excipere, si timeret de conjuratione secretorum suorum, ratione patriæ, unde provisus & oriundus, vel propter parentes suos, qui Regi semper fuerunt infesti.* 4. Censet denique si Episcopatus ii sint in extremis Regni finibus siti, post Papæ provisionem necessarium esse Regis assentum (8):

Item

(1) Tit. 2. c. 13. (2) Ibid. c. 13. (3) Tit. de Reg. Nomin. ad Praelectiones.

(4) Molinæus De infir. resign. cap. 406.

(5) Rebiff. in Concor. Tit. de regia ad Prelat. nom.

(6) Fevret. De l'Abus L. 2. c. 6. n. 10.

(7) Rebiff. de regia ad Prelat. nom.

(8) Fevret. de l'Abus L. 2. cap. 6. num. 12.

Item si Episcopatus esset in partibus limitrophis Regni, nullus ad eum recipi debet sine Regis assensu, &c. Istud privilegium censetur semper esse exceptum, &c. Nam quando Ecclesia habet feudum a Rege, tunc ratione feudi, vel quando est Patronus, debet requiri Regis assensus, post electionem celebratam, &c. Sic post provisionem Pape requiretur Regis assensus in his casibus, qui per fidelitatem a proviso factam Regi declaratur.

Anno 1483. cum ad Episcopatum Tornacensem nominallet Papa oriundum Montibus in Hannonia, Procurator Regius ab expeditione provocavit, quod cum ea civitas in confiniis regni esset, permagni interesset, ut Episcopus eam regeret fidei Regi probatissimæ. Chopinus Provocationem eam profert: *Civitas in confiniis sua*, &c. Unde intererat Majestati sua, in ea residere Episcopum, qui esset fidus & acceptus.

VIII. Anno 1600. scribebat Ossatus Cardinalis (1) ad Villaregium, postulandum a Papa esse Indultum pro Metensi Episcopatu & tractu, interim autem debere Pontificem ejusmodi Beneficia sub suitione Regis sua, immo & alia in urbibus muro cinctis posita, iis conferre, quorum fidei incumbere possit Rex, alioqui forsan eos possessione alegaturus, cum vel maxime tractus sis in finibus Regni positus. Anno 1601. ad eundem rursus idem scribebat Cardinalis, Episcopatum Carcassonensem conferri a se debere Papam contendere, se vero illum communuisse: *In Regni confiniis, & aliis urbibus munitissimis, interesse maximopere Regum*, ut in iis non haberent nisi Episcopos sibi fidissimos; *Rebuffum in ea esse sententia*, suam Regi incolumem conservare debere nominationem in ejusmodi locis, quin & ab eo exemplum referri de civitatis ipsius Carcassonensis Episcopatu. Respondente ad hæc Pontifice, Prædecessores suos suorum quandoque jurium incuriosos fuisse, depositus Ossatus, Maxime consentaneam esse & conducibilem, quin immo & necessariam eam humanitatem, qua Pontifices Regesque gratiam a se mutuo intrent, ad alendam communem inter eos pacem & concordiam, qua sublata, nihil auspicatum, nihil fructuosum ab eis geri posset.

Quæ verba mihi quidem visa sunt eo sapientiae condimento temperata esse, ut non potuerim non ea hic singulari cum animi voluptate adscribere. Maliens alii res ejusmodi acrius urgere & premere, subtilibusque se fatigare disceprationibus de jure præciso & abrupto utriusque potestatis. Spero fore ut prudentiores & cordatores quique aliquando tandem sapiant cum Ossato, eique assentiantur, si privatis conducibile est & suave, humanitatî plusculum quam rigori justitiae dare, & de iure potius decidere tantillum, quam contendere: id vero summis utrinque Principibus pernecessarium etiam esse: alioqui iuria eorum nullo fine, nullo limite desistara, & utrinque dedecori, dolori, & detimento futura esse. Clementi VIII. hæc ipsa sobrietatis placita magnopere sapiebant, ut liquet ex aliis apud eundem Ossatum Litteris (2). Denique anno 1600. Breve Pontificium obtinuit Ossatus (3), ut si Roma suum ipse diem obiret, integra Regi servaretur nominatio Beneficiorum, quæ gerebat.

Gregorius quidem IX. Capite superiori contendebat cum Friderico II. Imperatore de jure Regaliz, & de Mandatis Pontificiis, quæ Regaliz antistare deberent. Sed inde scaturiebat ea contentio, quod Regaliz jus nullo unquam certo & legitimo fundamento in Germania munitum fuisse, & ipse sigillatim Fridericus implacato odio Romanam Ecclesiam infectaretur. Longe aliter ergo Gregorius X. erga Philippum cognomento Audacem Galliaz Regem anno 1271. (4) Cum enim Archidiaconatus vacasset in Curia simul & in Regalia, quantum illum jam Clemens IV. conferre præcepisset, Gregorius X. ejus successor, acta collationis omnia revocari jussit, Beneficium Regaliz adjudicari permisit: ipse vero adeo non juri & amplitudini Pontificum aliquid injuriæ aut labis intulit, ut gloriam illi potius sibique pepere rit sempiternam, tam justa, tam amabilis, tam necessaria indulgentia & caritate in præcellentissimum Regem, & inter Ecclesiæ Christianæ filios Reges facile Principem.

IX. Illud vero præclarissime a Gloffa animadversum est, eo addutum esse Clementem IV. ut Beneficia sibi reservaret, quæ

(1) Tom. 2. Lettr. 60. 96.

(2) Tom. 1. Lettr. 24.

(3) Tom. 2. Lettr. 75.

(4) Preuves des Lib. Gallic. c. 16. n. 21.

quæ in Curia vacarent, ut ne in posterum præveniretur a Procuratoribus Episcoporum in Curia degentibus, & ad id unum eo delegatis, ut Beneficia conferrent, cum primum ea vacarent (1): Hæbent Episcopi ante Constitutionem Clementis Procuratores in Curia, qui statim cum vacabant Beneficia, conferebant illa, & sic præveniebant Papam: Unde motus Clemens promulgavit Constitutionem supradictam. Jure præventionis certissime ad Papam spectabat collatio Beneficiorum omnium, quæ in Curia vacarent, vel non longe a Curia Pontificia. Callidiores quidam Collatores ipsam Papæ præventionem præveniebant, Procuratoribus suis in Curia constitutis. Huic calliditati obviavit Clemens IV. reservatis sibi quæ in Curia vacarent. Hæc autem Glossæ conjectura non levius aut arbitraria est, sed innixa, ut videtur, Capiti Statutum, mutuato ex Concilio II. Lugdunensi: nisi intra mensem Pontifex hæc Beneficia conferat, posse ea conferri ab Episcopis, aut per se ipsos, aut si absint, per Vicarios Generales residentes in Diœcesi cum potestate conferendi (2): Tantummodo per se ipsos, vel ipsis agentibus in remotis, per suos Vicarios Generales, in eorum Diœcesibus existentes, quibus id canonice commissum sit. Quæ cautio, ut non conferantur ea Beneficia nisi per Vicarios Generales in Diœcesi residentes, illis jure viderur obviare Procuratoribus, seu Vicariis Episcoporum, qui astute alebantur Romæ ad has provisiones.

## C A P U T X L I X . P . 4 . l . 2 . c . 1 6 .

## De Indultis Senatus Parisiensis, Cardinalem, aliisque.

I. Indulta hic dicuntur Mandata Apostolica, Bullæ & Brevia, quibus indulgetur potestas conferendi, aut obtainendi Beneficia, speciali quadam ratione, nec sine privilegio. Exordia Indulitorum sub Bonifacio VIII.

II. Continuantur Indulta sub Clemente V. usque ad schisma Avenionense.

III. Flagrante schismate, Praesules Galliani neutralitatem aliquando amplexati, Indulta ipsimet largiebantur: nec omnibus Thomas. Tom. IV.

satisfaciebant.

IV. Erant & sua Anglis Indulta.

V. Amplissimum Martini V. Indultum, quem Concilium Constantiense Pontificem elegit. Particeps ejus erat Senatus Parisiensis.

VI. Quam necessaria tum fuerit ea gratiarum copia effusor.

VII. Eugenius IV. Senatus Parisiensis solemnem concessit Indultum, quale propemodum etiamnunc est. Nec tamen executioni tunc mandatum fuit. Cur?

VIII. Innovatum est a Paulo III. hoc indultum, clausulis quibusdam demutatis.

IX. A Clemente IX. indultum est Breve ad hujus Indulti ampliationem.

X. Animadversiones generales in hocce indultum, & in ejus demutationes.

XI. Indulta alia. Indultum Cardinalem.

XII. Ea Indulta non sunt abolita, quamquam contineri videantur Decretis Concilii Tridentini, a quo abolentur Mandata Apostolica.

XIII. Connexio Indulitorum cum Resignationibus in favorem.

I. Indulta, in quorum elucidationem hoc Capite ingredimur, Expectative sunt Gratiae, seu Mandata Apostolica, quibus addicuntur Beneficia iis qui designantur universim in Bullis Pontificum, has gratias conferentium, & qui peculiariter Brevisculum Regium ad hæc impetrant. Indulta etiam nominantur concessiones Papæ ad providendum Beneficiis ratione quapiam speciali. Alterutro modo Indulta potestatem conferunt dandi, vel accipiendo Beneficia, ratione & via quadam speciali & ex privilegio.

Diximus supra, Cardinales eos, quorum Litteræ in Gallias emanarunt anno 1302. ad purganda Bonifacii gesta, contestatos esse, si qua ejus Mandata oneri fuissent Ecclesiæ Regni, non aliunde profectum id fuisse, quam ex eo quod Pontifex Regi concessisset facultatem nominandi Canonici in qualibet Ecclesia Cathedrali & Collegiali Regni: aut quod enixius operam dedisset, ut paupertate oppressi quique Clerici, aliqua Beneficiorum largitione sublevarentur; aut denique quod omni Beneficiorum genere honestasset Clericos Palatii Regii, Prælatorum, Ducum, Comitum, F f Ba-

[1] In C. Statutum. De Præbend.

[2] Ibidem.

Baronum (1) : Si quando gravavit Ecclesia, hoc fecit concedendo ipse Regi, quod ad suum dictum, seu beneplacitum in qualibet Ecclesia Cathedrali & Collegiata Regni sui una persona idonea poneretur; & providendo in forma pauperum multititudini Clericorum ad quos parum se extendebat pietas Prelatorum, & aliorum ad quos Beneficiorum Ecclesiasticorum collatio pertinebat. De nonnullis insuper vacantibus & vacaturis Dignitatibus, Beneficiis & Prebendis dicti Regni, providit Clericis dicti Regis, Prelatorum, Ducum, Comitum & Baronum.

Hec Apostolica Mandata iis concessa quos Rex nominasset, vel Clericis familia-ribus Prelatorum, Optimatumque, antecursores veluti quidam fuere Indultorum; quin & Indulta dici possunt fuisse, sed temporaria, & personae uni affixa. Jam ante Pontifices ansas aliquando venati fuerant urgendi Prelatos & Collatores alios, quod Beneficia iis conferrent, quorum meritis & virtutibus gratia accederet Principis & commendatio. Exemplorum sylvam con- gessimus, ubi originem perveстиgavimus Apostolicorum Mandatorum. Cum non posset nova illa Mandatorum & Reservationum constitui disciplina, sine tacito saltem Regum assensu, quandoque & auxilio: ita & non poterat non & aliqua gratiarum istiusmodi pars in Reges vel Regum ministros redundare.

II. Si ea erat autem Bonifacii VIII. Indulgentia, nemo ambiget, quin Clemens V. & reliqui deinceps Avenione sedem sortiti Pontifices, aliquanto etiam prolixiores fuerint in gratiarum copia in Reges effundenda, in Praefules & Magnates. De ea re opportunius alibi, hic unum adjiciam, cum sanguine schismatis procella cogerentur Pontifices impensis demereret & conciliare sibi Reges, Principesque: largiori etiam manu ad eorum nominationem Beneficia illos profudisse.

Cum anno 1408. medium se gerere voluisse Gallia inter armulos Pontifices, provisionesque Beneficiorum Ordinariis contradisset: Conventus Cleri, a quo nova haec temperabatur disciplina, excidere sibi passus non est Indultarios, sive Universitatum, sive Magnatum Principum, illud possimum satagens, ut ne unus idem plura surriperet Beneficia, postquam plura extulisset Indulta: Ad occurrentum fraudulen-

tia & ambitioni eorum, qui possent nomina sua inscribere rotulis Catalogue variorum Universitatum, vel Magnatum, vel Principis & facultatis unius, & ita plura suscipere Beneficia, quibus plures sustentari possent: visum decreveruntque eis, ut nemo nisi uni Rotulo inscribatur. Hac ex Monacho San-Dionysiano (2), qui vitam Caroli VI. Regis exaravit, & quam Laborator Gallice edidit. Hinc vero patet, id ante moris fuisse Principibus & Universitibus, Magnatibus, Facultatibusque, ut ad Pontificem mitterent; probata autem neutrallitate ad Collatores ipsos misisse Catalogum eorum, quos percuparent Beneficiis ornari.

III. Adeo non satisfecere publice expectationi Praefules & Collatores, quibus restituta fuerat plenissima potestas Beneficia dispensandi, ut paucis post annis ea ad Joannem XXXIII. revoluta fuerit, tam larga, tam pene infinita, quam maiores ejus explicuerant. Joannes Juvenalis Ursinus Archiepiscopus Reimsensis hanc ipsam testam nobis faciet vicisitudinem potestatis ad Romanos Pontifices revoluta, ubi prius calculo suo firmaverit, quod supra affirmavimus, schismate Avenionensi apertas esse fores redundanti Indultorum copiae. Sic enim ille de Clemente VII. anno 1381. Difficile dictu est, quantum hoc schismate importatum sit detrimenti Ecclesie, Gallie, aliisque regnis; Aderant Clementi trigesim sex ad modum Cardinales, quorum inflatione cupiditas opimis inhibebat omnibus Regni Beneficiis. Utebarur autem Clemens Reservationibus, Expectativas Cardinalibus largiebatur. Addit autem anno 1406. destituto Benedicto XIII. subductaque ei obedientia, Conventum Cleri Gallicani statuisse, ut Ordinarii Beneficia sue Collationis conferrent, factaque fuisse Nominaciones Officiariorum Regis itemque in gratiam Universitatis. Ita Gallicani Praefules ut recuperarent, sartamque & tecnam sibi servarent potestatem antiquam & plenioram conferendi Beneficia, eo adisti fuerunt, ut confirmarent, continuarentque, immo & augerent Pontifica Indulta, non solum ad levamentum Universitatum, sed etiam Clericorum Palatii & Officiariorum Regis, ac Magnatum.

At rurum Ordinarii hi Collatores adeo postea secessere spem, quam sustinebant in distributione Beneficiorum, ut anno 1414. Joan-

(1) Hist. Univ. Paris. tom. 4. p. 28,

(2) L. 28. c. 5.

**Joannes XXIII.** quasi postliminio restitutus sit in antiquæ potestatis plenitudinem: Indultaque, Expectatiæ & Reservationes Romanæ Curiaæ rursum exundarint. Audiens Ursinus: Archiepiscopas Pisanus a Pontifice delegatus Lutetiam venit, Expectatiæ & promotiones ad Prelaturas dispensaturus. Edicta enim tunc vigebant Regia, quibus Beneficiorum provisso Ordinariis vindicata fuerat. Dux autem ageret ille Parisis, purpureo pileo, Cardinalitia dignitate sublimatus est. Tunc revocata sunt Regia illa Edicta. Quippe Regi, Reginæ & Delphino concessæ sunt affatim Nominations, que prodeßent eorum familiaribus & servis, nec indonata receſſit, aut inornata prærogativis Universitas. Rex & Magnates in Prelaturarum elargitione, tantum non eadem qua Pontifices potestate gaudehant. Sequax enim erat ad eorum nutum Pontifex. Nec pecunia parceretur. Licitabantur Ecclesiæ. Erantque Lutetie Longobardi, qui pecunias magno fænore Romæ numerari curabant. Que causa autem Regem impulerit ad revocanda Edicta priora sua, non tacetur: nimirum inaudierat ille, quam soridè Ordinarii Beneficia conferrent: & gratificantur propinquis, domesticisque suis; ne tantilla quidem eorum parte notabilibus viris, Graduatis & Nobilibus distributa: eorum vero Edictorum usus conducibilis Ecclesia esse potuisset, si per hominum intemperantiam & cupiditates licuisset.

Hæc vero propria beneficiorum prostitutio, inter teterimi schismatis fructus numeranda merito suo erat. Seu veri enim, seu falsi Pontifices, ut conservarent, Episcopi ut recuperarent antiquas Beneficiorum Collationes, certatim prodigebant Beneficia prorsus omnia in omnes indiscriminatum, vel Mandata, Indultaque, quibus Beneficia nanciserentur. In Tractatu de Senatu Parisiensi affirmat ejus auctor, vir doctissimus Dupuy, hunc ipsum Cardinalem Legatum anno 1414. in Curiam Parlamenti ingressum, nonaginta intulisse Nominations, seu Gratias expectatiæ, quibus Pontifex Senatoræ cohonestaret, qui & illis honestari se gratulati sunt.

**IV.** Indultis alterius generis subjiciebantur Episcopi Angliae, de quibus perstringi hic aliquid juvabit, ut manifestius fiat, quam difficile vitari potuerint Indulta ea,

de quibus hic sermonem instituimus. Anno 1417. & 1421. Henricus Chichelejus Archiepiscopus Cantuariensis statutum editum de provisione Beneficiorum, ubi aliis omnibus quantumvis jure nixis pretulit Indultarios Regis, quos ita appellare licet, quod donec his Beneficia conferrentur, Collatores ipsos Rex certis pensionibus eis solvendis alstrinxerat (1): *Per hanc provisionem prejudicare non intendimus Patronis, quominus de Beneficiis predictis personis, quibus in certis pensionibus annuis auctoritate Regia onerantur, quoique de Beneficiis Ecclesiasticis per eos congrue sit provisionum, sed quod ipsi talibus personis ante omnia de Beneficiis hujusmodi providere possint.* Hoc iane Indultum Angliae Regam, aut ex concessione Pontificis ortum fuerat, aut ex usurpatione captato schismatis tempore facta.

**V.** Anno 1417. Pontifex Romanus Martinus V. quem nemo nescit publicæ Ecclesiæ utilitati præ ceteris studuisse, ut pacem Ecclesiæ invictissimis manaret presidiis, utque quam arctissime posset Principes omnes, eorum Ministros, Senatum Parisiensem & Universitatem unitati Sedis Apostolicæ devinciret, Decretum edidit, quo non aliud Universitati Parisiensi favorabilius, & quo innumerabilium exuberantia Indultorum & Mandatorum ad Beneficia effusa est in omnis generis homines. Expresse enim ibi nominantur Cardinales, Imperatores, Reges, Dukes, eorumque Propinqui. Rex, Regina, Delphinus, Dukes Burgundiæ, Aureliæ, Barbantiæ, Britanniæ, Borboniæ & Sabaudiæ: Clerici denique Senatoræ Curiaæ Parisiensis (2): *Gentibus quoque Ecclesiasticis, Regium Parliamentum Parisis tenentibus.* Exundavit hic gratiarum torrens, mox ut desit Concilium Conitanense, quo Martinus electus, universam demum Ecclesiam sibi unì summo vertici conglutinaverat.

**VI.** Video quam non omnes hujusmodi gratiarum tam prodigam copiam probaturi sint. Sed qui non zelo tantum, sed & sapientia abundabunt, ii memoria repetent exercitiales quæ ab eo erumperant schilmate pestes & calamitates, & Martino, cui Annales sacri tantopere favent, assentientur, nullam nimiam esse potuisse indulgentiam, qua tam pestiferum & tam calamitosum

(1) Conc Gen. Tom. 2. p. 303. 348.

(2) Histor. Univ. Parisi. Tom. 5. p. 303.

tolum schisma terminaretur. Anno 1421. (1) cum Pontifici & Episcopis convenisset de alternativa mensium, Universitas Parisiensis alterum ad Papam, alterum ad Episcopos Rotulum misit. Non certo inde colligi potest eodem Beneficiorum imbre perfusos tunc quoque fuisse Regios Officiarios, Magnates & Clericos Parlamenti, hoc est Senatores, qui in sacris erant Ordinibus. Copiosius enim manabant in Universitatem hi gratiarum fontes, quam in alios quosvis.

VII. Eugenio IV. visum est, posse alienatas non paucorum voluntates ei conciliari, si Indultum perpetuum offerret Cancellario Franciae, Praesidibus & Senatoribus Parlamenti, tanquam Expectativam, aut Mandatum: ut singuli Regni Collatores semel in vita tenerentur Beneficium conferre, seu Regulare, seu seculare uni Indultariorum Breviculo Regio munitorum. Eiusmodi Indultum existimat Carolus Molinæus (2), nec a Carolo VII. Rege flagitatum, nec usu fuisse receptum, propter summam nimirum ab Eugenio animorum alienationem, & propensionem in Felicem V. Potuit certe Indultum usu receptum non fuisse, at ejus rei cœla verissima Molinæum refellit. Nec enim vel Carolus VII. Rex, vel Francia ipsa Felici unquam assurrexere: & ita inflexit Rex sua consilia, ut nec ab Eugenio, nec a Decretis Basileensis Concilii & Pragmaticæ licee desciverit. Multo similius veri est, minus curatum fuisse hoc Indultum, ob diuturnas postea Pontifices inter & Galliam concertationes ex occasione Pragmaticæ. Eo forsan Indulto speraverat Eugenius inescari a se posse Galliam & Senatum Parisiensem, ut Basileense Concilium & Pragmaticam ejusarent. Satis his visum est Indulto abstinere.

Auctor est tamen Gobelinus (3) in historia Pii II. Ludovicum XI. publicasse Edictum, quo declarabat praesides Parlamenti, omnesque Ministros suos eisdem gaudere privilegiis, quibus sedes Apostolica Universitatem Parisiensem exornaverat: Sancivit Praesides Parlamenti cunctosque ministros suos in causis etiam Beneficitalibus, his privilegiis gaudere, quibus Apostolica Sedes Parisiensem scholam donasse perhibe-

sur. Non satis comperi, an Rex tum Indulta locaret inter privilegia Parlamento & Universitati communia (4). At certum est anno 1478. cum Pontifex Sixtus IV. Concordata pepigisset cum eodem Rege Ludovico XI. ad Nominationem Beneficiorum, Bullæque inseruisset, quæ Extravagantium Communium libris innixa est (5): ab eo destinatum fuisse Indultum Sex Beneficiorum, in Collatores Regni reservandorum: quorum duo iis conferrentur, qui nominati a Rege essent, vel a Regina, vel Delphino, vel Praesidibus Parlamenti aliisque ejus Officiariis. Sed cum id Concordatum respererit Francia, irritum quoque cecidit Indultum.

VIII. Paulus ergo demum III. anno 1528. cum pro pace inter Carolum V. & Franciscum I. sancienda, cum illis ipsis congressus esset, & Mediatorem egisset, Francicu potenti concessit innovationem Indulti ab Eugenio IV. olim oblati, eo addito, ut Mandatarii Apostolicis cederent Indultarii, cum contra totum esset in Eugenii Indulso: utque ne cogerentur Indultarii acquiescere Beneficiis, quorum anni reditus minores essent ducentis libris. Ita narrat Molinæus (6). Meminit Bulla Pauli III. concessionis ab Eugenio factæ ad preces Caroli VII. Regis: meminit & potestatis, qua Cancellarius, Praesides & Consiliarii Parlamenti Parisiensis possunt, si laici sint, alias in suum locum subrogare: meminit ne diutina negligenter utendi hoc Indulso: de metu, ne ex negligenter peremptum esset Indultum: de precibus instantissimis Regis Francisci, ut illud innovaretur, & de duabus conditionibus a se appositis, ut hi Indultarii Mandatarii cederent Apostolicis; utque possent recusare Beneficia, quorum reditus annui ad ducentas libras non assurerent.

IX. Longo temporis lapsu dum executioni Indulctorum instatur, emerere incommoda, aut quæ censerentur incommoda. Reditus ducentarum librarum exilis & jejunus videbatur. Parochiales Ecclesiæ, quæ prima quandoque vacabant, minus congruebant Indultariis, quorum civilis dignitas residentiam in Curia jugem desiderabat; Beneficia Regularia nihilo plus eis consentanea erant. Clemens IX. anno 1667.

(2) Ibidem p. 348.

(2) De Insfr. resign. in 224. & seqq.

(3) Gobel. l. 12.

(4) Rainal. an. 1463. num. 81.

(5) L. 1. Tit. 9. c. 1.

[6] De Insfr. Resignan. num. 228.

1667. Ludovico XIV. Regi concessit novum Indultum, quo incommodis illis omnibus obviatur: recusari permittitur Beneficia, quæ sexcentarum saltem librarum redditus annuos non adferent: sicut & Curae animarum annexam habentia; denique conceditur Collatoribus facultas, ut Regularia Beneficia in Commendam dare possint Indultariis, dummodo ne Abbatiaz sint, vel Prioratus Conventuales & vere electivi, vel Officia Claustralria.

X. Mirum est ducentos & quinquaginta propemodum annos inter Bonifacium VIII. & Paulum III. interlapsos esse, dum maturercent hæc Indulta. Sed illud magis mirari libet, quod ad nostram usque ætatem sufficiens Indultis pecunia annua summa ducentas libras non superaret. Inde enim perspicuum fit, quam vere non collimarent Mandata Apostolica, & Indulta, ab ipsa sui origine, nisi ad Clericos pauperati & inopie subducendos. Auri, argenteaque copia pene infinita, quæ ex utriusque Indiis exinde influxit, usque adeo rerum omnium pretium in Europa nostra exaggeravit, ut necessum fuerit, ictiusmodi summas annuorum reddituum plurimum exagescere. Nec illud silendum hic nobis est, præsca Indulta omnia ante Eugenium IV. Clericis addicta fuisse, sive in Parlamento, sive in Magnatum Palatiis. Ita superius observari potuit. Primus omnium Eugenius Laicis concessit, ut suo loco Clericos subrogarent. Primus quoque videtur Indultis subjecisse Beneficia etiam Regularia, quod iam tum vehementer increbuerint Commenda.

Unum est quod constantissime viguerit quatuor his circiter seculis, quodque maxime mirari nos deceat, Ecclesiæ sapientia & caritas, quæ nihil inausum, nihil intentatum reliquit eorum, quæ conducere possint ad recolligenda sibi, arctissimeque revincienda corporis sui membra, maxime vero ad illustriora quæque corporis Christi membra cum conspicuo suo Capite inexplicabilibus nodis constringenda. Cum enim non alia sint validiora concordia vincula, quam Beneficia, & munera, ac dona, consentaneum prossus fuit, ut ad Sacerdotium & Regni pacem ac concordiam certius stabiliendam, Ecclesiæ Beneficiorum & gratiarum copia largior efflueret in Principes, Principumque Ministros, a quibus vicissim

in Ecclesiam exundat benevolentia, protectionis, largitatis & gratiarum torrens copiosus.

XI. Præter hæc autem Parlamenti Indulta, sunt & alia de quibus supra, utpote quæ Regibus concessa sunt, ut nominarent ad Episcopatus & Coaisitorialia quævis alia Beneficia Britanniæ & Provinciæ; ad Episcopatus Metensem, Tullensem, & Virodunensem, ad Tornacensem & alios regionum Regno nuper adjectarum. Sunt & alia, de quibus infra differens, nempe quæ Principibus multis concessa sunt ad Præbendas, quæ primæ vacarent post electionem & consecrationem Episcoporum. Sunt & alia denique quæ Collatoribus confert Papa, maxime Cardinalibus, quibus sit ut conferre possint suæ jurisdictionis Beneficia, largius liberiusque quam Collatores alii, nulla ratione habita vel Mensum Sedis Apostolice reservatorum, vel Mandatorum Apostolicorum, vel Præventionis, vel Resignationum in favorem. Joannes Cardinalis Lotharingus anno 1530. primus omnium impetravit a Paulo III. Indultum (1), ut omnia suæ Collationis Beneficia conferre posset, ita ut nec reservacionibus, nec præventionibus Papæ, vel Legatorum ejus retardari posset. Facultatem sibi reservaverat Pontifex clausulis specialibus derogandi vastissimo huic indulto, quod ex inde cum omnibus Cardinalibus communicatum est. Sed in eo Conclavi quo electus est Paulus IV. constitutum est, & postea ab eodem Pontifice sacramento confirmatum; nunquam amplius Indulto Cardinalium derogatum iri, nec præventione, nec quoquo modo derogando Regule viginti dierum in signaturis Resignationum. Hæc est quam vocant Compacti Bulla, anno 1555. a Paulo IV. edita, a Regibus & Parlamentis Galliæ toto Regno publicata.

XII. Perspicuum est autem his Indultis omnibus innovari, & quasi toties revivisci Mandata Apostolica & Expectativas, quibus omnino extinguis extinguerant Tridentini Patres. Sed speciali semper Ecclesia veneratione, & indulgentia summos Principes sibi colendos professa est; eique consentientes Pontifices, eodemque sapientia & concordia spiritu incitati, justas & necessarias gratias larga manu in Christianos semper Principes effudere.

### XIII.

(1) Lib. de l' Eglise Gall. c. 24. num. 20. & seqq.

XIII. Indulta hæc omnia, quæ hoc Capite, vel superius perstrinxii, compilata fuere, evulgataque in Tractatibus iis, quos clarissimi viri Doujatius & Pinsonius super hac re edidere. Pergendum jam nobis est ad Resignationes in favorem, quæ usitatissimis Indultis derogant, Indultis Cardinalium nil derogant; alternativis mensum in Britanniæ & Provincia derogant; Concordatis Germanicis derogant, in Episcopatu Metensi, necnon & Tullensi, Virodunensique vigentibus. Indulto autem ei non derogant, quod nuperrime Rex Christianissimus a Clemente IX. elicuit, propterea quod solam in Curia vacantium hic Pontifex reservavit. Nec cum iis tantum quæ disputata jam sunt mira est Resignationum in favorem connexio, sed & cum iis etiam, quæ supersunt nobis enucleanda de Mandatis & Reservationibus Apostolicis.

## C A P U T L. P. 4. l. 2. c. 17.

## De Resignationibus in favorem.

I. Ecclesiastice discipline labes seculo x. & xi. Concilia & Pontifices eo adegit, ut a simoniacis & impudicis Beneficiariis Beneficia sinerent resignari, quibus post paenitentiam iterum restituebantur.

II. Ita percrebuerunt Resignationes cuiusque modi Beneficiorum in manus Pontificis.

III. Schisma Germanicum sub Gregorio VIII. innumeris etiam resignationibus locum dedit in manus Gregorii; qui eadem mox Beneficia restituebat eis, qui se paci Ecclesiæ & unitati reddidissent.

IV. Sub Urbano II. eadem resignationum frequentia. Minora Beneficia in manus Episcorum resignabantur.

V. Ex pluralitate Beneficiorum orte etiam resignationes complures. Unde scateret ea pluralitas?

VI. Simonia fons longe uberrimus fuit resignationum etiam in favorem.

VII. Paenitentia, aut Monastica professione restitui capere Beneficiarii, alias deponebendi.

VIII. Solus Papa simoniacos in integrum restituebat ad Prælaturas: Episcopi ad minora Beneficia.

IX. Hæc tum dispensationes ad tempus tam erogabantur, quæ perpetuæ sunt tamen postea.

X. XI. Sub Paschali II. rursus resignationes in manus Papa. Sed & in manus Episcorum.

XI. Nova exempla sub Alexandro III. & in Decretalibus. Cur resignationes ad Prælaturas, & in favorem Pontifici serventur integra?

XII. Alia exempla, vel vestigia resignationum in favorem.

XIV. De permutationibus. Regule permutationum & resignationum.

XV. Non tam purgat Papa simoniam, quam ad utilitatem Ecclesiæ dispensat. Quo tempore cœperit usus recentior resignationum in favorem?

I. **A**ltius repetenda est superiorum temporum memoria, ut Resignationum in favorem origo prima pervestigetur; quæ tam frequentes jam sunt, quam inter primordia Ecclesiæ infrequentes, & pene inaudite fuere. Simonia quidam & incontinentia torrens in universam pene Occidentalem Ecclesiam exundavit, tunculo ultimo consenescensis & deficientis Imperii Caroli Magni & Carolinae Stirpis, hoc est x. & xi. Ecclesiæ tunculo. Et hæc profecto sacrilegorum & flagitorum omnium colluvio, non ansam tantum præbuit, sed dolendam cum primis necessitatibus infixit, vimque attulit Pontificibus, ut novam hanc sinerent illabi Disciplinam, quæ nisi inexorabili necessitate extundereretur, Disciplinæ potius relaxatio & corruptela videri posset. Primus omnium Leo IX. Canonum vigorem, ceu prævalidum munimentum objicere cœpit serpenti, & in dies singulos latius graftanti incontinentia simoniæque.

Concilia Romæ, Remis & Moguntiae habita an. 1049. non potuere non humanius, & indulgentius aliquid consilere in Beneficiarios simoniacos & incontinentes, poltquam paenitentia canonica functi essent. Non aliter provideri potuit, ut ne Ecclesiæ pene omnes Pastoribus suis & Ministris orbatæ squallerent (1). Leonis IX. zelo & moderationi accommodavit le, qui successor eius datus est Victor II. Sub eo in Concilio Lugdunensi anno 1055. quadraginta quinque Episcopi, & viginti septem Prælati, abdicarunt iefe Dignitatibus, quas turpissime

(1) Baron. ann. 1049.

me nundinat fuerant. Petrus Damiani non plures quam sex narrat abdicatos fuisse. Unde probabili conjectura asequi datur, Hildebrandum hujus Concilii Præsidem, tamquam Apocrisiarium Papæ tametsi Subdiaconus tantum esset, sapientissime & humanissime his indulxisse Prælatis, qui spontanea confessione accusatores suos prævertebant, & admissa eorum resignatione, pristinæ eos dignitati sedique pene omnes restituisse.

Alexander II. anno 1063. Concilium La-  
teranense coegit, ubi par incubuit necessitas temperandi rigoris Canonum in Beneficiarios simoniacos & concubinarios, qui si-  
nebantur sacra obire ministeria, ne vidua-  
rentur prouersus Ecclesiæ; contestante tamen  
Pontifice & Concilio, quæ dura & mi-  
seranda extorqueret necessitas, ea cessante  
necessitate pariter celsatura. Mitto plura-  
lia Concilia per varias Ecclesiæ Provin-  
cias congregata, zelo majore, quam fructu.  
Anno 1070. Germaniæ Episcopi Romam evocati sunt, ut affricatam sibi simoniæ infamiam abstergerent. Nihil amplius expri-  
mi potuit, quam ut flagitio in polterum abstinenter: quo juramento constricti, suas rursum ad regendas Ecclesiæ sunt dimisssi.

II. Atrox ergo quadam & indeclinabilis necessitas Pontifices alioqui inexorabiles adegit, mirum quantum remittere de Cano-  
num disciplina, & sedibus suis exauditoratos reddere Episcopos, aut ad prævenien-  
dam exauditionem, dignitati sue sponte renuntiantes. Cum Romani Pontifices primi & soli emicarent, exardescerentque Apostolico zelo, ad infamiam hanc dupli-  
cem ab Ecclesia abstergendam: in manus quoque illorum fiebant hæc resignations, illos penes erat dispositio resignatorum Bene-  
ficiorum, illi soli executores erant dispensa-  
tionis tot Conciliis approbatæ, ut Beneficiis & Ecclesiis suis redderentur tot Clerici  
Prælatique, qui juridica convictione, vel spontanea confessione abdicandi erant, aut abdicaverant ipsi se. Denique cum tot Archiepiscopi, Episcopique eodem contagio afflati fuissent, tota auctoritas his medendi morbis, resignations has admittendi, & Beneficia resignata resignantibus restituendi, denique Prælaturas conferendi post deposi-  
tos Prælatos, ad Pontifices Romanos revo-  
luta est.

III. Ubi primum Hildebrandus, seu Gre-

gorius VII. Alexandro II. successit, anno 1073. altero post anno (1) in Concilio Ro-  
mano simoniacos & concubinarios Clericos uno damnationis jaculo confixit. Hoc de-  
cretum cum executioni mandare aggressus esset Archiepiscopus Moguntinus, Cleri uni-  
versi rebellantis vesania extremum vitæ di-  
scrimen adiit; nec perduellium manibus elab-  
bi potuit, nisi pollicitus, daturum se ope-  
ram pro virili sua parte, ut Pontificem ab-  
duceret ab ea austeritate. Verum cum ca-  
dem Decreta Pontifex innovasset in alio  
Concilio Romano anni 1075. suspendisset-  
que, vel citasset complures Germanie Epi-  
scopos, rursum conatus est omni ope idem  
Archiepiscopus, ut ea Concilii Decreta pro-  
mutgarentur. At rursum extremo conflictat-  
us vitæ discrimine, statuit tecum ipse deinceps nihil ejusmodi tentare, & sustinere,  
dum Pontifex ipse executioni Decretorum suorum instaret.

Cum Henricus Germaniæ Imperator hanc scelerum licentiam Patrocinio ipsem suu soveret, palamque Prælaturas pretio distraheret, ab imperierrito Pontifice Gregorio diro anathemate tandem confosus est. Con-  
fessorum Pontificum nonnulli stupenda quadam insanaque audacia, consimile anatha-  
ma in Pontificem retorserunt, eoque nefario schismati implicati sunt. Orthodoxi Ger-  
maniæ plerique Principes in Henricum con-  
jurant, qui necessitatibus telo compulsus est, se se Pontifici ad humiliam quæque obsequia subjecere. Investituræ quas usurpaverat Im-  
perator, proscriptæ sunt in Synodo Roma-  
na anni 1078. intentato etiam anathemate. Hoc schismate, sicut & investituris adacti sunt deinceps frequentissime resipiscentes Prælati, dignitates suas, aliaque Beneficia in manus Pontificum ut resignarent, ab iisque mox rursum iisdem invertirentur. An-  
no 1080. triginta Episcoporum Conventus Brixinone in Germania Gregorium VII. nefario auctu exauditoravit, creato Antipapa Guiberto. Victor III. & Urbanus II. in se-  
dem Petri postea proiecti procellam illam diffilarunt tandem, Ecclesiamque serenari si-  
bi, ipsique gratulati sunt: quo factum est, ut & Episcopi isti se sibi redentes & Ec-  
clesie, plerique Ecclesiæ suas in manus Pontificum resignarent.

IV. Urbanus II. Clerum populumque Carnotensem per litteras suas admonuit,  
Goffridum ejus urbis Episcopum Episcopatum

(1) Baron. ann. 1074.

tum in manus suas resignasse , depositum eum a se fuisse , & ejus ipsius consilio se usum , ut Iwonem illis Episcopum daret (1): *Iwonem quem Goffrido per nos deposito , Casablice atque canonice secundum nostra monita elegistis , &c.* Porro de Goffrido , qui sine conditione omni nostris manibus Episcopatum reddidit , indignum se patenter agnoscaens , &c. Ita saepe siebant cessiones istae ad præveniendum depositionis dedecus ; futurumque Episcopum designabat Papa , non exclusa quæ poter fieret , Cleri populi elektione , quæ tamen ad Pontificis voluntatem , monita , consiliaque sese accommodaret ; unde & illis ea tandem accedit autoritas : ut quæ consilia & monita fuerant summae potestatis , pro præceptis haberentur. Abolevit & idem Pontifex infandam cum consuetudinem Capituli sancti Martini Turonensis , ubi Præbende promercales extabant (2). *Consuetudo pravitatis iroleverat , ut Prabende omnes , seu honores pretio acquirerentur .* Necesse tunc fuit præteritas culpas dispensando aboliri , restituique veteres Canonicos ; ac si male partas Præbendas & dignitates abdicasset , receperintque.

Concilium Claromontanum ab hoc eodem Pontifice habitum anno 1095. coegit omnes , qui ipso sibi , vel quibus parentes Beneficia pretio comparaverant , ea resignare Episcopis. (3) : *Ut nullus sibi Præbendam emat ; quod si quis emerit , vel parentes ejus illi emerint , in manum & dispositionem Episcopi sui reddat .* Hoc idem de altari , & de omni Ecclesiastico officio fiat . Episcopatus ergo & Abbatias tantum resignari Papa necesse fuerat ; at minora quælibet alia Beneficia in manus Episcopi refundenda erant , a quo iterum reciperenrunt.

V. Præter simoniam & fornicationem , in Beneficiorum quoque pluralitatem plura ex hoc Concilio tela vibrata sunt (4) : *Nul- lii Clericorum licet deinceps in duabus ci- vitatibus duas Præbendas obtinere , cum duos titulos obtinere non possit .* Hoc vero Beneficiorum pluralitas , præsertim Curatorum & incompatibilium , vehementer eo tempore increbuerat , nec eam pestem propulsare ab Ecclesia dabatur , nisi iussis Beneficiariis ea abdicare , quæ non possent citra certum æternæ salutis detrimentum retine-re. Simonia infanda proies erat hæc plura-

itas. Emebat enim quisque , quot libebat. Erat & proles incontinentia . Cum enim concubinarii Clerici aleندæ familiæ onus sustinerent , eo excusabant hanc suam Beneficiorum congeriem . Adde quod & cum Laici investituras darent Beneficiorum , securi admodum illi & incuriosi erant Canonum . Contextio hæc erat cohærentium sibi flagitorum : cui non poterat promptius parari medicina , quam ut Papæ , vel Episcopis Beneficia resignarent ; qui tanto faciliores se præstabant ad ea illis conferenda , quos resignantes designassent , quanto certiores erant eam esse expeditissimam rationem perficiendi , ut resignarent , idque onus excuterent , quo aliqui ad æternæ damnationis baratum præcipites agerentur . Cœperant jam ante Episcopi admittere resignations laicorum , qui Parochiales Ecclesiæ invaserant ; & ea conditione , quasi in favorem admittere , ut Monasteriis conferrentur.

VI. Denique Urbanus II. anno 1099. in Concilio Romano concessit , ut quibus infantia lac fugientibus & nescientibus parentes Beneficia emerant : ea primum Pontifici resignarent , & tum illa ab eodem reciperent (5) : *Quicunque cupiditate parentum cum adhuc essent parvuli , Ecclesiæ , vel Ecclesiistarum Beneficia per pecunias adepti sunt ; postquam eas omnino dimiserint , si canonice in iis vivere voluerint , pro magna misericordia ibidem eos esse concedimus .* Qui vero hæc ipsi Beneficia emerant , concessit , ut ad alias Ecclesiæ migrarent , vel in eadem perseverarent , dum sponderent Canonica vitam communem servatores se , nec ad Ordines sacros nisi ex Pontificia dispensatione accessuros (6) : *Si in eisdem canonice vivere promiserint , &c.* Canonica hæc vita illa erat vitæ communis societas , quam instituere , restituere & propagare , tum omni ope studuerunt Concilia & Pontifices , ut supradictis disciplina vulneribus mederentur , & quam sufficere posse existimarent , ad eluendas priores , aut simonia lordes , aut incontinentia . Is sensus est eorum verborum *Canonice vivere* . Quod & dilucidius fit ex sequenti Canone (7) , quo edicitur , ut qui ordinati ante fuerant , quam simoniaca pravitate macularentur , post resignationem Beneficium , eo rursus invertiri possint , ac priori ordine & honore frui , dum ne

Præ-

(1) Epist. 8.  
(5) Can. 5.

(2) Epist. 12.  
(6) Can. 6.

(3) Can. 6.  
(7) Can. 7.

(4) Can. 12. 14.

Prælatura ea sit, & ad communem vitam amplectendam ipsi animum adducant: Si qui tamen ante emptionem catholice ordinarii sunt, cum ea que emerunt, dimiserint, & vitam canonicam elegerint, in suis gradibus permittantur: nisi forte ejusmodi Ecclesia sit, ut ibi primum locum debeant obtinere. Primum enim, vel singularem, vel Præfiture, vel officii locum, in emptis Ecclesiis eos habere non patimur.

VII. Cum eodem hoc ipso tempore, eademque necessitate urgente obviandi tantæ malorum colluvioni, cœperit relaxari antiquior Disciplina super irregularitate criminis, iis qui convicti, vel confessi fuerant, post peractam poenitentiam priori Ordini restitutis, tunc quoque inolescere coepit, ut eadem labes irregularitatis oblitteraretur professione Monastici instituti, aut Regularium Canonicorum Collegii.

VIII. Sed exuenda resignando prius erant male parta Beneficia, quibus protinus restituiebantur, nisi ex essent Prælaturæ ex postremo hoc Canone, ubi supplenda ex priori Canone eadem clausula: *Salva tamen in omnibus Apostolica Sedis auctoritate.* Quo ostenditur simoniacos ad Prælaturas a solo Papa restitui posse; Episcopos vero eodem iam tum jure usos esse, ut reliquorum Beneficiariorum resignationes admitterent, & ea Beneficiariis poenitentia purgatis restituerent.

IX. Contestatur denique hæc Synodus, hanc dispensationem extortam sibi esse ineluctabili necessitate, quæ simul cessarit, simul reviviscet pristinus Canonum vigor (1): *Quamvis misericordia intuita, magnaque necessitate cogente, hanc in sacris Ordinibus dispensationem constituerimus, nullum tamen prejudicium sacris Canonibus fieri volumus, sed obineant proprium robur, & cessante necessitate illud quoque cesseret, quod factum est pro necessitate.* Quod ibi statim communitur auctoritate Augustini: *Ubi enim multorum strages jacet, subtrahendum est aliquid severitati, ut addatur amplius caritati.*

Et nihil tamen minus jamdiu<sup>est</sup>, quod illa cessavit necessitas, nec desit tamen, aut vel imminuta tantillum est dispensandi facultas. Pauca sunt jam crimina, quæ irregularitatem invehant, sacrisque arceant Ordinibus. Simoniacis panduntur non raro dispensationum fores, incontinentibus ne necessaria quidem dispensatio est. A si-

*Thomæ. Tom. II.*

moniacis non tum dura exigitur poenitentia, ut communis Canonicorum Regularium vitæ respondeat. Non succurrit quid hic respondeam, nisi hanc esse dolore & lacrimis prosequendam rerum humanarum sortem; quæ Disciplinæ delimitamenta primum ex necessitate, & ad tempus adhibentur, ea paulatim veterascunt, & senescendo convalescent, & in consuetudines denique præscriptas evadunt. Retinetur indulgentia, animo excidunt & abolescent conditions, quibus concessa fuerat.

X. Urbano II. successit Paschalis II. & ad illum scriptit Otto Episcopus Bambergensis, ut certiore illum faceret, eo Episcopatu investitum se fuisse, nonnisi postquara diu & sape illum respusiſſet, & postquam secum ipse certissime statuifſet, quod ab Imperatore accepit, summo Pontifici resignare, ab eoque rursum investiri, non aliter quam si dignus ab eo judicetur (2): *Semel & iterum cum dare vellet, renui Episcopatum. Nunc vero jam tertio in Bergensi Episcopatu me ordinavit, in quo tamen minime permanebo, nisi vestre permaneat sanctitati, per vos me investire & consecrare.* Istiusmodi temporum, rerumque crebris & permolestis eventis insuefacti sunt sensim Pontifices, Episcopique, hi resignare, illi resignationes admittere Episcopatum, Episcopos eisdem sux sedi restituere, consecrare. Cum ita rem geri cogeret Ecclesiæ necessitas, non dubitabatur, quin esset penes Pontificem potestas, eo nimis universum præjudicato, semper tamen sapientiam Christum ea tota Ecclesiam instruxisse suam potestate, quæ quandocunque ad ejus ædificationem necessaria esset. Ceterum spectatissimæ sanctitatis hic Episcopus, qui & Imperatoris una Cancellerius erat, Romam vere concessit, Episcopatum Pontifici resignavit, eo se rursus a Papa investiri passus non est, atque ita in Germaniam rediit abdicato clarior Episcopatu, quam sexcenti alii retento, vel utcunq; gesto. Coegit tamen illum Papa Romam redire, & eum ipsem Episcopum ordinavit.

Hinc vero illud explendescit, quam simulata<sup>er</sup> essent hæc Episcopatum resignationes in manus Pontificis, ad pristinos errores eluendos. Poterat enim male suspicax aliquis sibi fingere, perfuntorie tantum, & certos restitutionis, Episcopatum refi-

G g

gnaz

(1) Can. II.

(2) Paschal. II. Epist. 76.

gnare. Contra hic liquet & resignasse Episcopum, & aufugisse, nec ad Episcopales redisse insulas, nisi a Pontifice revocatum, gnaro non alios Ecclesiarum utiliores, aut gerendae pastorali sarcinæ aptiores, quam qui eam & lubentes abiecissent, & nonnisi jubente Christi Vicario inviti postea receperissent.

Sub hujus Pontificatu, itemque sub Gelasio II. Callisto II. Honorio II. & Innocentio II. innumerabiles pene coiere Synodi adversus simoniam, Clericorum incontinentiam, maxime autem investituras Laicorum. Usque adeo altas egerant hæc vitia radices. Ex quo contigit, ut & magis magisque resignationes frequentarentur.

XI. Præter has enim causas, & in his ipsis quandoque, Beneficia Episcopis resignabantur. Præter superius delibata exempla, alia hic attingo. Cum Abbas, cui duæ erant Abbatia, alteram, quæ sancti Remigii Remis erat, resignare svoluit, scriptis Gregorius VII. ad Archiepiscopum Remensem, ut resignationem admitteret, Abbatiamque resignatam ei conferret, quem resignans indigitasset (1): *Ut Abbatiam secundum Deum consilio istius in aliud ordinet.* Resignatio ea in favorem dici poterat: unde & interventu siebat auctoritatis Pontificis. Sed resignans consilium tantum dabant. Erant ergo ea potius inchoata resignationum in favorem rudimenta. Resignationem admisit Pontifex idem (2) Beneficiorum male quæsitorum Decani Ecclesiarum Lugdunensis, rescriptique ad Capitulum, ut & alii ejusdem flagitii, præsertim vero simoniarum consciæ, in manus Archiepiscopi Reneficia resignarent, pollicitus se præstaturum, ut & temporalium & spiritualium eorum commodorum ratio haberetur.

XII. Illustrissimus Angliae Martyr Thomas, anno 1164. Episcopatum in manus Alexandri III. Papæ resignarat, ad eluendam maculam accepti a le, & donati Episcopatus ab Anglia Rege, a quo dari potuisse jure diffidebat. Cessionem ejus admisit Pontifex, non simulatam, non perfunditoriam, sed ex animo factam, & cum serio proposito non recuperandi Episcopatus. Consilio tamen Cardinalium, & Imperio Pontificis paruit Thomas, & sacras insulas recepit. Posse & longe plura in eam rem accumulari; plena enim est hi-

storia id genas exemplorum. Quin & in Decretalium libris, quibus constat Jus Canonicum novum, aliqua ejusmodi observari posunt. Diserte profitetur Honorius III. (3) eum qui Beneficio donatus est, nescius & immunis ejus simoniæ, quæ tunc fiebat, posse idem restituì ab Episcopo, cui nimirum illud resignabit, si simplex sit Beneficium: non posse autem nisi a Pontifice, si ea sit Prelatura: sed resignandum semper ante esse Beneficium, quod non possit nisi ex dispensatione, vel retineri vel recipi: *Si alicujus electionem propter simoniam eo ignorantे ac ratum non habente commissam, contigerit reprobari: cum eo super prælatione, ad quam taliter fuerat electus, illa vice non potest Episcopus dispensare.* Quamvis circa eum qui ignorantē recipit simplex Beneficium per simoniacam pravitatem, post liberam resignationem, Episcopi dispensatio toleretur. Is ipse Canon est VII. Concilii Romani sub Urbano II. anno 1099. qui supra laudatus fuit, hoc notabilis discrimine, quod desiderabat Concilium, ut dispensatio non daretur, nisi elueretur macula professione vitæ communis & Religionis Canonorum Regularium.

Porro hæc resignatione simplex & libera esse putabatur: ita ut Pontifex & Episcopus, vel eidem posset, vel alteri cuicunque Beneficium resignatum conferre. Eum enim habent sensum illa verba, *post liberam resignationem.* Sed longa & in veterata indulgentia in legem tandem convaluit, ut resignans resignato restitueretur Beneficio a Pontifice. Quæ Indulgentia quidem non pia tantum, sed & necessaria videri poterat, ut validius allicerentur simoniaci Beneficiarii ad provisiones Canonicas sibi comparandas. Sed utcunque necessarium illud fuerit, fuit omnino permolestem, & anarum iis, qui purioris Canonum Discipline studio flagrant.

Si Decreto autem isto potestas reservatur Papæ, & auferitur Episcopis admittendi resignationes Prelaturarum, non est quod quisquam stupeat, cum tot supra recensita sint Concilia, & quidem Generalia, quæ id ipsum prohibeant, jubeantque ad Pontificem recurri. Quin & illud observare est; si dispensarent Episcopi ad Beneficia simplicia, id non aliter quam ex consuetudine tolerari, ut loquitur in hoc Decreto Pontifex.

(1) L. 1. Epist. 53.

(2) L. 6. Epist. 36.

(3) C. Si alicujus. De electione.

tifex. Nempe ex eo quod aut adverfa erant Concilia, aut usu ipso invaluerat, ut ad Pontificem recurreretur. Usu enim vere reservata sunt summo Pontifici plerique dispensationes, & ante in veteravit is usus, quam homines animadverterent. Ita enim affolet; inopinis nobis multa fiunt, quæ non advertimus, nisi ubi perfecta sunt.

Hac sane Decretali restituitur ab Episcopo, vel a Papa Beneficium resignanti ipsi, non alii cuicunque, quem ille designasset. Sed nemo non videt multo facilius alteri cuicunque donari Beneficium, quam ei ipsi, qui illud paulo ante abdicavit.

In alia Decretali Alexandri III. causa agitur Archidiaconatus Eboracensis, qui nepoti Archidiaconi conferendus erat, si ab eo in manus Episcopi resignaretur. Mandato Pontificis ad Archiepiscopum Eboracensem scripto id totum approbabatur (1): *Ut si avunculus suus Archidiaconatum vellet omnino dimittere, ipsum ei facheret designari.* Quæ verba *omnino dimittere* simplicem quidem resignationem denotant, ab omni pactione sejunctam: sed non dissimulabat Archidiaconus, Archidiaconive nepos voluntatem retinendi penes alterutrum Archidiaconatus. Nec aliter se res habebat in non paucis supra relatis exemplis, resignantes nihil paciscebantur, sed voluntate & spe erant non dubia Beneficii restitutio- nis, vel translationis in eum quem desi gnabant. Nec sane hic Archidiaconus Eboracensis Beneficium resignasset, nisi in favorem nepotis; & jubet tamen Pontifex ut delegatus a se Episcopus resignationem admittat, & Beneficium nepoti conferat. Verbalis pactione intercessisse etiam videri potest, unde & proclive fuit, ut & scripto mandaretur.

XIII. Exculpi adhuc poterit aliquid la- cис ex Epistola ejusdem Alexandri III. (2) eisdem inserta Decretalibus Abbatia quadam Anglia, numerata Clerico pecunia, adduxerat illum, ut Beneficio renuntiaret, de quo inter eos litigabatur. Pactionem hanc suam a Papa percupiebant confirmari, quod ille ut plane simoniacum detestatus est; compulit vero Clericum, ut jura & char- tas suas omnes in manus suas deponeret, datis etiam ad Abbatem & ad Monasteriū litteris, ut quovis alio Beneficio Cle- ricum hunc impertirent (3): denique Epi-

scopi duo Angliaz hujus Mandati Apostoli ci Executores designati ab eo sunt.

Aliqua hic obiter adnotanda: 1. Hanc concordiam paribus ultiro citroque compen- diosissimam fuisse, eamque ad eum exitum a solo Pontifice perduci potuisse pro singu- lari sua potestate. Minus ergo mirum est, si exinde recurri frequentius cœperit ad Pon- tificem, ob eas res etiam quæ nondum ei essent reservata, & quas hic ipse usus in- valescens ei tandem reservavit; quippe ex libero & voluntario necessarius factus est, quod ita frequentissime usuveniat, ut co- fluentudines præscribantur, & ipsa induantur denique Legum auctoritate. 2. Si priorem pactionem confirmasset Papa, simoniam purgasse diceretur, quod ejus ea potestas sit. At damnata est ab eo conventio ea, ut quæ simoniam redoleret. An ergo ea sententia, quamlibet simoniam a Papa pur- gari posse, necdum convaluerat? An ne in cogitationem quidem inciderat Jurisconsul- torum, quos inter Pontifex hic primas utique partes tulisset laudis, et si Pontificio culmine supra illos non assurrexisset? Istud sane proxime a vero abeat. Complures enim toto hoc capite occurrerunt dilpen- sationes de simonia perpetrata; sed longe aliud est de præterita simonia dispensare, & ex indulgentia pati, ut nihilominus pos- sit quis vel Beneficium retinere, vel exer- cere sacros Ordines: aliud est purgare si- moniam, hoc est tolerare, vel confirmare pactionem simoniæ, quam partes meditan- tur. Ea de re paulo infra copiosius. 3. Quanquam execretur hic Pontifex pactionem simoniacam, admittit tamen resignationem Beneficii controversati, & simul resignantem donat Mandato Apostolico ad aliud Beneficium. Simplex erat resignatio, sed cum saepissime vel semper contingere, ut resignantis voluntas intima & occulta spe non fraudaretur, irrepsit tandem mos exprimendæ hujus voluntatis, tanquam conditionis necessariæ.

XIV. Alioqui in fumum abibit nostra hæc omnis diligentia, nec exemplum ullum expressum & proorsus consimile resignatio- num in favorem cuiusmodi nunc sunt, us- quam occurret in Decretalibus, vel in Se- xto, vel in Clementinis. Approbat quidem Bonifacius VIII. in Sexto permutationem duorum Beneficiorum auctoritate Episcopi

G g 2 fa-

(1) De Offic. Legati. c. 12.

(2) Append. Concil. Later. III. Par. 28. c. 2.

(3) De pacti. Extra. c. 4.

faciendam : quæ veluti duplex reciproca est resignatio in favorem . Vide ut de eo re-scribat ad Episcopum Biterrensem (1) . Qui secundum formam juris sua Beneficia in ea-dem Diœcœsi ad tuam collationem spectantia permutare volentes , libere ac sine fraude in manibus tuis ipsa resignant . Vetus Pa-pa Beneficia ita resignata subesse Mandatis Apostolicis , quod non possit Episcopus ea conferre nisi reciproce permutantibus . Quan-quam ergo resignatio simplex erat & pura , pactioniisque expers , obligatus tamen erat Episcopus fidei vinculo , ut alteri alterius Beneficium conserret . Testatum facit Pon-tifex minime se auctorem esse ejus consue-tudinis , sed eam jamdiu jure communi-niti . Secundum formam juris .

Jam ab Innocentio III. definitum fue-rat , non posse eas permutationes fieri , nisi auctoritate Episcoporum (2) : Beneficia sua perdunt , qui ea sua auctoritate permutant . Summa hæc est ejus Decreti . Licit ipsi de-jure per se non possent Ecclesiastica Benefi-cia permutare . Verba sunt alterius ejusdem Papæ Decreti . Quorum verborum sensus ille est . Non jure permitti eas Beneficio-rum permutationes , sed etsi jure prohibe-antur , posse tamen ex Episcopi dispen-satione fieri . Verum ex prouissima facil-i-tate , qua dispensationes istiusmodi paßim Episcopi largiebantur , id emersit , ut ne-jam dispensationes , sed quasi jure fultæ consuetudines habeantur . Sursum autem replicata superiorum sœculorum memoria , per Canones poterant Episcopi Clericos si-bi obnoxios ab una transferre Ecclesia ad aliam ad Ecclesiæ utilitatem , non poterant ipsi Clerici suo libitu demigrare . Quod to-tum a permutationibus hodiernis non mul-tum discrepat .

Suffragatur apertissime nostræ huic doctri-na Urbanus III. ubi permutationem reci-procam Beneficiorum in Concilio Turo-nensi damnatam docet , quod pactionem simoniamque contineat (3) . Quæsumus est ex parte tua , si commutations fieri valeant Prebendarum , cum commutatio dignitatum in Turonensi Concilio fuerit interdicta . Ge-neraliter itaque teneas , quod commutations Prebendarum de jure fieri non possunt , pra-sertim cum pactione premissa , quæ circa spiritualia , vel connexa spiritualibus , la-

bem continet semper simonia . Postea autem suggerit Pontifex , ut innoxiae fieri possent permutations , dispendante Episcopo . Au-ctor nempe & dux si sit Episcopus , ad Ec-clesiæ utilitatem vel necessitatem transfe-ret reciproce Clericos in Ecclesiæ eas , in quibus fidelium utilitatibus impensis feli-ciusque servient . Si autem Episcopus cau-sam insperxit necessariam , liceat poterit de uno loco ad alium transferre personas , ut quæ uni loco minus sunt utiles , alibi va-leant utilius exercere .

Ex quibus illud efficitur : 1. Non posse Beneficiarios sua sponte Beneficia mutuo permutare , sed posse in ea reciproce ab Episcopo traduci . 2. Nec observari debet oculis Episcopi , nisi Ecclesiæ utilitas , aut necessitas . Nec Beneficiarii collineare de-bent , nisi ad obsequia quæ Ecclesiæ præ-stituti sint , & ad edendum aliquod suæ in Episcopum obedientiæ specimen . 3. Operæ pretium ergo est , ut caput & auctor rei sit Episcopus ; aut si præstant Beneficiarii , uno eo stimulo agitari debent , ut utiliores sint Ecclesiæ , nec Episcopum urgeant , sed vota sua ei tantummodo insinuent . 4. Ubi res ita agitur , ne umbra quidem subest simonia ; & auctoritas vel dispensatio Epi-scopi intervenit , non ad purgandam simo-niam , aut ad dispensandum super ea ; sed 1. ad faciendam his Clericis veniam stabi-litatem , quam Ecclesiæ suæ devoverant . 2. Ut divina vocatione ad novas Ecclesiæ ac-cedant & ad novas in eis functiones obeun-das . Ad omnes enim Sacerdotii portiones novas cœlestis vocatio desideratur . 3. ut abfol-vantur vinculis , quibus priori quique Ec-clesiæ suæ mancipati erant . Concilium por-ro Turonense , quo vetita est Beneficiorum permutatio , habitum est anno 1163. sub Alexandro III. (4) Divisionem Præbenda-rum , aut Dignitatum permutationem fieri prohibemus .

XV. Ceterum sanctissimæ hæc leges , quas hic Pontifex subjiciebat oculis , nec ad per-mutationes Beneficiorum arctantur , nec ad Episcopos , qui præire ad eas debent , cum redundaturæ sint ad Ecclesiæ utilitatem , quarum illis sarcinam summus Pastor im-po-luit . Manant ex leges ad resignations omnes , & ad summos Pontifices , a qui-bus illæ admittuntur . Nec necesse est trito illo

(1) De rerum permutatione . C. Unico . In Sexto .

(2) Cap. Cum olim . Cap. Cum universorum . De rerum permutations .

(3) C. Quæsumus . Ibid .

(4) Can. 2.

illo uti sermone, purgari simoniam a Papa. Satis est sermone & verbis uti Canonum & Decretalium: dispensare Pontifices, dispensare autem ad necessitatem vel utilitatem Ecclesie, convenienter regulis Canonicis. Diximus enim, & prolixissime suo inferius loco demonstrabimus, omnes Pontificum dispensationes accommodari debere utilitati aut necessitati Ecclesie, etiam juxta eas Decretales, quae hodiernum Jus canonicum complectuntur. Atqui si haec resignationes in favorem nec proponuntur a Beneficiariis, nec a Pontifice admittuntur, nisi ad publicam Ecclesie utilitatem, ne suspicio quidem potest ultra subesse simoniae. Si privatæ autem servitur utilitati in resignationibus his vel proponendis, vel admittendis: potest sane Pontifex purgare simoniam, aut de ea dispensare in foro Ecclesie; at imminet e cœlo Judex summus, ultiorque terrificus, qui nec ipsis Judicium judiciis parcat.

Ex hoc non inutili diverticulo reflectenda nunc est oratio ad propositam doctrinam, nimurum in corpore Juris canonici nullum subesse vestigium satis expressum harum iu favorem resignationum (1). Animadversum jam illud fuit a Flaminio Parisio. Narrat autem Ruzæus (2) in Tractatu de Regalia, eam questionem magna animorum contentionem Parisiis ventilatam fuisse eo tempore, quo Georgius Ambrosius Cardinalis Legatus a Latere creatus est. Censebant aliqui resignationes his conditionibus arctatas. Non alias, non aliter, non alio modo, licitas esse, & expertes simoniae; propterea nimurum quod posset quis innovie & pie, quem pium & innocuum novit, optare sibi Beneficii successorem: possit voluntum suum aperire Pontifici, possit Pontifex voti compotem facere, nulla interveniente pactione: nullam haberi rationem a Pontifice conditionum procurationis inutilium & vitiosarum; ex Regula Juris irritas eas esse, nec tamen irritari procurationem: coram Pontifice vel Legato eo Procuratores adigi juramento, nil fraudis, nil simoniae intervenisse; si Notarii clausulas addant juri adversas; rem & vitium esse styli, quo resignanti nil prejudicetur; pluribus in resignationibus addi, omnia beneplacito & arbitrio Pontificis subjici: denique quibus demum cunque verbis contexta

fit procuratio, solius supplicationis resignantis rationem haberi a Pontifice. Non ea tamen fuisse harum rationum momenta ait Ruzæus, quin Senatusconfulto prosciberentur haec resignations, ut irritæ, & simoniæ, ut quibus pactio inesset mentalis ex parte resignantis, & conventionalis in expressissimis Procurationis verbis.

Pauco ergo tempore ante annum Christi 1500. cœperunt haec clausulae irrepere in procurationes resignantium, vitio fortasse magis Notariorum, quam voluntate resignantium: nec earum clausularum rationem habuit Pontifex, parique semper modo admisit ut prius resignationes has omnes, quarum etiam nonnullæ ejus a beneplacito totæ pendebant. Postquam vero is inolevit indulgentia usus, si quando Romæ contigit, ut Beneficia aliis conferrentur, quam quibus resignans addixerat, tunc ut advertunt nostrates Practici (3), velut ab abusu appellatum est; verso in contrarium vel secularium judicium judicio, vel usu.

Nec abs re erit hic observabile, cum tempore Ambrosii Cardinalis Legati res haec tota operose disceptata est, a Ruzæo non memorari, quod quisquam allegarit summam Pontificis in purganda simonia potestatem. Necdum fortè hominum mentes invaserat, nondum certe invaluerat ea persuasio. Compertissimum erat posse Pontificem dispensare, sed jam diximus longe aliud esse dispensare & veniam facere simoniae jam admissæ & semel admissæ, aliud concedere, ut in posterum & universim admittatur. Carolus IX. Galliæ Rex suos ad Concilium Tridentinum Oratores tum aliis instruxit monitis anno 1563. tum hoc in primis, ut postularent aboleri resignationes in favorem, tanquam Canonibus adversarias, quibus prohibetur, ne Beneficiarii suos sibi deligant successores.

## C A P U T L I. P.4.I.2.C.18.

### De jure Devotionis. De Devolutis.

I. *Electio Episcoporum ultra tres menses differri non potest. Similiter & consecratio. Iis elapsis jus eligendi devolvitur ad Superiorem.*

II. Be-

(1) Fevret. de l' Abus l. 2. cap. 5. num. 22.

(2) Ruzæus Privileg. 32.

(3) Fevret. Jovet. Brodeau, &c.

**II.** Beneficia inferiora ultra sex menses vacare non possunt ; inde jus devolutum a Capitulo ad Episcopum , ab Episcopo ad Capitulum , ab utroque ad Metropolitanum .

**III.** Eadem devolutio non fit , nisi ex negligentia .

**IV.** Alia observantur aliqua . Quando devolutio fiat ad summum usque Pontificem ?

**V.** Quando designandi Episcopi jus ad Metropolitanum fuerit devolutum , vel ad Papam .

**VI.** Cur sex mensium inducia sint ad minoria Beneficia , tres tantummodo ad Episcopatus ? Aliae observationes .

**VII.** De Devolutis ad impetranda Beneficia , que de facto non vacant , sed de jure tantum .

**VIII.** Quam prima specie alienum sit id impetrandorum Beneficiorum genus .

**IX.** An sit aliquod ejus rei exemplum , quod antiquitate & laude commendetur ?

**X.** Qui posse hinc abstergi inuidia ex parte Prælatorum .

**XI.** Varia Regum nostrorum Decreta circa hujusmodi Devolutiones .

**XII.** Possesso triennalis pacifica Devolutarios excludit .

**XIII.** Quam antiquum jus Devolutionis .

**I.** Apientia quadam incredibili Majores nostri in Ecclesiæ mores & jura Devolutionis invexere , ut negligentia mederentur Prælatorum inferiorum , & lascivientem eorum potestatem intra juris limites cohiberent . Verum priora sunt nobis revolvenda nunc secula , ut ad ipsam usque rei hujus originem , si qua fieri possit peneretremus . In Concilio Remensi anni 989. quo Arnulphus Lotharii Regis filius in Remensem Archiepiscopum electus est ab Episcopis Provinciæ , Cleroque urbis , illud testatum fit , per antiquos Canones non concedi nisi triginta dies , quibus viduatis Pastore Ecclesiæ Cathedralibus prospiciatur <sup>(1)</sup> . Elapsa sunt canonica tempora , violata sunt leges , quibus cavetur nullam sedem amplius triginta dierum spatio vacare debere . Cum beatus Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus anno 1108. ad Thomam scriberet Archiepiscopum Eboracensem electum , non ultra tres menses vacare posse Episcopatus ex Canonis Regulis declaravit : Canonica auctoritas præcipit , ut Ecclesiæ Episcopatus ultra tres menses non maneat sine Pastore . Tum Anselmus Eboracensem Archiepiscopum invitavit , ut indicta die advolet consecrationem suscepturnus in Ecclesia Cantuariensi , illud iniuper contestatus , eo temporis elapsa spatio totam Eboracensis Ecclesiæ administrationem ad se devolutum iri : Quod si non feceritis , ad me periret ut ego curam habeam , & faciam que pertinent ad Episcopale officium in Eboracensi Archiepiscopatu .

Albericus Bituricensis Archiepiscopus obiit anno 1140. Anno 1142. Innocentius II. Papa eo Archiepiscopatu donavit Petrum de la Chastre , perillustri ejus nominis familia oriundum in Biturigibus , discipulum Alberici , & cognatum Aimerici Cancellarii Ecclesiæ Romanae . Juramento constrainxit se Rex , non passum se ut Ecclesiæ illi præsideret , qui sine assensu suo illi fuisset praefectus , copiamque fecit civibus Bituricensibus eligendi quem vellent Episcopum , uno excluso Petro . E Clero nonnulli Codurecum elegere , cui Rex suffragatus est , Pontifex ea Ecclesia interdixit . Ita rem narrant Villelmus Nangius , Chronicum Mauriniensem , Matthæus Paris , & Scriptores alii vetusti . Pontifex Regnum interdicto subjecit , Rex eam contumeliam ultus est effusa excandescens sua in Campaniæ Comitem , qui Petrum hortatu Pontificis sua in dictione tuebatur . Tandem interlapsu tumultuationum & bellorum triennio , defessa magis quam placata Rex iracundia , acquievit precibus Bernardi Claravallensis & Petri Cluniacensis Abbatum ; & missio in possessionem Ecclesiæ Bituricensis Petro de la Chastre , ad Bellum sacrum in Orientem profectus est , ob effricandam prioris in suos servitiae suæ maculam , pie jam in Barbaros & infideles serviturus . Perspicuum est devolutionis jure collatum fuisse a Pontifice Archiepiscopatum Bituricensem , ut qui vacasset ab anno 1140. ad 1142. cum eodem ipso tempore vacarent & alii Episcopatus complures , vel non permittente Rege , ut electiones celebrarentur : aut electos semel Episcopos vanis causationibus suspendente . Non dissimulavit rem Bernardus <sup>(2)</sup> : Quid meruit non iam sola Bituricensis Ecclesia , sed Catalaunensis , etiam & Remensis , etiam & Parisenensis ? Quo jure presumit Rex , ut Ecclesiæ possessiones

(1) L. 3. Epist. 149.

(2) Epist. 222.

fiones & terras devastet, ut Christi Pastores prefici non permittat, ut his quidem electorum promotionem prohibeat, aliis vero quod hactenus inauditum est, dilationem electionis indicat?

Concilium Lateranense III. sub Alexandro III. anno 1179. copiam facit Collatori, conferringi ejus Beneficia, qui ad Episcopatum electus ultra spatum a Canonibus praefixum consecrationem suam procastinat (1). Decurso tempore de consecrandis Episcopis a Canonibus definito, is ad quem spectant Beneficia quae habuerat, disponendi de illis liberam habeat facultatem. Concilium Lateranense IV. anno 1215. definiit, nisi in Ecclesiis Cathedralibus & Regularibus electio fieret intra tres menses, jus eligendi ad superiorum immediatum devolutum iri (2): Ut ultra tres menses Cathedralis, vel Regularis Ecclesia Prelato non vacet; infra quos eligendi potestas ad eum, qui proxime praesesse dignoscitur, devolvetur. Superiori huic immido tres alii præficiuntur menses, ut ad Canonicam electionem celebrandam incumbat: si differat, intentantur ei poenæ canonicae (3): Non differat ultra tres menses cum Capituli sui consilio, & aliorum virorum prudentium, viduatam Ecclesiam ordinare. Antiquis in Constitutionibus Angliae Regum memoratur Celestinus V. Pontifex, cum recisset Landavensem Episcopatum ab annis jam septem vacare, eius Ecclesia providendi jus ad se devolutum esse, mandans Archiepiscopo Cantuariensi, ut Episcopum designaret. A Cantuariensi Episcopum delectum Apostolica auctoritate, Regemque exoratum fuisse (4), ut temporali eum ditione Episcopatus frui sineret: acquiescisse denique Regem ejusmodi provisioni, & temporalia Episcopatus dominia electo condonasse.

II. Hactenus quæ ad Episcopales Ecclesiæ pertinent. Idem vero Concilium Lateranense III. sub Alexandro III. sex menses Episcopis, Capitulisque concessit ad Præbendarum, aliorumque sui juris Beneficiorum collationem, nisi intra sex menses provideant, jus Capituli ad Episcopum, & vicissim jus Episcopi devolvitur ad Capitulum; si utriusque demum pars sit negligentia, devolutio juris fit ad Metropolitanum (5): Cum Præbendas Ecclesiasticas,

seu quelibet officia vacare contigerit, non diu maneant in suspenso, infra sex menses personis, quæ digne administrare valeant, conferantur. Si autem Episcopus, ubi ad eum spectat, conferre disulerit, per Capitulum ordinetur. Quod si ad Capitulum pertinuerit, & intra prescriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus secundum Deum hoc cum religiosorum virorum consilio exequatur, vel si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat. Jubet idem Concilium, ut si peccet Episcopus aduersus leges in Beneficiorum provisione servandas, potestate sua privetur, & per Capitulum provideatur: si Capitulum sibi ipsum non consentiat, per Metropolitanum (6): In Conferendis prædictis potestatem amittat & per Capitulum, aut per Metropolitanum se Capitulum ordinare nequiverit, ordinetur.

Ab Innocentio III. declaratum est semelstris hujus spatiis initium numerari debere, non a die quo vacare coepit Beneficium, sed quo certior de eo fit Collator: ea etenim poena non affici nisi negligentiam Collatorum (7): Cum illa Lateranensis Concilii constitutio, contra negligentes tantum fuerit promulgata. Ideoque cum propter delicta quæpiam alia suspensus fuerit Archiepiscopus Eboracensis, non posse a Capitulo conferri Præbendas, quarum ad eum spectaret collatio: Et si fuerit sua culpa suspensus, non tamen ad ipsum Capitulum ex illa culpa Præbendarum erat donatio devoluta. Sed ad illum tempore suspensionis illius Præbendarum donatio pertinebat, qui præter ejus desidians & negligentiam poterat Præbendas donare.

III. Postrema pars hujus Innocentii Decreti ad Pontificem quidem spectat, penes quem potestas erat Mandatis Apostolicis conferendi Præbendas Eboracensis Ecclesiæ, quamdiu suspensione multatabatur Archiepiscopus; sed nihil id quidem attinet ad jus devolutionis. Nec enim devolutio a Lateranensi Concilio III. constituta est, nisi adversus negligentiam Patronorum, vel Collatorum. Nec illud silentio prætereundum, nec III. nec IV. Concilio Lateranensi jus devolutionis ad Pontificem usque summum esse perductum, nisi ubi ille immediatus superior est in Episcoporum, & Abbatum electionibus.

IV. In

(1) Can. 13.

(2) Can. 23.

(3) C. Ne pro defectu. De electione.

(4) Pag. 576. 636.

(5) Can. 8.

(6) Can. 3.

(7) C. Nulla. C. Quia. De concess. Præbend.

**IV.** In Italia cum Archiepiscopus Sanctorum Severinorum vindicaret sibi ex negligentia Capituli Episcopi designationem quasi jure devoluto, factam ab eo nominationem irritam censuit (1) Innocentius III. quod Lateranensis III. Concilii Canon de foliis Beneficiis inferioribus agat, non de Episcopatibus. Denique ab eodem Pontifice definitum est, si provisio Præbendarum conjunctum ad Episcopum & Capitulum spectaret, tum non fieri reciprocum illam devolutionem, cum communi peccatum est negligentia: nisi Episcopus, vel Archiepiscopus Capitulo interellet, ut Canonicus, non ut Praetatus. Tum enim devolvi ad eum eligendi potestatem, si modo nihil artis, fraudulentiaeque ab eo intervenieret. Ex aliis hujus Pontificis Decretalibus liquido patet, superiorem illum ad quem fit devolutio post sex menses, esse Metropolitanum in Capitula & Episcopos: esse Pontificem ipsum in eos Metropolitanos, qui nemini præterea subsunt (2): *Cum pro eo quod Eboracensis Archiepiscopus alium superiorem non habet, ex tunc fuerat ad nos donatione devoluta, &c.*

**V.** Ceterum idem hic ipse Innocentius III. qui modo ajebat Concilii III. Lateranensis Canone Episcopatus non contineri: & qui ea de cœla rescidit electionem Episcopi ab Archiepiscopo factam: ab ea discessisse postea visus est sententia, ubi in Concilio Lateranensi IV. constituit, ut supra a nobis memoratum est, nisi Capitulum intra tres menses eligeret Episcopum, ad immediatum superiorem revoiveretur jus eligendi. Nec ulla hic juris conflictatio, aut Innocentii (3). Vere enim Lateranense III. de foliis minoribus statuerat Beneficiis: vere San-Severinas erraverat, cum id statutum traxerat ad Episcopos: vere Lateranense IV. postea re maturius pensata, ejusmodi statutum, aut consimile, ad Episcopatus ampliavit.

Bonifacius VIII. ad Episcopatus quoque illud traxit, ut ad Superiorem devolutio juris eligendi non fieret, nisi ubi negligentia peccasset Capitulum. At si electores indignum prudentes, scientesque eli-

gant, si formulas eligendi Canonicas minus observent, unde jure eligendi exuantur ea vice, tunc non ad immediatum Superiorem, sed ad Romanum Pontificem fit devolutio. Non ita vero in Beneficiis inferioribus (4): *Non ad dictum Superiorem, sed ad Romanum Pontificem potestas eadem devolvetur. Secus autem in inferioribus Ecclesiis est censendum.*

**VI.** Sive Innocentius autem III. sive antiquior Pontifex Synodusque præfuerit ei Constitutioni, quæ tres tantum menses Episcoporum electioni præfinit, cum aliis Beneficiis indulti sint menses sex: ea fuisse jure videtur causa discriminis, quod dum viduata moeret Episcopalis Ecclesia, imminent Ecclesiis omnibus Dioeceseos periculissima quadam procellæ, quibus obviamiri quamprimum necesse sit. Capite toto *Ne pro defectu abunde proditur, eam fuisse certissimam causam hujus Constitutionis.*

Ex omnibus autem Declaratibus contextibus hic laudatis, id colligitur (5), ut Capitulo sex donati sunt menes ad conferendum, ita sex alias Episcopo donari ad supplendam cessationem Capituli, totidemque Metropolitanu, si ad eum ab Episcopo fiat devolutio, totidem Patriarchæ post Metropolitanum, totidem denique Pontifici post Patriarcham, vel Primate. Id apertum rursus fit ex Capite (6), *Cum accesserint. De Constitutionibus.* Cum vero nullus sit Pontifice superior, negligentiae eius suppleri non potest, nisi ut habetur in Capite Statutum: vel si Papa intra mensem non conferat ea Beneficia quæ in Curia vacant, tunc enim ea ab Ordinario conferuntur. Quæ profecto jam non est devolutio alieni juris, sed proprii recuperatio, post summotum obicem.

Ex ea devolutione, quæ fit ab Episcopo cunctatore ad Capitulum, manifeste patet, non semper superiorem esse eum, ad quem fit devolutio (7). Sed observatum non injuria illud est, devolutionem fieri non posse ad minorem, vel æqualem, nisi expresse ea in jure definiatur: cum ex adverso etiam conticescente jure teneantur semper superiores cessationi inferiorum mederi.

De

(1) C. Dilectus. Ibid. C. Postulatis ibid. Regest. 15. Epist. 17. 38. Regest. 14. Epist. 140.

(2) C. Licet. De suppl. negl. Præl. C. Dilecto. Ibidem.

(3) C. Ne pro defectu. De electione.

(4) C. Quanquam. De electione. In Sexto.

(5) Fagnan. in L. 3. Decr. Part. 1. pag. 232.

(6) De Præb. in Sexto.

(7) Fagnan. ibid.

**D**e menstruo spatio nildum dixi, quod Concilium II. Lugdunense anno 1274. praefixit electo Episcopo, ut electioni assentiretur, aut jure suo caderet. Nec enim id ad devolutionis jus spectat. Ex Constitutionibus Synodis Joannis Pekham Archiepiscopi Eboracensis, manifeste patet, non minus illum studuisse tuendo Pontificio iuri, quam suo, in negotio devolutiōnum ex negligentia emergentium (1). Quæ autem per tantum tempus vacaverint, ut per consimilem negligentiam ad summum Pontificem jus ea conferendi fuerit devolutum, &c. Tam diutina autem Ecclesie orbitas oriri poterat ex duplice vel triplici devolutione ab aliis ad alios.

Hæ sunt devolutions Canonicae, quæ in corpore juris radiant, eo omnino spectantes, ut Beneficiorum conferendorum potestas ab inferiori ad superiore, quandoque & ad inferiorem a superiori reflectatur. Illud vero scire nos monet Innocentius III. ubi trimestres induciae dantur ad eligendum, non eo id pertinere, ut approbetur ea procrastinatio, sed ut ea impune abeat, diurnior poenas det (2): *Non approbantes quod tandem vacent, sed præcaventes, ne diutius. Tenentur ergo Electores & Collatores quam fieri potest maturius eligere vel conferre, dum maturo id fiat consilio: nec abuti illo interstitio mensum, nisi ad maturius consultandum. Monet & hoc aliud idem Pontifex, electoribus, & collatoribus hoc necessario angustius spatium præfigendum fuisse, ut eorum avaritiae occurreretur, qui vacantium Beneficiorum provenitus sibi vindicant: Ut obviarent cupiditati multorum, qui vacantes Ecclesiæ suis usibus applicabant.* Ante Concilium Lateranense III. vacantes Præbendas Episcopi quandoque diutissime retinebant, redditusque earum Episcopali suæ mensæ, vel aliis Ecclesiæ suæ utilitatibus addicebant.

VII. Sed longe alii Devolutions ex sunt, quæ ab annis jam circiter ducentis undique in Ecclesia circumstrepunt. Usitissimum enim jam, ut cum Beneficium quodvis vacare censeret, non facto, sed jure, superstite nimirum Beneficiario, sed ejusmodi aliquo defectu, vel criminе vitiatu, quo irregularitas invehatur, vel imperitia & habilitas nulla ad gerendum Beneficium, tum Romam recurratur, & pro-

Thomas. Tom. IV.

vilio tanquam vacantis impetretur Beneficii. Olim quidem Bullæ deposcebantur pro omnibus fere Beneficiis, quorum Romæ siebat provisio: & necesse erat ut Bullis exprimeretur ratio, qua Beneficia vacabant. Ita enim aperte Rebiffus (3). At vero cum publicatis semel Concordatis, jam Bullæ Pontificiæ non fere flagitantur, nisi ad Consistorialia Beneficia: inde fit ut Devolutarii contenti sint signatura Pontificis supplicationi suæ subscripta, reservata facultate jus suum persequendi, & causas devolutionis aperiendi apud inferiores Judges. Certe non possunt illi possessionem Beneficii nancisci, nisi Judex Regius concesserit, ut adnotat idem Rebiffus.

VIII. Quamvis ea ratio irrumpendi, ut ita dicam, in Beneficia, minus Canonicas consentanea Regulis videri merito possit; prælusura tamen aliquid ejusmodi fuit superioribus & melioris notæ seculis. Illud ratum ante omnia & inconcussum semper viguit Ecclesiasticæ purioris disciplinæ Decretum, posse neminem irruere sua sponte in officia quælibet, muniaque Sacerdotii Christi: sed eos demum accedere debere, qui coelestis vocationis oraculo asciscantur. Necessum est ergo, ut Devolutarius pio aliquo incitamento agatur & religioso, ad Christi & Ecclesiæ laudem spectante, ad Beneficium quodlibet venandum, quod Sacerdotii Christi portio indabitissime aliqua est. Quocunque demum flagitio irretitus sit is Beneficiarius qui impetratur, potest quandoque non minus flagitiola cupiditate illaqueatus videri is, qui illum impetrat & exturbare satagit.

IX. Sed nemo jure vituperarit Devolutarios, si eo stimulentur spiritu & zelo, quo religiosus olim Presbyter Gratianus, qui vehementissime piissimeque indignatus Apostolicam Sedem a tribus nefariis usurpatibus profanari, numerata singulis ingenti pecunia, ut sanctissima abirent dignitate, eo perfecto, ipsemer ut liberator Apostolicæ Sedis subrogatus illis est. Otto Frisingensis Episcopus, Petrus Damiani, Glaber, Gregorius VII. qui omnes eo ævo floruerunt, tantis laudibus extulere singularem hujus Presbyteri, qui Gregorius VI. postea dictus est, pietatem & sanctitatem, ab omnibus cupiditatum præstigiis alienam, ut ejus electioni tanquam incul-

H h patæ

(1) Can. 5.

(2) Regest. I. Epist. 460.

(3) De Devol. num. 105. 106.

patæ & laudatissima subscribere cogantur. Baronius ita tenet (1) non emptum ab eo Pontificatum fuisse, sed redemptam vexationem. Otto certe Fisingensis, quo nemo accusatus rem edisteruit, non ait datum a Gratiano Presbytero pecuniam, ut Pontifex eligeretur, aut ut Icelesti Pontificatus incubatores, eum sibi locum concederent; sed ut eos adduceret ad resignandam dignitatem, quam pari impietate & pepererant sibi, & exercebant: quo peracto populus Romanus sollicitatorem suum ad Pontificatum provexit. Si ergo postea huic Pontifici impacta est infamia & accusatio simoniae, adeoque & exauktoratio, sceléstissima ea fuit calumnia, & vis atque opere infanda.

Si tum approbata non est a compluribus ea ratio, qua Gregorius Apostolica Sede excusit tres sacrilegos incubatores; qui approbari, aut vero ferri potuerint hodierni nostri Devolutarii? Confugiunt hi quidem ad auctoritatem legitimam, Beneficiorum diuipatrericem: extrudere eum Beneficio cupiunt, quem sua eo intrusit vel afferuit perversitas. Haec innoxia & inculpata sunt omnia. Sed ea qua palam plerumque extuant cupiditas, non ejiciendi indignioris ministri, sed fure vel avaritie, vel ambitionis inserviendi in eodem ministerio occupando, ea vero nullo satis potest honesto prætexti velo.

X. Vidimus tum ad immediatum superiorem fieri devolutionem, cum inferiores Collatores tempore a Canonibus defixo conferre cessant. At cum indignis vel irregularibus conferunt, tunc jus ad Papam revertitur. Non alio consilio Romanos Pontifices eam sibi exercendam potestatem sumptuose credere par est, quam ut nequiores ministros ab Ecclesiæ ablegarent. Idcirco etiam invectum esse usum illum, ut Beneficia jure solo vacantia delatoribus ipsiis conferrent, quo elsent, qui pervigiles excubarent in omnibus Ecclesiis ad criminosos ministros explorandos, retegendosque, tanquam publicæ disciplinae censores. Optat, cupitque Pontifex, ut tam pia & casta sit voluntas atque industria horum delatorum, quam saepius nobis laudati, & nunquam satis laudandi Gratiani. Si secus faxint, suo periculo faciunt, nec tamen fine aliquo Ecclesiæ compendio, quo vel sic ex-

purgatur. Edixit Concilium Lateranense IV. (2) ut in Concilio Provinciali examinaretur, an Episcopi Beneficia quæpiam indignis impertirent: suspenderentur ea potestate, si abusi ea essent, eaque in alios transferretur. Nihil hinc attingitur de delatoribus Beneficiariorum, eo gradu indigitorum.

XI. Prohibitum est Edicto Aurelianensi (3), ne Devolutariis Episcopi charta sua aliqui ante adissent, quam is qui ab Ordinario institutus fuerat, ineptus & inhabilis ad id Beneficium gerendum declararetur. Ex quo colligeret aliquis non Pontificem tunc solum conferre solitum Beneficia que ex imperitia quavis devolverentur. Sed cum eo ipso Articulo prohibiti essent Judices rationem habere Rescriptorum ad Devolutarios Apostolicorum, vel aliorum quorumcunque, ante inhabilitatem solemni sententia declaratam, eo nomine is Articulus revocatus est Edicto Blefensi (4); ubi præterea Devolutariis impacte sunt complures onerosæ conditiones, ut quamprimum terminanda insistant liti, & ne possint ante secularis Judicis sententiam fructus Beneficii attingere, et si potuerint induci in ejus possessionem. Hæ cautions innovatae rursus fuere in Edicto Ambrosiano (5) anno 1572. Melodunensi 1579. & Ludovici Magni Codice anno 1667. jamque ante ex parte saltem præscriptæ fuerant Edictis Henrici II. annis 1550. & 1557.

XII. Verum illud præ ceteris animo mandandum est, duas esse Regulas Cancelleriarum, quæ usu receptæ sint in Gallia: nempe 30. & 33. quæ ab Innocentio VIII. manarunt: *De annali Possessore*, & *de triennali Possessore*. Prior illa durioribus constringit legibus Devolutorium, qui negotium facessit Beneficiario, unius anni possessione gaudenti. Posterior hæc contineat & faciliere prorsus jubar Devolutarios, post pacificam triennii possessionem.

Porro triennialis hæc pacifica possessio, quæ Canonici Tituli vicem gerit, si qui alio quocunque careant, non aliud est quam triennialis illa præscriptio, quæ ante mille ducentos amplius annos auctoritatem nacta est in Africana Ecclesiæ Concilio ad hanc ipsam speciem, de qua hic agimus. Canon hujus Concilii in Gregorianis Decretalium

(1) Baron. ann. 1044.

(2) Can. 30.

(3) Art. 4.

(4) Art. 46.

(5) Art. 7. Art. 17. T. 14. art. 13. Art. 15.

tatum libris fulget (1), juberque ut si quis Episcopus Ecclesiae Catholicae recolligat, societque locum aliquem, vel tractum a Donatistis incensum, eumque pacifice triennio possideat: ne evinci exinde eo possit, dummodo vicina Ecclesia, quæ illum vindicare potuerat, proprio interim ne destituta fuerit Episcopo. Non conceditur etiam novis Episcopis, ex eodem Canone, nisi triennium, ad repetenda hæc Ecclesie suæ, ut ajunt, membra: *Si per triennium nemine repetente tenuerit.*

Concilium Basileense Titulum saltem coloratum flagitavit, quod extra controvèrsiam est, cum bonæ fidei debeat esse præscriptione: *Habens coloratum titulum: deinceps vero possessori nullus reformidandus erit Devolutarius* (2): *Ratione juris noviter impetrati, non possit molestari.* Quod Basileense Decretum ab Ecclesia Gallicana ratum habitum est, & Pragmaticæ insutum, Titulo *De pacificis Puffendoribus*, & postea Concordatis Titulo eodem, qui vigesimus octavus est.

XIII. Finem huic capiti faciet Novella Justiniani jam superius illa quidem commemorata, sed hic strictum saltem delibanda rursus, ubi ex instituto agitur de Devotione, cuius in ea Novella antiquissima jacintur fundamenta (3): *Si qui debent Episcopum eligere, curius ipsa Decreta infra sex mones non faciant; tunc periculo proprie anime ille quem competit ordinare Episcopum ordinet.*

## C A P U T LII. P.4.l.2.c.19.

### Legatorum facultates ad conferenda Beneficia.

I. Hæ Legatorum facultates ad Beneficiorum collationem quam antiqua sunt.

II. Quam late illæ patarent sub Innocentio III.

III. Legatis tantummodo a Latere, annuebantur hæ facultates. Occasiones earum concedendarum.

IV. Anglorum de his querela, utque eis satisfactum sit in Concilio Lugdunensi I.

V. Querela Germanorum, utque eas refeleret Cardinalis Papensis.

VI. Quos modos, quos fines his facultatibus Legitorum abhibeat Gallia?

VII. Eorum prima & altissima origo.

VIII. De Legatione Aventonensi.

I. **L**egatorum in conferendis Beneficiis potestatem videtur Bernardus perfrinxisse, cuim de eo tam amarulente, & tam juste Legato conqueritur, qui ministerium suum seque pari dedecore deturpabat & vel præficiebat, vel præficere conabatur omnibus Ecclesiis, Ecclesiarumve ministeriis, adolescentulos ætate magis, quam sapientia florentes, & carnalis lux, quam virtutum pulchritudinis cupidores (4): *Formulos pueros in Ecclesiasticis honoribus, ubi potuit promovisse; ubi non potuit voluisse.*

II. Innocentii III. decreto non perfetum est, sed declaratum (5) ex usu recepto posse Legatos Apostolicos reservare sibi Ecclesiastici Patronatus Beneficia, ante etiam quam vacarent, & conferre ubi vacarent. Quin ultra ille progreditur. Affirmat enim posse Legatos conferre Beneficia, ad Prælatorum collationem spectantia, ipsis inconsultis: *Non præjudicatur Prælato si quando per Apostolicæ Sedis Legatum eo inconsulso Ecclesiæ concedatur, &c.* In Epistola qua piam meminit Legati, qui sibi integrum servaverat primam Præbendam vacaturam, consentiente Capitulo (6): *Vobis consentientibus.* Narrat tamen Rainaldus (7), a Pontifice declaratum esse, minime necessarium esse hunc Patronorum consensum. Sed memoratu illud dignius est, quod subdit Pontifex, certiorum factum le a Legatis Prælatos quoddam & Capitula ipsa præterlapsis jam sex membris Concilii Lateranensis III. ubi inaudierant adventare Legatos, tum præfertine omnia contulisse Beneficia; tunc rescriptum a se fuisse ad Legatos, ut si dignis doctissime collatæ essent Præbendæ, ex dispensatione rem dissimularent (8): *Eas de patientia permittratis ab ipsis possideri.* Alioqui aliis eas conferrent.

III. Id vero ad Cardinales Legatos a Latere pertinet. Quos enim extraordinarie

H h 2      alios

(1) C. Plaut. De Præscr. c. 2.

(2) Sess. 21.

{3} Novell. 123. c. 2.

(4) Epist. 290.

(5) C. Cum dilectus. De jur. Patron.

(6) Regest. 14. Epist. vi.

(7) Ann. 1204. n. 66.

(8) C. Litteras De suppl. negl. Præl.

alios Papa Legatos mittit, vel nonnullarum Ecclesiarum, qui dicuntur Legati natii, nullam ii in partem societatemque hujus potestatis vocantur (1): *Ecclesia Romana Legati*, quantumcumque plenam Legationem obtineant, sive a nobis missi fuerint, sive pretextu suarum Ecclesiarum Legationis sibi vindicent dignitatem: ex ipsis Legationis munere, nullam conferendi Beneficia habeant potestatem; nisi hoc specialiter ducerimus indulgendum. Quod tamen in fratribus nostris Legatione fungentibus notum observari. Quia sicut honoris prerogativa letantur, sic eos auctoritate fungi volumus ampliori. Hæc verba sunt Decretalium Innocentii IV. Quæ supra a nobis congeta sunt de primoribus Mandatis & Reservationibus, vel Expectativis, ex iis omnino dilucidum factum est, initio non ipsos Pontifices ea Beneficia contulisse, sed preces primo abhibuisse ad Collatores, postea precepisse ut conferrent, denique Executores designasse qui conferri urgerent, vel conferrent ipsis. Itaque quando agebant aliqui in Provinciis Legati, tum ipsis ea fungebantur executione Mandatorum Papæ. Stephanus Tornacensis supra alicubi manuit Pontificem non semel id oneris sibi a Pontifice impositum fuisse, ut Clericos vel aleret, vel stipendio aliquo foveret. Vides quam hinc apertus daretur Legatis aditus, ut Beneficia ipsimet conferrent.

IV. Resilierunt Angli primum ab his Legatorum reservationibus, palamque de iis conquesti sunt apud Innocentium IV. & Concilium Lugdunense I. anno 1245. Querelas eas Matthæus Paris intexit historiæ suæ. Et hinc forsitan ansa oblata est ejus promulgandæ Decretalis, quæ modo a nobis recitata est. Certe Legatus Martinus, cuius graffationes ille exaggerabat, Legatus non erat a Latere. Magister Martinus licet non utens Legationis insigniis, &c. Ali quanto ante Angliæ Barones querelas & ipsi suas effuderant, quod nec a Beneficiis Patronatus laici audaces Legati suas manus abstinerent, quibus abunde a Gregorio IX. satisfactum fuerat (2), confirmatis luculente exemptionibus omnibus laici Patronatus.

V. Sub Pontificatu Pii II. moleste ferebant Germani, quod suis in Ecclesiis Car-

dinalis Legatus litteras reservationum passim concederet. Scripsit vero Jacobus Cardinalis Papiensis ad Prelatum Germaniæ, nec mirandum quidquam in ea re esse, nec novum: cum eis morem omnium Legatorum, id jus, eam ipsis Canonies potestatem facere: nulla speciali ad id facultate hunc Legatum esse donatum. Juri se illum accommodare Communi, cui obstrepere non possit Concordatum Germanicum (3): *Nihil alienum sit, non modo a consuetudine aliorum Legatorum, sed nec a Canonibus sacris. Faciunt hoc alii & semper fecerunt, nec nisi a jure potestas illa conceditur. Nullas superinde litteras Apostolicas habet Legatus, detulit solum, quod sibi jus tribuit. Id vero Compactata nationis non tollere perspicuum est, quando juri scripto est consentaneum.*

VI. Haud scio, an inde conjici possit, ne cum tunc moris fuisse, ut Legatorum facultatibus ad Beneficia apud Gallos, limites, finesque aliqui circumscriberentur. Quamvis enim jam inde a Regno Caroli VII. & Ludovici XI. scrupulosissime exigeretur, ut ne Legati munus suum obirent, nisi permittente Rege & quandiu ille permetteret, sponderentque eo jubente munere abituros, nec quidquam juri Regio, & libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ adversum unquam adgreduros (4): non tamen inde trahi quidquam poterat ad circumcidendas eorum in Beneficiorum dispensatione facultates. Anno demum 1502. eo Senatusconsulto quo prorogata est Legatio Cardinalis Ambroßii (5), retentum fuit in mente Curia, ut in provisionibus, vel collationibus, quas faceret Legatus, observaretur Regula de verisimili Notitia, sicut in provisionibus Papæ. Anno 1515. Senatusconsulto quo Registræ sunt facultates Episcopi Tricarcensis, concessa non est ei nisi collatio sexaginta Beneficiorum, cum nec ipse plura postulasset (6). Missas facio reliquas deinceps additas coarctationes, maxime anno 1542. 1547. & aliis posterioribus.

VII. Si non multum autem desudavimus in vestiganda origine harum Facultatum, quibus instruuntur Legati a Latere ad conferenda Beneficia, in causa id fuit, quod ipsa legationis vox & natura declaret participationem quandam Pontificiæ potestatis. Ideo

(1) De officio Legati. In Sexto.

(2) Paris anno 1239.

(3) Epist. 28.

(4) Preuves des Libert. Gal. c. 23.

(5) Ib. n. 11. 18.

(6) Ibid. n. 51. 52. &c.

Ideo & quam primum cœptum a Pontificibus dari mandata, & reservationes Beneficiorum Patronatus, vel Collationis Clericorum: jam tum Legati idem sibi pro suo modo sumpsere. Ipsis etiam quandoque Legatis mandabat Pontifex, ut hæc & illa ei Beneficia servarent integra. Sed ex eo maxime capite promanavit hæc amplissima Legatorum potestas in Beneficia: quod uno & eodem tempore illa duo lapla sunt in mores & in disciplinam Ecclesiæ: ut Pontifices Collatores quadammodo universales evaderent omnium orbis Beneficiorum: utque Legationes frequentissimas in omnes Ecclesiæ Provincias, ad castioris Disciplinæ redintegrationem missitarent<sup>(1)</sup>. Exundaverat in omnes Provincias Occidentis effrenata incontinentia & simoniae licentia: serpenti malo objecit Sedes Apostolica Legatos suos quoquo versum discursaturos, plenissima instructos potestate, ad abdicandos, aut ex dispensatione retinendos Beneficiarios, vel simoniacos, vel impudicos: ad eorum resignationes admittendas, & tum plerunque rursus eos Beneficiis quibus sponte se exuissent, investiendos, ad ea etiam nonnunquam aliis conferenda. Usque adeo autem id frequentatum jam fuerat seculo XI. & XII. ut tempore Innocentii III. jam in commune jus receptum esset, ut supra confirmabat Cardinalis Papensis.

VIII. Avenionensis Legationis primordia non possunt ante ea referri tempora, quibus Avenionensis & Venaissinus Comitatus ditionis fuere Romanorum Pontificum, ac proinde postquam Pontifices Avenione aliquandiu federunt. Cum enim a Joanna Regina cum comitatum sibi persoluto pretio comparassent, expressissimè ab Imperatore sibi relaxari, & concedi jus summi dominii, quo haec tenus Imperatores ex reliquis quibusdam Regni, seu Arelatensis, seu Burgundici fruebantur: exinde regio seu provincia ea status & dominii Pontificii, a Legato Pontificio administrari debuit perinde ut alia Provincia Ecclesiastici dominii in Italia singulæ singulos Praefectos & Gubernatores habent Legatos. Gregorius XI. Avenionensem Pontificum ante schisma ultimus, cum inde se Romanum referret, unaque Sedem Pontificiam, vix ambigi potest, quin Legatum Avenione dimiserit. Legatum & eo destinavit fuc-

cislor ejus Urbanus VI. ante exortum schisma. Quamdiu Clemens VII. & Benedictus XIII. post excitum schisma Avenione ipsi federunt, non Legatus ibi, non Vicelegatus opus fuit nullus, nisi Roma aliqui mitterentur, aut nominarentur juris servandi gratia, sicut ad Patriarchatus & Episcopatus in partibus nominantur, qui nomine tenus sint Episcopi & Patriarchæ. Ex quo denique Benedictus XIII. receptui cecinit, & in Hispaniam secessit, sedere haec dubio Avenione Legati, vel Vicelegati, sicut & in omnibus aliis Status Ecclesiastici Provincijs.

Legationi Avenionensi subest Provincia, subest Delphinatus, quod Provincia Patriæ obedientia, ut vocant, habeatur, & necdum Francico Regno accessisset, a quo divulsa fuerat jam inde a tempore filiorum Ludovici Pii: nondum, inquam, Francicorum Imperio conglutinata fuerat eo tempore, quo maxime vigebat Legatio Avenionensis. Cum similiter Delphinos suos haberet peculiares Principes Delphinatus, eo etiam tempore, quo jam Pontifices Romani Avenione sedebant, suberat & ipse Avenionensi Legationi, ut credere par est, & quidem tanto propensius, quod is & Principatus Germanicis Imperatoribus esset suo quodam modo obnoxius. Inde effetum est, ut & postquam Gallico Imperio parere rursus cœpit, Avenionensis Legationis finibus peraque ut ante circumscriptus fuerit.

Legatione utraque perfunctus est suo anno Cardinalis Ambrosius, nimurum & Avenionensi, & extraordinaria per omnes Galliae Provincias: Ille ipse est qui interveniente Vicario suo Ludovico de la Rochefoucauld Episcopo Santonensi, transigit cum Senatu Aquisextiensis de spiritali jurisdictione Legatorum & Vice-Legatorum Avenionensium. Publicatae sunt & in lucem editæ Facultates, quibus Clemens IX. Cardinalem Rospiugiosum Legatum Avenionensem instruxit. Illis confirmatur ea Legatione contineri Provincias seu Metropoles Ecclesiasticas Viennensem, Arelatensem, Ebrodunensem, Aquensem, & Narbonensem.

C A.

(1) Ianuc. III. Regest. 13. Epist. 201. Regest. 16. Epist. 37.

## C A P U T L I I I . P . 4 . l . 2 . c . 2 0 .

## De Graduatis.

I. Jam inde a xiiii. seculo Doctores ceterique variis Graduum insignibus clari in distributione Prelaturarum & Beneficiorum præpositi ceteris omnibus fuere.

II. Bonifacius VIII. largiorem illis Beneficiorum copiam infudit.

III. Quia in re imitati sunt eum Pontifices Avenionenses.

IV. Varie vicissitudines tempore schismatis Avenionensis.

V. Statuta Cleri Gallicani , cum subduxisset se obedientia dubiorum sibi visorum hinc & hinc Pontificum.

VI. Multa adnotantur in ejusmodi Statuta.

VII. Restituuntur Pontifices juri suo prierno in Beneficia , quod compendio ceßisse videtur Parisiensis Universitatis , cuius Praelati minus fuerant studiosi . Frequentes haec alternationes inter Pontifices & Episcopos . Alternativas tandem mensum peperere .

VIII. Qui fieret ea distributio in Anglia.

IX. Decreta Basileensis Concilii , ad prerogativas Graduatorum in Beneficiis consequendis .

X. XI. In eandem rem Pragmatica decreta , & Concordatorum .

XII. Qui insimulari non possint Graduati , quod se ipsi ad Beneficia obrudant . Eorum defensio a Concilio Colonensi , & ab exemplo Congregationum Ecclesiasticarum .

XIII. Eorum rursum defensio ex Concilio Tridentino . Ut se gereret sanctus Carolus Borromeus . Quam consentaneum & optandum , ut extra menses Graduatorum Collatores Ecclesiastici , & omni tempore Patroni laici Clericis Seminariorum Beneficia conferrent .

XIV. De litium frequentia ex occasione Graduum .

XV. Statuta Conciliorum & Edicta Regum , ad examen Graduatorum .

I. EX quo primum jacta sunt funda-  
menta Universitatis Parisiensis ,

tum Pontificibus , tum Conciliis curæ suæ ejus alumnos omni gratiarum genere ornare , & copia cumulare Beneficiorum . Innocentius III. Ecclesiarum civitatis Insulae Præbendam conferri fecit Subdiacono , indidem oriundo , & qui ibi humaniorum litterarum studiis præfuerat , eo uno merito illum anteponens Presbytero , quamvis ea sacerdotalis esset Præbenda (1) : Nos ad literaturam ipsius , qui Scholas dicebatur habuisse , pium habentes respectum , &c. Longe maxima pars Reservationum , Expectatarum , Mandatorum Apostolicorum Clericis addicebatur , quos longa studiorum curricula exhauerant , vel exhaustos sustentare non poterant .

Conventus Generalis Episcoporum Galliae Parisiis coactus anno 1283. & munimenta sibi aliqua comparare satagens adversus Mendicantium privilegia , Universitatem ipsam sive caulae & defensioni implicare vehementer studuit . Adsciti sunt Doctores , eosque admodum nomine & verbis totius Conventus Archiepiscopus Bituricensis , conspirare & conniti eos debere cum Episcopis ad eundem scopum : cum ex eorum Collegio cooptati haccaus fuissent , cooptandique postbac forent universi Galliae Praelati (2) : Quod nos sumus , vos eritis . Credo enim quod non sit hodie Praelatus inter nos , qui de hac Universitate non sit assumpsus .

Si vel Prælaturæ autem non donabantur , nisi Graduatis ceteris , & maxime Doctoribus , idem de ceteris utique augurandum est Beneficiis . Nullæ tum adhuc certæ ad hæc , fixæque erant leges : sed cum minus eo tempore ferventer studia litterarum , cum numerus studiosorum parens , rarissimæ Universitates , certum est eos qui in Universitatum Gymnasiis exculti & perpoliti fuerant , multo ceteris digniores fuisse , qui ad Beneficia eligerentur .

II. Cum Romani Cardinales anno 1302. in Gallias pericleribent ad purgandam Bonifacii VIII. famam , id singulariter contestati sunt , ei Pontifici non aliud magis cordi fuisse , quam ut mandatis suis & Beneficiis cohonestaret pauperiores Clericos , Magistros in Theologia , & quicunque aliqua Graduum gloria florarent (3) : Quis unquam predecessorum suorum formas provi-  
dendi

(1) Hist. Univers. Paris. t. 2. p. 531.

(2) Hist. Univers. Paris. t. 3. p. 466.

(3) Hist. Univers. Paris. t. 4. p. 27. 28.

dendi pauperibus Clericis plus exten-<sup>lit</sup>, quibus per nullos ex Prælatis siebat provisio, & mendicare quodammodo cogebantur in opprobrium Clericale. Exurgant cum ipso Domino Magistri in Theologia, quibus ipse in Parisensi Ecclesia Canoniciatus contulit & Præbendas. Exurgant Magistri & alii litterati, &c. Rescripsit & lacrum Colle- gium eodem anno, si Ecclesiæ Pontifex mandatis frequentioribus gravasset, impun- tandum id & caritati ejus esse & sollici- tudini, pervigilanti pro sustentatione com- plurium Clericorum, quorum nec pietate, nec eruditione, nec paupertate moveren- tur, aut vel tantillum tenerescerent Præ- lati: Si quando gravavit Ecclesiæ, hoc fe- cit providendo in forma pauperum multitu- dini Clericorum, ad quos parum se exten- debat pietas Prælatorum, &c. Duas tan- tum Episcopales Ecclesiæ a Bonifacio da- tas affirmavit, nempe Archiepiscopatum Bituricensem, quo Ægidium Romanum Doctorem Theologum ornarat; & Episco- patum Atrebatensem, quo auxerat Docto- rem utriusque juris peritissimum. Confir- marunt denique Cardinales, voluisse Pa- pam concedere Regi Collationem Præben- darum omnium Ecclesiæ Parisiensis, si mo- do eas conferret Doctoribus in Theologia vel jure utroque, aut alterutro, vel deni- que viri scientie laude & virtutum splen- dore claris (1): Quia Ecclesia Parisiensis est honoranda & nobilis Ecclesia, voleba- mus ei concedere, sicut frequenter diximus, collationem Præbendarum in illa Ecclesia, ita tamen quod non poneret ibi, nisi Ma- gistros in Theologia, vel Doctores Juris Ca- nonici vel Civilis, vel personas alias que essent magna scientie & litterature, non nepotes illius, vel illius, ad preces illius.

Joanna Francæ & Navarræ Regina an- no 1304 extruxit Parisiis Collegium Na- varre, assignavitque proventus annuos in- genti Bursariorum numero, nimurum Gram- maticis viginti, Logicis & Philosophis tri- ginta, Theologis viginti; iussitque ut una- quaque hebdomada hæc solverentur singulis pensiones, donec assignarentur eis Bene- ficia, triginta saltem librarum Grammaticis, quadraginta Logicis, sexaginta Theolo- gis (2): Donec sibi videlicet Grammaticis de Beneficio valoris triginta, Logicis valo-

ris quadraginta, & Theologis valoris se- xaginta librarum Parisensem, vel amplius, per quemcumque contigerit provideri. Has illa voluit esse non litterarum magis, quam virtutum & pietatis scholas. Qui Doctor & Magister Scholares suos non solum in scientiam, sed etiam in conversatione lau- dabilis, honestate vite & moribus, caritati- ve & fideliter erudiant verbo pariter & exemplo. Denique seu docentes, seu disci- pulos nonnisi fortuna tenues, ac pietate & religione divites esse voluit, qui his subli- diis sustentarentur. Et sine tales, tam ipsi, quam alii inferiores Scholares, de quibus verisimiliter presumatur, quod non habeant unde per se ipsos, aut per parentes eorum in studio sustentari valeant, sed existant pauperes bona vite. Non aliud hæc ergo erant, quam Seminaria, ubi ad disciplinas & virtutes Clero contentaneas informabantur Clerici inopes & expoliebantur, ut Ec- clesiasticis aliquando Beneficiis & ministe- riis defungi possent. Quæ tunc ergo leges, & Decreta Ecclesiæ illiusmodi Scholarum alumnis Beneficia adsignari magna ex par- te jubebant, non aliter spectari debent, quam si nunc præscriberetur, ut Collatores Beneficia sui juris permagna ex parte iis conferrent Clericis, qui in Seminariis diu- tinum & laudabile posuere tyrocinium. Pensiones vero ita quæ Bursariis seu tyro- nibus his solvabantur, poterant utique pro manualibus haberi Beneficiis (3): Percep- ri Beneficium Bursæ sue, donec sibi alias provisum fuerit. Quæ tunc illis per singulas hebdomadas distribuebantur portiunculae, in singulis marsupiis, seu Bursis, unde Bur- siorum nomen, hinstar erat redditum, vel distributionum Beneficii manualis.

III. Quandiu Avenion sedem habuere Pontifices, gratiarum & Beneficiorum lar- gissima copia perfudere omnes Universita- tis Parisiensis Doctores, aliosque pietatis & doctrinae laude illustrios. Anno 1318. Joannes XXII. Prælatos Francæ objurga- vit (4), quod in Beneficiorum dispensatio- ne Graduatos indonatos abire sinerent, inopiaque laborare, ex quo siebat, ut & ipsa Universitas situ quodam & squallore marcesceret: Gemit Rachel pulchros habens palmites, quos Ecclesiæ Prælati respi- cere designantur; Debita namque virtuti- bus

[1] Ibid. p. 30. 32.

[2] Launojas. Hist. Colleg. Navar. p. 8. 9. 42.

(4) Rainald. ann. 1318. num. 26.

(3) Ibid. p. 10. p. 32.

*bus præmia non impendunt, honorem sapientie non tribunt, sed potius Sion ex sanguinibus edificare contendunt. Unde ipsa Universitas miserabiliter ac lamentabiliter deficere cogitur nisi per vos ceterosque Ecclesiastum Prælatos relevetur.*

Diximus jam inter auspicia Pontificatus Clementis VI. centum circiter millia Clericorum ejus munificentiam & caritatem interpellasse, ut Beneficiorum largitione aliqua sublevarentur. Anno 1342. (1) misit ad eum Universitas Rotulum eorum, quos ad Beneficia nominabat. Non nominabantur tunc Pontifici, nisi qui reapse docebant in publicis prælectionibus Universitatis. Episcopi quandoque ipsi complura sui juris Beneficia Universitati sua sponte offerebant, Graduatis dispensanda cujusque Facultatis. Istiusmodi Universitatis Rotulos, seu Catalogos existimant Romanum ad Pontificem mitti cœpisse jam inde a temporibus Joannis XXII.

IV. Postquam vero pestiferum erupit schisma inter Urbanum VI. & Clemensem VII. tum vero copiosus ille Beneficiorum & gratiarum rivulus, qui in Universitatem prius influebat, alio derivari & effluere ceperit. Clemens VII. Avenionem secedens cum triginta sex Cardinalibus suis, non potuit non eos aliis omnibus præsidii sere destitutos, larga saltē Beneficiorum Galliz ubertate solari & fovere. Audi quæ de his Paulus Æmilius in vita Regis Caroli VI. (2) Cum Clemens sex & triginta suæ factionis Cardinales haberet, eorum cupiditatē prope sola Francia proposita erat, quod reliquias terrarum orbis longe maxima ex parte Urbanum unicum Pontificem maximum cognosceret. Qui vero purpuratorum Clementem sequebantur, sacris Franciae Beneficiis, ut quo opulentissima erant, ita maxima spe, conatu expectationum & reservationum muneribus imminebant, nullo sanctitati honore habito, litterarum Musæique respectu nullo.

Eadem perhibet Joannes Juvenalis Ursinus anno 1381. Eo tandem res perducta est, ut nemini probo & docto quidquam Beneficii obtinere posset, ne alumnis quidem Universitatis. Commemoratur etiam a San-Dionysiano Monacho vita Caroli VI.

Regis Scriptore, non implesse Prælatos Francie quod spoponderant, in seque receperant Universitati, tempore suspensi inter utrumque Pontificem studii, Clericisque Graduatis quamminimam Beneficiorum portionem impertiisse, &c. Exarsisse Universitatis indignationem, & toto Quadragesima tempore cessasse tum Lectiones, tum Conciones, unde & defluxit, aliquo dilapsa est Studentium ingens multitudo. Interposuit auctoritatem suam Rex, & spem fecit consulendi necessitatibus Studentium; atque ita Lectiones Concionesque publicæ rursus frequenter cœperunt. Joannes Juvenalis Ursinus ait Prælatos ex utriusque obedientia suspenso restitutos plenissimæ suæ ad Beneficiorum collationes potestati: ea dilargitos suis servis mancipiisque suis, ejusque rei causa Universitatem tam crebras, quam justas querelas ingeminasse.

Nec penitus tamen vel Clemens VII. vel Benedictus XIII. Universitatis Graduatos in præteritis habuere. Illam partibus suis adjungere & conciliare intererat prorsus ad eorum dignitatem tuendam. Ideo & Universitas suos libinde Rotulos illis misit; & si minus frequenter misit, per ipam stabat, non per iplos. Quod videlicet plures ejus Magistri in Româ sedentis Pontificis partes propenderent. Vide Historiam Universitatis Parisine (3).

V. Conventus Prælatorum Regni anno 1408. Parisis habitus, suspensa utriusque Pontificis obedientia, multa edidit statuta, quibus Graduati consurgebant ad opima illa privilegia, quibus in Conciliis non multo post habitis locupletati sunt. Constitutum quippe est in eo Conventu Cleri, ut refert Monachus San-Dionysianus (4): Ut jaculares Clerici Gradusti inscribuntur Rotulis Universitatis, ita opus esse ut Regularis nomina sua scripto dent, quo & ipsis Beneficiorum sui ordinis impartitione consultatur. Abbates & Superiores illi sui juris Beneficia conseruent, sin minus, ad Concilium Provinciale referretur. Beneficia quorum reditus exiles, jesunique erunt, recusari poterunt a Graduatis. Ut occurrit eorum fraudulentæ ambitioni, qui in plurimum Universitatum Rotulis inscribi se facerent, aut Optimatum, aut Principis, aut

(1) Hist. Univ. Parif. T. 4. pag. 276. 312. 376. 901.

(2) Spord. an. 1381. n. 5. & an. 1389. num. 8.

(3) Tom. 4. pag. 736. 392. 716. 752. Tom. 4. p. 70. 210.

(4) L. 28. c. 5.

aut Facultatis, atque ita plurimum loca & ministeria occuparent Ecclesie perutilia: statutum est, ut uni omnes Rotulo inscribantur, &c. Si nominati non consentiant intra mensem Beneficiis, que sibi obtigerunt, penes Collatores erit potestas, ut aliis conferant. Nec nominari finetur, cui jam sunt Beneficia & redditus quadringentarum liberarum, nisi is paterna, maternaque splendescat nobilitate, vel Doctoris lauream consecutus in Theologia, vel Jure Civili, Canonicorum, vel Baccalaureus sit Medicina, aut Baccalaureus formatus Theologia. Hæc Monachi San-Dionysiani Historia sane luculenter scripta, cuius Gallicanam versionem ita Latinam rursum feci.

VI. Nemini fastidium, ut spero, crebit hujus contextus prolixitas, tam multis foëta egregiis documentis. Observa enim 1. ab anno 1399. ad 1408. hanc omnem Graduum & Graduatorum disciplinam formatam, per politamque fuisse. Probabile omnino est, Regem fidem suam liberasse, ut qui in se receperat, consultum iri honori & commodis Universitatis, privilegioque ad Beneficia consequenda. Ante enim non aliud quam universim commendabatur, ut litteratorum maxime ratio haberetur in Beneficiorum collationibus. 2. Graduati hic nomina edebant sua in Catalogis Universitatum; atque ita jus conseqebantur ad Beneficia, quæ inciderent. 3. Uno gaudebant mense ad consultandum, acquiescerent oblati Beneficio, an illud abjecerent; eoque spatio temporis non poterat Beneficium alteri conferri. 4. Recusari poterant Beneficia ob redditum tenuitatem. 5. Nomina sua inscribant non solum universitatis Catalogis, sed & Optimatum & Principum. 6. Ubi ex Beneficiis jam suis colligebant redditus annuos quadringentarum librarum, non ulla præterea poterant nova admittere Beneficia, nisi Nobiles essent, aut Doctores, aut Licentiati Medicinæ, vel Baccalaurei formati Theologæ. 7. Certum est ergo hanc omnem Graduum & Graduatorum disciplinam privilegiorumque eis concessionum Ecclesiæ Gallicanæ & Universitati Parisiensi imputandam esse (1). Posset ea res magis magisque confirmari, si vacaret pro-

Thomas. Tom. IV.

ferre, quæ tunc deliberata fuerint in hac rem, quæ consultata, quæ Cleri Conventui proposita. Omnes Prælatura; omnes maiores Dignitates, maxima pars Beneficiorum Doctoribus, Licentiatis, aliisque Universitatis Graduatis destinabantur. Propositorum etiam fuit, ut tertia pars Beneficiorum integra eis servaretur. 8. Ita necessario obviandum fuit propudiōse Beneficiorum dispensationi, aut dissipationi: quæ Avenione fiebat tempore schismatis, cuius labis affines erant & ipsi Prælati, cum suspensa obedientia variis intervallis, ipsi interim Beneficia omnia suo arbitratu largiebantur.

VII. Hæc vero Constitutiones omnes Clerici Gallicani rescissæ & irritatæ prorsus sunt anno 1414. cura & industria Cardinalis Archiepiscopi Pisani, quem Joannes XXIII. Parisios ablegarat: Rex quippe, Regina & Delphinus nominationes obtinuere, ministris servisque suis profuturas: semiliter & Universitas, non sine cumulo quodam novo privilegiorum. Rex & Optimates potestate tantum non Papali utebantur in Prælaturas; eorum enim voluntati serviebat Papa. Quin & quandoque pecunia interveniebat. Ideo autem Rex facile passus est eas revocari constitutiones, quod passim personarent quæle de Prælatis, qui collatione Beneficiorum ad ditandos cognatos servosque suos abutebantur, nec vocabant ad ejus munificentie consortium aliquod, vel virtute & meritis claros viros, vel Clericos Graduatos, vel Nobiles. Hæc Joannes Juvenalis Ursinius anno 1414. qui & hoc subicit, de earum constitutionum obliteratione ingemuisse complirimos, quod ita occurreretur huic rusticorum ambitioni, qui filios suos Clero importuniobus obtrudebant, & in Clerum semel cooptatis Beneficia comparabant, redemptis pecunia Expectativis.

Si Decreta vere fuissent Concilii Constantiensis, quæ nobis visa sunt Decretorum prolusiones & tentamina quedam fuisse, constaret iam tum placuisse, ut ne eligeretur Episcopus (2): nisi Doctor aut Licentiatus cum rigore examinis, &c. ut primæ Dignitates Cathedralium & Collegialium servarentur Doctoribus, aut Baccalaureis Theologæ formatis, vel Doctoribus

I i

bis

(1) Hist. Univ. Tom. 3. p. 175. 176.

(2) Append. Con. Constant. Decret. 2.

bus , aut Licentiatis Juris Canonici , vel Civilis , nisi tam tenues essent redditus , ut intra menstruum spatiū non posset Graduatus adduci ad consentiendum ; ut reliquias Graduatis pateret aditus ad Rotulos Universitatum : Ceteris autem litteratis in prærogativis litterarum providebitur ; ut denique in Expectativis ejusdem dare , Graduati ceteris præferrentur ; si ambo Graduati essent , is præferretur , qui Diœceles ejusdem erit.

Anno 1417. innovata est (1) appellatio Universitatis olim interjecta adverius provisions Prælatorum , quibus ipsa contemptui prouersus erat cum suis . Emicuit & tum quam optatum ei fuisse , ut in Pontificem rursus tota illa Beneficiorum dispensatio revocaretur . Seviit Delphinus , Seviit & Senatus minis & carceribus , nec ea tamen provocatio prohiberi potuit . Pauco post tempore convenit Papa & Episcopis , de alternativa mensium , quibus vicissim conferrent . Itaque anno 1421. Rotulos suos Universitas ad Pontificem & ad Prælatos misit . Non abhorret , ut jam dixi , a veri similitudine , alterantes has vicissitudines subductæ Pontificibus obedientiæ , & restitutæ , in causa tandem fuisse , ut & alternativa mensium ad Beneficia decerneretur .

VIII. Anno 1417. Archiepiscopus Cantuariensis (2) Beneficia omnia suæ collationis , seu curæ animarum innixa , sive ejus expertia , destinavit viris litteratis : nimirum pinguiora Graduum superiorum consortibus , exiliora inferiorum . Parochiæ sexaginta marcarum argenti , & reliqua Beneficia quadraginta marcarum Doctoribus adsignabantur : Baccalaureis & Licentiatis addicebantur Parochiæ quinquaginta marcarum , & reliqua Beneficia marcarum triginta . Patroni Ecclesiastici jubebantur alternis conferre uni Graduato , postquam arbitratu suo contulerant duobus aliis . Eadem Constitutio ab eodem Archiepiscopo publicata rursus fuit anno 1421. ad sedandas querelas Universitatum Oxfordiensis & Cambridgiensis .

IX. Hæc veluti præludia , hæc rudimenta tentata sunt ante Concilium Basileensem , a quo Graduatorum privilegia & Beneficiorum in eos dispensationes , suæ quodammodo perfectionis cumulum aliquando tandem

obtinerent . Nam circumcisus Mandatis Apostolicis , unoque servato in Patronum decem , duplice in Patronum quinquaginta & amplius Beneficiorum : ut Graduatis supererent quæ conferri possent , edita est a Concilio Constitutio lequens , quæ tum demum habitura erat locum , postquam Expectativa Papæ abolita essent , & postquam Episcopi præter quatuor menses quibus gaudebant , reliquos recuperassent octo , quos sibi Pontifex vindicarat .

Sanxit ergo Basileensis Synodus 1. ut non in Metropolitanis tantum Ecclesiis juxta Lateranente Concilium , sed in Cathedralibus omnibus prima Præbenda addiceretur Doctori , vel Licentiato , vel Baccalaureo formato in Theologia , cum Titulo Theologi , ut Theologicas prælectiones semel aut bis hebdomada qualibet sacerret . 2. Ut in omnibus Ecclesiis Cathedralibus & Collegialibus tertia pars Præbendarum Graduatis adjudicaretur , præsertim Doctoribus , Licentiatis & Baccalaureis in Theologia . 3. Si quibus duæ sint iam Præbendæ in Cathedralibus , aut quibus abunde redditum est ex Beneficiis ad vitam decenter ducendam , quæ summa ad ducentos florinos taxatur : ne ii quidquam præterea in vim Graduum suorum possint extundere . 4. Urbium muris cinctarum Parochiæ concedentur , si fieri poterit , Graduatis , aut saltem Clericis , qui triennium totum consumplerint in Scholis Theologiae , vel Juris , & qui quapam in Universitate consecuti sint Artium Magisterium . 5. Vigilabit Conciliorum Provincialium diligentia , ut hæc Decreta mandentur executioni . Vigilabunt & Capitula Provincialia Regularium , ut Beneficia Regularia doctoribus & dignioribus quibusque adjudicentur .

X. Congregatio Cleric Gallicani , quæ apud Biturigas coaluit anno 1438. constituit (3) , ut Patroni & Collatores Ecclesiastici conferrent Graduatis duas tertias partes ejus tertiae partis Beneficiorum , quæ eis Basileense Concilium addixerat ; ut Parochiæ & Capellaniæ eo numero continerentur ; ad has duas tertias partes Graduatos suos nominarent Universitates , Patronus , seu Collator inter ejusdem anni Graduatos conferret pro libitu suo ; sed ne vetustiores Graduatos recentioribus postponere

(1) Hist. Univer. Parif. Tom. 5. pag. 309. 310. 348.

(2) Conc. Tom. 12. pag. 302. 303.

(3) C. de Collat. §. Item placuit , & seqq.

nere posset; ut ne Graduatorum spei juri-  
que subijciantur Beneficia, quæ vacant ex  
permutatione, vel resignatione simplici;  
denique ne Universitates suis instiguerent  
Gradibus, nisi Clericos doctrinæ & probi-  
tatis spectatae, cum perridiculum sit profus  
esse, ut reapsa erant, indoctos Docto-  
res (1): Nam, ut notum est, & cunctis  
ridiculosum, multi Magistrorum nomen ob-  
tinent, quos adhuc discipulos magis esse  
deceret.

Anno 1467. magna virium animorumque  
contentione enixa est Universitas, ut Pon-  
tifici extorqueret duos menses alumnis Uni-  
versitatum, maxime vero Parisiensis. O-  
peram se daturum Rex ipse spopondit anno  
1472. Sixtus IV. ut Francos aliceret ad  
contentiendum revocationi Pragmaticæ, sex  
menses Ordinariis permisit, sibi sex serva-  
vit. Tunc rursus Universitas laboravit, ut  
sibi duos impetraret. At ea Sixti IV.  
Bulla irrita cecidit, & anno 1499. Rex  
strictissime servari Pragmaticæ & Concilii  
Basileensis Decreta in negotio Graduo-  
rum, Edicto sanxit.

XI. Concordata denique illuxerunt, con-  
sentanea pene Concilio Basileensi & Pra-  
gmaticæ. De Theologo ejusque Præbenda  
Idem edicitur. Tertia quoque pars Benefi-  
ciorum Graduatis tributa, non ut primum  
Graduato, duo alia Beneficia aliis pro ar-  
bitrio conferret Patronus, vel Collator:  
sed mensum alterno decurrit: ut quæ pri-  
mo post publicata Concordata mente vaca-  
rent Beneficia, ea Graduatis necessario  
conferrentur. Quæ duobus sequentibus va-  
carent, ea voluntati Collatorum & Patro-  
norum permitterentur. Si Beneficia mensis  
bus Graduatorum vacata, aliis conferren-  
tur, collatio effet irrita: eaque ad imme-  
diatum Superiorem devolveretur, inde &  
ad summum Pontificem. Graduati simplices  
a nominatis eo discrepant, quod illi litte-  
ris tantum suorum Graduum rite insinuatis  
muniti sunt, hi vero etiam nominati &  
præsentati fuere ab Universitate quapiam;  
menses Aprilis & Octobris Graduatis sim-  
plicibus, Januarius & Julius Graduatis no-  
minatis adscripti sunt. Inter Graduatos  
simplices, cui eorum vult, gratificatur Or-  
dinarius: at Graduatorum nominatorum  
seniorem semper juniori quoad gradus præ-  
ferre cogitur. Ideo & vocantur hi menses  
rigoris, qui nominatis Graduatis attributi

sunt. Si concurrat data, Doctoꝝ præfertur  
Licentiatuꝝ, hic Baccalaureo: & cum hinc  
& inde eosdem Gradus consecuti sunt,  
Theologæ Doctores Doctoribus Juris cano-  
nicæ anteponuntur, hi denique Doctoribus  
Medicinæ. Graduati si jam pleni sint aliis  
Beneficiis, nihil est ultra quod sperare de-  
beant; Beneficia quæ permutatione vacant,  
non possunt nisi permutantibus cedere; E-  
piscopus quæ in soas manius resignantur  
simpliciter, ea libere cui lubet confert,  
nulla Graduatorum habita ratione. Gra-  
duati nec regularibus, si seculares sunt;  
neq; secularibus inhiriare possunt Beneficiis,  
si sint regulares. Parochiæ urbiū muris  
ciastarum Graduatis conseruentur, vel iis  
qui tres annos contriverint in studiis Theo-  
logiæ, vel qui Magistris Artium adscripti  
sunt. Pontificis tum præventio, tum A-  
postolica mandata, Graduatis omnibus præ-  
pollent.

XII. Cum lex omnium sanctissima Ec-  
clesiasticæ professionis sit, ut nemo se suo  
marte ingerat, & ne irrumpat in sacra mi-  
nisteria, sed opperiat vocem coelestis vo-  
cationis, ei obsequatur; pedissequus, non  
prævius: Quæritur qui Graduati, seu sim-  
plices, seu nominati declinare possint in-  
vidiam audacis & temerariæ ambitionis?  
Quippe Graduati ipsi nominati, quos ex-  
cusare quodammodo videri potest ipsa Uni-  
versitatum præsentatio; coguntor tamen  
& ipsi confiteri, & ambisse se diutius &  
desudasse non parum, ut præsentarentur.  
Respondemus autem primum quidem, in-  
solentissimæ fore audaciæ, si quis id vitu-  
perare adgrediatur, quod & Pontifices, &  
Synodi Generales complures, & Conven-  
tuꝝ Præfulum celeberrimi, famoꝝ denique  
Universitates suis Decretis sanxerunt, non  
solum innoxium, sed perutile etiam & Ec-  
clesiæ compendiosum. Nicolaus de Cleman-  
gis luculentum hac quidem de re Tracta-  
tum edidit (2), quo & nudavit laritantes  
terrenarum cupiditatum venas, quæ in ant-  
mis scatent complurium Graduatorum. Sed  
nemo tamen sui corpos inficias ibit, ea  
personarum esse virtus, non Graduum, qui-  
bus potest quis uti mente purissima, si men-  
te ipse purissima sit. Idque ad Graduatos  
etiam simplices manat, qui & ipsi suo quo-  
dam simpliciori modo ab Universitatibus  
tum præalentantur, cum suis donantur Gra-  
dibus.

I i 2

Si

(1) Hist. Univ. Parif. Tom. 5. pag. 687. 698. 701.

(2) Spicil. Tom. 7.

Si qua supersit difficultatis nubecula, eam excutiet Concilium Colonense anni 1536. Cum hæc enim Synodus Universitatibus illacrymata esset labefactatis & concidentibus post Lutheranæ hærelicos gratiationes : ita demum has earum labes resarciri posse confidebat . 1. Si ex Ecclesiasticis proventibus multitudo ingens pauperum studiis strenue incumbentium sustentetur. Si bona enim Ecclesiaz pauperum sint & Clericorum patrimonia , tunc ergo maxime dicanda pauperum usibus Clericorum , ubi studiis litterarum infixi spem faciunt uberrimi fructus in Ecclesiam redituri . 2. Si certa subjiciatur spes adipiscendorum Beneficiorum , tum Professoribus , tum Studentibus , qui solertia & strenuitate sua reliquos antecellent (1) : Academias instaurari maxime in votis est . Id fieri posse nobis videtur , si modus aliquis inventatur , quo pauperibus Scholasticis ex Ecclesiasticis stipendiis aliquid possit decidi . Clericos enim illos convenit Ecclesiasticis stipendiis sustentari , quibus parentum & propinquorum nulla bona suffragantur . Quo insuper Professoribus , atque his qui in bonis litteris , optimisque disciplinis , ac in primis Theologie studiis multum prosecissent , spes permittetur . Nam spes alit artes .

Præfes hujus Concilii Hermannus , qui non alio tunc quidem , quam purioris Ecclesiasticae disciplinæ amore ardebat ; Gropetus dubium doctrina an pietate præclarior : ingenium primo hujus Concilii , postea & compilator , nulla re denique illius quod recusato Cardinalatu (2) : laudes vero eximiae , quibus hanc exornavit Synodus Cardinalis Sadoletus , doctrinam ejus Decreta que non a calumnia , non ab invidia tantum , sed & ab obliqua suspicione quavis vindicare possunt . Inde vero id existit , privilegiis Graduatorum nil contineri , quod officiat legibus vocationis Clericalis , cum & his legibus , & illis privilegiis suffragetur apertissime hoc Concilium .

Si qui sint quibus necdum satisfaciat hæc Colonensis Concilii vel auctoritas , vel doctrina ; adjiciendum hic erit ejusdem Concilii votum , consiliumque , ut Collatores Universitatem exorent , quo ab ea sibi significantur , qui Graduatorum emineant eruditione , qui pietate præcellant , ut his Parochiales Ecclesiaz , & Canonicatus Col-

legialium adsignentur (3) : Cuperemus omnes Collatores ordinarios , praesertim Parochialium Eccliarum , huc induci posse , ut Academia potestatem facerent significandi subinde ipsis viros litteratos , ad regendum ejusmodi Ecclesias idoneos , quos Collatores Parochialiis cum vacarent , præficere non different . &c. Quod si idem apud Collegiatas Ecclesias , &c. Hec certe pulcherrima Graduatorum defensio ; Ab Universitatibus presentantur post multa pietatis & eruditionis experimenta , nec necesse est , ut ipsi selegerant . Nihil prohibet quin alii Graduati , immo & quin omnes Beneficiarii expectent dum ab Episcopis , dum a privatis arcanaurum conscientiaz Præsidibus , Rectoriisque & Confessariis excitentur ad professionem Ecclesiasticam , & proinde ad Beneficia que ipsis volente Deo obtigerint : cum ad originem & ingenium Ecclesiastici instituti accommodatus sit , ut Beneficio , quam ut patrimonio Clerici vident . Vocationi utique coelesti adscribendum est , ubi se nunc tam multi offerunt , illigantque Congregationibus Clericalibus non ante centum annos excitatis ; sed ad imitationem excitatis eorum longe antiquissimarum , de quibus Tomo priori verba fecimus . Ubi , inquam , se his devovent innectuntque Congregationibus Clericorum , idque faciunt consilio & impulsu piorum & doctorum virorum , quibus vitam , conscientiamque suam regendam crediderunt : vocationi sane divinitate id totum merito vindicatur . Atqui harum Congregationum socii & gregales , totidem non immerito Beneficiarii dici possunt , eorum simillimi , qui priora Ecclesiaz secula illustrabant , cibo necessario & vele contenti . Parem ad mediocritatem temperata sunt Graduatorum Beneficia . Eorum nemo non potest eodem spiritu & zelo agi , quo qui in Clericales illas Congregationes inscribi se ambiunt , ut necessariis vita subsidiis instructi , toros se deinceps divinis & Ecclesiasticis obsequiis ministeriisque mancipent . Hæc fuit mens , hæc voluntas Conciliorum Pontificumque , qui Graduatorum privilegiis instituendis , augendis , firmandisque tantopere studuerunt .

XIII. Concilii Tridentini Patres (4) gnaviter illi quidem incubuerunt , ut ne quis irrepere , aut irrumperem posset in Ordines

(1) Part. 1. 2. num. 5.  
(3) Ibid. num. 16.

(2) Spord. anno. 1536. num. 16.  
(4) Sess. 24. cap. 12.

dines & Beneficia Ecclesiastica, nisi coelestis vocationis oraculo alliceretur eo, aut pertraheretur. Et nullis tamen magis indulserunt Graduatis, ad summa quæque dignitatum Ecclesiasticarum fastigia promovendis. Optatissimum enim illis fuit, ut in Ecclesiis Cathedralibus & Collegialibus dignitates omnes & media saltem ex parte Canonicatus, nonnisi Doctoribus vel Licentiatis in Theologia, vel Jure Canonico conferrentur. Ubi non oscitanter illud observandum est, antiquissimorum potius, quam nuperorum Conciliorum Decretis se attemperasse Tridentinam Synodum, dum non magni facit Graduates in Medicina, vel in Jure Civili. Concilium Toletanum (1) anni 1566. huic Tridentino Decreto subscripsit.

In eodem Tridentino Concilio (2) cum alibi subjiciantur Episcopali examini, qui ad Beneficia vel eliguntur, vel presentantur, exceptis iis qui ab Universitatibus presentati, vel nominati sunt, approbantur manifestissime Graduatorum nominationes. Non constat quod ea exceptio revocata sit alio ejusdem Concilii loco, ubi Concursus & Examen ad Ecclesiasticas Parochiales instituitur. Sed perspicuum est nihil esse quod obstat modestia, pietatique Clerici, ad divinam vocationem suspensi & sequacis, in eo examine & concursu a Tridentina Synodo instituto, ut Ecclesiasticorum Parochialium Clero regendo admovereantur, qui ab examinatoribus digni, ceterisque omnibus digniores pronuntiabantur.

Si æqua lance perpendantur verba singula hujus Concilii, vel Spiritus sancti, qui Praefules ejus in unum collectos vegetabat, animadactaque, apertissimum erit posse eos qui ad hoc examen concurrunt, non agnisi pietatis germanæ & obedientiae instinctu. Sanctus Carolus Mediolanensis Archiepiscopus sanctissimus, concursus & examinis diem pro more publicabat. Verum ut verba ipsa usurpem Latinæ consuetudini tradita Giessani, qui vitam ejus scriptis mandavit (3): *Clerus ejus universus usque adeo ab ejus ore & voluntate pendebat, & ad omnia obrudiens & sequax erat, ut nemo examini se susteret, nisi ab eo jussus: cum omnes unius illius cura & providentia incumberent; certi si ab eo Beneficis & munib[us] Ecclesiasticis admovendos pro modulo*

*sue quemque pietatis & industrie; persuasissimi a pietatis scopo nunquam se aberraturos, cum Beneficia officiaque non capessentes, nisi consilio imperioque Praefulis celesti sapientia resertissimi. Unde & illud nascebatur, ut beneficio qualicunque indigenus haberetur, qui illud injussum sanctissimi Pastoris accipitus fuisset.*

Pulcherrimum vero illud, & omnibus Ecclesiasticis Praefilibus studiosissime inculcandum, quod idem Scriptor subjicit. Seminaria Caroli vere Seminaria illi fuisse, ex quibus Clericos deligebat, ad Beneficia omnia sua Dioceseos gerenda implendaque. Nempe Clericos hos omnes in Seminariis excultos informatosque in quatuor classes digesserat Carolus, ut & pro eodem sanctimoniaz & industria gradu Beneficia in eos omnia dispensaret.

Erant olim ab exordio sui Universitates ipsæ Seminaria, ex quibus adsciscabant sibi Episcopi optimos quoque collaboratores & Beneficiarios suarum Dioceseon. Pari ratione post Concilium Tridentinum Episcopalia Seminaria omnia simulacra quædam sunt Universitatum: ut qui in eis longa studiorum & virtutum exercitatione exhibiuntur, non injuria pro Graduatis ab Episcopo quolibet haberi possint, quibus imitator factus sancti Caroli, Beneficia liberæ sua collationis largiatur; quibus etiam a Patronis similiter conferri curet pro virili sua parte, Beneficia liberæ ipsorum presentationis. Ex eo ita constituto & in mores recepto, ille effloresceret longe optatissimus fructus, ut ne Clerici unquam de Beneficiis litigarent, nec in ministeria pacis & sanctimoniaz, per fores irruerent tumultuofarum concertationum, ne quid asperius dicam. Accipe & hæc rursus in eandem rem ex eodem Scriptore vita Caroli (4): *Pax & concordia tanta in ejus Clerico dominabatur, ut aureo hoc avo prorsus a nullo frequentaretur, & tota conticesceret Curia Archiepiscopalis, quod ad causas Beneficiorum attinet, resignaciones, permittaciones, & id genus alia. Sed cum nemo non consideret & acquiesceret providentissima Pastoris optimi caritati, ne cogitabans quidem illi de Beneficiis, in unum demersi studium pietatis & religionis. Mihi quidem non liquet, an inter exordia sua Graduati consimilem alerent concordiam, pa-*

(1) Can. 29.

(2) Sess. 7. cap. 23.

(3) L. 8. cap. 30.

(4) Ibidem.

cemque, & una virtutum æmulatione exar-  
descerent: imprudentiarum certe non alia  
serior litium leges est.

XIV. Inde est quod inter complures Re-  
formationis Articulos, quos Oratores Ca-  
roli IX. Regis Gallæ Concilio Tridentino  
suggerere jussi fuerant anno 1563. (1) qui-  
bus persimiles & ab Oratoribus Imperato-  
ris depromendi erant: propositum fuit, ut  
uno ictu perimerentur innumerabiles lites,  
sublata distinctione petitorii & professorii,  
sublatis & nominationibus Universitatum,  
quas Constantiensis invexit Synodus, jussi-  
que Episcopis Beneficia instituere & con-  
ferre, juxta leges sanctissimas sanctissimi  
viri Gregorii Papæ, rerum Ecclesiasticarum  
callentissimi, conferre, inquam, iis, non  
qui petunt, & ambiant, sed qui detre-  
stant, & fugiunt. Verba ipsa jam superius  
retulimus (2).

Nec est quod quisquam miretur, si nihil  
ejusmodi decreverint Tridentini Præsules,  
cum citra controversiam executio istiusmodi  
Decreti nusquam difficiliores exitus habitu-  
ra fuisset, nusquam in graviores dissensio-  
nes incurvura, quam in Galliis. Jure enim  
suo Universitates nullum non movissent la-  
pidem ad sarta teatique tuenda privilegia  
sua; nec seignores fuissent Curiae sœcula-  
res, ne sibi judicia extorquerentur posses-  
sorii Beneficiorum. Esto ut Decretum Tri-  
dentini perrogatum fuerit, verendum super-  
erat, ne superiores Præsules in eorum  
exempla irent, qui sub Carolo VI. Bene-  
ficiorum omnium provisionis compotes fa-  
cti, pluris servulos & mancipiola sua fa-  
ciebant, quam Universitatum Graduatos.  
Certe nec in dubium vocari potest, quin  
in tanta Patronorum multitudine complu-  
rimi ad deteriora etiam consilia defluxis-  
sent.

XV. Anno 1583. Concilium Turonense  
indoluit vehementissime de turba Gradua-  
torum, ab omnibus doctrinæ & industria  
præsidis desititorum; interpellavit proin-  
de Universitatum Doctores (3), ut ne post-  
hac Nominationum & graduum litteras da-  
rent, nisi publico, rigidoque examine præ-  
misso; illud in primis inculcans, simoniz  
genus esse, ubi pretio privatum Graduum  
litteræ darentur; edixit denique, ne litter-  
arum id genus ratio haberetur, nisi ipsi

juramento, alii testimonio suo confirma-  
rent, præisse earum concessioni examen pu-  
blicum rigidumque.

Ulterius etiam aliquid tentavit Concilium  
Burdigalense; sanxerit enim, ut coram adef-  
scent examini Doctores omnes; utque potea  
Episcopo potest esset examinandi Gradua-  
tos, & ejiciendi imperitos quoscunque na-  
tus esset (4): Posse Ordinarium quovis  
Graduatos, etiam nominatos pro Beneficiis  
obtinendis examinare, & repellere indoctos  
vobis declaramus.

Edictum Molinense anni 1566. non per-  
misit modo, sed etiam præcepit Episcopis,  
ut examini novo subjicerent Graduatos,  
etiam nominatos, utque procul eos able-  
garent, si minus peritos comperissent. Hoc  
Concilio & Edicto niti potest eorum sen-  
tentia, quibus visum est revocatum esse a  
Tridentino privilegium illud Graduatorum,  
ut ne examini subdantur. Idem firmatum  
est Edicto Henrici IV. (5) anno 1596.  
Idemque Ludovici XIII. anno 1629. (6).

#### De Patronatu laico iterum, de primis precibus Imperatorum & Regum, de lœtis Regni auspiciis.

#### C A P U T L I V . P . 4 . l . 2 . c . 2 1 .

De primis precibus Regum & Impe-  
ratorum: De lœtis item Regni  
auspiciis.

I. Preces tantum primo adhibebantur a  
Regibus, qui nec impatiens erant repul-  
sa. Quam animose Theophylactus Bulgaria  
Archiepiscopus id genus preces abnuerit.

II. Mirum Hadriani IV. exemplum.

III. Impellitur Ludovicus Junior Rex, ut  
præcepta precibus misceat, ab Abbeo qui  
sua interesse existimabat.

IV. Qua fiducia restiterit Hildebertus Ar-  
chiepiscopus Turonensis.

V. Necnon & S. Hugo Episcopus Lincol-  
nensis.

VI. Mirum Ludovici Junioris factum, qui  
Pontificium Breve respuit, quo permitteba-  
tur

(1) Goldast. Constant. Imp. Tom. 3. pag. 570. Memoir. du Conc. de Trent. pag. 373.

(2) Supra cap. 40. num. 14.

(3) Cap. 21.

(4) Cap. 9. num. 14.

(5) Art. 3.

(6) Art. 10.

*tur ad primam omnium Regni Cathedralium vacaturam Præbendam nominare.*

VII. Rodulphus Imperator presentavit ad omnes prima vacantes Præbendas Cathedralium Imperii, confirmavique ea jure usos priscos Imperatores.

VIII. In Eustania & in Anglia quandoque vis allata est.

IX. Philippus Pulcher privilegio gavisus est Bonifacii VIII.

X. In Concilio Tridentino huic Princeps juri derogatum non est, quanquam abolite sint Expectativa omnes.

XI. Nuper Pontifices consuetudinem Germanorum Imperatorum privilegio formaverunt.

XII. De privilegio Regum Francie.

XIII. De Canoniciis, quos Reges ipsi obtinere nonnullis Ecclesiis.

XIV. Edictum Henrici III. Regis de Præbendis prima vacantibus sub initio Regni.

XV. Edictum Henrici IV. Regis de Præbendis prima vacantibus sub Episcopo novo.

XVI. Clerici Gallicani super his monita ad Reges.

I. **N**on ante ordienda est nobis dissertatione de Eleccione, seu Nominatione Episcoporum a Clero, a Pontifice, a Principibus, quam exhausta fuerit quaestio de laico Patronatu, agitata quidem ultra superius, sed hic tandem proliganda. Initium ducemus a Mandatis Regum, quæ vim precum tantummodo primum obtinuerunt, sed ex precariis postea necessaria in præcepta evaserunt, peraque ut Mandata Pontificum.

Preces ergo primum interposuere Imperatores, Reges, Principesque ad Patronos Ecclesiasticos & Collatores Beneficiorum. Unde nec ex repulsa magnopere illi succensabant. Theophilactus Archiepiscopus & Primas Bulgarie infexam animi sui constantiam tunc prodidit, cum a Duce rogatus, ut amicitia sibi coniunctum hominem Episcopatu donaret, pari sanctitate & fiducia respondit, non decere, ut huiusmodi se negotiis interponeret, nec vero dominorum & officiorum celestium dispensatores molliri, vel inflecti posse commendationibus mortalium (1): *Nec tibi, domine mihi, in ista fas est teipsum ingerere, que magna sunt & formidanda: neque nobis*

*ista temere divina gratia condonare.* Necdum a se creditas esse Episcopales Ecclesiastis uillas, nisi iis, quos longo probasset tyrocinio virtutum & functionum Ecclesiasticarum; vel qui diutius Constantiopolis concionibus vel prælectionibus sacris praefuisse; vel qui non inferiorem his laudem secessu quodam pio assecuti essent, & Monasticæ vitæ exercitationibus: si ejusmodi esset qui sibi commendabatur, gratias se potius illi habiturum, quam ut de eo bene se meritum esse speraret: *Quod si talis est quem Dominus meus commendat, non tu gratiam habiturus es nobis, sed nos tibi.*

II. Indeflexam quoque animi sui constantiam eximie prodidit Hadrianus IV. quando preces retulit Friderici I. Imperatoris, de Archiepiscopatu Ravennatense conferendo in Comitis filium, quem iam tam Subdiaconum Ecclesie Romanae ordinarat ad preces Imperatoris ejusdem, & jam tum ac si Diaconus esset, Titulo certo, seu Beneficio Ecclesiastico donaverat (2): *Tanquam si in Diaconum jam fuerat ordinatus, Ecclesiam ei specialiter assignavimus.* Id autem in caula fuit, quamobrem abnueret Pontifex, quod Ecclesia Romana undique Clericos uberiori dotatos eruditione & virtute ad se trahat, suo in gremio ad summa culmina evehendos: tantum abest, ut suis se ipso filiis orbari patiatur. Itaque Pontifex ad preces Imperatoris minus Beneficiis concessisse, Episcopatum recusasse videri potest.

III. Cum percuperet Ludovicus VII. Galliae Rex Medensis Episcopi nepotem ornare ac beare Præbenda aliqua majoris Ecclesie Parisiensis, demulxit Alexandrum III. Papam, ut mandato ea de re suo Decanum & Capitulum eius Ecclesie conveniret, At Abbas sancti Memini apud Catalaumont, ut nepoti suo daretur Præbenda ejusdem Catalaunensis Ecclesie, non contentus Regis literas (3) ad Episcopum expressisse electum, ad Decanum & ad Capitulum: illum etiam compulit, ut ne cœfationibus acquiesceret, vel tergiversationibus cederet sed Regia ut potestate uteretur, scriberetque Metropolitano Remensi, ut Præbendam ipsem conficeret. Unde liquet, quam non fere potuerit non aliquando Regum humanitas & clementia circumveniri præstigiis Prælatorum, carnaibus affectibus plus aequo indulgentiam, & ea

(1) Baron. ann. 1071. num. 22.

(2) Epist. 5.

(3) Epist. 107.

& ea tum in alios cudentium vincula, quibus ipsi aliquando tandem illaquearentur & ingemiscerent (1): *Nisi sine dilatatione, quod dicamus, feceritis, & nostrum erit dedecus, & honor vester detrimentum pariter patietur.* Absque precibus & supplicationibus sola auctoritate vestra facere potestis & debetis. Non expedit juri & potentia sua derogare, & quod in manu tenet, ab alio postulare. Restat igitur id solum, ut litteris vestris fratri vestro domino Remensi, exclusa omni ambiguitate, occasione & dilatatione significetis, quatenus predictum nepotem nostrum de predicta Præbenda investiat cum nec electus possit, nec predictus Decanus precibus vestris volueretur eum investire.

IV. Hildebertus Turonensis Archiepiscopus dislidebat mirum in modum a sententia Abbatis hujus Catalaunensis, cum ad Honorium II. scribebat, uno eo commisso suo incidisse se in calamitates, quas a ministro Regis patiebatur plurimas, quod recuiallet Ecclesiastica Beneficia dilargiri ad ejus mandata, seu præcepta (2): *His premor angustiis, quia zelo zelatus sum dominum Dei, quia dignitates Ecclesiasticas, nec ex Regis præcepto disposui, nec ei disponendi facultatem indui.* Sciens enim quia magis oportet Domino obediens, quam hominibus, personas elegi, que in exequendis Ecclesie negotiis pondus diei portarent, & cœsus. Alteri igitur Diaconatum, alteri Decaniam dedi. Ista autem verba, ex Regis præcepto, precibus jam præceptiones accessisse declarant.

V. Necdum Rex Angliae præcepta adhibebat, sed preces: quibus tamen si quis minus cederet, protinus effervescebat. Cum ab Ugone sanctissimo Lincolniensi Episcopo Præbendam vacantem flagitasset; ille cui amici confuso, vel inconsutissime potius sperabant se ansam hanc dedisse recolligenda Regis gratiæ, qua dudum exciderat: ea respondit intrepida fiducia, quæ pene innata & coalita ei inerat, Clericis donanda esse Beneficia, non Aulicis: esse affatim Regibus alia, quibus ministros suos donarent & locupletarent; finierentque coelestis Regis vicissim ministros laborum suorum mercedula frui (3). Non Aulicis, sed potius Ecclesiasticis personis Ecclesiastica sunt

conferenda Beneficia. Habet dominus Rex unde tribuat mercedem servientibus sibi, nec debet summo Regi samulantes privari proximitibus suis, ut inde servis suis provideri poscat a nobis. Indignatio, ut assoleret, primo Regis animum invasit; at ubi Epilcum audiit, incessit admiratio, & caritas in eum propensior.

VI. Miram hanc Angli Regis animi moderationem superavit, ut opinor, Ludovicus VII. Gallie Rex ex Palestina redux. Oblato enim sibi Mandato Apostolico, quo permittebatur arbitratu suo primam Præbendam in qualibet Regni Cathedrali conferre cum fructibus temporis quo vacasset, eo uti recusavit, conducibilis sibi fore dicens, authenticum ipsum privilegii igni tradere nunc, quam semetipsum æternis ignibus aliquando tandem cruciari (4): *Cui cum quidam Clericus Papale prærogativum attulisset, quod in omni Ecclesia Regni sui primam vacaturam haberet, cum fructibus medio tempore provenientibus; ille confessim combussit litteras, dicens se malle tales comburere literas, quam animam suam in inferno torqueri.* Hæc Valsinghamus (5), ex quo liquet Regis hujus animi penetrabilibus inseditse miram quandam integritatem & religionem, quamquam nec cupiditatum illecebris semper, aut iracundia inaccessus esset.

Scriptit aliquando Innocentius III. ad Collegialem Gallie Ecclesiam, ut mandatario suo Præbenda assignaretur una, alteraque similiter annueretur precibus filii Regis Gallie Philippi Augusti (6): *Gratuum erit, si ad preces memorati Nobilis in alia præbenda duxerint providendum.* Inter Epistolæ Sugerii Sandioniani Abbatis, & Regentis Gallie Regni per Regis absentiam, Ludovicus idem VII. is erat, qui maria tranaverat ad bellum sacrum profectus; una est, in qua Theobaldus Comes Bleensis, vindicat sibi Regaliam Episcopatus Carnotensis, tum vacantis, atque adeo collationem Capiceriæ ejus Ecclesie, quæ tum quoque vacabat, nisi Regens preces interpoluisset, ut de ea Capiceria disponeret (7). Sed si eam precibus ab Episcopo quæseritis, inde me non introromitto. Tum ergo Reges & Regentes his quandoque ad Beneficia precebus utebantur.

VII.

(1) Du Chesne To. 4. pag. 669. 504.

(2) Epist. 67.

(3) Baron. an. 1186. n. 18. Surius die 17. Nov. n. 11.

(4) Script. Ang. pag. 2388.

(5) In hypod. Neustr. an. 1148.

(6) Reg. 15. Epist. 22.

(7) Epist. 38.

VII. Hactenus præsulatorii tantum conatus, jam res ipsa subjicienda oculis est, sub Imperatore piissimo, qui sanctissime confirmat antiquissimo eo jure ulius antecelfores in Imperio suos. Rodolphum dico, Austriacæ Imperioriæ familie Principem. Auctor additionum ad Uspergensem Abbatem publicavit formulam ipsam litterarum, seu precum, quas ea de causa mittebat (1): *Cum ex antiqua & approbata, ac a divis Imperatoribus & Regibus ad nos producta consuetudine, qualibet Ecclesia in nostro Romano Imperio constituta, ad quam Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinet collatio, super unius collatione Beneficii precum nostrarum primarias admittere teneatur. Devotionem tuam rogamus, quatenus huic Clerico de Ecclesiastico Beneficio studeat liberaliter providere. Scripta est hæc Epistola ad Abbatem, unde facile conjicitur, Ecclesiæ omnes Cathedrales, Abbatiales, Collegiales ei servituri fuisse obnoxias. Id produnt & ea verba formulæ, qualibet Ecclesia. Miscentur & hic præcepta precibus: Precum primarias admittere teneatur.*

VIII. Non his se finibus continebat Rex Portugallia; precibus minas, præceptis vim addebat, ut eligi cogeret in Ecclesiis Cathedralibus aliquique, ubi primæ dignitates electione conferebantur. Ut cunque satisfacere visus est Clero Regni sui, & Nicolao IV. Pontifici anno 1289. pollicitus non eas posthac a se preces adhibuit iri, quæ electionum libertatem perimerent: *Nec in suis precibus adjeturum, quod nullus alias eligatur, nisi is pro quo direxit preces suas.* Anno 1316. Clerus Anglicanus ab Eduardo II. Rege obtinuit (2): *ut cessarent preces & oppressiones ex hac parte.* In nova compilatione Constitutionum Angliae Regum Joannis, Henrici III. & Eduardi I. legere est litteras Eduardi I. ad Abbatem, ut juberetur annua pecunia pensione reforevere Clericum, donec Beneficio eum impartiaret idoneo, quo vitam tolerare posset (3): *Cum vos ratione novæ creationis vestra prefata Abbas teneamini uni de Clericis nostris, quem vobis duxerimus nominandum, in quadam pensione de domo vestra singulis annis percipienda, quousque eidem per vos provisum fuerit, de Beneficio Thomas. Tom. IV.*

cio Ecclesiastico competenti. Rex vicissim spondet tanto propensius se Abbatæ necessitatibus opitulaturum (4): *Ita quod vobis exinde reddamur in vestris opportunitatibus merito propriares.* Plurima sunt ejusmodi exempla in eadem compilatione, ubi Rex orat præcipitque: *Mandamus rogantes, & ubi manifesta elucet præcepti vis: Cum vos teneamini.*

Id genus libellos precum dabat & Angliae Regina, ut patet ex litteris ab Abbatæ & Monasterio sancti Cornelii ad Regem scriptis, postquam & pensionem exolverant, & contulerant Beneficium (5): *Regina Angliae consors vestra nobis literas suas nuper direxit pro quodam Clerico, ut provideremus eidem in Ecclesiastico Beneficio, vel pensione competenti, qui de nobis recepit quadraginta solidos annue pensionis, quousque eidem provisum exitit in congruo Beneficio. Ex postulavit de eodem Rege Athelingensis Abbatia, ad ipsummet, quod ab eo jam tribus id genus pensionibus gravata fuisset; quarum una fuerat quadraginta solidorum Clerico solvendorum.*

Ejusdem generis preces ad Episcopos a Regibus missabantur. Eduardus I. ad Episcopum Lincolniensem his verbis scriebat (6): *Edmundo aliquam decentem & honestam pensionem percipiendam singulis annis de camera vestra, quousque sibi de Prabenda pro ipso competenti in Ecclesia vestra juxta nostrum rogatum duxeritis providendum, per vestras patentes litteras concedendo.* Eduardus idem a Pontifice quandoque Indulta impetrabat, seu Mandata ad Episcopos, ad Archidiaconos, aliosque Collatores, ut adsignatis Beneficiis eorum penuriam solarentur, quos Rex suis ex servis, ministrisque designasset (7).

IX. Parcius ea licentia abutebantur Gallia Reges usque ad Philippum Pulchrum, cui Bonifacius VIII. anno 1297. concessit, ut Præbendam unam ex qualibet Ecclesia Cathedrali & Collegiali Regni sui conferret arbitrio suo (8): *Concessit Regi quod ad suum beneplacitum in qualibet Ecclesia Cathedrali & Collegiata Regni sui una persona idonea poneretur.* Id prescripsere Cardinales anno 1302. Non is erat Pulcher, qui exemplo uteretur Ludovici

K k

VII.

(1) Goldast. Const. Imp. T. 3. pag. 416 post ann. 1286.

(2) Rainald. n. 30.

(3) P. 1010.

(5) Pag. 1045 1016 1020.

(6) Ib. p. 1107.

(8) Rain. c. 46. Hist. Univ. Paris. T. 4. p. 28. 32.

(4) Pag. 1044.

(7) Ib. p. 191.

VIII. & ejusmodi privilegio abstineret. Porro privilegium consuetudini preponendum jure merito videbatur, ut quæ non raro sit non aliud, quam inveterata corruptela, quo solo tamen fundamento nitabantur Germani Imperatores. Quæ enim in manus nostras venerunt preces Caroli IV. Imperatoris, non alio se munient quam consuetudinis clveo, ut omnia regentur Monasteria, cum primum Imperator clavum caperet Imperii, sive ut nominationis Beneficium ejus precibus donent, siquidem cupiunt suas sibi libertates sospites incolumenteque servari, Imperiali benevolentia & tuitione. Cum Carolo IV. successisset Venceslaus filius (1), suum ille hoc Jus cessit Electori Palatino, ut Clericum praesentem ret suo nomine in Episcopatisbus Spirensi & Vormatiensi. Sed in his litteris nonnulla sunt, quæ observasse juvet. 1. Illas inniti tum juri, tum consuetudini: *Tam de jure, quam ab antiqua consuetudine.* Quippe vel tolerantia, vel coluerudo diutina jam in jus evaserat. 2. Sperabat Venceslaus eo se jure bis potius, primo quidem cum Rex Romanorum creatus, secundo iterum cum Imperio corona redimitus fuisset. 3. Hoc jus ille ad omnes effundit Ecclesiæ Cathedrales, Collegiales, Abbatiales, Regulares, Seculares, ad omnes denique Praelatos, Patronosque Ecclesiasticos.

X. Cum in dubium sit has Imperatorum litteras Expectativis annumerandas esse, cumque Concilio Tridentino proscriptæ sint Expectativæ omnes: in dubium vocatum est, an eo Tridentini Concilii decreto (2) implicarentur Imperatores: cum potissimum cum Pius IV. Imperatorium hoc confirmasset. Cum Thesauriam sive Ecclesiæ hujusmodi Imperatorio mandato Archiepiscopus Cameracensis involatam sibi fuisse vehementer doleret, Congregationem Concilii consulendam sibi esse statuit (3). Illa autem respondit cum in eo decreto non fiat expressa mentio Imperatoris, eo illum non contrinxi; fit enim mentio Cardinalium, qui & ipsi eminentissimo contrincentur illo ordine eorum, qui hujusmodi decretis non continentur, nisi expresse com-

memorentur. Confirmata est a Gregorio XIII. responso Congregationis, qui optime se meminisse dixit in ea Sessione Concilii Tridentini, in qua quæstio ista concertata fuit, cum molirentur aliqui hoc Imperatorum infringere & abolere privilegium, fructu illos fuisse, cum longe pluribus suffragiis muniretur causa Imperatoris.

XI. Jam ergo non injuria affirmabitur, privilegio etiam Apostolico niti jus illud Imperatorium, cum a Pio IV. & Gregorio XIII. novum illi auctoritatis pondus accelererit. Sed non constat eos hoc privilegio usos, eo tempore, quo de eo agebat Guimierius in Pragmaticam. Meminerat enim Pragmatica harum Expectativarum (4): *Facultates nominandi a summo Pontifice emanatae: easque damnabat in posterum.* Sed cum nec Imperatores, nec Reges expresso nomine ibi designarentur, certum est nec comprehensos eos fuisse.

Hæc vero summorum Principum preces longo ab iis distant intervallo, de quibus Basileensis Synodus (5) & Pragmatica agunt, & a quibus vehementer dehortantur Optimates, ne unquam interponant se pro iis, qui eorum subsidio ambiunt se juvari, quando electiones ad Beneficia celebrantur. Scite a Guimierio adnotatum est (6): *Pragmaticam Basileensi Concilio assentiri, & ex ea posse Regem *modo proprio* preces adhibere; non posse, si quis suspirat ad aliquid Beneficium, per se, vel amicorum opera Regem sollicitet.*

XII. Revocanda nunc eo oratio est, unde declinaverat, ad jura nimirum & privilegia Gallie Regum diligentius excutienda. Posset suspicari quis privilegium quo Philippum Pulchrum ornavit Bonifacius VIII. (7) personæ tributum fuisse non dignitati; perinde ut illud, quod Clemens VII. Avenionē sedens anno 1389. Carolo VI. Regi concensit, ut duas in qualibet Cathedrali Præbendas conferret, referente Froissarto; peraque rurius ut Innocentius VI. Joanni Regi ex Guimierio permisit nominationem tristinta Prebendarum. Dilucidum est personæ hæsisce hæc privilegia, nec quidquam pertinuisse ad auspiciatissima horum.

(1) Godes. Conf. Imp. To. 1. p. 342. 375.

(2) Sess. 24. c. 19.

(3) Fagn. in I. 3. Deer. Par. 1. p. 29<sup>o</sup>.

(4) De Collat. §. Plenit.

(5) De Blaft. §. Lieot §. Nec credo.

(6) De Elect. C. sicut §. Ad tollen.

(7) L. 4. cap. 4. De Collat. §. Item viii.

borum Principum regnandi initia.

Propius accedit quod apud Carolum Molinæum legitur (1), nimirum quamprimum Reges solemniter inauguri fuerant, id juris sibi sumplisse, ut in singulis Regni Abbatiis suæ custodiaz committis Monachum, vel Monialem nominarent: *Cum dominus Rex utendo jure suo regio, in principio sui regiminis post suam coronationem in Abbatis regni sui de gardia sua existente, possit ponere, videlicet in Monasteriis Monachorum, & in Monasteriis Monialium quandam Monialem.* Cum Rex eo jure uti voluisset in Abbatis Cuciencis, rejecta est a Monialibus quam Rex præsentaverat puella nobilis, eo prætextu quod necdum Abbatissam haberent: At Senatusconclito Parisiensi pronuntiatum est, admittendam utique esse, non tamen Monaitica veste induendam, nisi postquam creata fuisset Abbatissa. Spectabat hoc sane ad lætissima Regni auspicia eo quidem tempore: sed in Abbatiis tantum hoc jus se porrigebat, & in eas quæ Regiæ essent custodiaz, non in alias Ecclesiæ; denique cum is usus prorfus exoleverit, integrum jam non est eum revocare, postquam jura nova succelere.

XIII. Ludovico XII. libellum suum de Privilegiis Regni Francorum dicavit Ioannes Ferraldus (2), in quo narrat quanquam per Canones non licet Laicis Beneficia obtinere: a Regibus tamen Galliæ obtineri Præbendas in Ecclesiæ regni compluribus, ut in Ecclesia sancti Hilarii Pictaviensis, fatente Panormitanô ipso; in Ecclesia similiter Cenomanensi, Andegavensi, Sancti Martini Turonensis: quarum redditus permittantur inferioribus Ecclesiæ Ministeris: *Cujus redditus remittit servientibus, seu bajulis: quarum denique distributiones ipse met Réx percipit dum præsens adest: Et quando præsens est distributiones capit, ut expertus sum. Hallucinatur hic Scriptor, eum jus istud superstruit unctioni sacræ Regum Galliæ. Indigitata a nobis superiorius est hujus rei ratio, ubi de Canonis Laicis agebamus. Agitur hic de jure obtinendi potius, quam conferendi Præbendas: idque jus ad paucissimas Ecclesiæ coarctatur. Non ergo ad rem facit, quam hoc Capite*

elucidamus, quidquid hic Ferraldus differit. Quinimmo cum altissimum in ejus hocce libello silentium sit de jure nominandi ad Præbendas propter nova Regni Auspicio; quanquam non fileat de Precibus Imperatorum: hinc dubitari potest an locus tum esset ei juri, aut an Ferraldo illud exploratum fuerit. Ne illud quidem assírmat, a Rege dari Præbendas quas ipse obtinet in paucis his Ecclesiis, sed earum ab eo redditus in infimos Ministros ait dispensari. Denique nulla ejus rei connexio cum jure conferendi primas Ecclesiæ Præbendas in novis, lætique Regni auspicis.

XIV. Commemorat Chopinus (3) diplomata Henrici III. quibus anno 1575. integras servat Cantoribus & Presbyteris Capellæ Regiæ Præbendas novi regni Auspicio. Auctor est Bordenavius ea diplomata in Parlamento, ut moris est, nunquam fuisse publicata; quanquam exinde Curia Magni Consilii ex Pasquiero pronuntiet secundum eos, qui has Regiæ nominationis litteras acceperint; verum com ei juri non subscrivat Parlamentum, cum non accedat consensus Episcoporum, non Concordata, non Bulla quævis, non antiquior ullus Scriptor; non posse illud universim valere, sed ad aliquas restringi debere particulares Ecclesiæ, ubi vigent tituli, transactiones, concessiones, aut consuetudines antiquæ. Ideo & Parlamenta hos regiorum Brevium in hac parte venditatores semper vacuos dimiserunt, ejeceruntque Arrestis suis; in primis Parisiense. anno 1616. cum de Præbenda ageretur Ecclesiæ Constantiensis. Ea sunt verba Bordenavii, qui Louetum laudat.

XV. Idem infra Bordenavius refert (4), anno 1599. in Magno Concilio publicata, registrataque fuisse ex Chopino diplomata Regiæ, quibus jus Regi vindicatur nominandi ad primam Præbendam per obitum vacaturam, postquam novus Episcopus fidei sacramento sele obstrinxit; his consentanea emanasse complura Magni Consilii Arresta; sed eos conatus a Parlamento semper elusos, irritatosque fuisse, maxime vero Senatusconsulio anni 1612. in causa Præbendæ Bajocensis. Ceterum testatum faciunt ii viri, quibus non facile derogari possit

K k 2 possit

(1) Du Muolin. Tom. 2. p. 1332. Arrest. Parlam. Paris. Part. 7. n. 26.

(2) Ib. Apud Molinæum De Privil. Regn. Fr. n. 7.

(3) Chopinus. De Dom. Fianc. l. 3. T 13. n. 11. Borden. Des Cours Eccl. c. 1. n. 28. Pasquier. Richer. l. 3. cap. 3.

(4) Ib. n. 33.

possit fides, ea Diplomata Regia reperiri nunquam potuisse in Registris Magni Consilii, nec ante annum 1601. Arrestum manasse ullum ab hac etiam Judicium Curia, quod iis Diplomatibus consentiret.

Henricus III. Rex anno 1579. Edicti Blesiensis articulo 3. revocavit reservationes omnes, & expectativas necdum vacantium Episcopatum, Abbatiarum & Prioratum: revocavit & litteras ad hujusmodi Beneficia vacatura a Regibus haec tenus concessas. Quo uno significavit Rex piissimus, incunctanter le ejusmodi omnia Canonis Regulis adversa containina revocaturum, si pie & opportune commonitus fuisset.

In Anglia Coventrensis Monasterii Prior intercessit Regio Brevi (1), quod extorserat Capelle Regis Clericus, ut sibi assignaretur annua pensio, donec Beneficio donaretur aliquo a Priore eam dignitatem assecuto. In placito inter Regem & Priorrem Ecclesie de Coventre de annua pensione uni Clericorum Regis, ratione nove creationis ejusdem Prioris, quoque, &c. Urgebat Prior Ecclesiam suam Cathedralibus non annumerari, nulla eam Baronia a Regibus donatam esse, a Comitibus Cestrenibus eam fundatam, doratamque fuisse, Abbatiale titulo & splendore eam olim floruisse; at cum Abbas ad Cestrensem Episcopatum electus fuisset, tum ab eo Monachis persuasum fuisse, ut a Prioribus post hac ea Ecclesia administraretur.

XVI. Anno 1612. Clerus Gallicanus enixissimis precibus adiit Ludovicum XIII. Regem, ut abolerentur ita modi nominationes Regiae ad Praebendas: obtentu sacramenti si lei, & saeculum auspiciorum. Responsum est nomine Regis perfectos Cleri libellos fuisse, nec potuisse nunc quidem concedi id totum quod flagitaretur; at id latenter concedi, ut ejus oneris imminentes sint Ecclesie omnes Collegiales Regni. Edicto anni 1629. revocatum est jus illud ad solas Ecclesias Cathedrales, vindicataque sunt ex Praebendis Clericis, qui in obsequio ipso sunt Regum, ut jure suo aliis cedere haud integrum sit. Comitia Cleri Gallicani ann. 1646. a Ludov. XIV. Declarationem impetrarunt (2), qua confirmabatur Edictum supra laudatum Ludovici XIII. revocabantur Brevia, quæcum-

que exorta sibi fuerant ad Praebendas Collegialium Ecclesiarum, vel ad dignitates Cathedralium, elidebaturque clausula illa, quæ irreplerat, Collationem Ordinarii his Regis litteris advertam irritam fore. Tentavit Magnum Consilium eam Declaracionem limitibus additis quodcumque arctare (3), sed expressis iugis Rege, publicari eam pure & similititer necesse fuit. Nova sunt hec omnia & nupera, nec nisi novis ex Scriptoribus ea proferri potuere. Verum ex his illud non novum, sed antiquissimum attruitur Ecclesiastica Discipline placitum: cum novo subinde beneficiorum cumulo a summis Principibus Ecclesia exornetur; æquissimum esse, ut & ipsa vicissim eos aliqua gratiarum remuneratione prosequatur, siueque eos aliqua usurpare jura, quæ non conitet ab eorum tempor Majoribus usurpata fuisse. Ita, ut mea fert opinio, tensere Episcopi ejus Congregationis Cleri, quam modo laudavi: & illi qui ad posteriores ejusdem Cleri Congregationes coauere. Nec fere fas est ab ea tentatio tum discedere, cum jura ejusmodi jam penitus convaluerent.

## C A P U T LV. P.4.l.2.c.22.

### De Laicorum Collationibus.

I. Quod investituras olim prohibitas potissimum infamabat, id unum erat, quod laici non contenti presentare ad Beneficia, ea conferrent. Probatur.

II. Rursus idem probatur. Quantum & Collationes & Investiture laicorum adversarentur legibus divina vocationis, quæ una est janua ad Beneficia?

III. Abbates, Monachi, Clerici possunt jus sibi legitimum peperisse conferendi Probationes.

IV. Ratio hujus discriminis inter Clericos, Laicosque.

V. Beneficia Curata institutionem Episcopi desiderant: nisi collator jurisdictione fruatur Episcopali.

VI. Gallie tamen Reges multa conferunt Beneficia ab annis jiii amplius quadragesantis. Querela Bonifacii VIII. Defensio Philippi Regis.

VII.

(1) Monast. Angl. to. 2. p. 303.

(2) Cabassut. Praxis p. 129. 130.

(3) Memoires du Clergè de la dern. edit. To. 2. p. 274.

VII. Ut usus ille inolevisset.

VIII. Qui usus ille cohærescat cum tot Canonibus, qui laicorum Collationes prescribunt.

IX. Tridentina Synodus Episcopis servat institutionem Beneficiorum.

X. Observationes alia in jus conferendi.

XI. Aliae observationes in Collationes privatarum quorun lam.

XII. Et in Collationes Regum nostrorum.

XIII. Memoranda quædam Concilii Coloniensis II. Decreta.

XIV. Collationes Angliae Regum.

I. Cum hæc ad eosdem summos Principes Regesque spectet quæstio, perinde ut superior, nefas duxi eas sejungi. Incurrit in oculos gravis ea difficultas, qui possint alii, quam Episcopi, qui qui possint maxime Laici quantavis sacerdotali præfulgeant dignitate, suapte potestate Beneficia conferre & sacra quævis ministeria, non interveniente Episcopi, vel institutione, vel confirmatione. Illa enim demum est, quæ Collatio dicitur Beneficiorum.

Synodi complures sæculi XI. & XII. damnatis Investituris Laicorum, proscriptissime videntur, & eorumdem Collationes. Quod Investitura tot Conciliorum jaculis consolfa, addebat Patronatui in Canonicis institutis probatissimo, non aliud videtur fuisse, quam summa hæc auctoritas à laicis usurpata, sacras suo natu dignitates conferendi. Si enim quos investisset Princeps, Episcopus postea instituisset, non aliud fuisset investitura, quam præsentatio, & legitima Patroni functio. Ita perspicue patet in Concilio Claromontano anni 1095. (1) Ut nullus Ecclesiasticum aliquem honorem a manu laicorum accipiat. Nullus Presbyter Capellanus alicujus laici esse possit, nisi concessione sui Episcopi. Et in Concilio Tironensi anni 1096. (2) Nullus Laicus est, vel adimat Presbyterum Ecclesie, sine consensu Presulis. Nullus laicus consuetudines habeat Episcopales, vel justitiam, que pertinet ad curam animalium. Et rursus in Nemausensi ejusdem anni (3): Clericus, vel Monachus qui Ecclesiasticum de manu laici suscepit Beneficium, quia non intravit per ostium, sed ascendit aliunde, sicut fur & latro, ab eodem separetur officio.

II. Perstringitur hoc postremo Canone caput ipsum & cardo rei totius: quod non pandantur fores ministerii cuiuscunque facri, nisi ecclesiæ vocationis oraculo, cuius interpres & praecones sunt Episcopi. Nec minus dilucide Concilium Londinense anno 1125. (4) Nullus Abbas, nullus Prior, nullus omnino Monachus, vel Clericus, Ecclesiæ, sive Decimam, seu quilibet Beneficia Ecclesiastica de dono Liici, sine propriis Episcopi auctoritate & assensu suscipiat. Quod si presumptum fuerit, irrita erit donatione, & ipse canonice ulationi subjacebit, & aliud Londinense rursus Concilium anno 1127. (5) Nulla persona Ecclesiæ, vel Decimas, seu quilibet alia Ecclesiastica Beneficia det, vel accipiat, sine consensu & auctoritate Episcopali. Ex alia rerum commissura emerferunt hi Canones, quando nempe laici qui longe plurimos Beneficiorum fundos invaserant, permisueratque suo patrimonio, cœperunt eos Ecclesiæ restituere. Ne tum quidem, ut hac illecebra ad liberalius restituendam adducarentur, concessum illis est, ut Collatorum jure utearentur, & Episcopalis auctoritatis vim declinarent.

Duo hæc in unum conglutinasse videtur Londinense Concilium anno 1138. (6) Nullus omnino de manu laici Ecclesiæ, seu quæcumque Ecclesiastica Beneficia accipiat. Cum autem investituram per Episcopum aliquis acceperit, &c. Ex quo intelligitur, ut institutio Episcopi investitura hic vocatur; ita investituram tamdiu & tam sacrilege a laicis usurpatam, vicem impleuisse institutionis Episcopalis: adeoque Collationem verissime dici potuisse: quod Ecclesiæ post tam peccata experimenta, visum denique est non amplius tolerari debere. Quam ad Episcopos Angliae dedit Epistolam de Investituris Alexander III. ea validissime astrictet, quod hic contendimus, Investiture implicatam fuisse Collationem (7): Emergit quedam prava consuetudo, & in illis partibus inolevit, scilicet quod laici Ecclesiæ & Ecclesiastica Beneficia soleant passim, quibus vellent conferre, & auctoritate sua Clericos investire. Vnde quoniam sanctorum Patrum institutionibus id cognoscitur a leo contradicere, ut danti & accipienti de manu laica sit anathema, &c.

Nec illud tantum hic advertendum, utrius-

(1) Can. 15. 18.  
(3) Can. 11.

(2) Can. 6. 7.  
(4) Can. 5.

(5) Can. 8.  
(7) Epist. 28.

utriusque hujus vocis, *conferre*, *investire* unam eademque fuisse cognitionem; sed illud ante omnia observari necesse est, rationem potissimum Investituras execrandi, non inde peti, quod pedum pectorale Laicus, quod annulum, quod librum, quod insigne quodvis tribuat Ecclesiasticæ dignitatis: ea enim mera foret cœremonia, per ridicula quidem, & præposta, sed quæ provida ex dispensatione tolerari potuerit. Sed inde certissime, quod Laici Beneficia quilibet largientur, auctoritate sua, nullo examine, nulla approbatione Episcopi, nulla ejusdem institutione: quod manifestissime repugnat necessaria Numinis vocationi (1): *Beneficia quibus vellent conferre, & auctoritate sua Clericos investire*. Unde & idem Pontifex mox juber, ut hæc omnia Beneficia deponantur in manus Episcoporum, & Collatorum Ecclesiasticorum.

Cum eadem labes Sueciam quoque pervaserit, ad ejus Regni Episcopos scriptis idem Pontifex iisdem proptermodum verbis, ut eorum inflammaret studia ad proprie & sacræ auctoritatis defensionem, atque ad simoniæ extirpationem, quæ impune semper cum Laicorum sive investituris grassabatur, sive collationibus (2): *Laici vobis inconsutis, sicut dicitur, aut contemptis, concedunt & conferunt Ecclesias, quibus volunt, omnia simoniæ, sive per pecuniam, sive per privatam gratiam, vel odium agentes*.

III. Ingenuæ tamen confitendum est, probatas fuisse huic Pontifici collationes quædam eorum qui Episcopi non essent, dum ne laici quoque essent. Agnovit enim hic Pontifex in Concilio III. Lateranensi anno 1179. posse aliquas pleno jure obnoxias esse Equitibus Templi, vel sancti Joannis Hierosolymitani: sed omnibus in aliis, ubi non summo illo jure utebantur, debere eos Episcopis instituendos Presbyteros præsentare (3). In Ecclesiis suis quæ ad eos jure pleno non pertinent, instituendos Presbyteros Episcopis præsentent; ut eis quidem de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competenter. Inde concluditur, si pleno jure ad Monachos aliquæ Ecclesiæ pertinerent, minime necesse, ut ab Episcopo instituerentur Presbyteri, sacra in eis munia obituri. Non ita autem res habe-

bat in Laicis, quos vetat Concilium quævis Beneficia Laicis donare, nisi Episcoporum auctoritate (4): *Quia in tantum quorundam laicorum processu audacia, ut Episcoporum auctoritate neglecta, Clericos instituant in Ecclesiis, & removeant etiam cum voluerint, &c.*

Si perconteris autem, qui ad Regulares potuerit jus illud plenum derivari in Ecclesiæ aliquas, præferim vero in Parochiales: cum id fieri haud queat nisi decerta aliqua juris Episcopalis portione. Reipondebimus eas fuisse aut superiorum Episcoporum concessiones, aut privilegia summorum Pontificum. Luculentum suppeditat ejus rei argumentum Narbonensis Synodus anni 1090. Expouulabat Crassensis Monasterii Abbas de Archiepiscopo Narbonensi, qui negotium illi facesset super altera Abbatia, vel Prioratu, qui pleno jure ad Abbatem Crassensem spectaret, sub annua solutione unius vacce, vel decem solidorum, prout optassem Canonici Narbonenses: *Quæ Abbatia, sive prioratus dicebatur esse pleno jure Crassensis Monasterii sub censu annuo unius vacce optime, vel decem solidorum, quod magis Canonici Narbonenses recipere elegerint*. Contendebat idem Abbas, nec Archiepiscopum, nec Canonicos sibi quidquam juris arrogare posse in complures alias Parochias & Capellanias, quod eas Apostolica Sedes subduxisset Archiepiscopi jurisdictioni, plenoque jure Crassensi Abbatii subjecisset: *Quod nihil habebant in aliis de predictis, aliquo jure diaœfano, nisi unum sextarium tantum olei, &c. Cum omnia supradicta sint per privilegia sancte Romana Ecclesia exempta ab omni jurisdictione Episcopali, & dicto Crassensi Monasterio concessa pleno jure*. Archiepiscopus post accuratissimum horum Privilegiorum examen, propria auctoritate ea confirmavit, annuitque ut hæc Abbatia pleno suo jure uteatur in Parochias, Capellanias, Ecclesiæque alias, immunes nimis Episcopalis omnino jurisdictionis (5): *Remota omni jurisdictioni diaœfana, vel Episcopali*.

IV. Abbatibus aliisque Clericis communicari potest pars illa Episcopalis auctoritatis, cum & a Pontifice, & ab Episcopis delegari possint, eorumque Vicarios agere, vel tempor, vel ad tempus, ad jurisdictionem

(1) Ibidem.

(2) Append. 1. Epist. 19.

[3] Can. 9.

(4) Can. 24.

(5) Adde Ianuc. III. Regest. 19. Epist. 45.

sem Episcopalem distingendam. Ideo & Londinense Concilium anno 1201. (1) illud adhibitis verbis, quibus & Lateranense, eo contentum fuit, ut Regulares, vel Equites in Parochiis quæ ad eos pleno jure non pertinent, Presbyteros ab Episcopis institui curarent.

At vero cum Laicis communicari ea potestas non debet. Unde Innocentius III. prædiviti matronæ, a qua Capitulum fundatum, dotatumque fuerat, Patronatum concessit, collationem abnuit Præbendarum (2): *Jus Patronatus & Præbendarum collationem tibi ac successoribus tuis reservari petebas, quorum primum admittimus, secundum vero non duximus concedendum, cum ita non expedit saluti concedi.* Ex adverso autem idem Pontifex censuit, potuisse Abbatiam Angliæ, vel Regum duorum & Papæ Coelestini privilegiis, vel præscriptione annorum quadraginta, aliquas Ecclesiæ pleno jure possidere, ita ut jurisdictione Episcopali non subessent (3). Tanto tempore probantur ab Abbatibus posse Ecclesiæ, pleno jure, ut videantur in eis Episcopale jus prescrivisse, &c. Locus quem a duobus Regibus libertati donatum, Coelestinus Pontifex libertati donavit. Has alibi dicit idem Pontifex Ecclesiæ utroque jure Abbati subjectas (4): quod Episcopalia ibi jura quoque obtineret: ex quo privilegio siebat, ut nec Monachos posset Episcopus excommunicatione innodare. Innocentii III. est Caput Dilecta, De majoritate & obedientia: qui & ibi agnoscit posse Abbatissam Canonicas suas, Clericosque suspendere, sive jurisdictioni obnoxios: Canonicas suas, & Clericos sive jurisdictioni subjectos ab officio, Beneficioque suspendere: quamquam non posset excommunicationis laqueos illis injicere. Glossa in hoc capitulo addit, potuisse eam Abbatissam etiam Beneficia conferre, & instituere Beneficiarios: Potes conferre Ecclesiæ & Beneficia, & instituere Clericos in Ecclesiæ sui Monasterii.

V. Jam facile intelliges, si Abbates & Monachi, adeoque & Abbatissæ possint hoc donari confortio Episcopatis potestatis: posse & Decanos, & Præpositos, & Capitula ipsa demum in ejusdem similiter so-

cietatem adsciri. Sed scite illud a Canonicis animadversum est (5), nec consuetudine, nec prescriptione parari posse Prælatis inferioribus jus instituendi in Parochialibus Ecclesiis, quæ *institutione auctorizabilis* dicitur, ut a corporali institutione secernatur, sive ab instillatione, quæ ab Archidiaconis fit: nisi simul habeant jurisdictionem quasi Episcopalem in populum & Clerum. Capita: *Cum venissent, De Institutionibus; Ad Aures, De Excessione Prælatorum, Referente; De Præbendis,* aperte demonstrant Archidiaconorum numeris id fuisse, ut in Beneficiis instituerent; sed ex iis manifestum sit, eam provinciam, aut ab illis usurpatam fuisse, aut illis ab Episcopo delegatam. Verum utcumque id quidem haberet; vel inde existit illud, numquam fieri vel collationes potuisse a Laicis, vel institutiones. Itaque certissimo jure nitebatur Archiepiscopus Burdigalensis, cum in Concilio Campiniacensi anno 1260. pronuntiavat sui unius juris esset collationes vacantium Ecclesiæ, non sine anathematis interminatione in eos, qui securus aliquid molirentur (6): *Commendas Ecclesiæ vacantium, secundum quod ipsarum collationes ad nos, & ad nullum alium, volumus & dicimus pertinere, inhibentes ne de his se aliis intromittat, &c.*

VI. Nec desunt tamen contraria usus exempla. Inter varia iuriorum capta Bonifacium VIII. inter & Philippum Pulchrum decertata, non postremo erat id loco, quo contendebat Bonifacius, non posse a Rege conferri tot Beneficia, quæ conferebat tamen passim, nisi tacito vel expresso consensu Sedis Apostolicæ: quod abnuebat tamen Rex. Haec sunt ipissima verba Pontificis ad Regem Epistola (7). *Ad te hujusmodi Ecclesiastica dignitutus, personatum, Canoniciatum, Beneficiorum & Præbendarum collatio, non potest quomodolibet pertinere, nec pertinet: nec per tuam collationem potest alicui jus acquiri, sine autoritate vel consensu Sedis Apostolicæ, tacitis vel expressis: que qui accipit & se denegat accepisse, eis propter ingratitudinem est privandus.* Non abnuebat Pontifex, quin posset Rex conferre, dum id faceret cum consensu Sedis Apostolicæ tacit-

(1) Can. 14.

(2) Regest. 15. Epist. 192.

(3) C. Auditio. De præf.

(4) C. Quoniam. De Privileg.

(5) Fagnan. Tom. I. Part. 2. pag. 238.

(6) Can. 4.

(7) Rainald. ann. 1311. num. 54. Hist. du Dioc. entre Bonif. VIII. &amp;

Phil. le Bel. pag. 44. 48. 49. 75. 317.

tacito, vel expresso: unumque urgebat, ut id Rex confiteretur, assensu se conferre Sedis Apostolicæ. Unus autem hujus responsionis gyro continebat se Rex, illo se jure ad eum uti modum, quo sanctus Ludovicus, quo tot alii Reges Majores sui usi essent: nihil a se novatum esse, idque jus superstrui consuetudini ante hominum memoriam vetustissimæ, quæ nec Pontificem ipsum latere posset (1): Respondit Rex quod collatione Beneficiorum usus est & uititur, sicut ad eum pertinet de jure & bona consuetudine, sicut sanctus Ludovicus, & alii prædecessores sui usi fuerunt a tempore, cuius memoria non exsistit: nec circa hoc fecit, aut intendit facere aliquam novitatem, nec credit quod Papa sibi facere velit, qui longum usum suum & prædecessorum suorum in collatione hujusmodi novit plenissime ab experto. In aperto est, tanti non fuisse eam rem, ut merito de ea contenderetur tantopere, & tandem: cum & Pontifici & Regi perlausissimum esset, antiquos Pontifices non nescisse, & saltem tolerasse hanc Galliæ Regum consuetudinem; ex quo siebat, ut tacita saltem eorum intervenisset consentio. Cum ita feres haberet, cum ita utrimque in confessio esset; jam vereor ut satis causæ fuerit vel Pontifici, vel Regi, quamobrem confiteri detrectarent, quod detrectare non poterant, juri Regio Pontificiam accessisse saltem tacitam confessionem.

VII. Cum Philippus autem Pulcher a sancti Ludovici Regis exemplo patrocinium sibi & auctoritatem potissimum quereret; nec voluptatis, nec fructus inanem operam navabimus, si hoc loco quam sequeretur rationem sanctissimus Rex in dispensandis Beneficiis perscrutemur. Inde enim illud forsan explendescet, Episcopum illum magis egisse quam Regem, in eo defungendo officio, quod Episcopale etiam magis quam Regium est: quin & plerumque Episcopos, & piissimos doctissimosque viros in consilium sibi adscivisse, ex quo factum sit ut nec Episcopi, nec Pontifices molestiam illi crearent super Beneficiorum collatione. Jam supra alicubi diximus, auctore Goffrido de Belloloco Dominicanino, & Confessario ejus, Ludovicum vehementer laborasse, ut deligerentur sibi di-

gnissimi quique, quos præficeret Beneficiis sui Patronatus, vel suæ collationis (2): Quia ad Patronatum, sive donationem ipsius pertinebant: & hunc delectum ab eo commendiari solitum Cancellario Ecclesiæ Parisiensis, aliisque eximiis pietate & doctrina viris, Dominicanis maxime & Franciscanis. Anno 1269. antequam ad bellum sacrum proficeretur, collationem, præsentationemque Beneficiorum sui juris commisit Episcopo Parisiensi Stephano, iusto consiliarii uti Cancellario Ecclesiæ Parisiensis, Priore Dominicanorum, & Franciscanorum Custode. Ea in constitutione sua distinxit Rex suum præsentandi & conferendi jus. Qui adeo Episcopaliter Beneficia conferebat Rex, facile & jure merito sinebatur conferre magis instar Episcopi, quam instar laici presentare. Adde quod nec sine Episcoporum consilio, consensu, auctoritate conferebat. Si posteriores Reges ejus exemplo contulerunt, nec Episcopaliter ut ille contulerunt, vitium ipsorum fuit; & haec fuit eritque semper rerum humanaarum conditio, ut pii Principibus multo plura licent, quia pii sunt; quæ potestatis, non pietatis eorum hæredes sibi licere velint.

Et tamen non aliter complures Reges, qui Ludovico IX. præivre, cuique succellere, quam ex Episcoporum, vel priorum virorum consilio, & instinctu sui utcumque juris Beneficia dispensarunt (3). Unum profero Philippum Augustum, Ludovici sancti avum, qui in Palæstinam profecturus ad expeditionem sacram, præcepit ut absente se Regina & Archiepiscopus Remensis Beneficia distribuerent, cum consilio fratris Bernardi, qui solitariam in cellula vitam degebat ad saltum Vicenarum: utque dignissimis distribuerent.

Illud non injuria longe probabilius videbitur fundamentum ejus privilegii Galliæ Regum, qui soli ex Principibus summis, ne exceptis quidem Imperatoribus, juxta Joannem Ferraldum, & soli pene ex Laicis conferunt dignitates & Præbendas, quanquam Canones collationibus ira Laicos interdicant, ut ne præscribere quidem eas possint (4). Lices jus conferendi Præbendas sit adeo spirituale, quod non cadit in latum, nec laicus illud possit possidere, sed nec

(1) Histoire du Differ. p. 90. 93.

(2) Du Chesn. T. 5. p. 445.

(3) Gal. Chr. T. 1. q. 448. Du Chesn. Ibid. p. 30. ?.

(4) Car. Mol. T. 2. p. 1115. Ferrau. de Priv. Regni Franc. c. 8. Fevret. I. 3. de l' Abus c. 4. n. 42. Con. & Dec. Syn. Ecd. Roto. p. 263.

ne*c* prescribere, tamen Rex Francie p<sup>re</sup>no jure confert Beneficia Ecclesiastica, Canonici-  
catus & dignitates. Quod *jus* Imperator non habet, &c. Ita Ferraldus. Memorantur ei consentanei a Fevreto reliqui Canonistae Galli, quinimmo & privatorum quorundam, qui impune conferant, exempla. Consule si vacat Statuta synodalia Ecclesia Rothomagensis, & occurret anno 1255. Oddonis Archiepiscopi charta ad Collegialis Ecclesiae Capituli institutionem, cuius ille Præbendas a Rege conferri voluit, ad dignitatem vero Decani & ad Parochi munus ab eo præsentari.

VIII. Conciliari ergo poterunt, quæ sive testimonia, sive rationum momenta primam in aciem producta sunt hoc Capite, adversus collationes Laicorum, cum his in adversum modo prolati exemplis, si dicas 1. Exceptione non infirmari regulam, sed roborari. 2. Non fuisse nescium Bonifacium VIII. qui Canones aduersarentur collationibus Laicorum, cum juris esset omnino peritissimus: & tamen consensisse & ipsum, posse sola Romani Pontificis tolerantia, silentio, assensu tacito, validas esse illiusmodi Laicorum collationes. 3. Congeries illa Canorum, quam & hic & alibi promulgatus, oppugnabat illos Collatores laicos, qui turmatim hanc licentiam arripuerant, conferebantque Beneficia sine examine, sine delecto, passim & promiscue: at certe tantopere laboratum non esset adversus Regem, qui non conferret nisi ex Episcoporum, ex Confessarii sui, ex virorum religione & doctrina prestantium consilio. 4. Denique pro Episcopali-  
bus maxime & Parochialibus Ecclesias defudarunt Concilia, ut ne earum vel investitura, vel collatio penes laicos esset. At qui in iis quæ de Galliæ Regibus deprompta sunt, nusquam Episcopatus, nusquam Parochias illi contulisse leguntur. Germani enim Imperatores investituras maxime Episcopatum invaserant: inferiores autem Nobiles collationem sibi vindicarunt Parochiarum. Cum iis autem omnino incumbat animarum cura & Sacramentorum administratio, jure meritissimo vigilabat providentia Conciliorum, ut ne ea potestas in laicorum manus delaberetur. Ideo & Comitia Cleri Gallicani anno 1625. de solis

Thomas. Tom. IV.

Parochiis maxime sollicita fuerunt, ut ab iis collationes laicorum propulsarent, juberentque, ut quæ demum cunque earum provisio, in simplicem præsentationem resolveretur Episcopo factam (1). Ut cunque provisum sit Parochialibus Ecclesias, non habeantur ecce nisi ut præsentationes Episcopo factæ, nequaquam ut collationes.

IX. Editum est a Concilio Tridentino Decretum (2), quod in futurum valeret ad omnia Beneficia: ut qui ea fundarent dotarentque, Patroni eorum essent: at institutio ne posset quidem ad alios unquam, quam ad Episcopum pertinere.

X. Nec ægre ferat quisquam si cum Joanne de Paris, illo olim Dominicanus Ordinis lumine, qui calamum strinxit in defensionem Philippi Pulchri, si cum illo, inquam, dicamus, quanquam Collationibus laicos interdicant Canones, ex privilegio tamen potuisse eas Principibus de Ecclesia bene meritis concedi (3); ita enim & Patronatum laicorum incompertum quondam, postea inventum, & consultissime toleratum fuisse; collationes Principibus semel concessas, non magis revocari posse, quam Patronatum vulgo laicorum indulsum; collationem, & Patronatum rem esse & gratiam spiritalem, quæ utraque tamen laicus utcunque possit obtingere; denique Christianissimo Regi plusculum quid etiam indulgeri potuisse, quam vulgo fidelium.

Conquestus est anno 1316. Clerus Anglicanus (4), quod ubi Episcopi instituto examine eos repellebant, quos Rex minime idoneos ad Beneficia præsentabat, ii ad examen laicorum remitterentur. Eduardus II. his querelis faciens sarcis, edixit, ut ne secundum examen nisi apud Superiora Ecclesiasticos innovari posset. Inde liquet Reges Angliae jure Collationum abstinuisse, & si tentarent ejusmodi quidquam, vehementer Episcopos refragari solitos. In posterioris ævi Conciliis multa occurserunt laicorum conamina ad conferendum, sed ab Episcopis semper damnata oppressaque: maxime vero in Concilio Colonensi anni 1536.

XI. Pulcherrime doctissimus vir Acosta observavit, cum Clemens III. scribit, Patronum & fundatorem Ecclesiae Conventualis, contentum esse debere, si consensus

L 1

eius

(1) Art. 23.

(2) Sess. 24. c. 32.

(3) Goldast. De Mon. T. 2. p. 138.

(4) Con. Gen. T. 21. pag. 2466. 2457. 1736. T. 24. pag. 641.

eius postuletur post electionem Prælati factam ; nec interponere se , dum celebratur electio : excipiendo esse eos , qui speciali quodam ad id jure muniti fuerint . Ceterum in Conventuali Ecclesiæ non electioni Prælati facienda , sed jam factæ honestius Patroni postulatur adsensus , nisi aliter de sua jurisdictione obireat , ut partes suas interponere debeat electioni tractanda (1) . Senlit Acolta (2) provide ab eo Pontifice additam fuisse hanc clausulam , propter Principes Christianos & Reges , qui Patronatu gaudent ; in id assentiri Glossam ; in tertia Decretalium Collectione antiqua id juris tribui Comiti Flandriæ , ut Præpositum eligat Ecclesiæ Conventualis , vel Collegialis ; persimili potestate donatum fuisse ab Innocentio III. Marchionem Brandenburgensem ; Regi Portugalliax consimilem adscribi a Bellamera ; denique Tridentino ipsi Concilio placuisse (3) , ut Patronati Regum Principumque ex concederentur prærogativæ , quarum exortes essent alii quicunque .

Professus est Innocentius III. potuisse a Principe Achajæ conferri Archidiaconatum Ecclesiæ , a p̄cessore ejus collatum illum ante fuisse , & ab Apostolicæ Sedis Legato confirmatam fuisse eam collationem (4) . Quanquam p̄decessor suus eum contulisse dicatur , & Cardinalis Legationis officio fungens ibi Collationem ejus postmodum approbasset . Marchio vero Brandenburgensis voluit ille quidem , quam extruebat dabantque Collegiam Ecclesiæ , Episcopali subducere jurisdictioni : at Beneficiorum tamen non Collatorem se esse gestiit , sed Patronum ; ut quos ipse nominalset Pontifex , vel Pontificis Delegatus , confirmaret (5) . Qui debeat per eum praesentari & per Romanum Pontificem confirmari . Nec Regi Portugalliax quidquam idem Pontifex , nisi Patronatum concessit , et si multa sibi præterea arrogasset . Quod ad Comitem Flandriæ attinet , in judicium pertracta res est , & ad Sedem ipsam Apostolicam ; proditum non est quid fuerit definitum : sed vel ipsa contentio vociferatur , non carnis se causam verisimili fundamento . Anno 1236. Gregorius IX. graviter Imperatorem

admonuit , et si quæpiam conferre potuisse Beneficia , at non Parochias , quibus animarum regimen innexum est (6) . Esto quod aliqua beneficia vacantia conferas , ut curam tamen animarum illis annexam committere valeas , jus spirituale quod non cadit in laicum , non permittit . Duci Burgundie Alexander III. idem indulserat (7) , quod postea Dux Brandenburgensis ab Innocentio III. postulavit .

XII. Privatos complures Nobiles Laicos recentet Carolus Molinæus , qui Beneficia , immo qui & Parochias conferant . Puellarum etiam Monasterium commemorat , cui id jus , vel is usus jamdiu sit . Itaque minus mirum , si aliquid ejusmodi etiam Reges sibi vindicent . Sed illud ingentis omnino momenti est , quod ille animadvertisit ; Beneficia hæc laicæ collationis ab origine sacerdotalia magis fuisse & profana Beneficia , quam Ecclesiastica , quanquam ea fundatores Clericis addixissent . Hujusmodi Canonicatus , sacella & similia Beneficia ad meram & perpetuam Regis Collationem spectantia , magis sacerdotalia & profana Beneficia sunt , quam Ecclesiastica . Ideo nec ullam clavum habent , aut Sacramentorum administrationem (8) : eorumque Reges vel Patroni Resignationes , sive implices , sive conditionatas admittuntur , necnon & permutationes : ad tempus etiam ea donare possunt , & antequam videntur ; quod legibus Canonicis non constringantur nisi Ecclesiastica Beneficia , non autem Officia civilia , vel sacerdotalia , et si Clericis fuerint addicta .

Videtur mihi quidem Molinæus cautius & circumspectius dicere potuisse , adeoque verius , non pauca ex iis Beneficiis primæva ab origine ejusmodi fuisse . Observantur enim nostris etiam nunc oculis in ædibus Optimatum complurium ruri Capella , ad quas nominant illi Clericos ad recitandas diurnas nocturnasque Canonici Officii Horas , cum certis ad id proventibus ; sed ita ut Clerici hi & Beneficiarii ab Optimatis voluntate una pendeant , ab eo ad arbitrium instituantur & destituantur , nullo se ad has liberas sacerdotalium largitates Episcopo interponente . Lapsu temporis ea Officia

(1) Fagn. in l. 3. Deecr. Tit. 38. c. 25.

(2) C. 1. De sentent. & re judicata.

(3) Sess. 25. c. 9.

[4] Regest. 13. Ep. 25. Ib. Ep. 22.

(5) Reg. 14. Ep. 58.

(6) Rainald. n. 21.

(7) Recueil pour l' histoire de Bourgog. p. 272.

(8) De Iust. refig. n. 416. 417. & seq.

cia Beneficiis accensentur sensim sive sensu, eisque cura si fors animarum illigatur: Patronis interim nequaquam suo jure carentibus, eandemque conferendi usurpantibus potestatem. Probabile cum primis est id genus fuisse non paucas, seu Capellas, seu Ecclesias Regum Collationis, ut ex liberis & pene civilibus Officiis, quæ nullis Canonum regulis tenerentur temporis diuturnitate pene inopine evaserint in Beneficia, quibus & eadem ratione accreverit cura & sollicitudo animarum. Postquam vero jam Beneficiis annumerantur, non amplius pretio distrahi addicique possunt, quanquam secus sentiat Molinæus.

XIII. Non possum non & hic addere duo Decreta Concilii II. Colonensis anno 1549. (1) In eorum primo graves personant querelæ de Abbatibus, Praepositis aliisque Collatoribus Ecclesiasticis, qui Parochias conferunt indoctis, inexpertis, nullo excusis examine; statuiturque ad Sedem Apostolicam recurrentum, a qua rescindantur ex Collationes omnes, nisi examen Episcopi, vel Examinatorum ab eo delegatorum præiverit; Episcopisque permittatur, ne ad Ecclesiæ administrationem eos admittant, quibus ex tam inconsiderate collatæ fuerint. Declarationem irritantem tales collationes, quas vocant pleno jure, nisi præcedat examen Episcopale. Alterum horum Decretorum laicos Patronos percellit, qui Collatorum in jura irrumpunt. Nemo necit summos Principes semper jure ipso excipi. Si autem Concilii hujus Patribus visum est, ab Episcopis examinari debere, quos Ecclesiastici Collatores instituerint: non aliud sane de iis existinare vel decernere potuissent, qui a laicis Collatoribus instituuntur.

XIV. Delibarunt & Anglia Reges aliquando hæc ipsa eadem Collatorum jura. Conferebat Eduardus I. Anglia Rex Præbendas Capellæ Regalis Haestingensis, ut quæ immunis esset ab Episcopi jurisdictione. (2) Cicestrensis Episcopus eam suæ jurisdictioni adserebat Capellam, instabatque, ut præsentaret tantum Rex, non conferret. Inquisitiones fieri Rex jussit, ut rescire posset, quis priscus fuisset usus. Hinc patet Anglia quoque Reges id sibi sumpsisse, ut quædam conferrent Præbendas. Henricus III. Anglia Rex contestabatur Capellam Regiam sancti Martini apud Londonum,

absolutam semper fuisse a jurisdictione Episcoporum: Ita quod Decanus cum debuerit institui, a sola manu regia stallum recipit in choro, & locum in Capitulo. Is ergo erat ulius. At nihil legnius Archidiaconus eas exemptiones impetebat.

### *De Irregularitatibus. Ac primum de Irregularitate criminis,*

### **C A P U T L V I . P . I . l . 2 . c . 1 2**

#### *De Irregularitate criminis, & pœnitentie per quinque priora sæcula.*

I. *Crimina publicæ pœnitentie obnoxia, Ordinibus, Ordinumque functionibus summovebant.*

II. *Quæ per pœnitentiam redintegratur innocentia Clericatus sanctimonie non satis respondebat. Innocentia ab ipso usque Baptismo petita necessaria erat.*

III. *Probationes ex Paulo & Canonibus.*

IV. *An Ordinatio peccata deleaf?*

V. *Capitalia omnia crimina Clericatu ercebant.*

VI. *Idque tum in Oriente, cum in Occidente.*

VII. *Etiam pœnitentie curriculo perfundis irregularitatis macula herebat.*

VIII. *Facilior dispensatio ad minores Ordines. Occulta crimina ut pœnitentie, ita & irregularitati obnoxia.*

IX. *Non poterant Clerici Pœnitentia publica subiici.*

X. *An Ordinis functionem tuto quis obire posset, lethalis culpe sibi conscius?*

XI. *Pontificum Decreta Pœnitentibus omnibus Ordinibus interdicunt.*

XII. *Arcent & Clericos a Pœnitentia publica.*

XIII. *Quamvis per tria priora sæcula eō subjicerentur.*

XIV. *Quæ fuerint cause, quamobrem ita Disciplina nova & mitior glisceret.*

XV. *Christus ipse Petro pœnitenti summum Ecclesia suæ Pontificatum contulit, & ab hac ipsa indulgentia fundamenta fecit Ecclesia suæ. Austeriores suas leges po-*

(1) Con. Gen. T. 24. pag. 641.

[2] Conſt. Ant. Reg. Angl. p. 812. 62.

*Sterius edidit Ecclesia, ita extorqueente necessitate, ut simulatis poenitentis occurreretur. Horum probationes ex Augustino.*

XVI. *Et ex Optato. Non omnia crimina poenitentie publica & irregularitate obnoxia erant, sed capitalia tantum.*

XVII. *Indulgentius cum iis actum est, qui jam fuerant ordinati.*

XVIII. XIX. *Probationes nove in Oriente & Occidente.*

I. **D**isputationi hactenus nostræ de Præsentatione, Nominatione & Collatione, tempellive jam subtexetur operosa de Irregularitatibus pertractatio; nec minus tempellive eadem præmittetur, prolixiori de Electionibus disceptationi, paulo post subjiciendæ. Nemo enim non intelligit, nec rite conferri Beneficia posse, nec ad ea quenquam præsentari, institui, eligitque vel confirmari, nisi qui sit ab his omnibus impedimentis Canonicis, quas irregularitates vocant, expeditus & liber. Irregularitates autem, seu vitia Regulis Canonicis adversa, quibus ab Ordinibus Ordinumque muniis summoventur, a crimen ordiemur, & ea quæ crima quævis expiat, poenitentia Canonica publicaque. Omnia enim & criminum macula, & ipsa eorumdem publica poenitentia ab Ordinibus & Beneficiis arcebant.

II. Non aliud enixius commendavit Paulus, quam ut criminis puri essent ab homine novo per baptismum induto, quicunque sacris Ordinibus & Ministeriis altarium iniiciandi erant. *Sine crimine esse.* Non exceptebat ut sine peccato essent, sed ut sine crimen, hoc est eorum seu flagitorum, seu facinorum expertes, quæ nonnisi quæ altero baptismo, publica poenitentia abluerentur. Inde enim contigit, ut penitentes ipsi irregularibus accenserentur a Conciliis, Pontificibus, & antiquioribus Ecclesiæ Patribus. Non quo maculam inureret poenitentia publica, cum ea potius cuncta eluerentur scelera, criminumque fordes extergerentur. Sed cum penitentes ipsi sacris Ordinibus arcebantur, tota in crima ipsa redundabat invidia, quæ nisi poenitentia publicæ lacrymis ablui non potuerint. Non sola desiderabatur innocentia eorum præsens, sed præterita, & illa ipsa, quæ eximum quendam ex baptismo in la-

guine immaculari Agni candorem splendorumque hausisset. Instar est quidem Baptismi poenitentia, sed quo prioris Baptismi pretium & integritas non sequitur. Est enimvero poenitentia divinum & cœleste lavacrum, sanguine Agni redundans, maculas animæ proflus omnes obliterans, & eam donans sanctimoniam, quæ cœli fores recludat: sed quod tamen illam non restituat innocentia post baptismum illibata virginitatem: non illam Baptismi unius propriam gratiæ plenitudinem; quæ denique sanctos & cœlo maturos nos presteret, non tamen Presbyteros, aut Ministros sacros. Nulla magis res declarat, quam puritatem virtutem integratam Concilia & Patres aureis Ecclesiæ sæculis flagitarent a Ministeriis sacris, quam quod ne eos quidem saero ministerio dignos existimarent, quos cœlestis gloria non indignos profitebantur.

III. Paulo jam Apostolo aures animosque advertamus (1): *Ut constitutas per civitates Presbyteros, &c. Si quis sine crimine est, &c. Oportet enim Episcopum sine crimen esse, &c. Diaconos similiter, nullum crimen habentes.* Ejus Apostolici præcepti obseruantiam demonstrant Constitutiones Apostolicæ: demonstrat & Apostolicus Canon (2): *Si adversus fidelem aliquia accusatio intendatur, vel fornicationis, vel adulterii, vel alicujus altius prohibita actionis, & convictus fuerit, ad clericum ne provehatur.* Concilium Neocæsariense Presbyteros Diaconiisque ordinari non potuisse declarat (3), qui corpus scelere quopiam inquinaverant, cum vetet ad aras accedere, si cuius vel sua confessione, vel canonica convictione crimen patuerit.

IV. Verum duo quædam in hos Canones observanda. Alterum est, quod ubi eo Canone spoliabant Clerici, vel Presbyteri propria inter sacra functione, reliquis tamen non spoliabant Sacerdotii ornamenti, adeoque nec Beneficiis. *Ne offerat, ne near temer in aliis proprior bona vita fiduum.* Diaconi vero non aliud, quam ad Subdiaconorum Ordinem deprimuntur. *Ministri, iuxta, Subdiaconi habeant ordinem.* Quo sane spoliabant priore & pinguiore Beneficio, exilio donantur.

Alterum vero est, quod ait Concilium, plurimos arbitrari, ordinatione remitti peccata. *Nam reliqua peccata censuerunt plurimi*

(1) Tit. c. 1. 2. Tim. 3. Const. Ap. L. 2. & L. 3. c. 9. l. 8. c. 4.

(2) Can. Ap. o. 61.

(3) Can. 9. 10.

rimi per Ordinationem dimitti. Et ea videtur ratio movisse hujus Concilii Patres, ut ne eadem irregularitate irretirent alia sceleræ, ab impudicitate longe diversa. Balsamoni visum est (1), unctione sacra quam abundantiori plenitudine exundantem accipiunt Episcopi, deleri peccata omnia ante Ordinationem commissa, addique adeo potestatem remittendi omnia peccata; sed aliis Ordinibus ex hoc Canone remitti non posse nisi minora peccata, & eas labeculas, quæ non ad fornicationem usque erupere; ideoque ex hoc Canone irregularitatem non aspergi, nisi ei qui re ipsa carne lapsus sit. *Εἰσετι προνεργόντες.* Advertit Zonaras nihil affirmari ab hoc Concilio, sed aliorum sententias recitari: *Multi censent.* Quod prohibet autem Balsam de minoribus Ordinibus, plusculum habet probabilitatis, quam quod de Episcopatu.

Sed ultra has metas effunditur austeritas hujus Concilii (2), ubi irregulares habent decernit eos, quorum uxores de adulterio fuissent convictæ: si post Ordinationem vero id contigisset, aut eas repudiare juber, aut prorsus ab Ordinum functionibus abstinerere. Denique eo Concilio exauctiorantur Presbyteri (3), qui uxores ducunt; qui vel fornicationis, vel adulterii infamia conspurcantur, ii non gradu moventur tantum, sed & penitentiaz subjiciuntur.

V. In Ancyranó Concilio (4) ab omnibus Altarium munis procul amandantur Presbyteri, Diaconi, qui Idolis sacrificabant, eamque mox maculam iterato eluiscent certamine, quo & victoriam reportassent; sed Beneficio non privantur. Si duo hæc autem Concilia irregularitate non innodant, nisi eos qui vel fornicatione, vel idolatria contaminati essent: id profecto ex eo fit, quod innovanda illis tantum erat Canonum censura in ea flagitia, quæ tunc vel invalescerent, vel reformidarentur. Ceteroqui enim vigebant Apostolici Canones, quibus omnia prorsus capitalia crimina eadem implicantur damnatione. Testimonio uteatur Nicenæ ipsius Synodi, quæ depositionis sententia confidit una omnes Presbyteros, qui quamvis sceleræ sua confiterentur, τὰ εἰργάμετα, ordinati tamen fuissent; Clericosque omnes qui Ordinibus post lapsum suum ornati essent. Ratio Concilii satis idonea ea est,

quod ea Ordinatio præter Canones facta sit, *τὰ εἰργάμετα:* nec possit ignoravia, vel incuria Episcoporum vim Canonum obtundere, & intemeratas Ecclesiæ regulas debilitare (5): *τὰ εἰργάμετα τὸ ἐκκλησιαστικόν.*

VI. Nec indulgentiores fuere Synodi Ecclesiæ Occidentalis. Gradu & Ordine summovet Eliberitana Synodus Subdiaconos ante Ordinationem fornicationi implicatos: propterea nimirum, quod ordinatos semel Subdiaconos, jam facile sinerent ad Ordines irreperere superiores, ubi præscriperat jam Paulus intaminatam quandam innocentiam (6): *Eo quod postmodum per subreptionem ad altiore gradum non sit promovendus.* In hoc eodem Concilio (7) depontunt Episcopi, Presbyteri & Diaconi, de adulterio post ordinationem convicti; communione etiam ejiciuntur: rursum tam ipsi (8), quam Clerici omnes alii excommunicantur, si ductis ante ordinationem uxoris copulentur: denique dejiciuntur Clerici omnes (9), qui adulterii convictas conjuges non ejecerint.

VII. Haec tenus hæsit irregularitas criminis, cui expiando indicebatur penitentia, non ipsi vero penitentie. Is sermo erat castigator, utpote a Pauli ipius verbis derivatus. Sed erat & in variis percensendis criminibus prolixior, nec resoluebatur dubitatio, an expleto penitentiaz curriculo, quam scelus, tam irregularitas ejus expungeretur. Non ab ludit a vero, inde permanente universaliorum illam regulam, quæ penitentibus irregularitatem abscribebat. Id vero per facile et animadvertere in Concilio Carthaginensi IV. quo vetantur ordinari penitentes, quantavis in virtutum faltigia evecti sint (10). Ex penitentibus, quanvis sit bonus, Clericus non ordinetur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit, depontatur a Clero, quia se ordinationis tempore non prodidit esse penitentem. Si autem sciens Episcopus ordinaverit talēm, etiam ab Episcopatus sui ordinandi duntaræ potestate privetur.

VIII. Humanius aliquid constituit Concilium Toletanum I. ut cum inexorabilis quodammodo necessitas urgeret, ad minores Ordines promoveri possent penitentes. Qui vero sint Penitentes, diserte hoc Canone explicatur (11). Placuit ut de penitente non admittatur ad Clerum, nisi tandem

(1) Supp. 1525.  
(5) Can. 9. 10.  
(9) Can. 65.

(2) Can. 8.  
(6) Can. 30.  
(10) Can. 68.

(3) Can. 1.  
(7) Can. 19.  
(11) Can. 2.

(4) Can. 1. 2.  
(8) Can. 33.

tum si necessitas aut usus exegerit, inter Ostiarios deputetur, vel inter Lectores; ita ut Evangelia & Apostolum non legat. Si qui autem ante ordinati sunt Diacones, inter Subdiaconos habeantur; ita ut manum non imponant, aut sacra non contingant: Poenitentem vero dicimus de eo, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus, gravissimisque peccatis publicam poenitentiam gerens, sub cilicio, divino fuerit reconciliatus altario.

Jam ergo ambigi non poterit, quin ingentia quavis crima & poenitentia subestent publice, & irregularitati: Pro diversis criminibus, gravissimisque peccatis. Et cum non exprimatur hic necesse esse, ut ea scelera publica sint, quo poenitentia publice addicantur: hinc merito conjicitur, tametsi occulta essent, si modo tamen gravia essent crima, & poenitentia & irregularitati obnoxia fuisse. Cum tot seculis remiserit elangueritque prisca illa poenitentia Canonumque austertas, non potuit tamen adhuc id expugnari, ut homicidii etiam occulti reus irregularitatis vinculo non constringatur. Capiendum est ergo iste Canon de homicidio, sive publico, sive occulto; nec quicquam facinori huic ceterisque in hac parte interjicitur discriminis; ad omnia æqualiter manat ea, que iis omnibus aspergitur irregularitatis infamia. Certo ergo constat indiscriminatim omnia prorsus crima paulo atrociora, sive publica forent, sive occulta, autores suos poenitentia & irregularitati immersisse.

Quam non possent in unum coalescere Ordines sacri cum publica poenitentia, designatum haud dubio voluit Optatus, quando Episcopum Donatistam inducit ita censem, non ad ordinationem Episcopatus impomendas esse manus Cæciliiano, sed ad poenitentiam, ut caput illi de poenitentia conteratur, hoc est ut ea irregularitate illaqueatus nunquam ad Episcopatus fastigium eluctari possit. Exeat huc, quasi imponatur ei manus in Episcopatu, & quasi sit illi caput de poenitentia. Id ille libro primo, quod & secundo confirmat, cum probro veritatem Donatistis, quod rudes adhuc pueros poenitentia subjecerint, ut ne post-hac Ordinibus exornari possent. Inveniuntur, de poenitentia sauciatis, ne aliquis ordinari posuerit.

IX. Ut autem Clero illigari nunquam

poterant poenitentes, ita nec Clerici quidem poenitentia. Usque adeo persuasissimum erat, sacerdotio sociari nunquam posse scelerosam vitam, ut ne committi quidem illud poenitentibus posset, quorum etsi perlanata essent criminum vulnera, horum tamen vulnerum superessent etiam post peractam poenitentiam cicatrices aliquæ. Id edocet Siricius Papa, quantumcunque quis poenitentia laboribus & lacrimis puritatem sibi conciliet, magnopere tamen eam deficere ab ea, quam celestis Agni sacrificium & altare desiderat (1). Sicut poenitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum, ita & post penititudinem ac reconciliationem nulli unquam laico liceat honorem clericatus adipisci. Quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasæ vitorum.

X. Hodierna nonnihil dissidet Theologorum Schola, in ea quæstione, in qua priœ Synodi & antiqui Pontifices vehementer consentiebant. An videlicet Diaconi, aliquæ Clerici inferiores Ordinum suorum functiones obire possint circa novi sceleris labem, ante expiata sacramento Poenitentiae priora aliqua flagitia, quibus sauciatae gerunt conscientiam. Non difficile est dividare, quam in partem hic inclinet antiquitas, cum adeo non permetterent tunc Pontifices Synodique, ut ante peractam poenitentiam Ordinum functiones ederent, ut nec potius eam peractam id essent concessuri. Quin & ubi graviori necessitate quapiam coguntur aliquid remittere de Canonum rigore, ad Ordines minores admittunt illi quidem penitentia perfundatos, sed ea lege, ut nec Evangelia, nec Paulinas publice in Ecclesia legant Epistolas, nec vasæ sacrae contrectent.

Et hinc augurari fas est de verbi divini prædicatione quid antiqua statueret disciplina, an ante, aut saltem post ablutias per poenitentiam scelerum maculas, ea defungi liceat. Cum enim ea quidem functio & Apostolica sit prorsus, & eminentiorem quandam redolere debeat sanctitatem, longe superabat lectionem sacrarum Novi Testamenti paginarum, inter sacrificii solemnia; cum hanc lectionem non paucæ Ecclesiæ etiam Lectoribus committerent. Ancyranæ Synodus Pre-

(1) Epist. I. cap. 24.

Presbyteris in scelos lapsis prohibet (1) sacrificare & prædicare, εὐλεῖν. Eademque de causa prohibet Diaconis, ne panem & Calicem sacrificii offerant, neve alta voce pronuntiantur, quod pronuntiare, seu prædicare solebant: ἀρπάζειν. Huc tantisper digressi, non longe a proposito aberravimus.

XI. Nicænos Canones mordicus retinet inexorabilis censor Innocentius I. (2) & a Clero facessere eos jubet, qui etiam si ex pleto pœnitentiaz curriculo inscripti ei fuerant. Nec clementiores se esse voluerunt Zosimus & Hilarius Pontifices (3) ejusdem primæ Sedis, sicut nec Gelasius: qui sanctitatem, ut juxta diligentorem Canonum normam, gradu ejificantur omnes, qui Clero Ordinibusque obrepserunt, cum sceleris puniri non essent: aut qui post ordinationem suam in ejusmodi flagitium aliquod prolapsi sunt.

XII. Redeo ad illud ex Siricio supra observatum, Clericos qualibet flagitio contaminatos, non tamen publicæ subditos fuisse pœnitentiaz; non impositionem manuum cum pœnitentibus publice subiisse, per singulas synaxes; non in cinere & cilicio prostratos jacuisse; non alia denique subiisse munia squalloris & dejectionis pœnitentium insignia. Id honoris & reverentiaz habebatur sacerdotio, ut ne iis manus humi dejectis imponerentur, qui aliis impulerant; ut ne prostrati jacerent, ut ne altaribus, ut ne ad fidelium pedes pervolverentur, qui hæc humilitatis officia a pœnitentibus ipso ante expresserant: denique verendum erat, Clericorum lapsibus ne magis offenderentur fideles, quam pœnitentia ædificarentur, excitarenturque ad pietatem. Itaque privatim pœnitentiaz labores subibant: ad Ordines autem & Beneficia irregulares & absconi habebantur, quod irregularitatem non pœnitentia flagiti, sed flagitium ipsum inureret. Audiebant de his Leo Papa Epistola ad Rusticum Narbonensem Episcopum (4). Alienum a consuetudine Ecclesiastica, ut qui in Presbyterali honore, aut in Diaconis gradu fuerint consecrati, pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipient pœnitendi, quod sine dubio ex Apostolica tra-

ditione descendit, secundum quod scriptum est: *Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro eo?* Unde hujusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei, privata est expetenda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa. Eandem in Africa disciplinam declarat Carthaginensis Canon apud Ferrandum in Breviario Canonum (5). Ut Diaconi vel Presbyteri, si a ministerio remoti fuerint, non eis manus, vel tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponantur.

XIII. Per antiqua jam tum erat ea disciplina ævo Leonis Papæ, cum eam ille velit fuisse ex Apostolica traditione derivatam. Id equidem interpreter eo sensu dici, quo ait Hieronymus, conducibile esse, ut unaquæque Ecclesia traditiones Apostolicas arbitretur esse consuetudines peculiares suas. Certissime enim traditioni Apostolicæ innititur auctoritas Ecclesiaz, quæ tuenda pacis & concordiaz ergo pondus addit & stabilitatem antiquis omnibus Ecclesiarum usibus moribusque. Non dissimili sensu donanda sunt hic ea Leonis verba, sicut & aliorum complurium paris antiquitatis decretorum, quibus ejusdem modi verbis antiquitas conciliatur.

Ut enim ad rem ipsam proprius accedam, inficias ire vix quisquam potest, quin prioribus tribus sæculis subjicerentur Clerici flagitiosi iisdem pœnitentiaz legibus, quibus Laici, iisdem pœdotibus squalloribus, laboribus. Ita enim Apostolici Canones pallam faciunt (6): *Si quis Clericus, &c. cum pœnitentiam egerit, ut laicus recipiatur.* Accedunt & Canones Eliberitani (7): *Diaconus si sponte confessus fuerit, placuit eum aëta legitima pœnitentia post triennium accipere communionem;* & Canones Neocæla-rienses (8): *Presbyter si fornicatus fuerit, expellatur, & ad pœnitentiam ducatur.* Suffragatur & exemplum Natalis Episcopi apud Eusebium (9): *Non modo ad Cleri, sed ad Laicorum genua advolvitur.* Denique exemplis longe pluribus apud Cyprianum res conficitur, ubi Episcopi ipsi pœnitentiaz stationibus subjiciuntur (10): *Epicopatum deposuisse, ad agendam pœnitentiam conversum.* Quin & quarto excurrente sæculo ejusdem prisca severitas in Clericos

(1) Can. 1. 2.

(2) Innoc. I. Epist. 6.

(3) Zosim. Epist. I. cap. 3. Hilar. Epist. 2. cap. 4.

(4) Cap. 2.

(5) Can. 62.

(7) Can. 76.

(8) Can. 21.

(9) Hilar. I. 5. cap. viii.

(10) Epist. 68. 59. 52. 64.

ricos vestigia quædam superfuere. Sabinianum enim Diaconum scelerorum ad penitentiam cohortabatur Hieronymus (1): *Hortatus sum, ut ageres pénitentiam, & in silicio & cinere volutareris.*

XIV. Hæc vero disciplinæ exterioris varietas, & alternatio, in tanto seculorum decursu, nihil omnino officiebat, quin potius famulabatur sanctimonio & religioni, quæ semper eadem & invariata vigebat in Ecclesia. Si enim initio Clerici promiscue cum Laicis sordibus pénitentia & squallorii subjiciebantur, ideo fiebat, quod criminis enormitas eos omnibus sacerdotii ornamentiis orbasset & prærogativis, atque in Laicorum sortem deiecisset. Si quarto de sinente seculo jam non permissi sunt amplius Episcopi, Presbyteri, Diaconique cum Laicis publicæ pénitentia illuviem subire: eo id consilio factum, ut ita scelerum pœnas darent, ut ne eorum dedecore Clerus universus deturparetur. Secreta pénitentia & sacerdotii honori consulebatur, & qui ordinem sanctissimum de honestaverant, pœnas dabant. Verum hæc consuetudinum diversitas aliisque temporibus & locis, ipsam universa eo consipirabat, ut sacerdotalibus functionibus proscripterentur, qui scelere quovis earum sanctimoniam dedecorassent, nec unquam ad eas revocarentur, quantumvis strenuissime pénitentia stadium decurrissent. Nam post hanc etiam privatam aut semipublicam pénitentiam nemo unquam tunc quidem ad virginalis Hostiæ sacrificium & ministerium redintegrabatur.

XV. Existimo tamen, si penitissimam scrutemur Ecclesiæ antiquitatem, inter ipsa ejus primordia austeriori indulgentiam præcucurisse, Christumque ipsum coelestem & sempiternum Pontificem, dum in terris ageret, hanc misericordiam regulam dedicasse, specimenque in eo ipso edidisse, quem Ecclesiæ fux caput, sui Vicarium designavit. Post lapsum suum Petrus non sacerdotio tantum, sed apici & summo fastigio sacerdotii restitutus, & a Christo ipso restitutus est; qui in primo & Principe Christiani orbis Episcopo exemplum sancire & monumentum excitare voluit humanitatis, & indulgentia, quod posteriora omnia secula mirarentur. Ea fuere initia & prima Ecclesiasticæ disciplinæ fundamenta, clementia & humanitati suavissimæ superstructa. Nec sane ipsis universalis Ecclesiæ

origo scaturire potuit alio ex fonte, quam effulsum Dei misericordia, invictissimæ caritatis Christi, indulgentie scelerum plenissimæ per baptismum datæ. Primas ergo tulit clementia, tum auerteras subsecuta est. Primigenia Ecclesiæ indoles, natura, & proclivitas indulgentia est, ut quæ Christi cruci innixa, sanguine ejus perfusa & coalita sit. Austeritas posterior accessit, clementia & indulgentia contemptæ vindex ultrixque. Ipsæ canonicae pénitentia primum mitiores fuere; ex humanitatis hujus aspernatione saeviendi necessitas orta est. Clementia & illud fuerat, quod Clerici pénitentia consumpto curriculo iisdem gradibus redderentur, quibus exciderant. Ea restitutionis spes simulatas compluriunt pénitentias peperit; cui petti ut occurreretur, necesse fuit irrevocabiles lapsis decernere depositiones, ut serio resipiscerent, & nullo foco, nullis simulationis præstigiis illudere se posse deinceps sperarent.

In hanc doctrinam prævit nobis Augustinus, qui Donatistas hoc admonebat, si post hæreticæ pravitatis scelus pénitentia expunctum sinatur frui honoribus, & fungi munis Clericatus, eam esse salubrem dispensationem, qua Ecclesia utendum sibi existimet exemplo Christi, qui eandem humanitatem in Petrum ipsum explicuit. Si enim postea austiores sibi leges præficit Ecclesia, obviatum esse fallis & fraudulentis pénitentiis. Verum penes eam incolume semper esse jus, rigorem infligendi & indulgentia postponendi, ubique publica vel utilitas fidelium, vel necessitas suaderet cogeretve (2). Sed ne forsitan etiam de ceteris criminibus, spe honoris Ecclesiastici animus intumescessens, superbe ageret pénitentiam, severissime placuit, ut post actum de crimine dananabili pénitentiam, nemo sit Clericus: ut desperatione temporalis aleitudinis, medicina major & verior esset humilitatis. Nam & sanctus David de criminibus mortiferis pénitentiam egit, & tamen in honore suo perficit. Et beatum Petrum, quando amarissimas lacrimas fudit, utique Dominum negasse pénitus, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo supervacua putanda est posteriorum diligenter, qui ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salutis muniretur; experti credo aliquorum fides pénitentias per affectatas honorum potent-

(1) Epist. 48.

(2) Epist. 50.

potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum.

XVI. Id jam ab Optato scitissime animadversum fuerat, Primum Ecclesie a Christo collatum fuisse Petro pœnitenti, clavesque Regni ceteris Apostolis communicandas (1): Bono unitatis beatus Petrus, cui satis erat, si post quod negavit, solam veniam consequeretur, & præferri Apostolis omnibus meruit, & claves Regni celorum communicandas ceteris solus accepit. Et infra: Stant toti innocentes, & peccator accipit claves, ut unitatis negotium formaretur. Provisum est, ut peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores.

Hæc ex optato miranda prorsus Christi dispensatio, qui principalem auctoritatem clavium Ecclesie & Cœli commendavit non innoxio, qui noxios posset aversari & excludere; sed pœnitenti, qui ne pœnitentes quidem possit abigere, nedum innoxios.

Sed & illud observari par est, cum non omnia prorsus scelera, quæ fores Regni celorum occludant, pœnitentia publica subiicerentur: non omnia etiam irregularitatem Clericis importasse. Ea quippe duntaxat flagitia, quæ publicæ pœnitentie laboribus eluenda erant Laicis, Clericos ab ordinibus & functionibus sacris summovebant. Atqui a Morino invictissime demonstratum est, scelerum publicæ pœnitentia obnoxiorum numerum paulatim crevisse, donec septimo circiter saeculo omnia prorsus ei necessitati subderentur; quo eodem quoque tempore contigit, ut publica tantum crimina publicæ, occulta occultæ pœnitentia remidis sanarentur. Verum tametsi tunc occulta crimina pœnitentia publicæ legibus eximerentur, non tamen ab irregularitatis absolvebantur vinculis. Hærebat ergo illis etiam clam perpetratis hæc irregularitatis infamia, quamquam non omnibus omnino, ut hic liquebit. Triumfissimo tamen sermone a sanctis Patribus dicebatur, crimine quævis Ordinum januam aditumque obstrui, quod crimen non dicitur tunc nisi capitale, cujus comparatione reliqua venialia videri, & dici poterant.

XVII. Alibi certe docet Augustinus, nunquam a Petro peractam fuisse illam pœ-  
Thomas. Tom. IV.

nitiam publicam humilemque, de qua mentionem faciunt Canones Ecclesie. Candum est, ne ita putetur egisse pœnitiam Petrus, quomodo agunt in Ecclesia, qui proprie pœnitentes vocantur. Et quis hoc ferat, ut primum Apostolorum inter tales pœnitentes numerandum putemus? Sed criminis ipso, non criminis pœnitentia illecebatur irregularitas. Itaque verissime dicitur Petrus eximium in hac parte indulgentiae exemplum fuisse, & potuisse Ecclesiam posterioribus his saeculis exemplo Christi sponsi sui eandem explicare humanitatem, cum hortabatur caritas, cum urgebat necessitas, & eos qui lapsi erant, his irregularitatum laqueis expedire, ut tradidit auctor libri de vera & falsa pœnitentia (2) inter opera Augustini; ubi tamen id desiderat, ut rariuicula sint hæc exempla.

Verum illud imprimis observandum est, eam dispensationem, de qua differit Augustinus, & ejus forma in Petro præludxit, ad eos spectare tantum, qui jam ordinati sint. Ceteris enim a Paulo declarat Ordinibus interdictum omnino esse, si baptismo semel mundati, rursus inquinentur. Ideo Paulus quando eligit ordinandos, vel Presbyteros, vel Diaconos, vel quicunque ordinandus est ad Preposituram Ecclesie, non ait, si qui sine peccato est, hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur. Sed ait, si quis sine crimen eß, sicut eß homicidium, adulterium, aliquæ immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cetera hujusmodi. Ita videtur Augustinus ex Paulo flagitiis omnibus capitalibus irregularitatem indicere.

XVIII. Non declinavimus ab orbita, ubi ex Augultino & Optato patrocinium mutuati sumus posteriori disciplina. Nunc ad antiquiores rursus mores Canonesque reflectenda oratio est. Clericis omnibus id sedulo præcipit Julianus Pomerius, ut quolibet capitali crimine consparcati, subducant ipsi se se sacris Altaribus, occultam & seriam pœnitentia publicæ laboribus defungi. De restitutione autem ipsorum in Ordinaria munia post impletam pœnitentiam prorsus filiet (3). Exceptis peccatis, que tam parva sunt, ut caversi non possint, pro quibus quotidie Deo clamamus, Dimitte nobis, &c. Non excipit ergo nisi veniales culpas: ali- M-m quod

(1) L. ult.

(2) De vita contempl. L. 2. cap. 7.

(3) Cap. ult.

quod crimen occulte admittunt, &c. Illud propriis confessionibus produnt, aut ipsi in se voluntarie excommunicationis sententiam ferant. Eisdem ergo legi obstringebantur crimina quælibet quantumvis occulta.

XI. Germana Isidori Epistola Concilii consentanea.

XIX. Narrat in historia Lausiaca Palladius, ut a sanctissimo viro Macario ad resipicentiam adductus sit Presbyter, carnarium ante voluptatum cœno immersus, spoponderitque se nunquam amplius Sacramentum celebraturum; sed in laicorum turba latitaturum reliquo vite tempore (1). Spopondit se amplius non peccaturum, nec Altari ministriaturum, sed sortem laicam amplexurum, λαϊκόν εἶπεν. Praclare adnotavit doctissimus vir Valelius (2), ex Eusebii verbis colligi non posse, quod Joannes Apostolus præficerit Ecclesiæ juvenem illum, quem ex Latronum contubernio astrinxerat, sed quod Ecclesiæ restituerit. Restituit Ecclesia. ἀποκατέστη τῇ ἀκληρίᾳ.

## C A P U T L V I I . P . 2 . l . 2 . c . 1 5 .

De Irregularitate criminum ac capitalium VI. VII. & VIII. saeculo in Hispania.

I. Enumerantur irregularitates ex Concilio IV. Toletano.

II. Hormisdæ Pape auctoritas & ratio. Cum censor sit criminum sacerdos, merito criminis quolibet arceri quemlibet a Sacerdotio.

III. Irregulares sunt paenitentes, non propter paenitentiam, sed propter crimen. Probatio ex iis, qui adventante morte paenitentie habitum inducebant, nisi proflus immunit, nec irregularitatibus subjiciendi.

IV. Ille de Concilio delimitatione aliquam.

V. Aliorum Conciliorum vigor indecessus.

Exemplum Potamii Episcopi.

VI. Exemplum Gaudentii Episcopi.

VII. Quamvis occulto criminis irregularitas adhaerescebat.

VIII. Probationes ex Isidoro Hispalensi.

IX. Ejus Epistola ad Massanum suppositionis est. Probationes.

X. Aliæ ad idem probationes. Explicatur Canon Anoyranus, quem fabrisator hujus Epistola minus intellexit.

I. Regularitas impedimentum est Canonum, quo tum Nominationes irritæ fiunt, tum Electiones. Postquam ergo verba fecimus de Nominationibus, antequam ad Electiones accedamus, ediffrendas hic adgredimur irregularitates, quas univeritas uno Canone complectitur Concilium Toletanum IV. (3) Deinceps qui non promoventur ad Sacerdotium, ex regulis Canonum necessario credimus inferendum, id est, qui in aliquo criminis defecti sunt qui infamia nota aspersi sunt, qui sceleris aliqua per publicam paenitentiam admisisse confessi sunt. Hæc prima est irregularitas, quæ hic elucidabitur etiam prima, ut illudem insistamus hujus Concilii vestigiis. Qui in heresin lapsi sunt, qui in heresi baptizati, vel rebaptizati esse noscuntur. Hæc altera est irregularitas, quæ & ipsa a criminis proficiscuntur. Qui femei ipsos abscederunt, aut naturali defectu membrorum aut decisione aliquid minus habere noscuntur. Hæc tertia est, partim ex criminis partim ex defectu naturali, vel fortuito. Qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti sunt, aut numerosa conjugia frequentaverint, aut viduam, vel a marito reticam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas aut fornicarias habuerunt. Variae sunt hæc bigamorum classes, ubi culpa neicitur cum defectu mysticæ significationis. Qui servili conditione obnoxii sunt. Qui ignorati sunt. Nulla hic culpe suspicio. Qui Neophyti sunt, qui laici sunt. Nemini non exploratum est, quam hi non sint idonei sacris Ministeriis. Qui seculari militiae deti sunt. Qui Curia nexibus obligati sunt. Servitutes hæc sunt, quæ cum Clericorum libertate a terrenis omnibus vinculis absolute, conciliari non possint. Qui inscit litterarum sunt. Laico non criminis vertitur ignorantia: at Clerico plurimorum ea scabera est peccatorum.

II. Initium ergo sumamus a prima istarum irregularitatibus, seu a convictione, & infamia, vel confessione criminis in publicæ paenitentiar stadio. Rescribens ad Episcopos Hispaniæ Hormisdæ (4) ex Canonum norma irreprehensibiles esse debere statuerat eos, qui Ordinibus essent initiandi, hoc est

(1) Hist. Laus. cap. 20.

(2) Nota in hist. Euseb. pag. 52.

(3) Cap. 19.

(4) Epist. 25.

est sine crimine , ut criminolos libere & fidenter objurgare & corripare possent . Irreprehensibiles esse convenient , quos praeesse necesse est corrigendis . Nec vero poenitentibus aditum ad eos ullum posse patere . Sed nec de poenitentibus quisquam ad hujusmodi gradum prophanus temerator aspiraret . Quia conscientia absolvit reum , qui se peccata sua populo scit teste confessum ? Quis enim quem paulo ante vidit facientem , veneretur Antistitem ? Preferens miserandi criminis labem , non habet lucidam Sacerdotii dignitatem .

III. Quibus ex Hormisdæ verbis illud quoque manifestum est , non poenitentia , sed crimen obstrui fores Ordinum . Quod perspicue rursum patet ex Concilio Gerundensi , a quo decernitur , ut quibus impossitæ sunt manus in poenitentiam , ex gravi morbo decumbentibus , ii ad Ordines eniti possint , ubi sese & vires recuperarint , si modo nullo se unquam criminis , quo irregularitas illidatur , inquinariant (1) . Qui agritudinis languore depresso , poenitentia benedictionem , quam viaticum deputamus , per communionem acceperit , & postmodum recorvalescens , caput poenitentie in Ecclesia publice non subdiderit , si prohibitis vitiis non detinetus obnoxius , admittatur ad Clerum . Altero post sæculo idem confirmatum est (2) in Concilio Toletano IV .

IV. Ilerdense Concilium singulare quadam humanitate delectari videtur , quando Clericos adulterii reos , peremptaque adulterinæ suæ prolis , exuctorat quidem , sed post poenitentiam Canonicam sedere patitur inter Ecclesiæ Cantores (3) . Si Clerici fuerint , officium eis ministrandi recuperare non liceat , attamen in choro psallentium , a tempore receptæ communionis interfint . Plus habet etiam admirationis hujus Concilii lenitas , cum Episcopis liberum esse jubet , ut Clericos semel carne lapsos , qui statim emergerint ex eo cœno , strenuamque exegerint poenitentiam , permittant prioribus suis Ordinum functionibus , nulla residua spe ad superiores Ordines eluctandi (4) . Hi qui altario Dei deserviunt , si subito inflenda carnis fragilitate corruerint , & Domino respiciente digne poenituerint , maneat in potestate Pontificis , vel veraciter afflictos non diu suspendere , vel desdiiosos prolixiori tempore ab Ecclesiæ corpore segregare , ita tamen ut sic officiorum suo-

rum loca recipiunt , nec possint ad aliora officia ulterius promoveri . Si iterum tamen in easdem fortes revolvantur , jam nulla eis communionis degustandæ spes , nisi ubi animam agere ceperint .

V. Multo constantius Concilium Toletanum X. pro antiquo Canonum vigore pugnavit , cum irrevocabili depositionis jactu confixit Potarium Episcopum Bracharensem , quamvis jam videri posset consimile flagitium expiatio spontanea abdicatione , spontanea secessione in carcerem , quo se ipse volens incluserat jam a novem mensibus , denique publica criminis sui confessione in Concilio , tam voce , quam scripto . Quæ omnia sincerae & sine fuko poenitentia argumenta , lacrymis gemitibusque commendata , impulerunt illa quidem ut paulo remissius agerent : sed haec ipsa lenitas & remissio iufractam vel maxime Canonum observandorum auferitatem illustravit . Uno enim & inani Episcopi nomine Potarium solati sunt ; dignitate , aut functione qualicunque prorsus interdixerunt , ne & seipso , & ipsum pari damnationis periculo immigererent . Licet hunc paterna antiquitas sacræ regulis dejicere ab honore decernat : nos tamen miserationis iura servantes , non abstulimus nomen honoris , quod ipse sibi sui criminis confessione jam tulera , sed valida auctoritate decrevimus , perpetuæ poenitentie hanc inservire officiis , & arumnis : providentes melius illum per asperam & dumosam ire poenitentia solitudinem , ut quandoque perveniret ad refrigerii mansionem ; quam relictum in voluntatis suæ latitudine , ad precipitum dejici eterna damnatione . Denique ne qua residua specula sese deluderet & deluderetur Potarius , successor illi subrogatus est in Episcopatu , innovatusque est Canon pristinus Concilii Valentini , quo Episcopatu , Presbyteratu & Diaconatu extruditur , quisquis ordinationis tempore semetipsum gravat cuiuscunque mortalis criminis confessione .

VI. Ad Concilii XIII. Toletani Patres misit Gaudentius Episcopus , qui percontarentur , an inter anguitias gravissimi morbi accepta poenitentia , posse sibi redditus , Episcopales rursus attentare functiones . Responsum est a Svnodo , posse , si modo nil lethalis criminis admisisset , nil confessus esset (5) . Si se mortalium criminum professione propria non notarit . Si enim crimi-

M m 2 ne

(1) Can. 9.

(2) Can. 54.

(3) Can. 2.

(4) Can. 5. (5) Can. 10.

ne a Sacerdotio eliminamur : qui fieri potest , ut & poenitentia criminum expiatri-  
ee eliminemur etiam ? Cum Sacerdos tunc  
sibi licetum sacrificare sciat , quando a ma-  
tis actibus vocat , qua ratione , qui poeni-  
tentia remedium suscipit , quod datur in  
remissionem peccati ; a sacrificiis divinis se  
abigit ? Declinandum est Presbytero , quo  
maculatur , nequaquam autem quo emacu-  
latur . Ambigenda sunt ab omni Sacerdote ,  
que maculante , exercenda que mundant .  
Itaque tam Clericis consentanea est poeni-  
tentia , quam ab eorum instituto alienum  
crimen .

VII. Sed hujus Canonis illud potissimum  
animo mandandum est ; si qui dum poenitentiam  
subit , nihil sacerdotis confiteretur :  
postea in tele regressus , aculeis se peccato-  
rum quorundam clandestinis compungi sen-  
titat : tum ille se sibi judici reum sistere  
debet , suo se judicio premere , damnare ,  
excommunicare , adeoque exauditorare . Nec  
enim crimen eo irregulares facit , quo pu-  
blicum est , sed quo crimen est . Ceterum  
si sub poenitentia perceptione consistens , ni-  
hil mortalis criminis se admisisse prædixerit:  
attamen quod fateri hominibus erubescit ,  
absconsu intra claustra sui pectoris delite-  
scit ; neverit ipse sibi de se potestatem esse  
concessam , ut juxta conscientia sua fidu-  
ciam , utrum audeat , aut non audeat sa-  
crificare Deo , ex sui potius arbitrii pot-  
estate , quam ex nostri judicii permissione  
præcedat . Quo manifestissimum sit , qui-  
cunque sibi initus clam & Deo reus erat  
ejus criminis , quod omnes prouersus morta-  
les secessisset , irrevocabili tamen eadem  
illa depositionis sententia seipsum compri-  
mtere debuisse , & ab omnibus munis sacerdotalibus abstinere . Si enim integrum  
fuisset crimen silentio premere , occulta illud  
poenitentia abolere , nec dignitate inter-  
im exxi , vel Beneficio . Ecur Episco-  
pi , ceterique beneficiarii crimen suum nu-  
dassent ? Ecur , quam effugere poterant ,  
depositionem sua confessione provocassent ?  
Ecur tanta in eos laxitia , qui doloris &  
poenitutinis vi adigebantur , ad denudan-  
dum crimen suum ? & in illos ex adverto-  
tam intempestiva lenitas , qui tegendi , quam  
expiandi criminis cupidores ; muniendæ fa-  
mæ , servandæque dignitatis , quam procu-  
randæ salutis suæ amantiores , vel hinc esse

prodebantur ? Ecur sese ipse post crimen  
admissum abdicasset sponte sua Potamus ?  
Ecur in Concilio publicam confessionem  
sceleris edidisset ? si per Canones licuisset  
poenitentia privata fungi , & eo suam ter-  
vare sibi dignitatem ?

VIII. Horum Conciliorum interpres lo-  
cupletior Isidorus Hispanensi eorundem fere  
temporum Episcopo , ne optari quidem po-  
test . Atqui testatum facit ille , 1. Qui ab  
innocentia baptismio parta desciverit , eum  
spem omnem sacerdotii abjicere debere ,  
ut sibi posthac inaccessi . 2. Qui si post  
Ordines suscepitos mortali implicuerit flagi-  
tio , eum ab eorum sacris functionibus ab-  
stinere se ipsum debere . 3. Quantumvis  
occultum crimen non effugere Dei oculos ,  
eoque & Ordinibus & Ordinum functioni-  
bus abstinentium ei esse , qui sibi conscius  
sit . Dicam infra de his criminibus (1) .  
Quod autem quis post baptismum aliquo  
mortali peccato corruptus , ad sacerdotium  
non promoveatur , lex ipsa testatur . Moyses  
enim præcepit Sacerdotibus , ne aliquid pe-  
cus vitiatum ad aram offerant , &c. Si enim  
is qui in Episcopatu mortale aliquod pecca-  
tum edmisserit , non debet offerre panes Do-  
mino ; quanto magis ante ordinationem pec-  
cator inventus , repudiari debet , ut non  
ordinetur ? Quapropter quia lex peccatores &  
Sacerdotio removet , consideret se unusquisque ,  
sciens quia potentes potenter patientur  
tormenta ; retrahat se ab hoc non tam hono-  
re , quam onere ; & alicrum locum qui di-  
gni sunt , non ambiat occupare . Qui enim  
in erudiendis atque instituendis ad virtutem  
populis præerit , necesse est , ut in omnibus  
sanctus sit , & in nullo reprehensibilis ha-  
beatur : Qui enim alium de peccatis arguit ,  
ipse a peccato debet esse alienus , nam qua  
fronte subjectos arguere poterit , cum illi  
statim possit correptus ingerere : ante doce-  
re , que recta sunt . Quapropter qui negli-  
git recta facere , definat recta docere . Hæc  
doctrina , hæc rationum summa Concilio-  
rum Hispaniaz , quibus intercluditur aditus  
Ordinum & Beneficiorum omnibus sceleri-  
bus , etiam occultissimis .

IX. Hinc prorius colligitur commenta-  
tiā illam eise ad Massanum Episco-  
pum (2) , quæ Isidoro tribuitur , Epistolam .  
Nugatorie pene & incondite ibi illa pro-  
pinatur doctrina de Clericis ad suas revo-  
candis

(1) De Eccles. Offio. I. 2. cap. 5.

(2) Inter opera Isidori pag. 352.

candis functiones , post decursum pœnitentiax stadium ; quæ nec Isidoro consentiat semetipsum alibi luculentius interpretanti , nec Hispaniensi eo & Disciplinæ sacrax , nec decreti Conciliorum ejusdem ævi & regionis , quæ paulo ante protulimus . Sed ne fingi quidem potest alienius quidquam , aut insulsius ea , quam Scriptor iste commentatur concordia inter priscos Canones , quorum alii criminosos ab Ordinibus funditus summoveant , alii post peractam pœnitentiam hanc illis januam recludant . Tantum quippe abest , ut per antiquos Canones fas fuerit pœnitentia defunctis ad Ordines anhelare : ut pœnitentes universim irregularitatibus notissimæ cauterio inurerentur : & quanquam ipsa irregularitatibus infamia non imprimetur pœnitentia ipsi per se : erat tamen in ore & in usu Conciliorum , Patrumque & Pontificum sermo ille tritissimus , Pœnitentes omnes & pœnitentia functos ad suscipiendos , & exercendos Ordines irregulares esse .

X. Illa ipsa exceptio eorum , quibus imposita fuerat pœnitentia , nullo notatis criminis , satis indicat superque , immunitate criminum , non pœnitentia fervore fores Ordinum pandi solitas . Hujus Epistolæ consarcinato duos in sui defensionem Canones alstruit , quibus tota hac ejus fabulosa commentatio destruitur & dissipatur . His enim definitur (1) , ut Presbyteri & Diaconi , quibus craciatur vis extorsit , ut Idolis thuris aliquid adolerent , quique pœnitudine mox ducti , pugna se reddiderunt , nobilemque reportarunt palmam ; in totum a functionibus Ordinum abstinentur , quanquam sedere deinceps finantur inter Presbyteros & Diaconos , & copia fiat Episcopis , ut Diaconis pluriculum aliquid indulgeant .

XI. Hanc Gratianus (2) laudavit Epistolam , quod eam senserit sui ævi disciplinæ consentire , de qua inferius agemus . Poterat illi hoc se errore exuere , si protulisset veram Isidori Hispanensis Epistolam ad Helladium , aliosque Episcopos synodice collectos ad definiendam causam Cordubensis Episcopi , qui infanda se carnis voluptate contaminaverat . Hortatur Isidorus hac Epistola Episcopos , ut tota se arment severitate Canonum , ad ulciscendam contumeliam gravissimam sacerdotali Collegio

irrogatam (3) . Cum effusione lacrimarum vestram sanctitatem deposcimus , ut idem lapsus , sancto cœtu vestro presentatus , agnito a vobis confessionis eloquio , synodali sententia , a gradu sacerdotii deponatur . Melius est illi , ut temporaliter deponatur a vobis , quam æternò damnetur iudicio . Levior est illi presentis temporis ignominia , quam futura gehenna tormenta . Sciat enim se amississe nomen & officium Sacerdotis , qui meritum perdidit sanctitatis . Quapropter iudicis vestri decreto , pœnitentia perpetim flagitia perpetrata lamentatione deparet , &c. In hoc vero contextu tota res fulget superiorum Hispaniensium Canonum indoles , austeritas , disciplina , contextio verborum ipsa . Denique non aliam lapsu huic Episcopo spem ostendit Isidorus , quam remissionis peccatorum , post expletum cum vita ipsa sua pœnitentia curriculum . Fortasse porrigit illi manum quandoque Spiritus sanctus , ut per dignam satisfactionem mereatur accipere peccatorum remissionem .

## C A P U T L V I I I . P. 2. l. 2. c. 16.

De irregularitatibus criminis in Gallia , isdem mediæ ætatis seculis VI.

VII. VIII.

I. In Gallicanis Conciliis pœnitentes irregulares .

II. De Episcopis rerum sermo ante lapsum Conumeliosi .

III. Intercedit Cæsarius , ne mitius in eum consulatur .

IV. Universum Concilia & Pontifices criminum omnium conscientios Cleri liminibus ejiciunt .

V. Quantumvis occulta crimina irregularitati obnoxia .

VI. VII. Nova testimonia in eos , qui prioribus uxoribus suis post ordinationem copulabantur .

VIII. IX. Exempla contraria Episcoporum Arverni & Laudunensis . Responsio .

X. XI. Alia exempla .

XII. XIII. Confirmatio antedictorum ex Epistolis petita Zacharie Papa , & Bonifacii Archiepiscopi .

XIV.

(1) Can. 1. 2.

[3] Pag. 694. ejus operum .

(2) D. go. C. Domino sancto .

XIV. Necessario & cum laude dispensatione usus est Bonifacius, eis locis, temporibusque & causis, quæ Ecclesiæ tandem eogerunt, ut extremis his sculis temperatiori disciplina sese accommodaret.

I. Nec minus religiose Gallicana Ecclesia Ordinibus & sacro ministerio noxios & pœnitentes omnes interdicebat. Concilium Agathenie aditu etiam illos minorum Ordinum propulsat, & si qua fraude irreperint, Diaconatus & Presbyteratus muniis propriis eos arceret (1). De pœnitentibus id placuit observare, quod sancti Patres nostri synodali sententia censuerunt: ut nullus de his Clericus ordinetur, & qui jam sunt per ignorantiam ordinati, ut sicut bigami, aut internuptarum mariti, locum teneant: ministrare Diaconus, aut consecrare ad altare hujusmodi Presbyter non presumat.

Concilium Aurelianense I. Presbyteros & Diaconos omnes gradu dejicit, capitalis flagitii affines (2). Si Diaconus aut Presbyter crimen capitale commiserit; simul & officio & communione pellatur. Si extrema premat necessitas, unum id permittit, ut baptismum donent (3). Si Diaconus aut Presbyter pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submoverit, sic quoque, si alii defuerint, & causa certa necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizari.

Horum Conciliorum verbis capitalia omnia continentur crimina, & irregularitati subjiciuntur, quantumvis occulta. Idem habet de pœnitentibus Epaonense Concilium (4): Pœnitentiam profesi ad Clericatum penitus non vocentur: Presbyterosque & Diaconos flagitio qualibet sordidatos in Monasteria conjicit, ubi reliquum vitæ tempus omne pœnitentia impendant (5). Si Presbyter aut Diaconus crimen capitale commiserit, ab officii honore depositus, in Monasterium retrudatur, ibi tantummodo, quandiu vixerit, communione sumenda.

II. Capite superiori patuit non semel in Hispania adverlus Episcopos ipsos incontinentes rigore Canonum toto levitum esse. At hi Gallicani Canones distinguuntur tantummodo in Presbyteros, Diaconos, atque inferiores alias Clericos illudem sordibus implicatos. Non alio quidem ex capi-

te necesse est eam diversitatem arcere, quam ex eo quod Synodorum providentia in eos maxime excubet errores lapsusque emendandos, qui quolibet loco & tempore serpunt. Juvat tamen observare, Episcopos Gallie in varias scissos fuisse sententias, cum ventilari coepit causa Regiensis Episcopi Contumeliosi, qui carnalis flagitii infamia Ecclesiam Gallicanam conturbaverat. Consultit Cæsarius Arelatenensis Archiepiscopus Joannem II. Papam, a quo accepit Breviculum Canonum, quibus Episcopis capitalis flagitii conscius irrevocabilis depositionis mucrone confoditur: accedit & Epistolam, qua spes venia & dispensationis prorsus amputabatur (6). Dolemus de amissione Pontificis, rigorem tamen Canonum servare necesse est. Atque ideo predictum ab Episcopatus ordine nostra suspendit auctoritas. Nec enim fas est pollutum criminibus, sacris ministeriis deserire. Sed te ordinante in Monasterio dirigatur, ubi in pœnitentia lacrymas effundere non omittat, &c.

III. Suus Cæsario exacendum fuit zelus adversus moliores quosdam Episcopos, qui ut Collegæ parcerent, totum Episcopale Collegium de honestatum ibant; nec quidquam pensi habebant, nec verebantur, ne absolvendo Contumelioso damnationis sententiam in Pontificem, in Nicænos Patres dicerent, & in tot alia Concilia, in Contumeliosum prædamnarant. Sed forte major est in illis pietas, quam in trecentis decem, & octo Episcopis: major in illis misericordia, quam in sancto Joanne Apostolico Papa; major caritas, quam in reliquis sanctis Sacerdotibus, qui hoc pro exemplo vel remedio Ecclesiarum, suis definitionibus deliberaverunt.

Præceps ruit quisquis assurgit supra tot sanctissimos Episcopos: quisquis insignera reum tuerit, ipsi patrocinatur sceleri, & malum curando exulcerat. Quæ est ista justitia inimica benignitas, palpare criminosos, & vulnera eorum usque in diem judicij incurata servare? Denique contestatur Cæsarius, qui sacrum ministerium ita profanarunt, eos ita ejiciendos esse, ut omnes eis in posterum additus obstruantur, & restitutioonis spes praecidatur juxta scita Canonum. Et ideo justum est, ut dum eis, secundum omnium Canonum statua, redeundi

(1) Can. 43.  
(2) Can. 9.  
[5] Can. 22.

(3) Can. 12.  
(4) Can. 5.  
(6) Con. Gall. T. 1. p. 222.

**S**i ad honorem aditus clauditur, tandem aliquando tam gravi malo finis congruus imponatur. Sede sua motus est Contumeliosus, appellavit, appellationem admisit Agapetus Papa, mandavitque ut dum Judices in partibus delegare posset, ea Ecclesia a visitatore Episcopo regeretur, alieneturque ab Archidiacono Contumeliosus, suspensus interim ab omni Episcopali ministerio, & a potestate offerendi.

Non minus indulgentes fuissent Concilii Cabilonensis Patres anno 582. aduersus duos contaminatores magis Episcopatus, quam Episcopos, Salonium & Sagittarium; nisi post adulteria & homicidia, quæ illi stupendum in modum effeminati, non depositione, sed paenitentia sola elui posse sperabant, accessisset crimen læse maiestatis. Ita rem narrat Gregorius Turonensis (1): Non solum de adulteriis, verum etiam de homicidiis accusantur. Sed haec per paenitentiam purgari censentes Episcopi, &c.

IV. Cum hæc ita se habuissent, indiscriminatum jam comprehendendi coepere & Episcopi in Canonibus, qui hac de causa edebantur. Concilium quippe Aurelianense V. ita edicebat (2): Nulli viventi Episcopo alius superponatur, aut superordinetur, Episcopus, nisi forsan in ejus locum quem capitalis culpa dejecterit.

Concilium Cabilonense anni 650. ad Theodosium Episcopum Arelatensem scripsit, debere eum, cum in numero fuisset paenitentium, inter depositos etiam femeū segregare, usque ad proximum Synodum. Nam & scripta qualiter vos constituit esse professos, vestra manu vidimus, & Comprovincialium vestrorum manibus. Unde vos credimus jam legisse, nec penitus ignorare, quod qui publice paenitentiam proficeatur, Episcopalem Cathedram neo tenere, nec regere potest. In responsis ad Bonifacium Archiepiscopum Zacharias Papa jubet (3), ut in Concilio Galliæ Episcoporum dejectat sede & gradu Episcopos, Presbyteros, Diaconosque fornicationis vel adulterii convictos, vel fusi sanguinis Christianorum, Paganorum in bello, cui se le propter fas inimiscuerint. Tua fraternitas in memorato Concilio, si quos repeterit Episcopos, Presbyteros & Diaconos contra Canones vel Statuta Patrum excessisse: id est, in adul-

terio, vel fornicatione inventi fuerint, vel plures uxores haberint: aut si sanguinem Christianorum, sive Paganorum effuderunt, vel etiam aliis capitulis Canonum obviarunt, nulla ratione permittat sacerdotio fungi. Cumque hi Sacerdotii profanatores nefcio quas aliquando venditarent dispensationes Pontificias, ne dignitate sua excuti possent: rescripsit Pontifex, commentitias, subdititiasque esse eas dispensationes, nec enim a Pontificibus unquam concedi dispensationes canonicas regulis inimicas: denique præcipit Pontifex, ut hujusmodi scelerum convicti inexorabili damnatione percellantur. Nam & de Sacerdotibus, qui adulteri & fornicatores probantur, & sibi ab Apostolica Sede indultum esse teſtantur, & licentiam predicationis sibi esse concessam; hoc nulla ratione credat tua sancta fraternitas; sed similiter in eis canonicas exerce vindictam. Non enim aliud agere volumus, præterquam quod sacrae precipiunt Canones.

V. Ex his duabus Zachariæ & Bonifacii Epistolis edocemur, quæ illa essent capitalia crimina & mortalia peccata, in quæ tot jacula indeclinabilis depositionis a Pontificibus a Synodis vibrata sunt. Zacharias Papa eo numero fuisse addocet adulterium, fornicationem, homicidium qualemque, etiam in bello atque in prælio aduersus Gentiles; nec enim bello prælioque cuicunque Clerici interserere se debent, aut manus ipsi conserere. Cetera crimina capitalia promiscue ibidem his verbis insinuantur. Vel etiam aliis capitulis Canonum obviasse repereris. Commendat autem non multo post debere maiores Clericos abstinere se ab uxoribus, si quas ante Ordinationem duxissent; sed an hujus legis prævaricator depositione plectendus foret, id vero non exprimit. Ita quidem a priuis Synodis & Pontificibus definitum fuerat: sed non injuria ambigeret quis, an hic Pontifex lenitate & remissione utendum sibi duxerit, eo loco & tempore, quo Clerus voragine quadam luxuriaz demersus erat. Retulerat enim ad Pontificem Bonifacius de causa tantum Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, qui quod horrendum dictu, uno eodemque tempore quaternas, quinasque, adeoque & plures lateri suo affixas concubinas habebant. Rerulerat & de

(1) Barow. an. 582. n. 2.

(2) Con. Gall. T. 1. p. 533.

(3) Cas. 12.

280

& de iis Episcopis ; qui nulla quidem infanda libidine sese inquinabant , erant tamen ebrios , injurios , vel venatores . De his postremis nihil rescribit Pontifex , eoque innuit forsitan non debere has culpas depositione plecti . Universim tantum confirmat , religiosissime servandos esse Canones (1) : *Quidquid aliud contra Ecclesiasticam regulam eos excessisse repereris . Canones sive instituta Patrum præ manibus habeto , & juxta quod in eis edictus fueris , discerne .* Denique jubetur a Pontifice Bonifacius , totum distingere rigorem Canonum in eos Presbyteros , qui dum ordinarentur , superioris vitæ suæ pudenda flagitia dissimularent . Si quos Presbyteros , qui de laicis promoti fuerint ; & antea criminalibus causis obvoluti , celantes peccatum suum , ordinati sunt ; postmodum vero manifestata est eorum iniqua actio ; hos Sacerdotali habitu privatos , paenitentie submitte , non enim odit Deus peccantem & confidentem , sed peccantem & negantem . Quibus postremis verbis liquet hoc criminum preteritorum silentio exaggeratam fuisse irregularitatem , confessione vero quodammodo elevatam . Odit enim Deus non confidentem , sed occultantem scelera sua , quorum ipsa jam confessio detestatio quædam est ; odit similiter Ecclesia simulatam ex occultatione criminum innocentiam , eorundem confessionem ex infucata penitudine profectam amplexatur , etiæ sacris vel muniis , vel Ordinibus non statim admoveat .

VI. Ad Amandum Traiectensem Episcopum scribens Martinus I. Papa , laicos Clericatu summoveri pronuntiaverat quoenam demum suo crimen , jam ordinatos irrevocabiliter exauktorari . Qui semel post suam ordinationem in lapsum cediderit , deinceps jam depositus erit , nullumque gradum Sacerdotii poterit adipisci . Sufficiat ei quoad vixerit , in paenitentia perdurre . Si enim tales quarimus ad sacros Ordines promovendos , quibus nulla ruga , nullumque vita contagium mentes & corpora prepedit : quanto magis , &c. Absolutius dici non poterat restitutio spem omnem excindi .

VII. Miserat Joannes II. ad Cæsariorum Arelatensem in causa Contumeliosi Episcopi Epistolam Syrici Papæ , qua Clerici

majores dejiciuntur , qui ab uxoribus ante Ordinationem ductis , postea non continuissent , itemque Apostolicum Canonem ; qui perjuros & fornicators eadem depositione percellit . Addiderat & cum Cæsarius Arauicanum Canonem , quo damnantur Presbyter & Diaconus propter incestam jama cum priore uxore sua copulam . In Concilio III. Aurelianensi eadem exauktoratione multabantur , qui adulterii , furti , vel falsi crimine se implicatos fuisse , vel convicti vel confessi fuissent (2) . Si furtum , aut falsitatem admiserit , quia & ipsa capitalia sunt crimina . Quoad perjurium , biennii tantum excommunicatione , seu suspensione feritur .

VIII. His ita præstitutis præfixisque tribus regulis 1. quovis mortali criminis , sive publico , sive occulto , abdicatos fuisse Clericos . 2. Nec ubi ita semel abdicati essent , revocatos unquam fuisse . 3. Quolibet etiam crimen ejusmodi laicis occulias fuisse in perpetuum Cleri Ordinumqne fores : jam in his in contrarium exemplis , fruetur quisque suo iudicio . Beatus Remigius Remensis Archiepiscopus in Epistola ad tres Episcopos Franciæ , assentiri videtur (3) , ut Claudio Presbyter post exhaustum paenitentiarum stadium a ministerio suo non cadat . Verum præterquam quod ejus Epistola contextus implicatus & perobscurus est , alioque detecti facile potest ; dici potest rursum hoc fuisse veluti consecularium dispensationis ejus , quæ orante Clodovæ Regi indulta fuerat ; aut certe hoc fuisse singulare consilium beati Remigii , cui ceteri Galliarum Episcopi refragarentur . Denique dubius magis & anceps animi hærerem circa hanc Epistolam , quam circa tot Canones indubitatissimos superius accumulatos .

IX. Prope singulare facinus memorat Gregorius Turonensis ejus Episcopi , qui in Arverno Episcopatu beato Austremonio successit . Senator ille fuerat , statimque ut initiatus sacerdotio fuit , uxorem a se ablegarat . At aliquanto post tempore , intempestæ noctis silentio illa Episcopaliūm foribus cum astaret , querelisque illum suis fatigaret , domo tandem toroque admissa est . Filiola iuicepta , aliquando tandem poenitudine sera , sed teria stimulatus Episcopus in Monasterium secessit , ex quo rursum

(1) Ibidem . pag . 580.

(2) Con . Gall . T . 2 . p . 204.

(3) Cas . 7 . 8.

versus ad Ecclesias suæ gubernacula rediit (1). De perpetrato scelere condolens, acturus paenitentiam, Diaœcœs sua Monasterium expetiit: ibique cum gemitu & lacrymis, quæ commiserat dicens, ad urbem propriam est reversus. Huic exemplo illud Genebaldi Laudunensis Episcopi atroxendum est, quod ab Hincmaro in vita proditum est (2). Fallacis spei ludibrio Genebaldus, dum frequentius diutiusque converatur cum ea, quæ ante uxori sibi fuerat, nunc erat soror, ut eam regni celestis comparandi rationes edoceat, scemineis tandem blanditiis emolitus ira & falcinatus est, ut filium ex ea filiamque suscepserit. Paduit eum tandem, paenituitque turpitudinis suæ, beatumque ipse met Remigium, cognatum & Metropolitanum suum interpellavit, ut tetro quodam ipsum carcere concluderet, ubi per septeñanum ita lacrymis, squallore & macerationibus carnis, flagitiis sui maculam absterrit, ut cœlestibus monitis parens tandem Remigius, throno Episcopatus, pristinique eum funtionibus reddiderit.

X. Arverni Episcopi exemplum, factum est, quod juri nihil possit officere; aut tantæ Canonum multitudini, ac perspicuitati opponi. Unius impunitate sceleris scelerum ultrix non abolescit, non debilitatur lex. Quod ad Genebaldum attinet, tam insitata & mirabilis tota ea quidem narratio est, ut miraculo magis esse possit, quam exemplo: si nulla tamen ex parte labat rei gestæ fides.

Cadurcensis Episcopi paenitentia a Gregorio Turonensi scriptis mandata (3), mea erat suspensio; nec ejus facinus ex eorum erat genere, quibus Canones irreparabilem irrogant depositionem.

Prætextatus Archiepiscopus Rothomagensis, ab exilio redux post obitum Chilperici Regis, Episcopatus sui administrationem recepit. Nimirum postquam Episcopus Parisiensis Regem Gyntramnum Episcoposque cœteros certiores fecit, Synodus illam quadraginta quinque Episcoporum, quam Prætextato Fredegundis objectabat, abdicationis sententiam nullam tulisse, sed ipsummet Episcopos exorasse, ut paenitentia sibi indiceretur (4). Scitote ei paenitentiam indictam a Sacerdotibus, non

Thomas. Tom. IV.

tamen eum prosus ab Episcopatu remotum. Ita memorat Gregorius Turonensis. Id quoque certo constare videtur, Episcopos eos quos adversus Prætextatum ad Parisiensem Synodum Chilpericus evocarat, hoc arte conatos esse Regem demulcere, & Prætextati dignitati consulere, atque hoc consilii ei dedisse, ut flagitaret ipse paenitentiam sibi peragendam indici in religioso aliquo secessu. Ea vero spontanea paenitentia, nec irregularitatem africabat, nec sacra quenquam spoliabat dignitate. Ebbo postea & Arnulphus Remenses Archiepiscopi, aliquie fortan hac eadem arte memorabili grattati sunt, ut fœvientibus iræ Regiæ procellis sele interim subducerent.

XI. Venio ad exempla usitatoria, & ubi juri & Canonibus locus fuit. Salonius Episcopus Ebredunensis & Sagittarius Vapencensis Episcopus de homicidio, adulterio, aliisque sceleribus accusati, in Concilio Lugdunensi damnati & Episcopatu abdicati sunt (5). Preceperunt Episcopi, ut qui talia commiserant, Episcopatus honore privarentur. Assentiente Rege ad Romanum provocarunt illi Pontificem, a quo & restitui jussi sunt, quod fieri non poterat, nisi vel obreptione, vel venia Canonum facta. Verum cum hi duo Episcopi in eandem flagitorum collusionem rursus se demississent, de homicidio rursus & adulterio rei acti sunt in Concilio Cabilonensi. Cunque in eam propenderent Episcopi sententiam, ut paenitentia potius, quam irremeabili ejectione ea flagitia expiatent, objectum est crimen Majestatis læzæ. Protinus discincti, & custodie traditi sunt, & successores eis designari (6): Objiciuntur eis crimina & non solum de adulteriis, verum etiam de homicidiis accusantur. Sed hec paenitentia purgari censentes Episcopi, illud est additum quod essent rei majestatis, & patriæ proditores. Qua de causa ab Episcopatu discincti, &c. Canonicis decreta consentiebat Lugdunensis hujus Concilii judicium, quibus irrevocabiliter deiiciuntur ejus generis facinorosi. Judicium vero Cabilonensis Concilii, quo indulgentiae magis studebat, non tam judicium fuit, quam conatus quidam, ut a Pontifice & Rege iniretur gratia, qui ad lenitatem

N n

tatem

(1) L. 1. Hist. c. 44.

(2) Surius die 13. Janua. c. 42. Flodoat. L. 1. c. 14.

(3) Greg. Tur. L. 8. c. 20.

(4) L. 7. c. 16.

(5) Greg. Tur. L. 5. c. 20.

(6) L. 5. c. 27.

tatem erant magis inclitati: Hac per poenitentiam purgari censentes Episcopi. Quibus verbis non definitiva insinuatur sententia, sed Episcoporum opinatio mollier remissiorque. Denique ejus Concilii decretorio iudicio damnati sunt illi duo Episcopi, obsissa omni restitutionis spe. Pontificum denique & Conciliorum adversus Contumeliosum conspiratio, abunde prodit, et si pauci aliqui molesterent Episcopi, longe plures tamen pro Canonum observantia strenue decertasse.

XII. His exemplis, paucisque forsan aliis apud Gregorium Turonensem (1), produntur quidem aut dispensationes aliquae justæ, necessearie, rarae; aut minime excusandæ nonnullorum Episcoporum defectiones a necessaria Ordinis & Officii sui constantia, quod idem & de particularibus quibusdam Conciliis dici potest: at his certe obnubilari nequamquam potest lux Canonum splendidissima, aut obrui paucis prævaricationibus inultis Ecclesiæ legum invictissima sanctitas. Daniëlem Vintonensem in Anglia Episcopum consuluit Bonifacius Magistratus Archiepiscopus, qua ratione versari debet in Aula Regum Galliæ, quorum gratia & twitione egeret omnino ad Apostolicæ Legationis suæ munia, & ad fidem circumiacentibus Ethniciis promulgandam: cum in eadem Aula essent, nec declinari a se ibi possent, qui ne Episcopatu deturbarentur, passi vindicabant, post adulteria & homicidia perpetrata, posse adhuc coelestis Agni sacerdotium & sacrificium exerceri. Abstinere se quidem ab Ecclesiastica horum communione. In sacris Mysteriis Corporis & Sanguinis Domini, cum eis non communicavimus, sed & consilium & consensum eorum devitamus. Sed vitare non posse, quin sibi quandoque occurrent in Aula Regia: et si Gregorio Papæ ordinatori suo pollicitus esset, si hos Prelates incorrigibiles experiretur, eorum se confortia declinaturum (2): Recole me ordinationis meæ tempore jurasse in corpore bapti Petri, talium communionem me declinaturum, si eos ad viam canonicas convertebam negaverim. Hoc scrupulo tum augebatur Bonifacii conscientia. Responsionem suam Vintonensis Episcopus ea pietate & eruditio temperavit, quæ expectationem quam sustinebat, non falleret: Nimirum cedendum & assentiendum esse Canonum.

sancitati, non multitudini prævaricatorum, si homicidæ non redintegrarentur communione nisi desinente pariter vita & poenitentia, non committi debere Sacerdotium Christi desperatae pravitatis Clericis; denique si vel bigamis non pateat aditus ad Cleicatum, qui scelerosis aperiatur? Si homicidis jugiter agnibus poenitentiam, circa exitum vite prefatio, id est, Christi communionis gratia conceditur: incorrectis qua ratione cura regiminis Christianæ conversationis injungitur? Adulteria qua conscientia sacerdotalis officium usurpabit, cum qui viduam, aut secundam duxerit uxorem, a Clericatu coercetur?

XIII. Egbertum quoque Eboracensem sanctissimum Episcopum percunctatus est idem Bonifacius, super causa Presbyteri, qui cum nefarias libidines suas poenitentia eluisset, ab Episcopis Gallicanis Parochiz sua regimen recuperaverat (3), Dum invenero Presbyterum jam ante multa tempore lapsum in fornicationem, & post poenitentiam rursus in officium gradus futi Francis restitutus est, &c. Quinque Sacramenta dispensabat solus ingenti Parochianorum multitudini, quæ si eo abdicato delitueretur, fraudareturque & Pastoris & Sacramentorum subsidio, verendum erat, ne in Paganam superstitionem, a qua nuper emergerat, resorberetur. Simile veri est confessisse Egbertum dispensationi, cui compensatio tam necessaria suffragabatur. Non habebat tamen Legatus Pontificius Bonifacius, quin ex vigore Canonum, etiam post actam poenitentiam abjiciendus fuisset ille Parochus. Si talem secundum justissimos Canones abstulero, &c. Post poenitentiam, &c.

XIV. Non paulo molestiore mox contingit causam Bonifacius, de Presbytero, qui Parochiam suam sanctissime administrat, famaque pietatis floret; & qui Episcopo tamen suo clam confiteretur facinus quod Canones depositione multant: Si invenero in peccamine lapsum, & iterum post poenitentiam priori gradu restitutum; de qua omnis multitudo sacerdotum & populum, bone opinionis confidentiam habuerunt, & si ille modo degradatus fuerit, secretum peccatum revelatum fuerit, & scandalizabitur multitudo plebium, & per scandalum plurime peribunt anima, & defensione oris vocem sacerdotum, & diffiden-

(1) L. 6. c. 36.

(2) Epist. 3.

(3) Epist. 29.

*dentia ministrorum Ecclesie, ut omnes perfidos, nulli credentes, despectos habeant.* Fatetur Apostolicus vir visum sibi dispensatione utendum, tolerandumque potius, ut sacra obiret poenitens Presbyter, quam ut offensioni esset tantis populorum turbis, quibus hiuc quanquam immerito, suspecti tamen fierent Presbyteri omnes: satius deinceps sibi visum, non deponi eum, qui innocentiae existimatione spoliari, & nocens declarari non posset, quin infantes omnes in eandem infamiam pertrahentur. *Quamobrem audactor presumptus, patientes & consentientes illum in ministerio divino persistere, existimantes levius esse dubium unius hominis periculum, & audaciam, quam ruinam & perditionem animarum pene totius populi.*

Quanquam ergo Bonifacius tuendi Canonum vigoris cupidissimus esset, ut qui in ipsa ordinatione sua spopondisset, in feque recepisset, ne post accuratam quidem poenitentiam passarum se, ut ad Altaria ministrarent, qui gravibus se piaculis post baptismum folidassem; cogente tamen necessitate adductum fuisse liquet ut non paucos huiusmodi toleraret. 1. In Aula Regum, ubi immadicabile malum & turba regorum ingens: quod tam non posset tunc Ecclesia Reges exasperare, quam eorum carere tuitione & benevolentia. 2. In Parochiis, quæ Pastoribus & adminiculis omnibus orbatæ fuissent, si poenitentes Pastores ex caesura Canonum facessere jussi fuissent. 3. In nonnullis Ecclesiis, ubi gradu moveri non poterat Presbyter clam poenitens, quia propalaretur ejus flagitium, & hinc offensio crearetur populus, infamiaque in Clerum omnem redundaret. Inferius autem elucefret his iisdem experimentis, rationumque momentis factum esse, ut disciplina priori exolescente, posterior, eaque regitudinibus nostris accommodator succederet.

## C A P U T LIX. P. 2. l. 2. c. 17.

De irregularitate criminis in Italia & in Oriente, seculo vi.

VII. & VIII.

1. *Ancipitem semper & dubium existima-*

*bat Gregorius penitentiam Episcoporum Clericorumque omnium, nisi restitutionis spes pro�us abrumperetur. Probationes.*

II. III. IV. *Probationes alia, spem redditus amputatam fuisse depositis semel Beneficiariis.*

V. *Præsbyteris lapsis Gregorius, post penitentiam exhaustam, concedebat, ut Monasteria regerent, ut Abbates crearentur; nequaque vero ut sacerdotiales functiones delibarent.*

VI. *Occulorum consciens cripnum nibi luminis repudiabat. Monachos Episcopatu ornari non sivebat, quantacunque virtutum edidissent documenta; nisi & canonicorum semper expertes fuissent criminum.*

VII. *Quæ essent hec crimina canonica, seu lethalia.*

VIII. *Erant nonnulla, que mortem anime & eternam conseiscerent damnationem, que nec poenitentia tamen publica, nec irregularitas subfessent.*

IX. *Quæ his adversa leguntur in Epistola Gregorii ad Secundinum, suppositio sunt.*

X. XI. XII. *Suppositio ea esse variis probationibus arguitur.*

XIII. *Objectiones ex Vigilio Papa.*

XIV. XV. *Consensus Ecclesie Graecæ.*

I. **S**uperiori Capite toto illud in primis diluxit, omnium constantissimos & prorius inexorabiles fuisse Romanos Pontifices in tuendis priscis Canonibus, eliminandisque a sacro quocunque ministerio criminosos omnibus, atque adeo poenitentibus, vel poenitentia defunctis. Sed cum patrocinii sibi aliiquid a Gregorio accersere voluerint contraria sententiaz & disciplinz sectatores: necesse fuit, ut eidem quæstioni elucidandæ hoc quoque caput adjiceretur, tum ut a Gregorio eam abstergamus invidiam, tum ut falsi arguamus eas Epistolas, quas & temeraria manus ei affinxerunt. Scriptit Sanctissimus Pontifex ad Petrum Subdiaconum Siciliæ, ut eligi curaret Episcopos ex Ecclesiæ cuiusque gremio, vel ex Monachis, in eorum locum, quos sua dejecerant crimina, & quibus conducibile erat, ut omnis præfecaretur redditus spes, quo totos se poenitentiaz derident (1). Si quæ civitates in Provincia Sicilia per Sacerdotum lapsus a Pastorali regimine vacare noscuntur: de Clero Ecclesiæ

(1) L. 1. Ep. 18.

*fiarum ipsarum, vel de Monasteriis, si qui digni ad sacerdotalem locum possunt inveniri, propicias, &c. Ita enim & locorum ordinatio proveniet, & revertendi lapsus ad priorem gradum, quo melius paeniteant, suspicio non manebit. Adeo non poenitentia redintegrare sux illos dignitati poterat, ut ex adverso quo serio poenitentiam amplectentur, circumcidetur illis ipses reintegratoris. Eo id quoque pertinet, quod alibi universim vetat Gregorius ordinari poenitentes (1). Precipimus ne unquam ordinationes illicitas facias, nec poenitentia obnoxium ad sacros Ordines permettas accedere.*

II. Leves si essent culpe, necesse erat, ut suspensione sola, non depositione in eas animadverteretur (2). Si quis forsitan cum levi culpa ad sacerdotium venit, pro culpa paenitentia indici debet, & tamen ordo servari. Cum Secundinus Abbas crimen aliquod suum confessus esset, successorem illi dari præcepit Gregorius (3). Cognovimus ab eo dictum, quod non tertius a loco esset Abbatis, a statu habitus sui lapsu corporis occiderit. Et licet ad Abbatis ordinem, tanto coquinatus facinore, nulla debuerit ratione proficere, tamen quia hoc indignus arripuit, precipimus, ut Secundino remoto ab Abbatis officio, Theodosium facias ordinari. Cum gravibus premeretur suspicionibus Episcopus Tarentinus, quasi concubiam aluisset, & convinci tamen non posset, commonuit eum Gregorius, si eo flagitio quantumvis occulto lauacram gereret conscientiam, actutum agendam ipsi esse poenitentiam, eamque a voluntaria sui depositione ordiendam (4). Si in sacro Ordine constitutus, ejus te permixtione esse rebus maculatum, sacerdotii honore deposito, ad ministrandum nullo modo presumas accedere: seiturus, in anima tua periculo te ministrare, & Deo nostro dubio te reddere rationem, si hujus sceleris conscius, in eo quo es Ordine, celans veritatem, permanere volueris.

III. In Monasteria plerumque segregabantur Clerici exuctorati (5). Si Clericus cum hujusmodi feminis in aliqua fuerit iniuste repertus, a suo remotus officio, pro suis continuo iugendis excessibus, in Monasterium detrudatur. Si supinitate sua

Episcopi Clericos post lapsum sinerent sacris Ordinibus, vel Ordinum functionibus adrepere, tam exitiali remissioni & corraptelæ vehementer intercedebat Gregorius, edicebatque, ut spectata diu ante ordinationem innocentia morum & castitas, præludia & pignora veluti quedam essent perseveraturæ sanctimonie (6). Pervenit ad nos quosdam de sacris Ordinibus lapsos, vel post poenitentiam, vel ante, ad ministerii sui officium revocari; quod omnino prohibuimus, & in hac re sanctissimi quoque Canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacram Ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro Ordine ita caret, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat. Sed ne unquam ii qui ordinati sunt, pereant, provideri debet, quales ordinentur, ut prius aspiciatur, si vita eorum continens in annis plurimis fuit; si studium orationis, si eleemosyna amorem habuerunt.

IV. Nefaria libidinis ergo cum depositus fuisset Presbyter Saturninus, sordidissimas manus suas Altaribus admoverat, divinæque quæ ibi immolatur victimæ: De Saturnino expresbytero, &c. pervenit ad nos, quia postquam ex crimine lapsus fuit, & a Sacerdotis ordine est dejectus, ad explendum ministerium sacerdotii præsumpsit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Scriptit ad Lunensem Episcopum Gregorius, ut eum poenitentia subjiceret, nec nisi imminentे morte communione imperiret, nisi diuturnus poenitendi fervor hanc illi gratiam expugnaret, ut ante id tempus inter Laicos communicaret (7). Sin tua fraternitas talem poenitentiam agere cognoverit, ut ei juste ad recipiendam inter Laicos communionem, etiam ante exitum, debeat misereri, hoc in tua fraternitatis ponimus potestate.

Vides quo se usque effunderet dispensatio, in usitati in poenitentiaz decursu fervoris contemplatione. Idem ipsum præcipitur, & ad alias inferiores Clericos & predepositos exorrigitur in alia ad eundem Lunensem Episcopum Epistola (8). Statuimus Diaconum & Abbatem de Portu Venetis quem indicas cecidisse, ad sacrum Ordinem non debere vel posse ullo modo reverari. Quem quidem sacro Ordine privatum,

10

(1) L. 1. Ep. 25.

(4) L. 2. Ep. 44.

(7) L. 4. Ep. 5.

(2) L. 2. Ep. 32.

(5) L. 3. Ep. 9.

(8) Epist. 16.

(3) L. 2. Ind. 11. Ep. 22.

(6) L. 3. Ep. 26.

in poenitentiam deputare te convenit. Subdiaconi quoque, quos similis culpa constringit, ab Officio suo irrevocabiliter depositi, inter Laicos communionem accipient. Saturnum vero presbyterum, ut nunquam ad sacri Ordinis ministerium presumat accedere, scriptis cavere decrevimus. His perspicue patet, qui ita ejiciebantur, nullam eis remeandi supersuisse facultatem. Quod & alibi rursus palam fit (1): Quenquam criminaliter abscedentem, in locum de quo lapsus est, nulla permittit ratio revocari.

V. Eadem praecepit Gregorius (2) horum Clericorum depositorum Metropolitano, Episcopo Mediolanensi, quem etiam atque etiam monet totam Ecclesiaz disciplinam eo uno capite enervari & frangit, nec jam futuros ullos poenitentes veros, sed poenitentia simulatores, si qua residua fiat vel scintilla spei, fore ut expleta poenitentia restituantur. Si lapsis ad suum Ordinem revertendi licentia concedatur, vigor canonica proculdubio frangitur disciplina, dum pro reversionis spe prave actionis desideria quis confidere non formidat. Presbyteris quidem post strenuam scelerum poenitentiam annuebat lubens Gregorius (3) regimen Monasteriorum; honoratiorem concedebat locum, si ex Monachis essent; quin & Abbatis provinciam exercere potebatur; sed Ordinum & functionem laicarum spem omnem circumscrivebat.

VI. Ubi electio siebat Epicoporum, nihil commendatus, nihil antiquius volebat haberi Gregorius, quam ut essent sine crimen: etiam sine crimine occulto, de quo volebat eos privatim interrogari (4). Si nullis criminibus tenerat invictus, &c. Privis de criminibus que impedire possunt, a te secreto requirendus est, a quibus si liber inventus fuerit, eligi jure potest. Par diligentia erat in delectu Presbyterorum eorum etiam quos de poenitentia sacrariis, de Monasteriis, inquam, acceperet. Nam ne Monastica quidem professio abstergebat irregularitatem ex crimine affricatam, nem dum quavis alia poenitentia. Carebant Presbyteris Urbevetari: concessit eorum Episcopo Gregorius, ut ex Monasteriis aliquos fibi adsciceret cum consensu Abbarum, sed ea indeclinabili conditione adiecta, ut cri-

minis puram haec tenus vixissent vitam (5): Sed illud pre omnibus estote solliciti, ut vitam actusque eorum qui in hoc officio sunt constitueri, subtiliter debeatis inquirere, & tunc eos, si digni fuerint, ordinare. Se vero aliqua in eis culpa claruerit, quæ hos ad hunc Ordinem canonica prohibitione prohibiti non permittrat, nullius vobis supplicatio, aut gratia personæ surrepat, ut talibus debeatis manum imponere: ne, quod absit, hic honor & illis pena, & vobis incipiat esse peccatum.

Suo in Sicilia Nuntio scriptis, ut diligenter excuteret Presbyterum, qui Locrensi Episcopatu destinabitur (6): Ad te facito evocari, atque eum studii tui sit, de criminibus que ad Episcopatum accedere non permittant, cum omni subtilitate require. Et si eorum se expertem responderit, &c. Occulta erat confessio, fidesque habenda erat ei qui se innoxium profitebatur, cum nulla ei obstrepent indicia. Ex quo rursum patet occultis quoque sceleribus septam fuisse Ordinum januam. Non vacat hic sigillatim referre omnes Epistolas (7), in quibus agitur de examine hoc secreto. Non possum tamquam omnino silere quod ad Episcopum Firmatum scribebat Gregorius de clandestinis inquisitionibus faciendis de moribus ejus, qui vitam ducebatur religiosam, & quem Episcopum creare meditabantur: Volumus, hunc ut sus fraternitas ad se venire faciat, & de anima sua admoneat quatenus in bonis studiis crescat. Et se nulla ei crima, quæ per legis sacra regulam morte multanda sunt, obviant, &c. Si quæ vero gravia obviant, multo magis admonendus est, ut seculum relinquat, & hec perfectius defeat. Quorum summa haec est, qui haultam e baptismi fonte innocentiam capitalibus criminibus maculavere, debere eos ad Monasticum potius institutum, quam ad Sacerdotium voluntatem & studia sua conferre.

VII. Sed non oscitatter haec transilienda sunt sanctissimi Pontificis verba (8): Crimina que per legis sacra regulam morte multanda sunt. Ea erant mortalia & capitalia Crimina, quæ Cleri aditum obstruebant. Isdem pene verbis idem alibi (9): Ea que in texu Heptatici morte multata sunt:

(1) L. 6. Episs. 39.

(2) L. 4. Ep. 17.

(3) L. 4. Ep. 4. L. 6. Ep. 29. L. 7. Ep. 25.

L. 10. Ep. 34. L. 11. Ep. 39.

(4) L. 4. Ep. 9.

(5) L. 5. Ep. 27.

Ep. 65. L. 9. Ep. 22. L. 12. Ep. 6.

(6) L. 6. Ep. 38.

Ep. 65. L. 9. Ep. 22. L. 12. Ep. 6.

(7) L. 7. Ep. 25. L. 8.

(8) Ibidem.

(9) L. 7. Ep. 39.

sunt. Quæ lex Mosaica morte pledebat crimina, ea indubie mortali vulnere animam saucabant. Iis Ecclesia pœnitentiam indicebat, & desperationem sacratum Dignitatum. Verum huic Gregorii regulæ accedere debent illa additamenta, de quibus dictum est supra: ubi fornicatio, copula carnalis cum uxore ante ordinationem ducta, perjurium & id genus alia, irregularitatis nota inurebantur, quamvis corporis morte secundum priscas leges in ea non animadverteretur.

VIII. Nec illud etiam dissimulandum, culpas quædam suisse, quæ lethales videri possent, & quæ suspensione, seu brevi excommunicatione plecterentur: quinimum quæ pœnitentia eluerentur, nimis secessu in aliquid Monasterium: & quibus tamen nulla aspergeretur irregularitas. Erat certe suspensio brevior quædam excommunicatione, & quæ a depositione multum discreparet. Erat quinimum gradus quidam pœnitentiaz, cum in Monasteria compingebantur. Laudavit Gregorius Saturninum Jaderanum Episcopum, qui non suspendebat tantum se ipsum, sed & Monasterio se incluserat, ut eo pœnitentiaz genere expiaret maculam communionis cum Archiepiscopo Salonæ excommunicato affectatæ (1): Ut sola nullatenus patereris esse segregazione contentus: nisi & in Monasteriis te claustra recipiens, dudum commissa deferes. Ideo & peracta pœnitentia in prislinam a Gregorio revocatus est sedem & communionem: *Quantum nos culpa offendaverat, tantum pœnitentia mitigavit.* Idem alibi Pontifex excommunicationi & pœnitentiaz semestri in Monasterio peragendæ addicit Episcopos, qui innoxium sententia damnationis percusserant (2): *Excommunicati sex mensibus in Monasterium ad pœnitentiam agendam mittendi sunt: eademque ferit poena eos, qui innoxio successorem suffecerant: Item communione privati sex mensibus ad agendam pœnitentiam in Monasterio deputentur.* At is vero qui ambitionis æstu abruptus sedem invaserat innocentis per vim & per summum nefas ejetti, irrevocabili degradatione merito continebatur. Joannes Defensor, quem ad hujus sententiaz executionem in Hispaniam delegaverat Gregorius, mitiores æquo pronuntiavit has suisse penas; sed ita consen-

taneum esse Sacerdotio, ut vincat semper pietas, clemencia dominator (3): Et quamquam hujusmodi remitteret legum censura districtigime seriat; Ego tamen legum vi-gorem sacerdotali moderatione temperans. Missas facio & alias id genus culpas, que cum lethalia inferrent anime vulnera, non tamen depositione puniebantur. Hæc utique diligenter animo mandanda sunt, & in memoriam revocanda, quæ sanctissimus Pontifex frequenter inculcat: qui pie in Monasticis institutis vitam duxerint, posse eos Ordinibus sacris exornari, si conscientiam famamque bullo ejusmodi crimine sedaverint, quæ lex Mosaica morte seriebat (4): *Si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in Testamento veteri morte mulcentur.*

IX. Praestructis his tot invictissimis documentis indeflexæ Gregorii constantia, ut ne fineret sacris Ordinibus functionibusque adgregari eos, qui flagitio qæpiam vitam maculassent, quanquam postea gnawiter in pœnitentiam incubuissent: jam ardorem non erit fraudem odorari ejus additamenti, quo adulterata est Epistola Gregorii ad Secundinum Monachum, & ubi Clerici post pœnitentiam Ordinibus fuis, quasi jure potliminii restituuntur. Cum unus hic locutus repugnet tot conspirantibus aliis ejusdem Gregorii testimonias, iisque & numero & perspicuitate præcellentibus, facile est olfacere fraudulentiam audaciæque indotti interpolatoris, a quo & Epistola Isidori ad Massianum subornata non immitto existimatur.

X. Nec alium suspicor auctorem hujus commenti suisse, quam illum ipsum Isidorum Mercatorem, qui suppositicias tot Epistolæ vetustioribus Siricio Pontificibus Romanis affinxit; qua de impostura nunc quidem inter doctos convenit. Nova hæc commentiarum Epistolarum farrago ex Hispania in Gallias influxit ineunte sæculo ix. primusque Hicmarus Remensis Archiepiscopus (5) eam Gregorii laudavit adulterinam Epistolam, necnon & aliam persimilern Callisti Papæ, ab eodem fraudulentio architecto fabricatam. Angliæ complura, nonnulla etiam Galliæ verutissima manucripta eruta sunt, in quibus spurium illud Epistola Gregorii additamentum non legitur.

XI. Sed eam legisse Epistolam refutasse est,

(1) L. 7. Ep. 12.

(2) L. 21. Ep. 52. 53. [3] L. 4. Ep. 51.

(4) Joaq. Diac. L. 2. c. 16.

(5) Hicmar. in Capitul. ad Presb.

est ; adeo quot linea, tot hallucinationes , tot flagitia . Barbarus stylus , sermo incomitus & inconcinnus , rationis & judicis prorsus inops . Vel in ipso exordio tota statim barbaries incurrit in oculos : *Tua sanctitas hoc a nobis requiravit* , ut sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi scriberemus , dum se dicit de hoc Canones diversos legisse , & diversas sententias invanisse , alias resurgentis , alias nequaquam posse . Ideo sanctas nos generales Synodos & Nicena incipientes , hanc eum reliquis quatuor veneramur , quis ipsam sequentes , certe in cunctis Canonis sententiis unanimiter concordant . Eccebi usquam tanta inconcinnitas , insulsitasque & Gregorii scripta germana nec primoribus labris degustavit , si cui possint hæc Gregorium olere , vel sapere ? An his verbis vel Monachus Pontificem percontaretur , vel Monacho rescriberet Pontifex ? Conflictatio quedam Canonum mutua proponitur : nullum verbum , nulla littera reponitur , quo ea conciliari ac sedari possit . Sed hinc patet eundem hunc esse Epistolæ Isidori ad Matianum architectum , ubi eadem inter Canones discordia prætexitur , & insulsa tentatur concordia . Sed quid alienus a Gregorii doctrina , & sanctitate , dignitateque , quam quod hic illi affingit , post absteras poenitentia nefariae carnis libidines permittendam esse aditum redditumque ad saeclos Ordines , quia pauci sine carnali delicto inveniuntur ? Quæ toto hoc capite ex Gregorio coacervata sunt , ea manifeste produnt , non tam male illum existimasse de moribus Clericorum sui sculi : & hanc ejus fuisse inconcussam tum doctrinam , tum voluntatem , ut qui innocentiam baptismi primi infusam flagitiis libidine contaminassent , sacris Ordinibus nec initiantur inquam , nec initiati fungentur , nec secundum ejeci ad eos revocarentur .

XII. Qui vero fieri potuerint , ut singulari zelo & incomparabili constanter Pontifex ad tuitionem Canonum , in ea remollesceret : cum vetusti omnes Pontifices a Syrio , cum Joannes II. secundo ipso Gregorii , cum Concilia demique omnia eius ævi per Hispanias Galliasve tam strenue resistenter ei Canonum relaxationi ? Si remisisset autem Gregorius Magnus , qui Martinus I. postea & Zacharias tam strenue eam corruptelam prisca disciplina op-

pugnassent ? Qui Hispaniz Gallisque Concilia non eidem postea acqnevisserent indulgentia ? Qui Bonifacius Archiepiscopus dum Romæ ordinaretur , sacramento obligasset se , ut Disciplinam quam Gregorius improballasset , ipse probaret ac tueretur ? Et cum idem Bonifacius undique venaretur superius testimonia & documenta , quibus muniret dispensationes quasdam , quibus uti cogebatur : ecquæ non veniebat illi in mentem Gregorius , qui & his dispensationibus prætulisset facem , & auctoritatem conciliasset ?

XIII. A Vigilio fateor in Epistola ad Rusticum & Sebastianum (1) , deponi Clericos quosdam , restituendosque Ordinibus suis decerni , ubi poenitentiam sedulo implerent . Sed ejusdem generis erant hæc culpe , atque de quibus supra monuimus ? & quas ostendimus auctore Gregorio piari solitas suspensione temporaria , & secessione aliquot mensum in Monasteria . Itaque nomine tenus depositio ea dicebatur , cum re non esset nisi suspensiō .

XIV. Paucissima hic ad calcem obiter suggerenda sunt de Ecclesia Orientali . In ipsa Trullana Synodo non dispar statim occurrat austерitas , cum ii qui graviorum scelerum poenitentia perfuncti fuerant , non aliud inde consequerentur , quam ut Tonsura Clericalis gloria fruerentur , nec possent tamen unquam ad Ordinum functiones admitti (2) : *Qui Canonicorum quidem criminum rei facti , & propter eas perfecte ac perpetua depositioni subjecti , in laicorum locum detracti sunt , siquidem ad conversionem sua sponte respicentes , peccatum deflent , propter quod a gratia exciderunt , & ab eo se penitus alienos efficiunt , Clerici habiti vndeantur . Sin autem non sua sponte hoc elegent , comam sicut laici austriani ut pote qui mundanam conversationem vita castissi preponuerint .*

XV. Hinc manifestum est depositionem & degradationem unam eandemque rem tunc fuisse ; & quos crimina hæc dejecrant , eos iam nec Tonsuram Clericalem gestare potuisse , aut haberri pro Clericis . Contemplatione poenitentia peractæ indulgetur hoc illis , ut more Clericorum vndeantur . Quo concessu probable est , eos aliis quoque minorum Clericorum privilegiis impertitos fuisse . In vita Joannis Eleazarynarii Archiepiscopi Alexandrinii , exempla sunt excommunicationis & suspensionis in-

(1) Collat. 7. Synod. 5. Document.

(2) Can. 24.

inflictæ flagitiis quibusdam mortalibus, qui-  
bus tamen non decerneretur depositio in  
Canonicis Regulis. Novella Justiniani (1)  
non simoniacis tantum irregularitatem illi-  
dit, sed omnibus, qui sceleris cuiuscunque  
ante Ordinationem convicti fuerint.

## C A P U T LX. P.3. l.2. c.41.

De Irregularitate criminis sub Imperio  
Caroli Magni & Carolinæ  
Stirpis.

I. Probationes complures, quod criminis  
quovis graviore occluderentur fores Cleri-  
catus.

II. Nec eam irregularitatem expungebat  
pœnitentia.

III. Ex sola suspicione & ex frequenti  
cum sœminis colloquio Presbyteri exauditora-  
bantur; quod incontinentia fore occulta sem-  
per sit.

IV. Erant Canonum interpretes & anima-  
rum rectores remissi, qui pœnitentia irregu-  
laritatem criminis aboleri predicabant. In  
eos stcmachabatur Hincmarus.

V. Cœpere tamen Hincmarus & Rabanus  
secernere occulta crima a publicis, & pu-  
blica tantum irrevocabili irregularitate no-  
tare.

VI. Ne ipsi quidem dissimularunt id a se  
novari. Quin & homicidio quamvis occulto  
eandem irregularitatem appinxerunt.

VII. Ea innovatio paucos habbit sectato-  
res.

VIII. Molliores aliqui depositioni irrevo-  
cabili subrogarunt suspensionem temporariam  
cum pœnitentia.

IX. Agobardi sententia.

X. Cum simoniaci indulgentius haberentur?

XI. Novis argumentis ostenditur veteram  
Disciplinam incolumem esse servatam.

XII. Grecorum Disciplina.

I. **M**Edia etiam hac ætate sub Carolo  
Magno & Carolinis Imperatoriis  
& Regibus, omnium prima & gravissima  
irregularitas, & a lacris Ordinibus  
Ordinumque functionibus segregatio, a cri-  
mine accessitur, sive publico, sive clan-

culario. In Concilio Saessionensi II. anno  
853. Burchardus Carnotensis Episcopus com-  
monetactus est a tribus secreto Episcopis,  
ut renuntiaret ei sanctissimæ dignitati, à  
quo sauciata flagitio gereret conscientiam.  
Occulto etiam crimen gradu & spe gradus  
dejici potuisse. Ordinatus est autem, ubi  
spopondit suam se innocentiam omnibus  
approbaturum, refutatis quæ sibi cumque  
ingererentur accusationibus (2): Tanto qui-  
dem gradu se dignum esse prosteri, arro-  
gantia afferuit esse, non veritatis. Si quis  
vero crimen aliquid sibi veller obiecere, ad  
id purgandum se paratum esse firmavit.  
Ad Episcopum Bellovacensem rescriptum  
est a Joanne VIII. posse eum Ordines iis  
conferre, qui cum adolescentes essent, ju-  
veniliterque colluderent, & se impeterent,  
ut ex eis exanimatus collapsus erat (3):  
Quibusdam pueris impuberi adhuc ætate in-  
ter se rixantibus, hominum illorum infi-  
gatione, unus ex illis est interemptus. Qua-  
propter mandamus, ut si inculpabiles post  
peractam pœnitentiam, legitimi vigoris se-  
cundum Canones reperti fuerint, gradatim  
ad Ecclesiasticos Ordines eos provehere non  
differas, servatis in omnibus Patrum Re-  
gulis & Canonum institutis. Perspicuum  
est id donari ætati impuberum horum, &  
innocentia, eo tempore quo inopinato id  
evererat. Et nihil tamen minus seria illis  
imponitur pœnitentia, & vita deinceps  
pie traducenda. Episcopo Venetensi di-  
spensari postulante cum Presbytero homici-  
di reo, abnuit idem Pontifex, contesta-  
tus, posse pœnitentia crimen ablui, non  
posse autem restituiri primigeniam illam in-  
tegritatem, quam sacerdotales desiderant  
functiones (4): Miror minus doctam scientiam  
tuam, sacerdotem putare post perpe-  
tratum homicidium, posse in Sacerdotio mi-  
nistrire: immo quod est pejus, nobis suadere  
velle, ut ipsi tali presumpcione prae-  
beremus assensum. Quis enim tam demens,  
tamque perversi sensus, tale quid estimaret,  
vel post quantacunque pœnitentiam  
concedendum, cum omni sit canonica disci-  
pline contrarium? Debet ergo Sacerdotio pri-  
vatus, lacrymarum fonte flagitium tam im-  
mune diluere, ut talibus silentem remedii  
curatus, salutis possit invenire suffragium.

II. Hinc enitefecit quantacunque pœnitentia  
expungi non potuisse eam irregulari-  
tatem:

(1) Cap. 19.  
(4) Conc. Gall. t. 3. p. 519. 520.

(2) Can. 3.

(3) Epist. 146.

tatem & perinde esse ejusmodi dispensationes a Pontifice flagitare , atque ejus in se accendere indignationem , quasi per caniculos peteretur ab eo impunitas criminum , & Canonum conculatio inulta (1): *Cum omni sit Canonica Discipline contrarium . Narbonensis Provinciae Episcopi Presbyterum suspensione multarunt , remiseruntque ad hunc Pontificem , & ad ejus iudicium , tpropterea quod in commotione tumultuantis populi , tam graviter a nescio quo impulsus fuisset in alium , ut is eo pondere oppressus interierit .*

III. Quoad fornicationis flagitium , sciente admodum Trosleiensis Concilii Patres anno 909. negant sollicitos jam esse debere Episcopos de convincendis Presbyteris ejus criminis , quod semper occultum sit , maxime iis Presbyteris , qui gnati sunt , si convincantur , non abdicatum se tantum iri , sed & facultatibus suis omnibus expliandos (2): *Quanto magis Presbyter malum agens curabit abscondere , propter quod patet factum , scit se non solum Ecclesiasticum gradum amittere , sed & sua qualibet in saeculo perdere ? Sed diligentissime inquirebatur in frequentia eorum cum foeminis colloquia : & horum convicti , vel confessi , prorsus ejiciebantur , nulla spe residua restorationis: Et se quicunque Presbyter non solum in nostra Parochia , sed in nostra Dioecesi , confessus vel legali ac regulari iudicio fuerit convictus de cohabitatione , vel frequentatione , vel accessu cum foeminis , contra Canones , modis omnibus secundum decreta beati Gregorii , sine gradus sui restitutione deponetur .*

IV. Erant & jam tum tamen moliores & Canonum interpres , & animarum restores , quorum ea erat sententia , Presbyteros & Diaconos criminis convictos suspendi debere , poenitentiaz illigari , & ea per etiam priorem in gradum revocari . Ita enim eorum doctrinam refert Hincmarus (3) : *Qui ut audivimus dicunt , non debere Presbyterum , vel Diaconum , de crimen confessum , sive convictum deponere , sed tantum suspendere , quia sic possunt confessionem & poenitentiam , sicut & alii homines facere : Verum hoc eos repercutit Hincmarus responso , Unanimi conspiratione Conciliorum , Patrum , Pontificumque , qui crimine quopiam inquinatus sit , eum nec Thomas. Tom. IV.*

ad Clerum admitti debere , nec in Clero tolerari , nec ad Clerum posse revocari : *Qui Canones spiritu Dei conditi , & totius mundi reverentia consecrati , sequentes Apostolicam doctrinam dicunt in crimen detectos non oportere ad Ecclesiasticum gradum accedere , vel in Clericatu manere , vel ad Clericatum redire . Idque Hincmarus corroborat congerie testimoniorum ex Leone Papa , ex Gregorio Magno , ex Augustino , ex quibus id ipsum rursus efficit & concludit , criminosos ad Clericatum venire non posse , nec in eo manere , nec ad eum redire : Detecti ergo , sive confessione sua , sive convictione legali ac regulari , de criminibus , ad gradus Ecclesiasticos non accedant , & in gradibus Ecclesiasticis non maneat , vel ad Ecclesiasticos gradus non redeant ; sicut Sacri Canones & decreta Sedis Romanae Pontificum aperte atque expresse decernunt .*

V. Testimonia Conciliorum , Pontificum , Patrumque , quae accumulat Hincmarus , indiscriminatim crimina omnia complectuntur , nec segregant publica ab occultis , nec mortalia alia ab aliis . Ita omnibus inexpugnabiles injiciuntur laquei irregularitatis . Inde tamen Hincmarus contra philosophatur , contenditque , non affigi irregularitatem , nisi ei criminis , quod vel publica confessione , vel convictione juridica pauperit : *Ita nec Apostolica Sedes est sibi ipsa diversa , sive adversa , quae secundum Sacros Canones de manifestis peccatis confessos , sive convictos , a gradu Ecclesiastico jubet deponi , & non publice confessos , vel legaliter ac regulariter convictos damnari , vel degradari nulla ratione permittit .*

Ipsò videlicet Hincmari tempore cœptum est distingui inter publica & occulta crimina in negotio irregularitatum ; eaque novitas confirmabatur auctoritate supposititiae Epistolæ Gregorii Magni . Apertissima fes est in Epistola Rabani Archiepiscopi Mogantini ad Heribaldum (4) : *De his qui ante vel post ordinacionem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur . In quibus , ut mihi videtur , hec distantia debet esse , ut hi qui deprehensi vel capti fuerint publice in perjurio , furto , atque fornicatione , & ceteris hujusmodi crimini bus , a gradu proprio deponantur , &c. Qui autem de predictis vitiis per occultam con-*

O o fef-

(1) Ibidem .

(4) Can. 16.

(2) Can. 9.

(3) Tom. 1. pag. 624.

*missionem*, *præsente Sacerdote*, qui *poenitentiam* *ess indicatus est*, *confidentur*, si *veraciter poenitentia* *merint*, *gradu servato spes venia de misericordia Dei promittenda est*. Ita Rabanus totus constitutus, ut nupera hæc disciplinæ blandimenta confirmet ex antiquis Concilis, quæ infestissima illi sunt. Profert Epistolam Gregorii ad Secundinum, quam subdititiam esse demonstratum est supra. Nec excidit illi Epistola Augustini ad Bonifacium (1), ubi declaratur hanc inexorabilem austoritatem non admittendi unquam ad Ordines, aut non revocandi eos, quos eo gradu scelus aliquod excusserit, in B. Petro servatam non fuisse, nec influxisse in Ecclesiam, nisi sequentibus seculis, ut gravioribus morbis validiora etiam admoverentur medicamenta. Denique profert Rabanus paulo probabilius in sui patrocinium Concilium Ilerdense (2), a quo potestas fit Episcopo, ut in primos redintegrer gradus, nunquam ulterius progressuros, eos qui delicta sua poenitentie lamente expiarint.

VI. Nec diffitetur Rabanus suo id tempore innovatum fuisse, seque in primis augorem præfisse aliis. In quibus criminibus, ut mihi videtur, hæc distantia debet esse, &c. Non ait ita videri Patribus, sed sibi; nec eam criminum semper fuisse distantiam, sed eam esse debere, suo quidem judicio.

Illud quoque non pigebit advertere, ubi Rabanus enumerat flagitia, quibus intligitur irregularitas, quando publica sunt, non recenseri ab eo homicidium. Et sane etiam nunc homicidium, quantumvis occultum, irregularitatem importat, & a Clericatu segregat. Quo uno exemplo facile conjicitur, perinde & reliqua facinora, tametsi occulta essent, irregularitatem alpersisse reorum conscientiis.

VII. Quinimmo si unum aut alterum, Rabanum & Hincmarum segreges, reliqui omnes, quorum superius perstricta sunt testimonia, universum Clericatu arcent criminatos omnes, nulla habita ratione, occulta, an publica essent crimina. In unam omnia conjiciuntur classem in Capitularibus Caroli Magni (3): *Ad Clerum criminosi nequeant promoveri, & in Clero positi, si in aliquibus criminibus inventi fuerint, a*

*suis officiis arceantur*. Profertur alibi etiam Augustini Epistola (4), ubi a calumnia vindicat sanctus Pater Ecclesiasticam sui ævi disciplinam, quæ indiscrete omnibus criminosis aditu sacrorum Ordinum functione, redituque interdicebar. Et quidem ubi remittat ille rigor, ubi de simoniacis sermo est, quos Episcopo copia fit in pristinus Ordines revocandi (5), ubi graviter poenitentia perfuncti fuerint. Verum simonia longe alterius generis est, sicut & heresis, quam homicidium & furtum. & alia consimilium.

VII. Mirabiliter tamen anfracta quodam postea placuit rem profligari, & novam hanc stabilire disciplinam. Invocabili quidem depositione Clericos dejiciebant veritati Canones, at eo contenti poenitentiae illos non subiecabant nisi rarissime, immonee a communione inter Laicos participanda summovebant. Seculo decimo displice-re id nonnullis coepit; quibus & illud consultius fore tunc visum est, ut pro irreocabili depositione infligeretur suspensio annorum aliquot, cum acerbissima poenitentia, ut ita mundati jam & puri, accederent ad Eucharistiam, accederent & ad Sacerdotii munia. Hoc colore prætexi placuit veteris disciplinæ immutationem. Sylvester II. Papa eo consilio usus est erga Abbatem (6): *Libros in quibus specialiter sententiam legimus, in Gallia relitos recolimus. In illis legitur de Episcopis per pecuniam promotis, ut quisquis talis inventus fuerit, per biennium Pontificale officio carens, duos dies per hebdomadam vino & cocto se abstineat, & post finitum Psalterium comedat. Hoc quippe traditionibus priorum Patrum concordare videmus, qui hujusmodi Episcopos deponi sanxerunt. Officis suspensio evidenter fit cuiusque depositio. Qui enim deponitur, a communione privatur. Valeat utique tantumdem biennii suspensio cum poenitentia, quancum sola depositio. Qui vero post biennium suspensio-nem & poenitentiam officio suo redditur, quasi post depositionem misericorditer recom-plicatur.*

IX. Necdum comperta erant Agobardo ea disciplinæ delimita, cum universitate juberet, neminem posse criminis manes imponere, quin & eorum ipse criminata invi-

(1) Epist. 50.

(2) Can. 3.

(3) L. 7. cap. 50.

(4) Addit. 4. cap. 4.

(5) L. 7. cap. 146.

(6) Baluz. in Notis ad Gratiam cap. 460.

*invidiam infamiamque subiret (1): Summopere necesse est precaveri, ut in ordinandis ministris non communicamus peccatis alienis, criminosos videlices ad sacerdotium provehendo. Quin & simile veri est, irregulares eos illum fuisse habiturum, qui ne occiderentur, occiderent, ubi alterutrum necesse esset. Ratio ea est, quod ei persuasum esset, justos nemini unquam necem inferri, nisi publico bello, vel judicio Capitali (2): Notissimum est bonos a malis interfici, nunquam autem malos a bonis, nisi in bellis publicis & legalibus judiciis.*

X. Si humanius actum est cum simoniaeis, illud in causa fuit, quod non fuerat id flagitium tribus illis annumeratum, quibus præsca Concilia irregularitatem impluerant. Nec aliter sentiendum de illo Presbytero, quem Gregorius III. Papa ad Leonem Isauricum Constantinopolim ablegaverat. Ignavia & timiditate occupatus Pontificias Litteras non tradiderat Imperatori. Reducem statuerat Pontifex depone-re: Synodi tandem & Optimatum Romanorum precibus illum donavit, ut poenitentiae addiceretur, & poitea remitteretur Constantinopolin, ut strenuitate jam sua prioris ignaviae dedecus obliteraret (3): Obsecrante tam Concilio, quam Optimati-bus, ut non deponeretur, sed magis isdem Presbyter poenitentia submitteretur.

De his maxime criminibus capiendus Auxilius, cum ait, Ministros sacros bene multos somel abdicatos, pristinam postea dignitatem recepisse: Noverint quis plurimi Sacerdotum depositi fuerunt, & postmodum reconciliati, &c. Nonne quod plurimi Sacerdotum post depositionem reconciliati sunt, in authenticis apicibus sufficienter habetur.

XI. Sed quod ad vetulta capitalia scele-ra, homicidium, adulterium, fornicationem, furtum, & alia ejusdem generis, indubium est ante sæculum decimum, neminem unquam iis inquinatum ad Ordines saltem sacros, neminem fere ad Clericatum admis-sum, aut in Clericatu dimissum. Et quamquam Rabanus & Hincmarus suppositiis illis delusi Epistolis, quas Isidorus Merca-tor in Hispania, & exinde in reliquum Occidentem disseminare cooperat, aliqua jecissent jam fundamenta posterioris hujus & remissioris disciplinæ: ne tum quidem

aboliri potuit antiqua Canonum austoritas. Inde est quod & Concilium Triburiente ann. 895. Presbyteros Diaconosque inexpli-cabilibus depositionis decretis implicuit, si vim vi repellendo, & ne occiderentur ipsi, quempiam occiderint: *Si quis Clericus ni-mium coactus homicidium fecerit, sive sit Presbyter, sive Diaconus, deponatur.* Ut peccatum id sit, occidere, ne occidaris, ad delictum id certe multo levius fuerit, quam quodvis aliud homicidium, vel adul-terium, fornicatio, perjurium. Multo certius ergo tunc his omnibus inhærebat irregularitas.

Tanto autem propensior fuit Hincmarus ad lapsum Genebaldi Laudunensis Episcopi, redditumque in Ecclesiam suam fide scripsi: iuis complectendum, quanto im-bitus erat præjudicio Epistolarum illarum Decretalium, Callixto & Gregorio adscri-putarum.

XII. Accedo ad Ecclesiam Græcam, ubi intaminata semper viguit vetutioris di-sciplinæ austoritas circa irregularitates. Di-ximus jam fugillatos a Balsamone fuisse eos, qui ordinatione, peraque ac baptis-mo aboli peccata confiderent, ita ut ir-regularitas ipsa elueretur. Id vero prosus aduersatur Canonibus iis, quibus exaucto-rari jubentur vel illi, quorum flagitia non nudantur nisi post ordinationem (4): *Dice-bant enim nonnulli, quod quemadmodum baptisma novum hominem facit eum qui baptizatus est; ita & sacerdotium ea que prius admissa sunt peccata, abstergit, quod non est Canonibus consonum.*

Illum vero Basili Canonem (5), qui annuæ suspensioni & poenitentia Lectorem & Subdiaconum subiicit, qui cum despon-sata sibi congressus esset, resecata lpe su-periorum Ordinum: si vero cum non de-sponsata, omnino deponit: illum, inquam, Canonem illustrans Balsamon, addit præ-terea, si Lector aut Subdiaconus rem ha-beat cum non despontata, abdicatum omni-no iri, quanquam eam postea uxorem du-cat. Multo vero mirabilius est quod ait, quod dictum est a Basilio de Lectoris co-pula cum despontata, eo tempore locum habuisse, quo sponsalia & contrahebantur consensu solo & dissoluebantur. Postquam enim iisdem propemodum legibus illigata

O o 2

lunt

(1) Epist. ad Bern. 136.

(2) L. de divinis sent. pag. 291.

(3) Anaf. Bib. In Greg. III.

(4) In Can. g. Nicæn.

(5) Basili Can. 69.

sunt sponsalia, quibus matrimonia, longe ut a Clero extrudatur, & abiciatur inter Laicorum sortem. Et sane testificatur Zonaras (5), juxta Canonem Trullanum (6) non permitti Presbytero & Diacono semel depositis propter canonicum aliquod flagitium, puta fornicationem; non permitti, inquam, ut in habitu & veste sint Clericali, nisi postquam scelus poenitentia dispensunxerint. Ante enim laica veste & promissio crine incedere cogebantur more Laicorum, ut hac ignominia facinus vindicaretur.

Habet & admirabilitatis non parum quod idem Balsamon refert de alio Balilii Decreto. Presbyteri quidam Antiocheni vi & minis Pagani cuiusdam conternati, illicita quedam juramenta juraverant. Quælibet est, an gradu movendi essent. Centuit Basilius (1) nunquam ab iis Antiochia mysteria celebrari debere, ne offendiculo essent iis qui testes vel consciæ erant delicti: sed posse eos celebrare privatim, & in iis locis, quo nulla ejus rei fama penetrasset.

Nec aliter se res habet de usura, que ex eodem Basilio in Epitome Hermenopoli; nihil dñm irregularitatis invehebat (2): *Qui usuras accipit, si lucrum injustum in pauperes expenderis, & in posterum usuras accipere desinat, ad sacerdotium potest admitti.* Tradit autem Balsamon, cum lex civilis usuras non damnet in Laicis, ex quo primum ab usuris exigendis cessabat, jam tum & irregularitatis vinculo abholitos eos fuisse. Quod autem Basilius Clericos omnes gradu exturbat (3), qui se lethali quoipiam obstringunt flagitio: Nota mox affixa Harmenopoli docet, de peccatis re perpetratis intelligendum id esse (4); nec enim sola confessione animi in scelus, quenquam ab Ordinibus excludi.

Non sine stupore etiam quodam legitur in eodem Jure Orientali Leunclavii, inter decreta Nicephori Confessoris, sacris Ordinibus Altaribusque non arceri, nisi eos. qui flagitiose vita luxuriatum remiserunt, nisi post annum ætatis sue vigescimus: *Si quis ad annos viginti & deinceps dissolute & in luxu vixerit, deinde studiosus apparuerit virtutis, non est ordinandus. Sacrum enim impollutum est.*

Cum denique Constantinus Patriarcha Presbyterum exauceraret, qui filios ipse suos concitarat, ut tumultuant se immiscerent turbæ, ex quo & ad cades ventum fuerat; declaratum ab eo est, tanto facinori satis consentaneam eam esse poenam,

Quanquam homicidia quæ bello perpetrantur, & tum maxime contra Infideles bellatur, veniae propria sint etiam in Presbyteris: vel ea ipsa tamen indeclinabilis eos irregularitate illaqueant. Memorat Cedrenus (7) audax facinus Presbyteri, qui cum rei sacræ operam daret, irrupissentque Saraceni in ejus oppidum, ne exutus quidem sacræ veste impetum in eos fecit, tam fortiter, tam feliciter, ut plutimis casis, reliquos omnes in fugam verit. Is ab Episcopo suo mox abdicatus, cum restitucionem diu tentatam non obtineret, a fide & religione defecit, & Saracenis aggregatus, servissimis eorum in nos grassationibus non interfuit solum, sed præfuit.

Quanquam ergo nonnulla hactenus delinquentia subinde observata sint, & indulgentiæ exempla in utraque Ecclesia, rarissima tamen illa fuere; viguitque priscus Canonum vigor etiam in Latina Ecclesia ad seculi usque decimi exitum. In Ecclesia autem Graeca illibatus etiam nunc viget, adeo ut quantumvis occulta sint flagitia, iis tamen illinatur irregularitas, si ejusmodi ea sint, quibus olim poenitentia publica præscriberetur.

## C A P U T L X I . P. 4. l. 2. c. 14.

De irregularitate criminis, post annum Christi millesimum.

I. *Inger & illibatus vigebat priscus vigor post annum etiam Christi millesimum, cum incontinentie & simonia torrente quodam*

(1) Basili. Can. 1.

(2) Jur. Orien. p. 118. Basili. Ep. ad Amph. Can. 14.

(3) Jur. Orien. Ib. c. 35.

(4) Ibid. Basili. c. 32.

[5] Ib. p. 196. 266.

[6] Can. 21.

(7) Cedrenus. p. 617.

*dam fadissimo compulsa est Ecclesia, remissione uti post impletam a Clericis incontinentibus & simoniacis poenitentiam.*

*II. Primi gradus hujus indulgentie sub Clemente II. & Nicolao II.*

*III. Alexander II. testificatus est temporariam eam fere dispensationem, nec in posterios manaturam.*

*IV. Concessa est ea remissio, in prateritas culpas, non in futuras, urgente gravi necessitate, diutima persunditis poenitentia.*

*V. Huic dispensationi subscripsit Gregorius VIII. Quid.*

*VI. Cum homicidis non dispensatur. Ne cum incontinentibus quidem, nisi ad Ordines, quibus jam donati essent, & strenue poenitentia defunctis.*

*VII. Hos dispensandi limites praefigit Urbanus II. in ea quam concedit Episcopis facultate de his dispensandi.*

*VIII. Eadem ratione sequitur Paschalis II. Argumenta varia quibus constat Episcopos hujus dispensationis jam executores, in causa fuisse, ut ea in jus commune traduceretur.*

*IX. Cur cooperis irregularitas non affigi, nisi publice poenitentia.*

*X. Non porrigebat se haec Episcorum dispensatio, nisi ad occulta crimina.*

*XI. Ex Anselmo & Bernardo nove probationes, ut liqueat Episcopos Pontificibus Romanis indulgentiores fuisse, & Ordinum januam reclusisse occulorum criminum reis.*

*XII. Quid de his senserit Gratianus?*

*XIII. Ipse denique Alexander III. accommodavit se indulgentia, qua invaluerat, non sine modo tamen aliquo.*

*XIV. Innocentii III. & Decretalium Decreta jubent, ut poenitentia peragatur, vel Monasticum institutum ante suscipiatur, quam criminum sorde polluti Ordinibus iniungentur, vel restituantur.*

*XV. Quomodo ab uno iam, aut altero saculo, de hac etiam Discipline remissione remissum sit aliquid.*

**I.** Neunte jam saculo Ecclesiae XI. pri-  
scam Canonum severitatem, qua capitalium rei criminum a Clericatu eli-  
minabantur, retinebant Pontifices, & Epis-  
copi: nec ejus rei aut illustrius poterit,  
aut magnificentius edi documentum, quam

ipsius Joannis XX. Papæ (1), quem con-  
firmat Petrus Damiani, a summo hoc di-  
gnitatum culmine semetipsum sponte dejec-  
tisse, quod simoniace eo graffatus esset.  
In Concilio Lemovicensi anno 1024 nar-  
ratur, ut qui parricidiales manus Episcopo-  
intulerat, & apud Cluniacum professus fue-  
rat, ut infandum scelus poenitentia expia-  
ret, nunquam Sedi Apostolice extundere  
potuerit dispensationem ad Ordines susci-  
piendos: quanquam Romæ vehementer  
urget Odilo Cluniacensis Abbas sanctissi-  
mus. Quin ex adverso vetitus est a Pon-  
tifice, ne carnis Christi epulo sacro vesce-  
re, nisi appetente morte: *Vivat perma-  
nens in poenitentia luctu, non offerens, non  
communicans.*

Sed quod jam sapientius inculcatum & in-  
culcandum a nobis est, eo ipso tempore  
cum Clerus Occidentalis pene universus in-  
incontinentia, & simoniæ voraginem ve-  
luti quandam præcepit, ea inde vul-  
nera Disciplinæ inficta sunt sacræ, quibus  
non aliunde medicamenta parari potuere,  
quam ex indulgentia necessaria illa quidem  
& inevitabili tunc, sed anterioribus sœcu-  
lis inaudita. Coepit enim tunc demum  
indulgeri his, qui ex eo coeno emerge-  
rent, ut peracta poenitentia, ad Ordines  
suscipiendos accederent, vel hactenus su-  
ceptos exercent.

**II.** Quibus autem et gradibus deven-  
tum sit, hic edisseram. Cum statuisse Leo-  
IX. Ordinationes omnes simoniace factas  
irritare in Concilio Romano anni 1049,  
ingens tumultus & turbo excitatus est a  
Presbyteris Romanis, & ab Episcopis qui-  
buldam reclamantibus. Omnes ergo Ec-  
clesias delitatum & desolatum iri (2):  
Protinus a Sacerdotum Romanorum multi-  
tudine magna seditionis tumultus exortus  
est, &c. Omnes pene Basilicas sacerdotaliu-  
bus officiis destitutas, &c. Verba ipsam  
funt Petri Damiani. Tunc Pontifex con-  
silium initit imitandi predecessoris sui Cle-  
mentis II. & innovandi Decreti quod ille  
publicarat, ut post quadraginta dierum po-  
enitentiam, Presbyteri illi omnes, qui a  
simoniacis ordinari se contenserant, Ordinib-  
us suis restituerentur. Addit idem Pe-  
trus, cum Leo ipsem IX. Clericos omnes  
ab heresi resipicentes & Ecclesiæ se re-  
colligentes sinerent pristinis Ordinibus fun-  
gi,

(1) Bar. ann. 1014. n. 4.

[2] Tom. 3. Opusc. 6. pag. 35.

gi, abrupta tantum spe Ordinum superiorum : posse & eam essaydi in simoniacos indulgentiam.

Novo Decreto idem Pontifex astrinxit fibulam continentiae Clericorum majorum Ordinum ; ejusque successor Nicolaus II. anno 1059. in Concilio Romano , a munis omnibus sacerdotalibus , & a Beneficiis iplis suspendit Presbyteros omnes , Diaconos & Subdiaconos , qui post id Decretum rursus in pristinas carnis fordes revoluti erant (1) ; Præcipimus , ut Missam non cantet , neque in Evangelium vel Epistolam ac Missam legat , neque in Presbiterio ad divina Officia , cum iis , qui prefata Constitutione obedientes fuerint , maneat : neque partem ab Ecclesia suscipiat , quo usque a nobis sententia super hujusmodi , Deo concedente , procedat . Ubi perspicis veniam confirmari , & Ordinum libertatem iis omnibus , quorum incontinentia finem dederat Decretum Leonis IX. Quæ pestis in eo erat , ut concubinæ vel palam ducentur , vel ductæ non ejicerentur : Concupinam palam duxerit , vel ductam non reliquerit . Contra eos autem qui pertinaces in impudicitia coeno hæsillent , temporarium Suspensionis edictum promulgari .

In Concilio Turonensi anno 1060. cui Pontificius Legatus præterat , Episcopos & Presbyteros , Diaconos , & Subdiaconos incontinentes , qui Nicolai II. Decreto & vibrata ab eo suspensioni non paruerant , vel qui rursus coenosis his voluptatibus abrepti fuissent , irrevocabili depositione innodatos esse declaratum est (2) : Nullam est institutionis in pristino gradu veniam sibi reservasse cognoscat . Irremeabili eidem ejecitioni addicti ibidem sunt , qui pecunia numerata Ordines , vel darent , vel acciperent : Ministerium , seu Beneficium male usurpatum , nunquam recuperaturus auctoritas . Qui sub Clemente II. & Leone IX. indulgentius habiti fuerant simoniaci , ii erant , qui nihil pecunia dedecrant , eti a simoniaco alias Episcopo ordinati fuissent .

III. Suffectus in locum Nicolai II. Alexander II. in Concilio statim Rcmane anno 1063. pronuntiavit incunctanter , quæ iis qui non simoniace a simoniaci ordinati fuerant , indulta fuerat dispensatio , eam

iacluētabilis necessitatis telo exortam suis fe , ob innumerabilem quandam horum multititudinem ; nec eam in posterum valeare posse (3) . Hec perniciens adeo hæc tenus inolevit , ut via qualibet Ecclesia valeat reperiri , que hoc morbo non sit aliqua ex parte corrupta . Tanta quippe salutis multitudine est , ut dum rigorem Canonici vigoris super eos servare non possumus , necesse sit , ut dispensatione , ad pie condescensionis studium nostros animos ad presens inclinemus . Ita tamen ut ne quis successorum nostrorum , ex hac nostra permissione , regulam sibi , vel alicui sumat , vel prefigat , quia non . &c. His præmissis corroborat hec Synodus (4) Suspensionem a Nicolao II. intortam in Presbyteros , Diaconosque impudicos , nullo temporis præfixo limite , quo possit ea pro depositione haberi .

IV. Liquidum est omnino , in præteritas retro culpas , librari has dispensationes , & indeclinabili necessitatis vi expugnari . Sed non ibi tamen fixus est gradus . Concilium Rothomagense anni 1072. priorum Ordinum suorum compotes rursus fecit , qui pristina stagitia lavacro poenitentia expurgarent (5) : Statutum est , ne bi qui publice lapsi in criminalibus peccatis inveniuntur , cito in sacris Ordinibus restituantur . Et mox : Unde hoc ratum manere oportet , ut in criminis publice lapsus , ante peractam poenitentiam , pristino gradu nullatenus restituatur , nisi summa necessitate , post dignam quidem longæ poenitentia satisfactionem . Novo huic deliaimento hoc temperamentum conjunctum erat , quod venia non fieret Canonum , nisi summa necessitate Ecclesiæ , & post diuinæ studium poenitentia , post dignam longæ poenitentia satisfactionem .

V. Blandius etiam aliquid consuluit Gregorius VII. in Episcopum Argentoratensem , quod ex impudicis simoniaciisque Germania Episcopis , solus Romanum peragendæ poenitentia ergo advenisset : nec prohiberi posset , quin eo abjecto , simoniacus qui spiam alius eandem Episcopalem sedem involaret (6) : Cum fortasse hoc amore locum ejus non aliis possideret , quam qui plurimum pecunia dare posset . Quanquam haec in eum se modum habereat , nondum se ei significat Gregorius (7) Episcopatum redidisse . Idem

(1) Can. 3.

{2} Can. 1. 6.

[3] Cas. 2.

(4) Can. 3.

{5} Can. 19.

(6) L. 1. Epist. 77.

{7} L. 2. Epist. 26.

Idem Pontifex Abbatis simoniaci resumptione admissa, alium sublegi fecit (1). Melphensem Episcopum sedi restituit iussit, post ablutas culpas aliquas, quas non exponit. Presbyteratu initiari patias est non nullos, quos meliori temporum conditione procul amandasset. Qui vel obiter Annales Ecclesiae degustarit, is facile intelliget, si quas hic Pontifex in dispensationes absentiretur, non favorit eas, aut semissione, sed necessitatibus & justitiae datas faisse, usque adeo inexorabilem se censorem gerebat.

VI. Sed diligentissime illud animo commendandum est, has Ecclesiae dispensationes, ad incontinentes tantum spectasse Clericos, & ad gratuitas Episcopi aliqui simoniaci ordinationes. Unde & hic idem Pontifex in æternum amandavit sacri ministerii exilium homicidas omnes, quacunque sanctos poenitentia (2). Homicidio maculatum nulla sanctorum Patrum auctoritas concedit ulterius sacris altaribus ministrare, nec nos decet Canonum statutis contrarie. Nec nisi de voluntariis Presbyteris loquitur Petrus Damiani, cum inquirit qua illis de causa dispensatio facilius quam bigamis concedatur (3): *Bigamum nuditatem posse ad Sacerdotium promoveri, in fornicationem vero lapsum, etiam Sacerdotem, parata poenitentia, ad pristini juris officium reverari.* Nec contextu autem isto, nec superius allegatis omnibus conceditur femel inquinatis, ut etiam postquam se poenitentia laboribus purgaverint, ad superiores pateat Ordines accessus, sed redditus tantum in prius susceptos. Denique Rothomagense Concilium anno 1074. ne Monachos quidem ejusdem scelerum libidinis reos, voluit aut Abbates fieri posse, aut officiis quidquam extra Monasterium adipisci.

VII. Hæc vero dispensationum, & concedendarum parcimonia, & restringendarum sollicitudo, non multo minus quidem videtur habere admirationis, quam virtuosa inclemencia, quæ Canonum dispensationes tantopere exhorrescebat. Eam nobis sententiam luculente firmabit Urbanus II. in ea Epistola, qua maxima ex parte has complexus est restrictiones. Ad Episcopum Constantiensem in Germania hæc ille re-scribebat: *De Presbyteris, Diaconis, Sub-*

*diaconis, aut post acceptum Ordinem in aliquo criminis lapsi fuerint, sive palam, sive clam, constat quidem Canonum censura ab Ecclesiasticis eos officiis inhiberi. Tamen providentie discretionisque committimus, utrum eorum aliqui; qui tamen infamie notis non fuerint aspergi, necessitate Ecclesie urgente, & ipsorum sancta conversione promerente, in suis gradibus recuperari debeant. Hoc autem secundum indulgentiam dico, non secundum imperium, &c. Si quem vero, quod absit, aut post acceptum, aut ante acceptum officium contingit, peremptorio quolibet eorum, qui in lege morte multantur, sive clam, sive palam occupatum criminis inventis, eos maxime quis adhuc mundo vivunt, ab omnibus eos altaris ministerio sequentiamus. Sicut enim paenitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum, ita & post paenitendum ac reconciliationem nulli unquam laicitateat honorem Clericatus adipisci, vel Clerico ad altiores Ordines promoveri.*

Quantumlibet verbis prolixus sit hic contextus, non poterit tamen non brevis videri, doctrinam qua foetus est expendenti. 1. Nihil discriminis interponitur publicis occulisque delictis: par & eadem omnibus imminet irregularitas. 2. Dispensante hic Episcopi facta a Pontifice potestate, & hac communicatione Pontificiæ potestatis in Episcopo effusa ad dispensandum de Canonibus Consiliorum generalium: usque adeo pernivitae sunt dispensationes de quibus hic agimus, ut tandem traductæ sint in ius communæ. 3. Non potest dispensare Episcopus, nisi eum paucis, urgente utilitate & necessitate; non ipsum, sed Ecclesiae. Nonandum ergo ad omnes id permanaverat. 4. Potestas hæc dispensandi non se porrigebat, nisi ad exercendos Ordines, quos quis jam suscepisset. In suis gradibus recuperari. Itaque ne tum quidem post capitale crimen poterat, vel Clericatum quisquam adipisci, vel in Clericatu superiorum Ordinem. 5. Hæc quoque dispensandi potestas a Pontifice Episcopis impartialiter, ad ea non poterat pertinere crimina, quæ infamiam inuisisset. 6. Nec in eos cadit hæc dispensatio, qui ea perpetrarunt facinora, quæ leges morte plectunt. Itaque homicidium fuit semper, estque etiamnunc irregularitati obnoxium. Ita modi

(1) L. 3. Ep. 17. L. 4. Ep. 25. L. 9. Ep. 3.

(2) L. 1. Ep. 34. [3] L. Dominus vobis. cum e. 33.

modi dispensationes nihil præjudicabant, quin verissime semper diceretur, nec Clericum posse publicam subire poenitentiam, nec poenitentem publicum posse Clero inscribi.

VIII. In ejusdem Disciplinae vestigia ingressus est Paschalis II. cum in Concilio Guastallensi anno 1106. Episcopos Germaniae schismaticos Ordinibus suis redintegravit, dummodo ne vel simoniaci essent, vel intrusi, nec quovis alio crimine deturpati: revocata in unum per antiqua illa dispensatione, qua excepti fuerant in Ecclesiam Novatiani, Donatistarum, aliisque haeresim sectatores: *Prefati Regni Episcopos in schismate ordinatos, nisi aut invasores, aut simoniaci, aut criminosi comprobentur, in officio Episcopali suscipimus.* Quod & aliis quoque Clericis gratificari placuit.

Non temere dictum est a me, ea potestate cum Episcopis communicata, de irregularitate criminis dispensandi, tam late paulatim aperram & complanatam fuisse viam post capitalia crima poenitentia piamentis expurgata ad Clericatum & ad ulteriores ejus gradus progrediendi, ut jam postremis his sacculis nihil opus sit dispensatione. Pauca ex multis feligo exempla. Fulbertus Carnotensis Episcopus Leutherio Archiepiscopo Senonensi auctor fuit, ut Presbyterum deponeret, ab alieno Episcopo ordinatum, & pretio nundinatum Spiritus sancti dona; verum post biennii poenitentiam in integrum tandem revocaret (1): *Degradetur, duobus annis severa poenitentia multetur, postea si digne pacifuerit, restauretur.* Non tam prolixa fuit laudatorum supra Conciliorum humanitas. Huic Epistole & consilio sancti Fulberti iunxit Petrus Damiani, cum Mediolani Legatum ageret Nicolai II. simoniacorum ingentes catervas sacris reconciliavit Altaribus, poenitentia prius idonea purgatos. Quod in alia vero legitur Epistola Fulberti de Episcopo electo, quem cæteri Episcopi ordinare renuerunt, nihil nostra obstrebit doctrinæ. Electus is enim homicidii & aliarum quoque præterea irregularitatum invidiam sustinebat. Denique vel ex una Fulberti responsione ad Archidiacorum Aurelianensem aperte ediles, quantis delinimentis condita & temperata esset tota ejus administrandæ Ecclesiæ ratio (2).

Censuit quidem Ivo Carnotensis, eum Presbyterum, qui ut inimicos perterfaceret, ignem subjecerat suis ædibus, quo incendio oppressus interislet puer, exaucto-randum esse: sed & peracta in Monasterio poenitentia censuit redintegrandum (3): Nec sacerdotali officio dignum debemus judicare, nisi eum longa Monastica vita probet experientia, & ad interimsum ministerium ex meritorum prerogativa pastoralis revocet obedientia, Ex Juris norma inkle-mentius aliquid consulendum fuisse, cum illicita actione aliqua sua Presbyter auctor mortis fuisse, ut non dissimulabat ipse Ivo: Nunc quia diabolo suadente quod illicitum & contra sacerdotale proposutum erat, prius fecit, & de malo initio peior exitus prodidit, nullo modo debemus Presbyterum immunitum estimare, nec sacerdotali officio dignum judicare. Nec inhumanius ille fuit, cum censuit ex rigore quidem Canonum perpetua depositione ferriri debere Presbyterum, qui mendaciis & fraudolentis verborum præstigiis ad eum gradum fese extulerat (4): Si in eo rigor Canonum servaretur, omni tempore ab in-ordinato accepto officio suspenderetur. Sed cum sponte sua quod a se peccatum fuerat, confessus fuisse, ex indulgentia condonandam illi eam esse culpam. Scriptis & ad Pontium Cluniacensem Abbatem (5), Monachum eum qui virilia sibi amputaverat, ut epilepticó morbo, quo laborabat, mederetur, juxta Canones irregularēm esse, sed posse ex dispensatione tolerari, ut in Ordinibus pridem susceptis ministraret, aut ulteriores susciperet. Id quidem idem Ivo (6) consilii dedit Presbytero, ut quopiam alio qualitero prætextu fese lubens abdicaret, propterea quod flagitiæ libidinis culpam, aut saltem infamiam sustineret. Sed videri non injuria posset, infamiae tantum & scandalo Iponem cum occurrere voluisse.

Et sane idem ipse Canonum Jurisque conflutissimus Ivo, causam disceptans Cluniacensis Monachi, qui satis probabiliter existimabatur in causa fuisse, ut abortiret prægnans muliercula, immaturumque foetum ejiceret: non censuit ab Ordinibus suspensi debere, et si constaret quod auctor fuisse certus ejus facinoris. Exempla in medium protulit Davidis, Petri, Pauli: qui

(1) Epist. 25. 62. §3.  
(4) Epist. 225.

(2) Baron. ann. 1509. num. 58.  
(5) Epist. 223.

(3) Epist. 211.  
(6) Epist. 21.

qui post adulterium, homicidium, perjurium, & acerbam Ecclesiaz persecutionem, restituti sunt sacris gubernaculis, quæ ante tractaverant. Protulit & famosum hominidam, quem vulgo opinabantur a B. Joanne Apostolo Ecclesiaz præfectum fuisse (1): *Homicida ille, quem beatus Joannes Ephesino Episcopo nutriendum, erudiendumque commiserat, post cædes & rapinas ductus poenitentia, non solum poenitentiam obtinuit, sed etiam beato Joanne ordinante, Ephesina Ecclesiaz præfetus fuit.* De hac Joannis Apostoli indulgentia dictum est supra a nobis accuratius aliquid. Fatetur autem Ivo cum Augustino, consultius Ecclesiaz visum esse sequentibus sæculis, Clericatus ostium occludi omnibus, qui quovis scelere conscientiam cruentassent, tametsi postea de eo poenitentiam peregrissem, ut ne deluderent & Ecclesiam & se ipsos per ementitas poenitentias homines ambitioni, & sacras dignitates poenitentiaz laboribus facile redempturi: *Quoniam aliqui propter affectatas hominum potentias, falsas agebant poenitentias.* Sed vel inde argументatur Ivo, cum Prælatis persuasissimum est, sinceras & infucatas esse privatorum quorundam poenitentias, tunc adhibendam prorsus esse dispensationem: *Unde mihi videtur, quia sicut facta poenitentia factos poenitentes a Clericatu repellit, ita vera poenitentia viros poenitentes ad Clericatum admittit.* Contestatur denique non eo iure se derogatum statutis Patrum, Canonumque prætorum; sed in Episcoporum semper potestate fuisse dispensationes, citra injuriam auxi præjudicium sacrorum Canonum: *Hæc dicentes, sacris Patrum regulis non obviamus; sed ex ratione & exemplorum commemoratione, in Præsidentium intelligentia possumus esse discretione, ut quos viderint veram egisse poenitentiam, eos ad Ecclesiasticam possint promovere militiam, si publicam non egerint poenitentiam.*

IX. Hic enimvero duo quædam nobis animadvertenda sunt. Primum est; si hæc Iwonis Epistola conferatur cum illa Urbani II. superioris laudata, inde elucescere, multo plus sibi potestatis sumpsisse Episcopos nostros in dispensando, idque Episcopis licere voluisse, ut possent eos qui seria expiati fuissent poenitentia, vel prioribus Ordinibus reddere, vel novis augere. Eo forsan adgebantur vastiori Ecclesiarum &

*Thomas. Tom. IV.*

Dioeceseon suarum amplitudine, quarum Parochias complures Pastoribus viduatas gerere necesse fuisset, si tam religiosi fuissent Canonum custodes, quam Episcopi Italiz, quorum angustissimi sunt Dioeceseon fines.

Alterum est, ex Ivone Carnotensi, non criminis, sed poenitentia publica ita occlodi Clericatus ostium, ut nulla venia, nulla deinceps dispensatione recludi possit. Distat hæc a veteri recentior disciplina mirum quantum. Olim enim criminis, non poenitentiaz criminis exponetrii adhærebat irregularitas. Ratio autem ea est, quod sanæ mentis & cordati quique Clerici Episcopique sentirent illi quidem, quod veteri senserant Patres de poenitentia publica, specimen id esse cumulatissimæ patientiaz & fortitudinis. At plebis oculi non ii erant, qui quondam, non eadem fidei luce perfusi; itaque jam offendebantur, quo ad pietatem excitari debuerant. Hinc occasio, hinc justæ causæ Præsulibus, ut in disciplina cortice aliquid mutarent, cum medulla eadem retineatur. Audiendus hic Ivo: *Sed tamen publicam non egerint poenitentiam.* Talibus enim ideo Clericatus denegatur, quia ab insidiatoribus divinis sacramentis pro hujusmodi derogatur, & simplicius animus aut scandalizatur, aut infirmatur.

X. Nec abs te forsan tertio hoc loco observabitur, nempe eam & dispensationem, & dispensandi facultatem, de peccatis occultis intelligendas esse. Cum enim de peccatis publicis publica semper poenitentia usque adeo peragenda fuerit, juxta Canonum regulas, ut etiamnunc ex Concilio Tridentino, & tot aliis postea habitis Conciliis eadem lex vigeat intermetata de publicis peccatis publica poenitentia eluendis, utque publici peccatores irrevocabili irregularitate multentur: inde illud efficitur, occulta ea fuisse delicta, quorum maculam & irregularitatem poenitentia privata & dispensatio expungerent. Nec his repugnat Epistola Iwonis ad Hildebertum Episcopum Cenomanensem electum. Quas enim illi libidines objectat (2), tanquam ineluctabilem obicem, ne ad Episcopatum accedat, eas & proles multiplex publicasse ferebatur, & necdum necessaria expiaverat poenitentia.

In eadem versabatur & Rupertus Abbas sententia. Sic enim ille statuit, plurimum

P p int-

(1) Epist. 54.

(2) Epist. 279.

interesse discriminis inter adulterium, aliud  
ve quodcumque scelus, & publicationem infamiamque ejusdem criminis: propterea quod  
folius occulti criminis irregularitas per poenitentiam eximatur (1): *Magnus est non solum ventus, sed etiam gratia locas, ubi peccatum non taliter admissum est, ut vulgus sciat, & persona infamis habeatur.* Exempli gratia, si adulterium perpetratum, publice diffamatum, vel ex iudicio testibus est convictum, non debet hujusmodi persona sacris Ordinibus fungi, ne scandalum populo faciat. Si autem hoc nemo scit praeter Deum, & cum cui secreta confessione manifestatur, cauta discreptione & misericorditer condonatum est, ut post poenitentiam nihilominus secretam sacris Mysteriis illa persona admovatur, secundum exemplum David, &c.

Non poterat accommodatus quidquam dici ad Iwonis doctrinam, nisi quod cum paulo posterior anno esset Rupertus, robustior jam tum quoque consuetudo inoleverat, & dispensatio frequentior usurpabatur, ut privata poenitentia occultorum scelerum irregularitas abstergeretur. Eadem ille alibi quoque doctrinam inculcat, originemque retegit ejus regulæ juris perpetuæ, & etiam nunc retinet, ut infamia criminis irregularitatem imprimat. Apertissime enim prodit Rupertus, (2) publica crimina, & infamiam quocunque aspergebant, offendebantque publicam conscientiam, nisi publica expiari non potuisse poenitentia. Infamia ergo nunc quæ illinitus irregularitas, non alia est, quam quæ jam olim criminibus omnibus publicis inhærefcebat.

XI. Eadem & Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo infederat tentativa, quam & hac astruebat ratione, 1. Crimina per poenitentiam aboleri, adeoque nec jam ea apud Deum obesse: nec officere etiam penes homines posse, cum occulta sint (3): *Nec apud Deum reprobatur officium alicujus, propter culpam quam ipse ignoravit, nec apud homines decoloratur facies Ordinis dignitas, propter personam eius ipsi peccatum non cognoscunt.* 2. Non posse a Confessario quemquam suo Ordinum functionibus interdicere occulta crimina, quin a confitendi peccata sua consuetudine refrigescant, & abalienentur it, qui eo peccata sua prodi & manifestari refugient. 3. Gregorius capita-

lium scelerum consciis nunc januam occludit, alias recludit. Concordabit ipse secum, si dicas nunc de publicis, nunc de occultis criminibus eum disputare: Ne sibi ipse contrarius sit, aperitis quidem prohibuisse, de occultis vero post dignam poenitentiam concessisse intelligitur. Et nihil tamen minus monet Anselmus hos poenitentes, invitatus ut sponte sua discendant a ministerio Altarium, cum nec ipsis, nec poenitentibus ullis certo & manifeste constet, quod vere oblitteratae sint ille graviorum suorum scelerum maculae: Sed quoniam ferme semper occultum est, quorum remissa sunt iniquitates & quorum rectæ sunt peccata, quorum vero minime; tutius semper est conscius sibi criminis, ab his quæ placitam Deo personam exposcunt, per laudabilem humiliatem abstinerere, quam per culpabilem securitatem presumere. Quod documentum altissime insculpi omnium mentibus necesse est: Non semper privatos quoque debere, quantumvis possint, ea uti indulgentia, quam concedunt Concilia, & quam necessariam quandoque existimant. Conciliorum enim mens & scopus is fuit, ut Ecclesiæ publicis necessitatibus, non ut privatorum votis satisfacerent; qui proinde multo consultius abstinenter fese, & expectarent, dum eos Ecclesiæ ad sacras functiones arcesceret, ubi necessitas, vel opportunitas publica ita flagitaret. Ea est, nt fallor, Anselmi sententia, quam & ex alia ejus Epistola (4) facile est exprimere. Vides quam late serpissit Epistolarum Gregorii Magni facta ab Isidoro Mercatore interpolatio.

Ex his rursus illud quoque emicat, hos & scandimonias & eruditio[n]is homine celeberrimos Praesules dispensationem latius effudisse, quam supra memoratos Romanos Pontifices. Ad omnia enim genera tam criminum quam hominum eam effundebant: sive eam illis potestatem concessisset, sive monendum sibi integrum reservasset Sedes Apostolica. Potest & illud non immerito existimari, non jam sere dici debuisse dispensationem, cum nemo ea frustraretur: sed necessariam juris prioris & anterioris remissionem: quod fieri omnino non poterat, nisi consensione, vel tolerantia saltem tacita Sedis Apostolicæ Pontificum, qui vi & jure atque ingenio suæ Sedis, executores

(1) De Iustitione Virgin. c. 16.  
(2) L. 1. Ep. 56.

(3) In Levi. I. 1. c. 18. in Num. L. 1. c. 23.  
(4) L. 3. Ep. 23. 163.

res sunt & custodes Canonum.

Beatus Bernardus Claravallensis Abbas, quanquam puri & anterioris juris retinensissimus, reniti tamen non potuit consuetudini, suo jam evo confirmatae. Consulenti Brunoni Coloniensi Episcopo electo, an acquiescendum sibi esset electioni ad eam dignitatem suæ, cui tantopere dissentiret vita sua hactenus tot delibuta flagitiis, quæ nullis adhuc poenitentia lacrimis expurgata esset, respondit Bernardus anceps & ipse animi, dubiusque, & neutrati in partem deflectens, sed utriusque partis rationum momenta librans (1): Horreο confidens unde, quo vocaris: præsentim cum nulum intercurrerit poenitentie tempus, &c. Hæc a me suspensive responsa sufficiant, &c. Aliquanto etiam temperatus rescriptit ad Episcopum Gratianopolitanum, animoque & calamo ad indulgentiam propensiore. Optat enim hortaturque, ut quæ præire debuerat virtutis integritas morumque innocentia, saltem accedat, succedatque: utque repentina illo gratia omnipotentis impetu in alium hominem traducatur, quo olim Matthæus, Paulus, Ambrosius (2): Bonas fac de cetero vias tuas, & studia tua: & ministerium sanctum si vita sanctitas non præcessit, sequatur saltem, &c. Sic Paulus ex persecutore Doctor gentium factus est, sic Matthæus de telonio vocatus, sic Ambrosius de Palatio, &c. Denique nonne multiores ubi superabundaverunt delicta, videtur superabundare & gracia?

Cum noluisset Pontifex electionem Monachi in Episcopum confirmare, ne ejus conversio & professio Monastica censeretur simulationi potius & latenti cupiditatibus hominum imputanda, quam germanæ pietati: non dissimulavit Bernardus, et si non posset non summo honore prolequi, & revereri consilium Pontificis; consultius tamen sibi videri, ut electio ea confirmaretur, ex qua tantum ornamenti in Ecclesiam & emolumenti existere posset. Quanquam enim hujus Monachi juventa minus forsan intaminata fuisset, poenitentia & Monastica professio in novum hominem illum refinxerat (3): Quid enim si juvenis aliqua olim jaueniliter egisse memoratur? Vetera transferunt, facta sunt omnia nova. Conseptus est iterum Christo per eremi baptismum. Ego olim sepulta vita retractabo?

Habes hic valde perspicuam posterioris hujus ævi doctrinam, & præjudicatam sententiam: professionem Monasticam instar habere, & vim obtinere alterius baptismi, & spiritualis cuiusdam regenerationis, qua universem eluantur irregularitates omnes a crimine profectæ. Atqui Monachi perpetui sunt Ecclesiæ poenitentes; & poenitentiae ipsius vi Monastica professio irregularitates delet.

Verum zeli sui & amoris Canonum flagrantissimi non scintillas tantum aliquas, sed faces Bernardus idem ipse subjecit Eugenio III. Papæ, quem tantum non objurgavit, æquius nescio an audacius, quod ad Prælaturam compulisset hominem, qui canonico judicio & publica depositione infamatus fuisset (4): *Quis vobis fuggeſſit, hominem de ambitione notatum, convictum, condemnatum, ad Ecclesiasticam cogere dignatorem &c.? Is est quem Lambertus Episcopus degradavit.* Denique vehementissime urget, ut retractet, quod sibi vel extortum, vel subreptum est. Non est nisi revocare sententiam. Scriptis & ad Archiepiscopum Eboracensem (5) in Anglia, nefas esse abire illum Episcopatu, nisi eo vinculo solvisset eum Pontifex, vel gravioris aliquid sceleris conscientiam remorderet: Nisi forte mortale aliquid commissum sit.

XIII. Prolixius hanc quæstionem pertraxit Gratianus, an post expletam scelerum poenitentiam fas sit ad Ecclesiasticos Ordines adire, vel redire. Multam ille suo more testimoniorum sylvam congerit in utramque ultro citroque sententiam: & existentem inter ea pugnam ita sedat conciliaque, quod a Conciliis & Patribus non sit lepta. Clericatus obstructaque janua, nisi subdolis poenitentiis, & privatuarum cupiditatum contagio suffusis (6): *Sunt quidam quos non odium criminis, sed timor vilitatis, & amissio proprii gradus, & ambitio celioris ad poenitentiam cogit.* Hos sacræ Canones irrecuperabiliter dejiciunt. 2. His addit ille posse eam repugnantiam Canonum pacari, si quis dicat Clericatu semper adversari crimina publica, non autem occulta, quæ ubi confessio & poenitentia privata effricuerit, tum tuto posse quemque Ordines antea susceptos exercere: Possunt & aliter distingui premissæ auctoritates. Quorum enim crimina manifesta sunt, ante

Pp 2

vel

(1) Ep. 8.  
(5) Ep. 172.

(2) Ep. 27, 28.  
(6) Dist. I.

(3) Ep. 249.

(4) Ep. 268.

vel post ordinationem a sacris Ordinibus degrediendi sunt. Quorum autem peccata occulta sunt, & satisfactione secreta secundum Sacerdotis edictum purgata, in propriis Ordinibus remanere possunt. 3. Hinc excipit voluntarios homicidas: De homicidiis intelligendum, quando facultas effugendi datur, nec necessitate clauduntur obсидionis. Ceterum cum necessitate angustati effugere non possunt, si tunc homicidium admiserint, purgati per poenitentiam, & officio & communioni reddantur. Profert in sui defensio nem Urbanum II. qui ex indulgentia tantum parcere se proficitur fortuito homicide: Clerico jaciente lapidem puer dicitur intemperatus. 4. Nec abnuit denique, quin possint, occulta exacta poenitentia ad superiores Ordines promoveri. Verum cum nec ad hoc temperamenti genus, nec ad alia auctorem proferat Pontificem ullum Romanum, vel eo rursus ipso significat, has dispensationes ab Episcopis magis, quam a Pontificibus pervulgatas ampliatasque fuisse. In alia distinctione (1) deponit Gratianus Gregorii VII. & Alexandri III. testimonia, quæ superius a nobis prolata fuere; sed ea interpretatur prisca severitatis fuisse monumenta, cum rudimenta potius quadam essent influentis novæ indulgentia. 5. Clericatu arcet Gratianus hæreticos & apostatas, qui etiamnunc etiam in irregularium classem conjiciuntur.

XIII. Postquam publica & inevitabilis necessitas eo adegit Episcopos Galliæ, Angliæ, Germaniæque, usque adeo dilatare hanc dispensationem, juri quodammodo communi illam transcribere, eam denique iis approbare qui doctrina zeloque plurimum abundant: iisdem etiam se attemperavit Regulis Alexander III. Papa, & percurrenti Episcopo Oxfordensi in Anglia, de Presbytero, qui nonnihil pecuniae dederat Archidiacono, a quo fuerat praesentatus Episcopo; rescripti, si crimen occultum foret, clam submonendum illum esse, ut Religionem Monasticam aliquibi profiteretur, & a sacro sese abstineret ministerio: si resiliret ab eo salubri consilio, Beneficio quopiam donandum esse, & urgendum, ut ne ingeneret se sacris munis: cum enim occultum esset delictum, non posse eum cogi, ut vel invitus cohiberetur ab Altaris ministerio, sed secretam ei iudici debere peni-

tentiam (2): Secreto convenias, ut Ordinario alicujus Religionis assumat, & perpetuo ab officio abstineat, sine ulla tamen coactione, &c. Alioqui non erit tutum, cam sit secretus excessus, ipsum invitum ab eodem officio coercere. Sed tamen poenitentiam secretam secundum quod tibi visum fuerit, injungere non postponas.

Auctoritatem hujus Pontificis non possum non mirari, etiam tum cum de ea remittit. Prater occultam enim poenitentiam, quæ generaliter subeunda erat omnibus occulorum criminum reis: præcipit, ut inviterit simoniacus hic Presbyter ad profitendam Religionem, & ad supersedendum omnino sacris functionibus. Compara, oote, hæc Alexandri III. consilia cum Canone Concilii Londinensis anno 1200. (3) Nullus etiam Sacerdos post lapsum, antequam confiteatur, ad altare presumat accedere celebratus. Nihil postea residet in animo tuo dubii, quin ut iterum iterumque inculcavimus, hæc disciplina immutatio ab Episcopis potissimum manabit, paulo indulgentioribus. Ex responsis autem consiliisque Alexandri III. illud effulget, quam multa præclare & ad prisca severitatis gustum, non præcipiendi, sed consulendi animo, insuffranda sint poenitentibus, eo etiam tempore quo prisca illa severitas in desuetudinem abiit. Jam enim fateor præcepta ea non sunt, sed consilia; sed quorsum consilia, si ne ut consilia quidem instillanda, aut vero inculcanda sint?

XIV. Sed illud præ ceteris magnopere dolendum, quod cum poenitentia dispensationi, & irregularitatis remissioni præmittit deberet: eaque videretur fuisse necessaria conditio, ut frueretur quis concessa indulgentia: insuper habita plerumque fuit tamen ea conditio. Eam modo præscriptit Alexander III. (4). Eam expresse commendat Innocentius III. in Presbytero eo quens restituit: Cum longo jam tempore impositam sibi penam portaverit. Libri Decretalium ex quibus radiat ius hodiernum Canonicum, eam passim necessitatem commendat. Gregorius IX. homicidio duntaxat excepto diferte tradit, nec adulterio, nec perjurio, nec fallo testimonio excludi quenquam ab Ordinibus, dummodo poenitentia peragatur; alioqui abstinentem (5): Quid si non penituerint, monendi sunt, & sub intermissione

(1) Dist. 81.

(2) Append. Conc. Later. III. p. 35. c. 2.

[3] Can. 4.

[4] Reg. 13. Ep. 85.

(5) Extr. de temp. Or. c. 17.

*De Beneficiis, Part. II. Lib. I. Cap. LXI.*

*tione divini iudicij obtestandi, ut in testi-  
monium sua damnationis in suscepis etiam  
Ordinibus non ministrent.*

Cœperat Alexander III. indulgere (1), ut peracta poenitentia parte aliqua, rediretur ad functiones Ordinis; sed idem ipse constituit, ut nihil intentatum relinquatur, quo a superioribus deterrentur Ordinibus, quamvis cogi non possent, quorum occulta erant flagitia: *Poenitentiam ei occultam imponas, & suadeas, ut parte paenitentia peracta, ordine suscepto utatur, quo contentus existens, ad superiores non ascendet. Veruntamen quia peccatum occultum est, si promoveri voluerit, eum non debet aliqua ratione prohibere.* Testatum alibi facit idem Pontifex, non paucos ex Clericis detrectate progressum ad Ordines superiores, quod clancularia flagitia animam foedassent aliqua (2): *Si Clerici perceptione majorum Ordinum proper occultua sua peccata se indignos esse fatentur, &c.* Post impletam etiam poenitentiam rediri prohibet ad Ordinum sacra munia citra Episcopi dispensationem (3): *De adulteriis & aliis criminibus que sunt minora, potest Episcopus cum Clericis post peractam paenitentiam dispensare.* Itaque specialis forsan illa fuerat species, ubi assensus erat, ut pars tantum aliqua ante poenitentia decurria fuisse. Qui rursum alibi (4): *Satis potes cum eo post peractam paenitentiam misericorditer agere.* Et rursus alibi de Presbyteris agens Concubinarii: *Post longam paenitentiam & vitam laudabilem continentem, officio suo restituvi poterunt, & ex indulgentia sui Episcopi, ejus executionem habere.* Et Innocentius III. in eadem criminis specie (5): *Cum eis tanquam simplici fornicatione notatis, quoad executionem sacerdotalis Officii poteris dispensare.* Approbaverat Alexander III. ut Diaconus, qui uxorem duxerat, posset exacto poenitentia curriculo, gradui suo restitui, adeoque ad Presbyteratum promoveri, si illustribus se virtutum experimentis insigniret (6): *Injuncta sibi paenitentia, post eam peractam, dispensative poteris ei Diaconatus Officium reddere; & si perfecta vita & conversationis fuerit, eum in Presbyterum ordinare.* Sed cum eodem se faci-

<sup>30</sup> nore implicuisse Subdiaconus, nec redder illum Ordini suo, nee ultra progrederi passus est, nisi ante Monasticis se institutis devovisset. *Si ad Monasticum Ordinem transire voluerit.* Alioqui liberam ei tantum esse voluit functionem Ordinum inferiorum.

Rursus alibi censuit idem Pontifex (7) professione Religionis posse quempiam Acolythus promereret, ut ex indulgentia sibi condonaretur, quod publica & lacrilegæ reparationi interfueret. Episcopo concessit, ut dispensatore ageret cum Clerico, qui singuli certamine depugnaverat, dum ne quid homicidii, vel murationis esset perpetratum (8): *Si Episcopus suus misericorditer duxerit dispensandum.*

Eadem gratia eum prosecutus est, qui Calicem sacrum furatus fuerat (9): *Si non est super hoc nota vel manifesta infamia respersus, post peractam paenitentiam, aut congruam partem paenitentie, nos dubites ad sacros ipsum Ordines promovere.*

Iisdem mitioris disciplinæ blandimentis usus est Urbanus III. in eum qui cum Diaconatu tantum initiatus esset, Missarum solemnia celebraverat. Sed tollicite Episcopum monuit, ut poenitentia Diaconi per vigil esset explorator, invitaretque illum, ut Monasticis se claustris includeret (10): *Ut autem securius possis hanc et misericordiam facere, de agente paenitentia diligenter circa eum curam non definas exhibere; salubrius autem sibi absque dubio providebit, se ad regularem vitam se duxerit transferendum.* Ubi rursum perispicis, quanta in animarum moderando regimine, ex consilio insinuanda sint, ingerendaque, et si non possint ex precepto urgeri. Repulsa omnino passi sunt ab Alexandro III. (11) qui furtum Ordinibus obrepserant, præter Episcopi sui interdictum; quin & excommunicationem intentavit, nisi Religiosum propositum amplexarentur.

Publicam Clemens III. paenitentiam inflinxit (12) Presbyteris Græcis, qui damnabili quadam negligentia filiolos suos in eodem lecum lectulo accubantes opprefserant, siquidem publicum illud esset facinus. Si occultum vero esset, occultam quidem inflixit paenitentiam, at ea lege, ut eis ad al-

(1) Ib. c. 4.

(2) De ærate Ord. c. 6.

(3) De iudiciis c. 4.

(4) De Corpore vitatis c. 1. de Cl. conjugatis c. 4.

(5) De bigamis c. 6.

(6) Qui Cler. vel vov. 1. 2.

(7) De Apost. c. 2.

(8) De Cler. pugn. c. 2.

(9) De Furtis c. 5.

(10) De Cl. noui ordinatio min. c. 2.

(11) De eo qui furtive Ord. suscepit c. 1. 3.

(12) De Sent. excom. c. 7.

ad altaris munia omnis intercluderetur adi-  
tus (1) : Ab officio debent perpetuo abſine-  
re, & eis gravior quam laicis, non tamen  
publica, niſi in publicum id veniat, pa-  
nitentia debet imponi. Denique Innocentius  
III. de criminibus iis agens, quorum ne  
paenitentia quidem extergeret irregularita-  
tem, iis annumerat homicidium & simo-  
niam : *Utrum sit tale crimen, quod Ordinis executionem fuisse, aut retentionem  
Beneficii, etiam poſt peractam paenitentiam impediret, puta si homicidium commisſeret,  
vel adepius effet Ordinem, aut Beneficium  
vicio simoniae.* Concessit Honorius III. (2)  
interpellante Ludovico primogenito Philippi  
Augusti Francorum Regis dispensationem  
Presbyterorum, aliorumque Clericorum, ut  
ad dignitates Ecclesiasticas, & ad Ordines  
superiores evehi posse, quanquam publi-  
cam obiſſent paenitentiam.

XV. Hæ sunt ergo Regulae & Leges ju-  
ris Canonici, quo impræsentiarum regitur  
& administratur Ecclesia. Quam indubita-  
tum est, justis & necessariis de cauſis re-  
misſione Ecclesiam de antiquo rigore Cano-  
num, & ad hæc se delinimenta attemp-  
rare, quæ miram quandam ubique sapien-  
tiam & caritatem spirant. Unde luculente  
Petrus Venerabilis (3) : *Ut eſt de illis, qui  
in heresim, vel in aliquod dominabile pe-  
ccatum & publicam corrunt, quos primi Ca-  
nones ad pristinum Clericatus, vel digni-  
tatis gradum accedere prohibent, sequentes  
vero necessariis cogentibus cauſis aliquando  
permittunt.* Tam dolendum est, quod his  
delinimentis alia subinde delinimenta adji-  
ciantur, & de iure remitto remittatur sem-  
per aliud ulterius. Hodie nrum enim jus  
Decretalium postulat etiam nunc, 1. ut oc-  
cultorum irregularitas criminum non relaxe-  
tur, niſi expleta penitus, aut magna ex  
parte paenitentia. 2. Ut pervigilent Epi-  
scopi, & explorent, an occulti paenitentes  
strenue suas partes obeant; an eos sincere  
& ex animo paeniteat. 3. Ut quæ illis ve-  
nia conceditur, vel Ordines, vel Beneficia  
capessendi, venia semper, gratia & dispen-  
ſatio habeatur. 4. Ut privatim hoc illis  
infundatur confilii, ipſique persuasissimum  
ut habeant, longe tutius ipſis & conduci-  
bilius esse, ut sacro abſlineant ministerio,  
etiam poſt impletum paenitentie stadium,

quod remiſſa ſibi fuiffe pristina flagitia cer-  
to refire non poſſent. 5. Ut ſuadeatur &  
inculceretur eis vita & professio Monastica,  
tanquam certissima eorum medicina morbo-  
rum, quibus eorum anima debilitata jacet.  
6. Pernitit quidem Episcopis Concilium  
Tridentinum, ut paenitentiam publicam  
pro publicis peccatis omnibus peragendam  
committent in paenitentiam occultam, quan-  
do ita magis iudicaverint expedire. Sed  
haud equidem ſcio, an etiam permiferit (4),  
ut paenitentiam publicam omnino in defu-  
rudinem abire, & funditus aboliri, & in-  
terire finant pro publicis criminibus. Cer-  
te non id illis indulſit, ut absolvant de ir-  
regularitatibus, quæ criminibus publicis in-  
haerescunt, vel homicidiis etiam occultis.  
Quoad homicidia fortuita, ajunt Concilii  
Patres eorum dispensationem quodammodo  
deberi (5) : *Cum iure quodammodo dispen-  
ſatio debeatur: idque examinandum & dis-  
pensandum committi debere Episcopis, qui  
degunt in singulis quibusque locis.*

Sanctus Carolus Archiepiscopus Medio-  
lanensis tantam explicit Canonum diligen-  
tiam & auferatatem, quantam poſtrema  
hæc arta ferre potuit (6) : *Criminosi, fo-  
lowliter paenitentes, ebrietati & gula de-  
dicti, impudici, lapſi poſt Ordinem ſuce-  
ptum, perjuri, infames: Hos ille irregu-  
lares ex iure recenſet. Si vero hujus Decre-  
ti uſus urgeret: si potiſſimum eo uiterentur  
iure Episcopi, quo eos Tridentinum Co-  
ncilium donat (7), propter occulta crimina  
circa figuram iudicij interdicendi & rece-  
ptione & exercitio Ordinum; revivisceret  
ſpes non mediocris revocandæ in integrâ  
permagna ex parte purioris antiquæ discipli-  
næ in ſacris Ministris.*

Non referam, non expendam, ſed ad  
marginem (8), hic raptim indigitabo, qui-  
bus Decretalium capitibus, Clericis quo de-  
lictorum paenitentias impleant, indicatur,  
ut in Monasteria ſemetiſi ſegregent, &  
reliquum vitæ decurſum coenobiticæ vitæ  
laboribus dedicent.

De

(1) De Accus. c. 12.

(2) Rati. ann. 1219. n. 39. (3) Bibl. Clun. p. 663.  
(4) Sess. 24. c. 6. 8. (5) Sess. 14. c. 7. (6) Con. Med. I. c. 13. II. c. 8. (7) Sess. 24. c. 1  
[8] L. 5. t. 10. c. 1. T. 12. c. 6. T. 16. c. 2. T. 28. c. 2. T. 30. c. 3. T. 37. c. 6. T. 38. c. 12. T. 40. c. 27

**De Irregularitate Hæreticorum, Schismatiorum, Apostatarum, Neophytorum, Energumenorum.**

**C A P U T L X I I . P . 1 . 4 . 2 . c . 1 3 .**

**De his irregularitatibus per priora quinque Ecclesiæ saecula.**

I. Cur Hæretici mitiori poenitentia additi sunt & facilius remissa sit eorum iterum irregularitas?

II. Primo Donatistis dispensatio & veniam Canonum concessa in Concilio Romano.

III. Austerius actum est in Apostatas.

IV. Canones alii, alia Canonum remissiones. Novatianorum dispensatio in Concilio Niceno.

V. VI. Innocentii I. decreta de irregularitatibus Hæreticorum & Apostatarum.

VII. Episcopi Africani & Papa & ab Episcopis Italiae flagitarunt, ut dispensare possent cum Episcopis Donatistis, qui universo cum plebe sua ad Ecclesiam se Catholicam adrogarent.

VIII. Eandem flagitarunt dispensationem in hæreti baptizatis.

IX. Dispensationes promiscue concessa omnibus emergentium primo hæresi fautoribus.

X. Dispensatio indulcta Episcopis Concilii Ariminensis.

XI. Eam dispensationem improbarunt Schismatici Luciferiani.

XII. Dispensatio indulcta primis sectatoribus Nestoris, Eutychetis, Pelagii.

XIII. Irregularitas ex iterato baptismo.

XIV. XV. Irregularitas Clinicorum & Neophytorum.

XVI. Hi & superioribus Ordinibus summvantur.

XVII. Quam aliena & absurdæ Neophyti laborent ambitione.

XVIII. XIX. XX. Plura Patrum Pontificumque suffragia ad frangendam Neophytorum audaciam.

XXI. Effricatur ab Ambrofio ea labes.

XXII. Aliud Exemplum.

XXIII. Minoribus quandoque ab Ordini-

bus prohibiti sunt Neophyti.

XXIV. Irregularitas eorum, quorum parentes alteruter, vel avus hæretici sunt.

XXV. De Energumenis & Comædis.

I. Inter maxima non immerito crimina numeratur & hæresis; unde & Hæretici irregularibus annumerantur. Non certe totus in eos intendebatur poenitentia rigor: minus impugnabatur, quod nati erant: nascendi infelicitas dolenda magis, quam exaggeranda videbatur quamplurimum ex iis culpe, cæcitatis & ignorantiae plus, minus malitia inesse existimabatur. Denique illud infixum animo & persuasissimum erat, facilius eximi errores, quam cupiditates ostendo semet veritatis lumine fugere hæresin, nec quidquam ex ea deinceps reformandum: at criminosa cupiditates, centies revulsa, centies repululascere. Ideoque longe expeditiorementis quam voluntatis medicinam. Species tamen quedam & umbra poenitentia publicæ Hæreticis in sinu Ecclesiæ revolantibus indicebatur. Hæc omnino Augustini constantissima fuit doctrina, ubi Donatistis respondet: si post conversionem eorum & poenitentiam expletam, quæ redituris in Ecclesiæ gremium infligebatur, semel admissis non auferrentur functiones sacræ Ordinum, id fieri saluberrimæ dispensatione & matura caritate, quæ generalibus Canonum institutis derogabat; per quos nimirum non licuisset poenitentia semel functos, vel Ordinibus donari, vel donatos exercere permitti. Hanc porro indulgentiam confitetur Augustinus, vulnus esse veluti quoddam, quo sancti disciplina; sed & arbores sauciari, ut inserantur novi surculi, ex quibus uberior feliciorque florum frugumque proventus exuberet (1): Si ergo, inquit, oportet ut nos extra Ecclesiam & adversus Ecclesiam suis se puniteat, ut salvi esse possimus, quomodo per istam poenitentiam Clerici, vel etiam Episcopi permanemus? Hoc non fuerit, quantum revera fieri non deberet, nisi pacis ipsius compensatione sanaretur. Cum preciosus ramus inseritur, fit vulnus in arbore, quo possit recipi ut vivat, qui sine vita radicis peribat.

Illud quoque pulcherrime addit Augustinus, non alios fines esse potestatis clavium Ecclesiæ missarum a Christo, quam necessitatis & caritatis: Ut enim constitueretur

(1) Ep. 50.

304 *Vetus & nova Ecclesia Disciplina*  
tur in Ecclesia, ne quisquam post alicujus  
criminis paenitentiam Clericatum accipiat, sive ab hereticis rebaptizati sint, sive prius  
suscepiti ad illos redierint, sive apud illos  
Clerici vel laici fuerint.

II. Illa autem de qua hic disputabat Au-

gustinus dispensatio, non spectabat nisi ad  
Donatistas, quos omni ope ad Ecclesiam  
Catholicam recolligere conitebantur Epi-  
scopi Africani. Ad turbas enim populorum  
innumerarum, tota Africa aberrantes, facilius  
in ovile Catholicæ Ecclesiæ revocandas,  
nulla non optanda, nulla non concedenda  
ultra erat indulgentia. Quod ad ceteras au-  
tem hæreses, eadem irregularitas omnes  
prorsus inexorabili lege constringebat (1):  
*Verum in hujusmodi causis, ubi per graves  
dissensionum scissuras, non hujus aut illius  
hominis, sed populorum strages jacent, de-  
trahendum est aliquid severitati, ut majori-  
bus malis sanandis caritas sincera subveniat,*  
¶. Sic multitudinibus per schisma, & hæ-  
reses pereuntibus subveniri consuevit. De-  
nique teltis cum primis locuples Augusti-  
nus, refert jam inde ab exordio schismatis  
Donati, Pontificem Romanum aliquo  
Episcopos, qui Romæ Cæcilianum absolve-  
rant, ita statuisse, ut solo Donato exaucto-  
rato, damnatoque, reliqui omnes cum Or-  
dinibus quique suis susciperentur (2): Ce-  
zeros correctos, etiam si extra Ecclesiam ordi-  
natii essent, in suis Ordinibus suscipiendos  
esse censuerunt. Quam ille alibi miris at-  
tollit laudibus Miltiadis Papæ clementiam.

III. Qui vero in Ecclesia Catholicæ na-  
ti & regeperati fuerant, & ejus splendidissi-  
mæ lucis pertasi, in foedissimas se hære-  
feos tenebras demerferant; ii jam non po-  
terant pristinæ restituï luci, ac dignitati  
sue, nisi multo acerbiori paenitentia, quam  
qua expiabantur, quos nativitas ipsa sua  
hæresi implicuerat. Ita enim idem rursus  
Augustinus (3): *Nec illud sine distinctione  
præterimus, ut humiliorem agant paeniten-  
tiam, qui jam fideles Ecclesiam Catholicam  
deseruerunt, quam qui in illa nondum fue-  
runt. Ergo ne hæretici quidem nisi per  
paenitentiam in Ecclesiam, Catholicamque  
unitatem admittebantur, quanquam non  
paulo mitiore, quam qua Apostatae. Si  
milditer & irregularitas una eadem eis indi-  
cebatur: Nec ad Clericatum admittuntur,*

sive ab hereticis rebaptizati sint, sive prius

suscepiti ad illos redierint, sive apud illos

Clerici vel laici fuerint.

IV. Hanc porto irregularitatem Elberi-  
tana Synodus promulgaverat iis verbis, ut per-  
vetustam jam tum fuisse eam legem facile  
intelligatur (4): *Ex omni heresi qui ad nos  
fidelis veneris, minime est ad Clerum pro-  
movendus. Vel si qui sunt in preteritum or-  
dinatis, fine dubio deponentur. Hic vero fi-  
deles appellantur laici, quos suæ sectæ gre-  
gales ideo fideles vocabant, ut eos a Po-  
nitentibus & Clericis sejungerent. Priori-  
bus enim his seculis Sectæ omnes, perinde  
ut Ecclesia Catholicæ, in fideles, Clericos,  
& Paenitentes tripartiti erant. Aperte Lao-  
dicena Synodus de Novatianis, & Photianis agens (5): *Qui apud vos dicuntur  
fideles: τις λαογρινός τερπαύτος πιστός. De  
Cataphrygibus autem agens, Clero se suo  
eos jactare declarat: εἰ καὶ πάντες τοιχοί τερπ-  
αύτοις. Jubetque ut Clerici hi omnes ina-  
ni haec tenus ejus nominis gloria se vendi-  
tantes, baptismo initientur: nec de iis im-  
verum Clerum revocandis commeminit. Ni-  
cæna quoque Synodus Paulianistas rebapti-  
zari sanxit (6): sed rursum quoque Ordini-  
bus decorari jubet, si quos in secta sua Or-  
dines consecuti essent. Multo prodiu ver-  
ro ea ad Novatianos gratia exporrigebar-  
tur (7). Nec hujus loci est anxiæ scrutari,  
an impositio manuum, qua eos excipi Sy-  
nodus sancti, ad Paenitentiam, vel ad Con-  
firmationem spectet, vel ad iteratam Ordi-  
nationem. Abunde id nobis est, ut istius-  
modi dispensationes auctoritate & exemplo  
suo probaverit, sanxerisque Nicæna Syno-  
dus, ut ejus in vestigia infisterent Patres  
Synodique deinceps omnes.**

V. Duos Nicænos hos Canones commen-  
davit Innocentius I. Papa, nec eos tam  
latius effundi passus est, aut ampliari indul-  
gentiam eam ultra limites a Nicænis Patri-  
bus definitos. Viguit ergo deinceps primæ-  
va & inconclusa lex Ecclesiæ adverlus omnes  
alias hæreses (8): *Nostræ vero lex est Eccle-  
siæ, venientibus ab hereticis, qui, tamen il-  
lic baptizati sint, per manus impositionem,  
laicam tantum tribuere communionem, nec  
ex his aliquem in Clericatus honorem vel  
exiguum subrogare, ¶. Sed Canones apud  
Nicænam constituti, de Novatianis fieri per-  
misserunt. Possum dicere de solis his Novat-  
ianis*

(1) Ib. Et L. 2. cont. Cr. c. 11. 12.  
(2) Ep. 162.  
(3) De unico bapt.con. Petil. c. 12.

(4) Can. 51. (5) Can. 7. 8.

(6) Can. 19.  
(7) Can. 8.  
(8) Ep. 22. c. 4.

*rianis esse praeceptum, nec ad aliarum hæresim Clericos pertinere, &c.*

VI. Illud quoque contellatur ibidem Innocentius, Apolatas qui ad Ecclesiam, a qua defecerant, reverti gestiunt, multo alieniores esse & longius ablegandos ab Ordinibus & dignitatibus Cleri, quod eorum flagitio nulla praetexti potuisset excusatio, eoque non paulo durior eis indicenda fuerit pœnitentia (1): *Si quis vero de Catholicâ ad hæresim transiit, aut fidelis ad apostasiam reversus, resipiscens redire voluit; numquid eadem ratione poterit ad Clerum permitti, cuius commissum nonnihil longa pœnitentia poterit aboleri? Nec post pœnitentiam Clericū fieri ipsi Canones sua auctoritate permittunt.*

VII. Ad Apostatas revocabitur oratio, si prius observarum sit, solos ab Innocentio excipi Novatianos, ut ne cum ceteris hæreticis omnibus interdicantur a Cleri & Ordinum accessu: idque accommodate dici ad Nicænum Concilium, cui hoc temperamentum placuerat, ut dispensatio illis tantum annueretur hæreticis, quorum redditus in finum matris Catholicæ compendiosissimus esset Ecclesiæ, & abunde dispensationis dispensia solaretur. Id nos edocuit Concilium Africanum, ubi Episcopi Afri retribendum sibi statuunt ad Episcopos ultra maria positiones, maxime autem ad Apostolicam Sedem, & ad Anastasium Papam, ut eorum confessionem eliant, qua fas sit Donatistarum Clericos, Ecclesiæ se reddere expertentes, & turbas plebesque secum in eandem revocantes, suscipere citra prioris Ordinis & dignitatis suæ iacturam; & Canon his contrarius in Concilio ultra maria habito editus, ad eos reflectatur, quorum conversio non tanti esset, nec tanta Ecclesiæ incrementa adderet, ut hæc justa esset dispensationis compensatio (2): *Non obstat ei quod contra honores eorum statutum est in transmarino Concilio, ut ordinati in parte Donatistæ non suscipiantur in honoribus suis, exceptis his per quos Catholicæ unitati consulentur. Hæc sunt quæ docet nos Augustinus a Papa & ceteris Europæ Episcopis, & concessa suisse, & in Ecclesiis Africanis exinde in usu habita.*

VIII. Ad Syricum Papam & ad Simplicianum Mediolanensem Episcopum miserant olim idem Africani Episcopi, ut

*Thomaf. Tom. IV.*

equiore multo & faciliori eis dispensationem approbarent, nempe eorum qui in hæresi nati, ubi primum infatia & iniuria ignorantia tenebris in lucem rationis, & qualicumque sapientia emersissent, protinus contulissent te ad Ecclesiam Catholica (3): *De solis infantibus, qui baptizantur penes eosdem, ne quod suo non fecerunt iudicio, parentum illos error impeditat, &c. maxime in tanta rerum necessitate, &c. Non dum scire valentes erroris eorum interitum, apud eos baptizati sunt, &c.*

Nemo sati mirari poterit, Ecclesiam Africam tam vasta terrarum spatio complexam, tanta inter Ecclesias antiquitate fulgentem, tautis radiantem in Episcopali Collegio suo luminibus, non existimasse concedi a se debere dispensationem tam perspicue justam facilemque, nisi impetrata assensione, tum Romani Pontificis, tum illustrorum complurium Europæ Episcoporum. Penuria laborabat Clericorum Africana Ecclesia, impuberum culpm elevabat ætas & ignorantia: Civitatum populorumque resipiscientia, & conglutinatio ad Ecclesiam, ejusmodi erat compensatio, quæ vehementer adulitos commendaret: tranari maria, & ultiro citroque responsa expectari longum erat: nec tamen abduci his tot rationum momentis a sententia potuerunt, oranda exorandaque confessionis Papæ & Episcoporum Italæ: *Nostræ si placet in iisdem ordinandis consentiant voluntati. Tanta erat beato illo ævo, & in Apostolicam Sedem reverentia, & inter Episcopos orbis coalescio & religio, ne temere Canones usquam laxarentur.*

IX. Incertum hæreticis an apostatis accendi sint Massaliani, sive Enthusiastæ, quibus parem indulgentiam annuit Ephelia I. Synodus (4): *Si anathematizaverint in scriptis, Clerici maneant Clerici, laici ad communionem admittantur. Quin proprius a vero abest, hos nec Hæreticos, nec Apostatas Concilio visos, sed ut simpliciores, quam contumaciores, infirmitatis plus, malitia minus præferentes: qui vacillarent in fide, non ab ea pro�us excidissent. Nec dispar est ratio Maximi Presbyteri, qui ad punctum temporis & velut in populi commotione schismati Novatiani suffragatus est, auctore beato Cypriano (5). Itemque Pauli Samosatei, qui ex Eusebio erro-*

Q 9

(1) Ibid.

(2) Conc. Afr. sub Cœl. & Bon. c. 25.

(3) Ib. c. 24. 24.

(4) Act. 7.

(5) Cypr. Ep. 47. Euseb. I. 7. c. 24.

errores suos recantavit in Concilio I. Antiocheno. Item de octo Episcopis, quos Nicenii Patres ex Hieronymo (1) ab Ariano infanæ laqueis extricaverunt: denique de Meletio & Meletianis, quos Ordinibus & Beneficiis suis eadem Nicæna Synodus redintegravit. Omnes hi Ministri Sacri contra dispendium Ordinum graduumque suorum in Ecclesiam suscepiti sunt, muniisque fungi prioribus permisisti, quod præjudicatum id est, nunquam cordis penetralia eorum invasisse schismatis aut hæreseos virus, quod tam facile evomuerent, & tam festine.

X. Idque multo certius conitatur de Episcopis Concilii Ariminensis, qui adverſiorum strophis merique præstigiis, ab heretica doctrina alieniūlī cum essent, una spe lactati fovendæ aut revocandæ pacis Ecclesiasticæ, usū aliquarum vocum supersedenti posse censuerunt, sano & incolumi orthodoxo dogmate ipso: atque ita in retia impegerunt Ariorum, & ejus noniniſ infamia immerentes alicubi alperſi sunt, quanquam vehementissime ab ea velania abhorrent. Assentitur Hieronymus hereticos nunquam eos fuisse, & ea de causa vindicatos fuisse Ordinibus dignitatibusque suis iisdem, quibus ante Concilium gaudebant: idque fuisse Concilii Alexandrini iudicium (2). Post redditum Confessorum, in Alexandrino postea Synodo constitutum est, ut exceptis auctoriibus hæreſeos, quos error excusare non poterat, paenitentes Ecclesia ſociarentur: non quod Episcopi possint esse qui heretici fuerant; sed quod conſtaret eos qui reciperenſerunt, hereticos non fuisse. His contentit & Athanasius (3): Communi deterrere placuit, ut qui lapsi fuissent proprio arbitrio, & antefignani fuissent impietatis, ſe respiccerent, ignoscendum quidem illis, verum non reſtituendos in Cleri numerum. Qui vero non auctores, sed violencia & necessitate compulsi fuissent, viſum est quidem illis ignoscendum, & in Cleri locum reſtituendos, maxime cum probabilem defensionem & excusationem dederint.

XI. Discrimen illud interpositum est a Concilio Alexandrino, ut Ordinibus & Beneficiis ſpoliarentur, qui capita & auctores fuerant erroris; reliquias ignosceretur: idque argumento est, quibus ignoscetur, eos vilios esse, nunquam hæreſeos, vel apostatae vitio correptos fuisse. Sed cum in pe-

neſtralia cordium inferri nunc quidem non poſſant oculi Judicum Ecclesiasticorum; cumque muniti debeant esse Episcopi ea ſapienția, & fortitudine, quæ artes & fraudes iſtiusmodi facillime refellat: exſtimavit illa Synodus reſtituendos quidem eſte hos prioribus suis ſedibus muniisque Episcopos, ſed ex gratia & dispensatione. Id prolixe exequitur Augustinus, in Epiftola ſuperius delibata, in qua & Luciferi pertinaci inlementiaz illacrymatuſ, qui in ſchismatis tenebras præceps ire maluit, quam Catholice matris charitati, indulgentiaz, & lumini atque ſapiențaz obsequi (4): Hoc diſplicuit Lucifer, quod factum fuerat in eis ſuſcipiendis atque fanandis, qui veneno perierant Ariano; & cui diſplicuit, in tenebras cecidit ſchismatis, emiſſo lumine charitatis.

XII. Pari facilitate & humanitate excepti fūnt in Concilio Ephesino I. Episcopi, (5) qui Nestorio primum favere vili fuerant, ut liquet ex Epiftolis Cyrilli. Liquet & ex Epiftolis Leonis Papæ (6), & ex Actis Concilii Chalcedonensis, non diſſimili humanitate diſpensatum fuisse cum primariis Eutychetis ſectatoribus, ut Ordinibus & iſpi ſuis gaudere ſinerentur. Paræ indulgentia proſecutus eſt idem Leo Pelagianos. Quod ad Nestorianos & Eutychianos attinet, cum recentiſſime erupiſſent eze hæreſes, facile condonabatur iis, qui dereniente, & pene inopine præſtričti & circumventi fuilient, ſi modo primis ſe fulgurabitibus Eccleſiaz statim Decretis accomodaſſent (7). At non ita recens erat Pelagi error tempore jam Leonis Papæ. Responderi tamen non immerito poſſet, lenta & pene fertiva ejus hæreſeos fuisse incremenata, nec niſi in paucos manaffe. Itaque non tanta diſtringebatur ſeveritas adverſus hoſtes aspernabiles (8). Nec denique hoc ſe gyro cohiberi paſſa eſt Eccleſiaz charitas & indulgentia. Infra demonſtrabitur vetuſiſmarum etiam hæreſeon ſectatores pari humanitate ſuceptos fuisse, quando exiſtimatum eſt ea humanitate facilius eos, & frequentius ad Eccleſiaz pacem convolatuſos.

XIII. Eidem irregularitati illa attexi poſt, quæ per baptiſtum extra Eccleſiam, vel in Eccleſia bis ſuceptum contrahitur. Extat in eam rem Epiftola Felicis III. Papæ (9): & conſpicuum eſt, cautum id ſuſfe

(1) Mier. Dial. ad Lucif.

(2) Dial. adv. Lucif.

(3) Epift. ad Ruffin.

(4) Ep. 50.

(5) Epift. ad Max. & Genaad.

(6) Leo Ep. 10. 33. 34.

(7) Id. Ep. 86.

(8) Gregor. Magn. L. 6. Ep. 61.

(9) Ep. 7.

te providentissime, ne quo hereticos contagiæ istiusmodi homines afflati fuissent.

XIV. Baptismus vero eorum, qui tum deum salutari fonte tinge & refungi se in novos homines flagitabant, cum eos lethaliis ægritudo, & jamjam faucibus imminens mors urgebat: merito eidem patebat irregularitati. Non injuria enim suspicabantur Episcopi, non vivaci fide & casta voluntate adductos, sed servili & degenerem timore hos ad coeleste lavacrum compulsos fuisse. Itaque nouinib[us] hæsitabant adhuc, an ex eorum animis tota Ethnicorum superstitione abscessisset. Unde & Cornelius Papa in eadem apud Enlebium Epistola, qua narrat plebem omnem refragatam fuisse ordinationi Novatiani, quod *Clinicus* esset, hoc est, quod in lecto ex morbo decumbens baptizatus fuisse, quæ jam tum noctissima erat irregularitas (1): *Eo quod non diceret quenquam ex iis, qui urgente vi morbi in lectulo perfusi essent, in Clerum assunni*: Cornelius, inquam, Papa addubitat, aut addubitari posse docet, an qui ita baptizati sunt, verum percepient Baptismum: *In lectulo perfusus Baptismum suscepit; si tamen hujusmodi Baptismum suscepisse discordus est*. Concilium Neocadientre a Ferrando relatum, Clericos Presbyteratu donari patitur, si eam dispensationem jure veluti quodam suo elicere possint, & Ecclesiæ necessitas, & ordinandorum virtus eximia (2): *Ut qui in agritudine fuerit baptizatus, non ordinetur Presbyter, nisi forte propter vitam bonam, aut hominum raritatem*.

XV. Mediis & posterioribus sæculis Neophyti quoque hereticis accensi sunt; hoc est ex recentissime baptizatis ii, qui quamprimum Ecclesiæ accesserant, ad summos ejus Ordines gradusque contendebant. Restituit vehementer Paulus, Clerique extortes eos pronuntiavit, & irregulares, ruinam prævaricatoris Angeli & superbiæ castam intentans (3): *Non Neophyton, ne in superbiam elatus, in judicium incidas diaboli*. Ambitiuos hujusmodi conatus infringit & Laodicena Synodus (4): *De his qui super sunt illuminati baptimate, quod eos non conveniat promoveri in Ordine sacerdotali, à τάγματι λεπτικοῦ*. His verbis designari videntur omnes prorsus Ordines, gradusve Ecclesiastici, atque ita in omnia excluduntur Neophyti.

XVI. Sed a vero non recedit, eo Canone attigi tantum quatuor priora Ecclesiæ sæcula, eosque qui receptissimo tunc usu non tingebantur unda lustrali, nisi ætate jam matura. Cum enim senescente sæculo quarto sanctior disciplina inolescere cœperit, ut a teneris unguiculis & recentes ab utero parvuli sacro Baptismi fonte lustrarentur, legique Christi colla subjicerent; jam tum etiam invitari coepit innocens ætas, splendidiorem Baptismi innocentiam induita, ut minorum functionibus Ordinum initiaretur. Ejus moris testes Canones, Synodusque & Pares supra retuli.

XVII. Hinc ergo cogimur Neophytorum irregularitatem ad eos restringere, qui laici cum sint, ad sacros statim Ordines suspirant, & ad summas quasque festinant Ecclesiæ dignitates. Zelo vere Apostolico detonat Cœlestinus Papa in eos, qui præcipiti cursu laici cum sint, ad Episcopatum anhelant, & necdum ullo imbuti tyrocinio, duces se & Magistros creari concupiscent (5): *Nullus ex laicis, &c. Debet ante esse discipulus, quisquis Doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit*. Promovendus est ad Episcopales Cathedras gradus, fugiendo magis, quam prehensando: aut per ea certe Ordinum minorum interstitia, quæ Ecclesia præfimit (6): *Ordinatos quosdam Episcopos, qui nullis Ecclesiasticis Ordinibus ad tanta dignitatis fastigium fuerint insituti, contra Petrum Decreta didicimus*. Contumeliosum omnino est Clero, & illis potissimum, qui Ordinum functionibus infuerint, eis præferri laicos: *Quid proderit, per singula Clericos stipendia militasse, & omnem egisse in Dominicis castris ætam, si hi qui prefuturi sunt, ex laicis requirantur?* Diabolica superbiæ foyeam regit Hieronymus, in quam præcipites eunt ambitionis, & extemporanei Episcopi (7). *Ignorat momentaneus Sacerdos humilitatem; iudicium & ruina diaboli; nulli dubium est, quin arrogancia sit; incident in eam, qui in puncto hore, necdum discipuli, iam magistri sunt*.

XVIII. Summovet Leo Papa non modo ab Episcopatus fastigio, sed & a Presbyterorum ac Diaconorum gradibus laicos, nisi diu ante probati exercitatique fuerint in inferioribus ministeriis: eaque disciplina est ex hujs Pontificis testimonio, a prædecessoribus ejus, a Conciliis, & a Paulo ipso

Q q 2 con-

(1) Euseb. hist. L. 6. c. 43.  
(4) Can. 3.

(2) Ferrand. Breviarii c. 86.  
(5) Ep. 2.

(3) Tim. 5. 6.  
(6) Ep. 3.  
(7) Epist. ad Ocean.

constituta (1): Ne aut a Baptismo rudibus, aut a seculari actu repente conversis, Officium Pastorale credatur. Committeenda non sunt sacrae haec dignitates, nisi iis, qui altaris ab infancia se dicarint: Quorum omnis etas a puerilibus exordiis usque ad preverbius annos per disciplina Ecclesiastica stipendiа cucurisset. Vt et denique Leo, ne dispensationes, quas charitas necessitasque extorquet, exempla fiant, praejudicentque legibus Ecclesiae intaminatis, quae laicos omnes amoluntur a tribus Ordinibus superioribus, quibus Imperium Sacerdotale continetur: Non praejudicantes Apostolice Sedis Statutis, nec praedecessorum nostrorum nostrisque decretis, quibus salubriter statutum est, ne primum, vel secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragii fultus ascendat.

XIX. Sardicense quoque Concilium (2) trium superiorum Ordinum fores non relevat, nisi illis, qui longum poluerint in inferioribus tyrocinium: Conveniens non est, nec ratio, vel disciplina patitur, ut temere vel leviter ordinetur, aut Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui Neophytus est, &c. (3) Sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. Concilio Niceno interdictus non fuerat Neophytus (4), nisi Episcopatus & Presbyteratus, ubi probatione plurima opus esset.

XX. Canone Apostolico ab Episcopatu tantum removentur Neophyti; inde etiam excipiuntur it quos uberior Dei gratia illustrarit: Nisi ex divina gratia hoc fiat. Inter haec illustriora exuberantis gratiae miracula recensendi sunt Paulus, Ambrosius, Nectarius, Augustinus, qui rapi dixerente fuere in Presbyteratus Cathedras, vel in Episcopales etiam sedes, studio & aetu, ac favore imitato quadam plebium, quem humanæ & canonicae leges ut præfestinum merito coeruerint, aut dannassent, nisi ei patrocinium & auctoritas accessisset a Spiritu sancto, qui illos omnes singulari quadam virtutum sanctimoniacque gratia cumulavit.

XXI. Ideo & Basilius, homo ad adulatio nem minime compositus, litteras ecclesi quadam lxtitia perfulus ad Ambrosium scribens de ordinatione ejus, cum beato Pau lo illum confert, qui totam statim gratia & Apostolicæ fortitudinis abundantiam co-

litus influentem accepit, cum nullis ante rudimentis, ut ceteri Apostoli, imbutus fuisset (5): Age igitur, o homo Dei, quandoquidem non ab hominibus accepisti, aut doctus es Evangelium Christi, sed ipse te Dominus e medio terra judicem desumptum, ad Cathedram Apostolicam transfluit: certe bonum certamen, renova prisca Patrum vestigia. Fatetur Ambrosius ipse, se laicus cum esset, non potuisse statim ad Episcopatum protrudi; sed in illos conserui potius oportere culpari, qui sibi viri attulissent, quam sibi qui passus esset, denique ordinationem suam Occidentis & Orientis suffragatione fuisse approbatam (6): Quam resistebam, ne ordinarer, postremo cum cogerer, saltum ordinatio protelaretur. Sed non invulnus prescriptio, prævaluit impressio. Tamen ordinationem meam Occidentales Episcopi iudicio, Orientales etiam exemplo probaverunt. Et tamen Neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur superbia. Si dictio ordinationis defuit, vis cogentis est. Nemo tam execors, aut insulsius est, qui haec Ambrosio affingere possit Neophyti ad Episcopatum proveeti linea menta, ab Hieronymo exarata in Epistola ad Oceanum: Ignorat momentaneus sacerdos humilitatem & mansuetudinem rusticorum, ignorat blanditias Christianas, nescit seipsum contemnere, de dignitate transfferrir ad dignitatem, non jesunavit, non flevit, non mores suos sepe reprehendit, & assida meditacione correxit, non substantiam pauperibus proagavit. De cathedra quodammodo ducitur ad cathedram, id est, de superbia ad superbiam. Luculentissima haec est Episcopi Neophyti effigies, cui dissimilamus tamen erat Ambrosius, quanquam Neophytus.

XII. Commemorat Socrates Cæsariensis (7) in Cappadocia Firmo Episcopo suodemortuo, Constantinopolim venisse, alium sibi adscituros: Constantinopolis adventans, Episcopum quæsturi. Proclus Archiepiscopus tum Constantinopolitanus cum die Sabati Senatores omnes in Ecclesiam collectos nactus esset, uni ex eis manus injecit, cui nomen Thalassio, qui Praefectura Illyrici functus erat, & qui etiam tum Praefectus Orientis destinabatur, manibusque impositis, ex Praefecto Episcopum consecravit: Proclus manus imponit, & pro Praefecto Episcopum Cæsarea declarat. Nec felix Proclum spes & existimatio sua, de

Tha-

(1) Epist. 87.  
(5) Ep. 55.

(2) Can. 10.  
(6) Ep. 82.

(3) Can. 7.  
(7) L. 5. c. 47.

(4) Can. 80.

Thalaffii singulari virtute & sapientia; quamquam ejusmodi res esset, ut nemo tale quidquam Episcopus tentasset hactenus, ex eodem Socrate: *Rem plane admirabilem, & qualiter nemo veterum Episcoporum unquam effecerit; adgressus est.* Auctor est Nicephorus, Imperatorem initio rem minus probasse, acquiescere tamen posse. Idque, ut seorsim, est quod maxime stupendum Socrati vitum est; non electio enim Neophyti, Ambrosius quippe Nectariusque praelestine in eundem modum ex Laicis ordinari fuerant: sed Senatoriis & Provinciæ Praefecti asportatio inaudita & improvisa in thronum Episcopalem citra ipsius, citra & Imperatoris assensum.

In Concilio Illyrici, de quo Theodoreus, expeditum fuit, ut Episcopi deligerentur, non ex Magistratum collegio, ut habet infida nescio quæ versio, sed ex iis qui consecrationem jam nocti essent Episcopalem, et si tunc quidem Episcopalem vacarent, vel ex Presbyteris: *Sin minus ex Presbyterorum ordine elegantur.* Presbyteri etiam Diaconique ex inferiorum Clericorum agmine ascendi erant non ex Senatu, aut militia (1): *Similiter Presbyteri & Diaconi, ut ex Clero assumantur, non autem ex Curia, aut militari officio.*

XXIII. Unum hoc superest elucidamentum de Neophytis. Nitirum vehementer approbari ab Innocentio I. quod de Neophytis diximus, eo tempore quo nonnisi maturiori iam aetate ad baptismum accederent, Neophytoſ hujusmodi irregularitate hac sua a minoribus etiam Ordinibus summos tuſſe, nec nisi diutinis expolitos rudimentis ad eos attigisse (2): *Laici vero, qui habentes uxores, baptizati sunt, aſſeſſe instituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut Clericis junciſt, aut Monasteriis, ex quo baptizati sunt, haſſerint, & ſi non concubinam, non pellicem noveſſint, ſi in bonis operibus vigitarerint: non prohibentur hujusmodi ad Clericatus ſortem aſſumi.* Ita sane ut in eos tempora & majoribus constituta serventur. Nec cito quilibet Lector, cito Acolythus, cito Diaconus, cito Sacerdos fias. Quo-liqueſt Ordinum quidem minorum stationem instar habuisse tyrocinij, quo ad doctrinam sacram & pietatem fingerentur, formarenturque, qui ad Ordines Hierarchicos propellendi erant: asquendam alium praeterea veluti prælitorium tuſſe Novitiatum, inter baptisma & ini-

tiationem Clericatus, aut minoris cuiusque Ordinis, quod tempus adulti saltē conſumerent in contubernio Clericorum, vel in Monasteriis, & inter ea pietatis exercitia, quæ innocentia am divina regeneratione infusam novis quibusdam virtutum ornamentiſ decorarent.

XXIV. Finem faciet huic capiti Canon Concilii III. Carthaginensis, quo denudabitur forsan origo hodiernæ ejus irregularitatis, qua ſacris ambiguntur, quorum pater avusque haereticus fuere, eti ipsi quidem Catholicæ ſemper Ecclesiæ inhaerent. Eo Canone trium superiorum Ordinum aditus occcluditur iis omnibus, qui domesticos omnes ſuos ab haereticorum partibus non abduxerint (3): *Ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi non ordinentur, priusquam omnes qui ſunt in domo eorum, Christianos Catholicos fecerint.* Tanto ſaculorum lapsu fieri potuit, ut ex illis omnibus conſtare potest Christiana quævis familia, designarentur nominatum pater, mater & avus, quorum procurata nunc converſio exigatur a filio, ut ad ſacros Ordines ei pateat accessus. Unum fufpicor interelle poſſe diſcriſem inter antiquam illam & hodiernam hanc disciplinam. Minus olim ſolliciti erant Patres de infamia quæ illineretur ei, qui haereticus patre vel avo natus eſſet, quam de tempore & incuria filiorum, qui non exardecferent ad ſempiternam vitam illis procurandam, a quibus ipsi temporalem percepilſent, ex qua ad aeternam emiterentur.

XXV. Genadius irregularium catalogo inſcribit comedos, furiosos, energumenos (4): *Qui in ſcena luſſe dignoscitur, qui aliquando in furorū verſus insanivit, vel affiſſione diaboli venatus eſſet.*

### C A P U T LXIII. P. 2. l. 2. c. 18.

#### De Haereticorum Irregularitate ſeculo VI. VII. & VIII.

I. *Gregorius Magnus in Ordinibus fufcipit voluit eum Diaconum, qui falſis fufpicionibus exagitatus adverſus V. Synodum, ſchismati ſe trium Capitulorum inopinus immixuerat.*

II. *Nefforianos quoque ita recipi voluit, ut ſusceptis Ordinibus non orbarentur.*

III. *Non tamē aque indulgenter habuit Aria-*

(1) L. 4. c. 9.

(2) Ep. 4.

(3) Cas. 18.

(4) De Dogm. Eccl. c. 70.

Arianos Afros. Que causa indulgentia in ut dictum est, non in heresim incidit, sed a sacris generalis Ecclesiae mysteriis, quasi recte studio intentionis erravit, &c.

IV. Filii etiam hereticorum eidem implieabantur irregularitati.

V. Ariani Hispanenses ubi ad fidei causa rediere, cum Ordinibus & Dignitatibus quique suis recepti sunt.

VI. Par clementia Concilii Aurelianensis in Arianos.

VII. Conciliatio hujus Concilii cum Caesarugstanto.

VIII. Episcopus hereticus a vinculo irregularitatis absolvitur tanto turgentius, quod id ne poscebat quidem.

IX. Irregularitati eximebant Graeci quoque, non primos autores, sed primos sectatores hereseon novellarum.

X. Gregorius eadem qua hereticos irregularitate innodabat quoque extraneos & ignotos; de quibus ne id quidem compertum esset, quod heretici non essent.

I. Orthodoxæ fidei duces & magistros se Clerici profiterunt esse; unde & eorum iunctu nihil tam adversarium est, quam heres. Hinc heretici semper habiti sunt irregulares. At rursus venialior semper visa est heres, mitioribus poenitentiis obnoxia, ab irregularitatis vinculo facilius absolvenda. In promptu est ratio. Meas semel ostendo veritatis lumine, difficile in pristinos errores relabitur. At voluntas cupiditatis laqueos non facile abrumpit; & ubi abruperit, facillime rursus in eodem se inducit. Inde est quod passim hic oscursant dispensationes. In schisma Istrianorum de tribus Capitalis impegerat Felix Diaconus, quem tamen dignitate sua excidere noluit Gregorius Magnus. Affirmavit ergo nunquam illum errori hereticorum ex animo consensisse, nulquam heretico subscriptissime dogmati; sed obquis & preposteris quibusdam suspicionibus adversus quintam Synodum exagitatum fuisse, eoque adjunxit se iis qui ab Ecclesia secessionem fecerant (1): *Felix Diaconus cum nullatenus in hereticorum dogmata lapsus sit, nec a Catholica fide discesserit, pravis illectus adversus Constantinopolitanam Symbolum suspicionibus, in Istricorum se separazione renoverat. Qui cum Romam venisset, accepta a nobis, juvante Domino, ratione, excessum suum accepta Dominicis corporis & sanguinis communione correxit. Quis ergo,*

Indivulsi certe quibusdam nexibus cohaerent sibi heres & schisma (2): utque non potest heres non scindere Catholicæ matris unitatem; ita nec schisma convalesceret, nisi orthodoxam de unitate & auctoritate Ecclesiae doctrinam labefactet. Sunt tamen qui parti magis quam numero schismatistarum falsis suspicionibus adglutinentur; pravis suspicionibus, minime malo animo, sed quodam quasi æqui rectique studio, quasi recte studio intentionis, ut ait Gregorius, quorum dolenda magis ignorantia, quam objurganda malitia; ut qui nunquam heterodoxis dogmatibus ex animo consentiant.

Ejusmodi erat Diaconus, de quo hic Gregorius. Ejusdem modi erat & Paschalius Diaconus, de quo in Dialogis ait. Ejusmodi erant satis probabiliter eorum complures Clericorum, qui eidem Laurentii adversus Symmachus Papam schismati cum Paschale innexi fuerant, quibus Concilia Romanaum Ordines, gradus, dignitates & Beneficia redintegrari sanxit: *De Clericis qui ab Episcopo suo schisma fecerunt, decrevimus, ut satisfacientes Episcopo, officiis Ecclesiasticis se gaudeant restitus.*

II. Nec parcior fuit Gregorii indulgentia in Nestorianos, in eam spiritalem Arcam, extra quam salus nulla est, revolare cupientes. Edixit enim ut sola fidei Catholicæ professione, & errorum ejuratione pristinorum, panderentur eis fores Ecclesie, & priorum Ordinum functiones permitterentur (3): *Absque ulla dubitatione eos sanctitas vestra, servatis eis propriis Ordinibus, in suo custu recipiat. Hac enim humanitate, & pristinæ incolumitate dignitatis, suavissime in Ecclesiaz sinum pelliciebantur: Ut dum per mansuetudinem, nullam eis contrarietatem, vel difficultatem de propriis suis Ordinibus facitis, eos ab antiqui hostiis orariatis.*

III. Ali quanto ante percunctati fuerant Joannem II. Papam Episcopi Afri, de ratione suscipiendorum Arianorum, persuasiissimi tamen admitti eos non debere cum retinendorum Ordinum suorum potestate: *Ex omnium Collegarum tacitis motibus, nemini placere sensimus, ut in suis honoribus Ariani suscipiantur. Joanni interim cui succederat*

(1) L. 3. Ep. 14.

(2) Baron. ad. 502. n. 22.

(3) Ep. 61.

serat Agapetus Papa, rescriptit ad Afros: Qui hactenus viguerant Canones & Decreta, ab iis constantissime Arianos omnibus Ordinum functionibus excusos & alienatos fuisse (1): Maxime cum priorum nostrorum sententia redeentes ad nos ex Arianis quolibet modo, in qualibet oratione, illius pestilenziae labe polutos, tanta charitate in fide complexa est, ejusmodi iustitia & dilectione redarguit, tanta ratione de ambitu hororis exclusi, ut erubescerent alii magis querere, quam redire. Ut tam clementer admitterentur Nestoriani, Eutychiani & Monophysiti, faciebat spes non vana demerendi & proliciendi eos ad unitatem Catholicam. Ex adverso autem inclemencia illa qua in Arianos ex hoc Decreto favebat Ecclesia, non alio collimabat, quam ne simulatione & ficta resipiscientia obviamaret; & ne illi non tam unitatis publice quam private dignitatem studio ducerentur. Amplius & erat, & videri debebat, ab erroris baratro emergerem, ex imperio principis tenebrarum vindicari, & ab aeterna damnationis fovea extrahi: in regnum lucis, veritatis ad Solem, ad salutis portum attingere amplissimum erat; nec aliud propositum esse debeat quidquam pristinas herreles suas expuentibus: Ut erubescerent aliud magis querere, quam redire.

IV. His vero verbis, in qualibet oratione, satisfacit Pontifex illi Relationis Capiti, An Ordinibus dignandi essent, qui dum in teneris annis agerent, ab Arianis baptismum acceperant: Non solum de Sacerdotibus, sed de ipsis quoque parvulis, apud eos baptizatis, utrum soleant, vel debeant ad Clericatum, si petierint applicari, consulimus. Parci ergo favitia in ipsis hereticorum filios usi sunt.

V. Sed cum nec tam religiosa, nec tam infracta sit uila canonum & Disciplinæ severitas, quam non emolliat inflectatque aliquando Ecclesiæ universalis charitas, utilitasque conspicua: hinc Arianis quoque Presbyteris ad Ecclesiam se conferentibus sarta teataque mansit sua dignitas, cum eo blandimento existimati sunt revocari ad Ecclesiam posse omnes sub Recaredo Rege Hispaniarum Ariani. A Concilio Cœsaraugustano decretum est, restitutum iri in Ordines suos Presbyteros omnes Arianos, qui non alio quam hereticos crimine constringerentur (2): Ut Presbyteri, qui ex heresi Ariana ad sanctam

Catholicam Ecclesiam conversi sunt, qui sanctam & puram fidem atque castissimam tenuerint vitam, post acceptam denuo benedictionem Presbyteri sancte & pure ministrale debeant. Ex Concilio III. Toletano patet Episcopos, Presbyteros & Diaconos omnes, qui palam solemniter cum Recaredo Rege heresim ejuraverant, confessi fidei orthodoxæ subscriptissime, praefixa titulis omnibus Ordinum, Dignitatum, quinque & Episcopatum.

Confirmat Paulus Diaconus tempore Rotharis Regis Longobardorum (3), in omnibus propemodum Regni ejus Civitatibus duos fuisse Episcopos, Catholicum alterum, alterum Arianum: & unius earum Præfatum Ecclesiaz Catholicæ fere reddidisse, eidemque Episcopali sedi suæ semper deinceps præfuisse.

VI. Illud ipsum perdiu ante in Concilio Aurelianensi I. constitutum fuerat, ut Clerici Gotthi seu Ariani, quorum pura criminum constaret reliqua vita, adeoque religiosa, ab Episcopis possent, ubi se Ecclesiaz reddidissent, non solum pristinis restitui Ordinibus, sed & ad superiores extolli (4): De hereticis Clericis, &c. Ut si Clerici fideliter convertuntur, & fidem Catholicam integre confundentur, vel ita dignam vitam morum & actuum probitate custodiunt, officium quo eos Episcopus dignos esse consuerit, cum imposta manus benedictione suscipiant.

VII. Si Aurelianensi isto & Cœsaraugustano Canone jubentur Presbyteri Clericique ab Arianorum castris reduces restitui, qui fieri potuit ut in Concilio III. Toletano sinerentur subscribere cum Ordinum & Dignitatum suarum titulis? Simile veri est Clericatu omnes permisso fuisse, ab Ordinum vero functionibus suspensos, nisi speciata eorum virtus, & diutius probata castitas, cuius rudes & insolentes fere erant Clerici Ariani, Episcopos adduceret ad sacra illis ministeria restauranda: Qui sanctam fidem, atque castissimam tenuerint vitam, post acceptam denuo Benedictionem Presbyteri sancte & pure ministrale debeant: cauteri vero qui hanc subscriptam vitam edimplore vel tenere neglexerint, ab officio depositi, sunt in Clero. Ita & de Diaconibus, sicut & de Presbyteris constitutum est. Verba ea sunt Concilii Cœsaraugustani, ubi de Episcopis Ariani recens conversis nulla memoria, quod appareat eos titulum tantum & ho-

(1) Ep. 2.

(2) Cap. 3.

(3) Baron. an. 638. n. 32.

(4) Can. 20.

*Vetus & Nova Ecclesia Disciplina*

& honorem dignitatis retinere permisso fuisse, non functiones, non auctoritatem, quod alii jam essent iisdem in urbibus Catholici Antistites. Si enim imponenda illis rursum manus fuissent, & fancienda aliqua inter eos & Catholicos veteres Episcopos concordia ratio; tanti momenti rem non oppresserint silentio Toletana & Cæsaugastana Synodus, sicut nec Concilia Africana in Donatistarum reconciliatione (1). Denique Concilio Toletano IV. ut alibi monimus, irregularibus accensentur omnes, qui hæretici quamquam innodati fuere.

VIII. Porro Avitus Viennensis Episcopus præstantissime rationes executus est omnes, quibus excitati sunt Antistites Galli, Synodique Galliarum Conventus, ut Episcopali dignitate & potestate frui linerent Episcopos eos, qui ab hæreticorum claustris atrafugissent: maluisserentque vel laici degere in Ecclesia, quam vano Episcopatus strepitu gaudere inter ejus adversarios. Hec sunt autem viri incomparabilis verba (2): *Cur non pascat Christi gregem, qui sapienter adverbit oves non esse quas paverat, quique quia non sur latroque, merito pastor futurus, per ostia ingressus, elegit altaria? Quare non fiat in sacerdotio nostro erectus, qui amore humilitatis a suo voluit esse decidiuus?* *Sit verax Sacerdos ex laico, qui fieri laicus ex fallace Sacerdote contentus est. Teneat in Ecclesia nostra plebem suam, qui in sua contempnit alienam.* Tam late autem manant hæreticæ rationes, sicut & Aurelianensis Canonis verba, ut ambigere jam vix possit quisquam, qui ad Clericatum aditus tunc pateficeret omnibus ab hæresi conversis: illis saltem qui in ipsa secta prius sua Ordinationibus & Dignitatibus clari fuerant.

IX. Jam vero in Ecclesia Græca, Synodus Trullana (3), quæ Canones subrogari a se voluit Concilio V. & VI. Oecumenico, ubi nulli editi fuerant, unum id enarrat, quam alii aliquis rationibus admittentur in unitatem Catholicam sectæ hæreticorum variæ, aliae per baptismum, aliae sola detestatione errorum suorum, aliae denique cœlumlatione, sed nihil in hoc Canone de eorum ad Ordines irregularitate. At Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus testatum facit in Sessione I. Synodi VII. Oecumenicae (4), in Concilio VI. Oecumenico non alios quam quatuor Monotheleticas

velianæ principes & architectos proscriptos fuisse; at in suis suscepitos fuisse Ordinibus assecras eorum & discipulos omnes, quamquam sacrilega eorum manu ordinatos. Unde argumentabatur Tarasius, eadem humanitate habendos & excipiendos esse Iconoclastas: *Tarasius beatissimus Patriarcha dicit: Sane & plurimi qui in sexta Synodo Presides fuere, a Sergio, Pyro, Paulo & Petro, Doctoribus, inquam, heræcos Monothelitarum fuere creati. Sed & hi vicissim Constantinopolitanas sedes inter Clerum distribuerunt, & ab eos extremo Doctore Petro usque ad sextam Synodum anni non pauciores quam sexdecim intercesserunt. Qui vero intermeditis temporibus fuerunt, Thomas scilicet, Joannes & Constantinus, ab hereticis fuere ordinati; verum ea de causa non sunt reprobati. Cinciter enim quinquaginta annos hæresis illa viguit: & tamen in sexta Synodo Patres quatuor illos prænominatos tantum damnarunt, ceteros cum Ordinationibus suscepserunt.*

Indulgentia plusculum etiam favebat Benedictus II. Papa (5), & Macarium ipsum Monotheleticas sectæ parentem & antesignanum Apostolico Antiochenæ Ecclesiæ throno restitutarus erat, si ad recantandos errores suos animum adduxisset.

X. Ipsos nonnunquam Gregorius extraneos hæreticorum classi adscripsit, atque ita sese eidem addixit irregularitati (6): *Afras passim, vel incognitos peregrinos, ad Ecclesiasticos Ordines tendentes nulla ratione suscipias. Quia Afri quidam, aliqui Manichei, aliqui rebaptizati; peregrini vero plurimi, etiam in minoribus Ordinibus constituti, ad fortiores prætendisse honores aliquando probati sunt.* Ex quo non abs reconcitur, extraneos illum, si cogniti fuissent, ab Ordinibus inferioribus vel adeundis vel exercendis non abjecturum fuisse: nisi veritus fuisset, ne fastiva & latitans ambitio illos aliquando impelleret ad maiores ambiendos, ad quorum munia minus idoneos existimatbat. Concilium Carthaginense anni 535. per litteras compellavit Joannem Papam, ut pro hæreticis haberet Clericos omnes, qui Romam pergerent sine litteris canonicis: *Similis hæretico judicetur.*

CA

(1) Can. 25.

(2) Ep. 26.

(3) Can. 95.

(4) Synod. VII. Act. 1.

(5) Baron. an. 685. n. 8.

(6) L. 1. Ep. 25.

## C A P U T L X I V . P . 3 . l . 2 c . 1 5 .

De Irregularitate Hæretorum temporibus  
Caroli Magni & Carolinæ stirpis.

I. In Synodo Oecumenica VII. irregularares declarati sunt hereticarum Sectarum principes & duces, non qui primi & inopini eorum prefigiis fascinati fuere.

II. Cum baptisma complurium hæretorum iterent adhuc Greci, non magis illis quam Paganis conversis irregularitatem ullam affingunt.

III. Nec in numero irregularium hereticos habent, postquam resipuerunt, quanquam nec conjuges nec filios secum ad Ecclesiam Catholicam revocarint.

I. **N**on postrema ea est irregularitas, quam hæresi Canones affixere. In VII. Synodo Generali accuratissime vexata ea quæstio est, ubi & sylva prolata est testimoniorum & exemplorum a sanctis Patribus, & ab ipsa usque antiquitate petitorum: maxime autem ab Athanasio, qui parentes & opifices ipsos hæreticon ad poenitentiam suscipi vult, non tamen ad Clerum: at pristinos in Clero honores redintegrari eis, qui primi & incauti ab iis sibi verba dari passi sunt novæ improvisæque impietatis auctoribus. Providentissimam eam dispensationem Ecclesia semper retinuit, ut a Tarasio Patriarcha observatum ibidem est; & ea est via ratioque concordia refacienda inter sententias & consuetudines veterum Patrum, in speciem compugnantes, sed in speciem tantum; nam in medulla dominatur ibi semper eodem tenore temperies quedam juris stricti & remissi (1): Ubique enim Patres sibi invicem concordantes sunt, nec ineß illis refragatio ulla: sed adversantur eis, qui dispensationes, & intentiones eorum minime didicerunt.

II. In Orientali jure Leunclavii irregularares pronuntiantur relapsi in hæresin. At hæretici, qui in Ecclesiam suscipiuntur, vel baptismo, vel unctione chrismati, ii ordinari possunt: si vero sua in secta ordinati jam essent, iteratis iisdem Ordinibus do-nandi sunt rursus: denique ubi præclara & diutina ediderint virtutum documenta,

Thomas. Tom. IV.

ad Episcopatum poterunt sublimari (2): Priore Sacerdotio pro sacrilegio habitu, & pro non facto, si in posteriore vita sua indemnabilis apparuerit, dignus censeatur non sacerdotali solum dignitate, sed & Episcopali, per consuetos omnino gradus ad docto-ram promotus sublimitatem. Itaque vide-ri possunt tunc Græci hæretes nequaquam collocasse in irregularitatum numero: quam eos in doctrinæ novitatem ejusce tandem videtur nimia illa, qua iam olim laborabunt, futilitas pronitasque iterandi hæretorum Baptismi. Ut enim Pagani quos Baptimus Ecclesiæ parturit, aggregatque, immunes habentur a macula irregularitatis: ita potuit Balsamon hujus Græcorum sententia signifer, eandem ampliare regulam ad eos hereticos, qui perinde ac si Pagani fuissent, Baptismo admittebantur. Et sane patrocinium sibi ille venatur ab Apostolico Canone (3), qui ne ab Episcopatu quidem arcit Paganos conversos, & lustrali Baptis-mi unda initiatos.

Proposita quidem a Marco Patriarcha Alexandrino quæstio complectebatur omnes prositus Episcopos, tum qui christmate, tum qui iterato baptismo suscipiebantur. Sed tam facile videbatur forsitan Balsamoni hæreticos alios ab aliis non segregare, quam nec Paganos baptizatos ab hæreticis rebaptizatis. Canones Historicosque pervolu-tanti facile liquebit, faciliores semper quam par esset fuisse Græcos ad iterandum baptis-mum eorum, qui in hæresi baptizati fuerant. Qua rursus pronitate abutebantur quoque in Ordinibus iterandis. Erant illis non minus alieni & distorti usus in Confirmatione & Matrimonio: cum Presbyteros si-nerent esse ordinarios Ministros Confirmationis, Conjugiumque ipsum adulterio solvi interpretarentur. Non semel adgressi Latini has illis obliquiores consuetudines ex-cutere, oleum & operam perdidere, inco-lumi semper pacis & unitatis vinculo.

III. Accedet & aliquid praesidiis his conjecturis ex hac proxima Balsamonis respon-sione. Quærebatur an Hæreticus, qui Ecclesiæ Catholicæ conciliatus fuisset, posset Presbyteratu ornari, quanquam uxor & filii pristinam erroris pertinaciam retinerent. Respondet Balsamon Carthaginensi Canone eliminari ab Ordinibus sacris. eos (4), qui domesticos omnes suos non recuperarint secum Ecclesiæ: Trullano Canone nou per-R r mit-

(1) Syn. VII. Act. 2.

(2) T. 1. p. 376. 379.

(3) Can. 80.

(4) Ibi. p. 379.

374  
mitti, ut se jungantur, qui cum in infidelitate conjugati fuissent, altero eorum ad fidem se applicante, simul habitare acquiescent: denique æquabili eo utendum esse temperamento, ut ab Ordinibus ejiciatur, qui hæreticam conjugem duxerit, donec domesticos omnes ad fidem revocarit. At eum qui in densa hæresis caligine natus cum esset, ad fidei lumen accessit, ordinari utique posse, antequam uxorem filiosque ab eodem pestilenti errore abduxerit: propterea quod semel ordinatus, in eam cum ram vigilantius ardentesque incumbeat. Hæc eadem inculcat Balsamon (1) in Photii Nomocanone.

## C A P U T LXV. P.4.l. 2.c.28.

**Irregularitas Hæreticorum, Schismaticorum & Simoniacorum post annum Christi millesimum.**

I. Crebra in simoniacos, sicut & in hereticos dispensationes sub Clemente II. & Leo.

ne IX.  
II. Eadem dispensationum facilitas sub Nicolao II. & Alexandro II. At hi simonia-  
ci iis erant, qui ipsi quidem gratis ordina-  
ti fuerant, sed a simoniacis tamen Episcopis.

III. Urbanus II. his dispensationibus li-  
mitates addit, qui magni sint ponderis, ma-  
xime ut suadeantur Regularibus se dicare  
Collegiis.

IV. Ad minora Beneficia voluit, ut di-  
spensare possent Episcopi; sed dispensandi  
finem fieri precepit, cum cessasset necessitas.

V. Eandem tenuit rationem Paschalis II.  
in schismaticos. Abnuebantur dispensationes,  
nisi innumerabiles quedam turba non aliter  
ad veri rectique semitam revocari possent.

VI. Quæ illicita erant ordinationes, ea  
cum per se irrita dicebantur, quod per-  
que haberet ac si irrita fuissent, ubi nulla  
aut rarissima annuebantur dispensationes.

VII. Ad quem usque gradum manet irre-  
gularitas parentum hereticorum in filios.

VIII. Pagani & Judæi, ubi fidei accessi-  
re, irregulares non sunt.

IX. De filiis Apostatarum.

X. De iis quorum vel Baptismus iteratus  
est, vel Ordo.

I. **S**UO jam supra loco monuimus, cum  
Leo IX. irritas fecisset omnes Ordina-  
tiones a simoniacis factas Episcopis, tan-  
ta illum Romæ oppressum fuisse multitudi-  
ne Presbyterorum, ea sententia percussorum:  
& tanta consternatione, ne hinc Ecclesiæ  
orbis Pastoribus, incultæque jacerent, ut  
mentem ipse suam tandem ad dispensatio-  
nem appulerit, tum vel maxime necessariam;  
statueritque in Concilio Romano anni  
1049. ut qui ordinati fuissent ab Episco-  
pis, quos non nescirent simoniacos esse,  
pergerent illi quidem suis fungi Ordinibus,  
sed post impletam quadraginta dierum poe-  
nitentiam. Predecessoris sui decretum eo sta-  
tuto suo innovavit Leo. Petrus autem Da-  
miani docet ab eo constitutum esse, ut Cle-  
rici ab hæresi reduces pristinos exerceant  
Ordines, nec ad superiores eniterentur; de-  
nique ut hæc indulgentia ad Clericos etiam  
apostolatas ampliaretur. Cumque hæc remis-  
sionis disciplina in hæreticis, purioribus &  
antiquioribus Ecclesiæ seculis usurpata fuisset:  
illam idem Pontifex in simoniacos etiam effudit, qui hæreticis olim quandoque  
annumerabantur.

II. Hæc omnia paulo fusius leges in Con-  
cilio illo Romano; sed eorum elucidatio-  
nen suppeditabit plenissimam Concilium  
aliud Romanum anni 1059. sub Nicolao II.  
Hic enim Pontifex damnatis obtritisque  
Ordinationibus omnibus, pretio emptis:  
confirmat ille quidem dispensationem, a  
Clemente II. & Leone IX. prædecessoribus  
suis concessam, iis qui jam essent ordinati  
ab Episcopo simoniaco scientes prudentesque,  
quamvis ipsi ab omni prorsus simonia  
alieni essent: sed simul contestatur eam di-  
spensationem in præteritum dunxat tem-  
pus trahi debere: at in posterum qui se a  
simoniacis ordinari sinent, eos subicit irre-  
vocabili depositioni. Petrus Damiani &  
Ivo Carnotensis hæc Decreta scriptis suis in-  
texuerunt: eosque secutus est Gratianus (2).  
Concilium Romanum anno 1063. sub Ale-  
xandro II. idem rufus Decretum totidem  
verbis innovavit.

III. At Urbanus II. in Concilio Roma-  
no anni 1099. non irritas tantum sanxit  
Ordinationes pretio quopiam intervenientes  
factas: easque quas gratis fecissent Episco-  
pi simoniaci, quales essent cogniti (3). Sed  
hæc præterea additamenta fecit austeriori-  
tatis: r. Im-

(1) In Nomoc. T. 1. c. 10.

(2) Grat. 1. q. 1. Ivo par. 3. c. 79.

(3) Can. 1. 2. 3. 4.

1. Impuberes quibus parentes emerint Beneficia aliqua, ipsis quidem nescientibus: postquam se iis abdicarint, poterunt in ea rursum restituī, immo & ad Ordines promoveri superiores, si modo Canonicorum Regularium vitam amplecti velint (1): *Si canonice in iis vivere voluerint.* 2. Qui adulati cum essent, emerint ipsis sibi Beneficia, si assentiantur ad alias migrare Ecclesias, & Canonicorum Regularium vitam communem ibi agere: ibi permittentur Ordines suos exercere. At si quo insuperabili obice prohibeantur transferri ad alias Ecclesias, non poterunt nisi minores Ordines in eadem obire Ecclesia, nisi Pontificia dispensatio amplius aliquid annuat: *Salva tamen in omnibus Apostolicae Sedis auctoritate.* 3. Qui a Catholicis ordinati fuerant Episcopis, postea autem Beneficia nundinata sunt: ubi ita male parta Beneficia resigarint, tunc enimvero Ordines exercebunt suos, si tamen Canonicorum vitam communem profiteantur, & de Prælatura vel primaria alicuius Ecclesie dignitate non agatur: *Si qui tamen ante empionem catholice ordinati sunt, cum ea quæ emerunt, dismisint, & vitam canonicam elegerint, in suis gradibus permittantur, nisi forte ejusmodi Ecclesia sit, ut ibi primum locum debant obtinere.* Primum enim vel singularem vel officii locum in emptis Ecclesiis eos habere non patimur.

IV. Possunt in manus Episcopi resignari Beneficia minoria, qui ex dispensatione eidem ipsis restituet, etiam simoniace compara-ta. Sed non ita res se habet de Prælaturis & primis Dignitatibus, quæ Episcopali auctoritate & dispensatione recuperari nullatenus possunt. Valebat haud dubio & hic clausula superior de summa summi Pontificis potestate in dispensando; sed hic, ut quidem reor, Pontifex non tam faciles frequentesque fore eas dispensationes, quam fuerunt deinceps, vel augurabatur, vel cuperat. Id ipsemet disertissime declarat in uno ex sequentibus Canonibus, ubi cassatis Ordinationibus a Guiberto Antipapa factis, & ab Episcopis ab eo ordinatis: patienter tantum & ex indulgentia sustinens eos, qui cum ordinati prius a Catholicis fuissent, in illud postea schisma defluissent, tum vero subiungit ei dispensationi deinceps locum residuum nullum fore: & universim quidquid sibi veniae & remissionis

extorsisset inexorabilis necessitas, eo præjudicari non posse vigori & sanctitati Canonum, qui tum reviviscent, cum prima cessarit necessitas: *Quamvis autem misericordia intuitu, magisque necessitate cogente, hanc in sacris Ordinibus dispensationem constituerimus, nullum tamen prejudicium sacris Canonibus fieri volumus; sed obtingent proprium robur;* & cessante necessitate, illud quoque cessest quod factum est pro necessitate. Ubi enim multorum strages jacent, subtrahendum est aliquid severitati, ut addatur amplius caritati. Ea sunt justissimæ & Canonicae dispensationis fundamenta, ex hoc Pontifice: inevitabilis necessitas, magna cogente necessitate: & innumerabilis plebis multitudo, quæ non possit nisi caritatis lenociniis deliniri, & ad officium revocari? *Ubi multorum strages jacent.*

V. Eadem legebat vestigia Paschalis II. in Concilio Guastallensi anno 1106. post secundum & diuturnum Germaniæ schisma: adeo ut pauci admodum Catholicæ Clerici Presbyterique superfluerint. In suis ergo Ordinibus suscepti sunt ab eo Episcopi, aliqui Beneficiarii schismati, ut olim suscep-ti fuerant Donatistæ, Novatiani, aliique Hæretici: Tot ergo filii in hac strage jacentibus, Christianæ pacis necessitas exigit, ut super hoc materna Ecclesie viscera aperiantur. Patrum ergo nostrorum exemplis & scripturis instructi, qui diversis temporibus Novatianos, Donatistas, & alios hereticos in suis Ordinibus suscepserunt, &c. Pernecessariæ erant haec illo seculo dispensationes, quo simonia quedam colluvio & schisma fœdissimum omnia vastaverant. Verum ut Pontifices hi ipsis passim vociferabantur, cessante necessitate, æquum est & cessare dispensationes.

VI. Jam ad nauseam illud inculcavimus, quod quæ illicitæ erant Ordinationes, irritæ passim diutinentur, in causa fuisse raritatem & infrequentiam dilpenlationum: quæ si nullæ concederentur, non magnopere referret, illicitæ, an irritæ essent Ordinationes. At nunc faciles & obviæ passim dispensationes, pene nimio plus distinguere cogunt, quid illicitum, quid præterea irritum sit. De Diacono quodam simoniaco agens Hildebertus, ait illum Ordines emisse, & ideo non accepisse: *Ordinem dum emit, non accepit.* Mox tamen addubitat (2): *Fortasse non accepit.* Et de Presbyteratu agens,

(1) Cap. 5. 6. 7.

(2) Ep. 14.

agens, qui irritus utique illi habitus fuisset, si fuisset irritus Diaconatus, ait eum duntaxat male receptum. *Revera male accepit.* Sed constanter affirmat immedicabile id quidem esse malum, significatque ne in cogitationem quidem sibi incidisse, ut ad dispensationes recurreretur.

**Sanctus Fulbertus** quidem Carnotensis (1) Episcopus Archiepiscopo Senonensi auctor fuit, ut post biennii poenitentiam Presbyterum simoniacum restitueret; sed non procul a vero abest, jam tum odoratum illum frisse, id jam consilii cepisse Archiepiscopum, & hæstasse tantum in eo, an iterum ordinandus esset. Dehortatus illum est Fulbertus, ne rursum ordinaret, quod *Reordinationes fieri Canones vetarent*: sed ut eum Presbyterum omnibus Ordinis sui insignibus & ornamentis rursum investiret. At prima Fulberti ad eundem Archiepiscopum Epistola super ea re, suadebat tantum eum suspensi Presbyterum: ne ejus herefeos virus latius in alias Diocecesos Ecclesias serperet: *Ab officio suspendi, ne Ecclesiæ tuae candor immunda hæresis contagione sordescat.*

**VII. Bonifacius vero VIII.** in Capite *Statutum* (2); & ante eum Nicolaus IV. in Constitutione, que legitur in Bullario: necnon & Alexander IV. in Capite *Quicunque*, & Innocentius denique IV. quem Bonifacius allegat, declararunt eos, quorum mater, vel pater avusque in hæresi mortui fuerint, irregulares fore ad Beneficia. Longe probabilius est. 1. Eo non contineri Beneficia ante lapsum patris matrive impetrata. Idque determinatum fuit, ut numero mox IX. dicemus a Pontifice & a Congregatione Cardinalium anno 1594. quamvis quarto post anno contrarium Rotæ judicatum fuerit. 2. Illud ad Ordines exporrigi non debere: cum Decretum non complectatur, nisi Beneficia; nec ultra verborum vim & significationem expressam illud æquum sit dilatari, utpote quod rigore quodam novo præter antiquum jus laxiat. In contrariam abierte sententiam Návarrus, aliquie Canonistæ non pauci, propter eam infamiam, que hæresi adhærescit. At Sayrus (3) contra nititur, eique magis consentire videtur nostra Galliarum disciplina, ubi

cum publice tolerabantur Calviniani hæretici, nulla hic eis ex multorum sententiaz affricabatur infamia (4). Henriquez ultius progreditur (5), & promiscue habitis Ordinibus & beneficiis, existimat in iis regionibus ubi tolerantur hæretici, adeoque nec infames habentur, nullam ex hæresi irregularitatem emergere in filios hæretorum: *Ex criminis alieno persone conjunctæ contrahitur irregularitas cum infamia juris: ut per lineam masculinam filius & nepos illius qui in heresi decepsit pertinax damnatus, vel de criminis leæ maiestatis; ex matre sic heretica solus filius, non autem nepos contrahit infamiam juris. At si occulte fuit hæresis, aut in natione infecta pater decepsit in publica hæresi absque infamia nota, non videtur filius Catholicus fieri irregularis.*

Quin & Bonacina affirmat, ubi hæretici fidelium se partibus recolligunt, jam irregulares eos non habendos, ubi illa involuta consuetudo, ut invaluit in Germania (6): *Irregularis remanent etiam post conversionem, nisi dispensemur, aut quando aliter receptum est conueniuntur in aliquo loco, ut in aliis Germania locis servari videtur.*

Si in iis regionibus jam irregulares non amplius habentur qui ex hæresi resipuerunt, peripicum est illos ex eorum filiis, qui temper affixi fuere Catholicæ fidei, musto ab irregularitate puriores fore. Ita eadem est opinione Tannerus (7): *Certe in Germania hec pena locum non habet, praesertim in filiis.* Multo plures suffragatores huic congeri potuerint, si de solis Ordinibus quæstio verteretur. Et cum tamen eo fundamento nitantur illi, quod in iis regionibus nulla hæreticis infamia sit aspersa, perinde id videtur valere debuisse in Beneficiis, atque in Ordinibus. Facile condonabit Lector, si scriptores hic & astipulatores non proferant nisi recentissimos. Recentissima quippe res est, tolerari hæreticos. Inde enim, quod nemo nescit, tanta alienatio, tanta indignatio per Gallias, ubi promulgata sunt primū id genus Edicta, que hanc tolerantium sancirent.

**VIII. Ad hæreticos duntaxat pertinet ea irregularitas.** Qui enim ex Paganis Judæis que ad Ecclesiam se conferunt, ii in baptismō

(1) Ep. 25. 23.

(2) Sayrus, De Censuris. L. 6. c. 10. n. 40.

(3) Henriqu. L. 14. c. 5. n. 4.

(7) L. 1. de fide q. 8. dub. 6. a. 112.

(2) C. Statutum. De Hæret. in Sexto.

(4) Sol. Notæ in Pastor. L. 3. T. 19.

[6] Dis. 7. de irrég. q. 3. pust. 7. par. 2. n. 9.

p̄fimo ab hūjusmodi etiam maculis abluuntur. Anno 1449. Nicolaus V. plures evulavit Constitutiones, (1) ut revocari cogeret Edicta complura nuperime in Hispania promulgata, ut officiis & dignitatibus eliminarentur Christiani novi, qui ita non pridem Judæorum & Gentilium aspernati sectas, Christo nomen dedissent. Anno 1585. Concilium Mexicanum vetuit, ne Ordinibus iniarentur ullis, qui ab Indis, & Mauris, vel Æthiopibus immediate natū essent, nisi circumspectissime: *Sine magno delectu non admittantur.*

**IX.** Nec præteriri fas est, quod docet Fagnanus (2), anno 1594. a Pontifice post vota audita Cardinalium Congregationis Inquisitioni præfectæ, declaratum esse, non spoliari debere natos ob parentum apostasiā, Beneficiis impetratis. Sed aliquanto post, anno nempe 1598. cum Rotæ præcipit Pontifex, ut accuratius ea de re disciparetur; pronuntiavit illa tandem, superius citatis Decretis Pontificis, potissimum vero Nicolai III. Bulla spoliari eos Beneficiis illis etiam, quæ ante patris avicue defectionem consecuti essent. Expendit rursus idem Scriptor, an possint de ea irregularitate Episcopi dispensare, concluditque non posse.

**X.** Hæreticorum irregularitati illa copulanda est, quæ ex iterato baptismo proficitur, vel Ordine eodem. In Concilio Rothomagensi anno 1581. observatum est, complures eorum tintos iterum fuisse sub conditione, qui a Calvinianis baptismo primum donati fuerant: quod non ea his Novatoribus mens & voluntas sit, ut in remissionem peccatorum baptizent (3): *Eo quod non haberent intentionem baptizandi in remissionem peccatorum.* Prohibitum vero est a Patribus Concilii, ne posthac e modo iteraretur baptisma. Propterea quod iterari sub conditione non deberet, nisi cum dubitatur, an datum esset furtum ab aliqua muliercula, vel ab alio, cuius merito suspecta esset ejus dandi peritia. Idem prohibitum est in Concilio Turonensi anno 1583. & ab Aquensi anno 1585. ubi Rothomagensis verba ipsa Conciliū usurpata sunt. Nec definitio hæc Mechliniensi adversatur Concilio (4) anni 1607. ubi sub conditione rursum baptizari jubentur, qui a

novellis illis hæreticis lustrali unda initiati fuissent. Hæc enim non præcipiebatur iteratio in Concilio Mechliniensi, nisi propterera quod ab antiquo usu baptizandi recederent ibi Calviniani, juberentque ab alio aquam infundi, ab alio verba proferri: *Et quia frequens experientia docet modernos hæreticos sape contra receptam Ecclesiæ consuetudinem & antiquam traditionem baptizare, uno aquam fundente, altero formam ipsam pronuntiante: ab hæreticis, qui non sunt ad baptizandum admittendi, ubi aliquis Catholicus praesto est, baptizati, similiter sub conditione baptizantur.* Concilio visum est irritum baptisma, quod ita tradetur: & cum non immerito dubium esset, an qui ab hæresi ad Ecclesiam remeabant, ad eum modum baptizati fuissent, sancitum ab eo est sub conditione iterari ejusmodi baptisimum.

Cum Acolythus ministrasset in iterando agroti cuiusdam baptismo, cui superstitione mulierculæ suaserant, ei certissimo mendicamento fore, ut actutum a morbo recrearetur: res ad Alexandrum III. perlata est. A quo rescriptum est, non posse Acolythum hunc at Ordines provehi superiores, nisi religionem profiteretur, si publicum esset hoc scelus: sin occultum fore, posse quidem, expiato prius flagitio privatae dignæque poenitentiæ laboribus (5): *Ad superiores Ordines promoveri, si publicum est quod proponitur, non valebit, nisi ad religionem transire voluerit, ut favore religionis ipsius circa eum valeat dispensari.* Si vero occultum est, promoveri poterit, & excessum dignis poenitentiæ fructibus expiare.

Prolati sunt a Gratiano antiqui Canones, qui Baptismum Ordinemque prohibebant iterari (6): & ille maxime Concilii Carthaginensis III. (7) *Non licet fieri rebaptizationes & reordinationes, vel translationes Episcoporum.* Ille item Carthaginensis V. quo hummoventur Clericatu, qui iterato maculati fuerint baptismo (8); *Nec unquam permittendum, ut rebaptizati ad Clericatus gradum promoveantur.* Non agit Canon nisi de suscipientibus iteratum baptisma. Non recedit autem a vero eadem prohibitione implicari conferentes. Ita apertissime decrevit Innocentius III. ubi Græcorum sigillat pertinaciam ir schismate, quo fiebat

ut

(1) Spond. an. 1449. n. 8.

(4) T. de Bapt.

(7) Can. 38.

(2) In I. 4. Decret. par. 1. pag. 221.

(5) Extrav. De Ap. c. 2.

(8) Can. 18.

(3) Tit. de Sacr.

(6)

(9)

ut & Latinos, quos suis partibus quandoque adgregabant, iterato baptismo confundarent (1): Si quis tale quid presumperit, excommunicationis mucrone percussus ab omni officio & Beneficio Ecclesiastico deponatur.

Leo Magnus haereticos ad Ecclesiam conversos permiserat suis Ordinibus, si modo rebaptizati non fuissent (2): Haretici conversi, in quo inveniuntur Ordine, maneant, si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Cui addendum Concilium Toletanum IV. (3) Non promoveantur ad sacerdotium, qui in heresi baptizati, aut rebaptizati esse novicuntur. Possent & Canones & Decreta his complura alia addi, quæ volens omitto, ut minime necessaria.

### De Irregularitate Servorum, Militum, Judicum, Curialium.

### C A P U T . L X V I . P . 1 . l . 2 . c . 1 1 .

#### De Irregularitate Servorum, Militum, Judicum, Curialium, quinque prioribus Ecclesie seculis.

I. Ex Paulo probatur servorum irregularitas.

II. III. Ejus rei ratio confertur, vel in degeneres plerumque servorum animos & mores, vel in vincula quibus adhuc constringuntur, ut ne totos se Deo & Ecclesia ministeriis dedere possint.

IV. Variis servitutis gradus.

V. Si qua sibi jura Patroni servarent integra, liberti ipsi irregulares erant.

VI. Irregulares erant & Decuriones quoque & Curiales, propter aliam quandam servitutis speciem.

VII. VIII. Cetera sanctorum Patrum in eam rem querele.

IX. Irregulares erant & qui ratiociniis publicis erant obligati.

X. Eorum irregularitas qui criminalibus in causis accusatores, causidici, Judices fuere.

XI. Irregulares erant & Milites. Laudabilis minus erat Militum Judicumque munus & officium.

XII. XIII. XIV. Doctrina & suffragia sanctorum Patrum in eam rem. Cur professio licita, laudanda, necessaria, arceatur item a Clericatu?

XV. XVI. De eodem rursum.

XVII. Quanto zelo astuarent Episcopi alii que Clerici, ut reis, qui ad mortem trahebantur, succurrerent.

XVIII. In irregularitatibus laqueos impegeret Episcopi, qui apud Maximum Imperatorem preservide egerunt, ut necarentur haeretici.

XIX. Cum his Episcopis non communicavit Martinus, nisi vi compulsus, & ex indulgentia.

XX. Catholici Episcopi intercessere apud Principes, ne morte luarent, qui Christianos Martyres contradicaverant. Ex Augustino, quantum Mosaico & Christiano interstit Sacerdotio.

XXI. Unde eorum irregularitas, qui multilatent, nisi non occidunt?

XXII. XXIII. An Gentilium etiam Pontifices prohiberentur cujusquam morti subscribere?

XXIV. An irregulares sint, qui ne occiduntur ipsis, occidunt?

XXV. Pœnitentes ipsis Clero excludebantur, quanquam semet ipsis ab armis & dignitatibus publicis abstinerent. Inde conjiciendum de Clericis, quam ab his abstinere se debent.

XXVI. S. Basilius triennio toto eos abstinebat a communione, qui in bello occidissent.

I. Quæ servituti illigata est irregularitas, statim in oculos occurrit, cum obvium & perspicuum sit, quam non possit ea cum sacerdotio copulari. Absolvi enim & extricari necesse est a servitute qualibet alia, ut Ecclesie se quis liberet & beatet servituti addicat: abrumpi necesse est vincula alia omnia, ut omnino quis Ecclesie Episcopoque suo devinciatur. Onesimus quidem ex servo Episcopus ordinatus fuit: at domino ejus priori Philemoni cum Paulus Apostolus libertatem conciliat filiorum Dei (4): Te ipsum mihi debes: non age ab eo imperaratur temporalem Onesimi libertatem, quem in Christo genuerat, & filium lucis in tenebricolo carcere creaverat: Quem genuit in vinculis. Ab hoc autem Pauli exemplo demonstrat Apostolicus

(1) Extrav. De Bap. c. ult.

(4) Epist. ad Philemon.

[2] Ep. 3.

(3) Cas. 18.

**cas** Canot*r*, ordinari non debere servos, nisi & dominis libertate donatos (1) : Servi in Clerum non ordinentur, sine domini voluntate. Si quis vero dignus est : qualis One-simus fuit, domino consentiente, & libertate ei concedente, & extra domum suam emittente, in eum gradum ascendat.

II. Certiores tamen nos fecerat Paulus, nullum liberis servisque discrimen Christum interposuisse (2) : Non est Judeus, neque Grecus ; non est servus, neque liber ; omnes enim vos unum estis in Christo. Quinimum suaserat servitutem libertati anteponi exemplo Christi, summi Dei, summi Pontificis, qui in servitatem se dejecti, ut spiritualiter nos in libertatem vindicaret : Et si potes fieri liber, magis utere. Hinc ergo fateri cogimur, non esse affixam ab Ecclesia servis irregularitatem, nisi ut ne domini suo in servos jure fraudari possent. Ideo cum primum servos domini absolvebant, iam non spectabatur, nisi quod homines, quod Christiani essent, ejusque confortes aequalitatis, quam sanxisse videbatur. Creator inter eos, quos eodem fixerat luto : necnon & Servator inter eos, quos eodem sanguine redemerat.

III. Expostulat jure quidem meritissimo Leo Papa, quod sacerdotio dignandi videbantur, quos libertate dignos proprii domini non judicarent (3) : Qui & dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotiori provehuntur. At ea Pontificis verba, quae contemptum redolent, Servilis vilitas, nulla natalium dignitas : non indicant nisi eam quae innata, vel potius agnata fere coalitaque servis est absurditas morum, perversitasque. Unde & ea conjugit, Quibus nulla natalium, nulla morum dignitas. Ergo ut primum a dominis manumittuntur, quanquam effracta non sit natalium vilitas, ordinari permittuntur. Si eorum peccatio vel voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis. Alteram quoque rationem illam non tacet sanctissimus Pontifex. Quod non ex parte quisquam debeat devoveri Ecclesiae, & mancipari, sed totus ; quod totum hominem desiderent sacra munia, quod sui juris necesse sit esse, qui iuri le Ecclesie subjicitur ; quod denique qui Ecclesie addictus sit, eum porteat non alienae tantum, sed & suae illius potestate subducit, ut in Christi spon-

se potestate totus concedat : Debet enim immunis esse ab aliis, qui divine militia fuerit aggregandus : ut a castris Dominicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatibus vinculis abstrahatur.

IV. Variæ erant servitutis classes, aliæ aliis molliores. Servi erant colendis agris affixi, in quibus orti erant, & quibus ea lege præfiebantur. Ea colonorum servitus quanquam mitior, agitum tamen Ordinum præcludebat : Sed & ab aliis etiam qui originali, aut alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, ut ait idem Leo. Gelasius assentitur (4) : Servos & originarios &c. Ubi & illud addit, hos ubi facultas & occasio se dabit, aufugere solitos, & Clero, vel Monasteriis illabi. Præterquam quod ea conversio parum sincera, nec ex animo profecta videbatur : negat Pontifex posse dominos jure suo, servisque suis frustrari : Ne per Christiani nominis institutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti. Ex quo ergo intercludebantur eis Monasteriorum & Cleri foras. Et hinc rursus enitescit, eam inde exurgeare irregularitatem, quod fraus fieri dominis non debebat, quod ex conversiones plerumque simulari essent, quod servilis indoles plerumque ad nequitiam sit propensior, ex astuetudine etiam iam aliqua : denique quod sacro ministerio idoneus non sit, qui dimidiatum ei se applicat.

V. Qui vero manumittentur, non plenam illi semper statim libertatem consequentur a dominis, sed nexibus adhuc quibusdam liberti Patrono obligantur. Ideo & irregularibus eos Concilium Eliberitanum accensuit, nisi patronus eorum Clericus esset. Tum enim erat utique penes Ecclesiastis ea auctoritas, qua vetaret, ne ab eo quem ordinaliter, exigeretur aliquid ministerii viiioris, quo vel dignitas Ordinis detuparetur, vel perturbaretur ministerium (5) : Liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad Clerum non promoveantur.

VI. Militum servitus, & quorundam magistratum, erat illa quidem honoratio, sed nihilo tamen magis illi cum Clericatu, & Ordinum functionibus conveniebat. De his ergo illud constat, quod de servis præmonimus, cum sub Principe Christo mereamur, qui formam servi accepit, & nobilitavit, non vilitate nascendi, non ignobilis

(1) Caa. 82.  
(4) Ep. 1. c. 16.

[2] Gal. 3. 18. 1. Cor. 7. 2.  
[5] Caa. 80.

(3) Epist. 1. c. 1.

bilitate arceri quenquam sacris muniis & dignitatibus Ecclesiaz, sed necessitate abrumperi vincula omnia reliqua, ut rebus sacris totos se dent (1): *Si quis post remissionem cingulum militis secularis habuerit, ad Clericatum admitti omnino non debet.* Ita Syricus, & Innocentius I. Et id quidem ad Milites pertinet. Ad Decuriones venio, seu Curiales, qui Reipublicaz servi quodammodo erant, ejque conditioni ita astricti, ut familia, posteritas, substantia omnis una & pari servitutis lege contineretur. Frequenter quidam ex fratribus nostris Curiales vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, Clericos facere contendunt; quibus postea major strictitia, cum de revocandis eis aliquid ab Imperatore precipitur, quam gratia de ascitis nascitur: ut habeat ibidem Innocentius L.

Erat & aliud quod Curiales prohiberet a Clericatu. Ludos & spectacula populo edere cogebantur, tanquam voluptatum publicarum ministrorum. Abhorrebat autem mirum in modum Ecclesia ab his ludis, spectaculis, voluptatibus, tanquam ab idolatria, luxuriaque & flagitorum omnium sentina: *Confusat eas in ipsis munibz etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inventas esse, non dubium est; ludorum vel munerum apparatus, aut praeesse, aut interesse.* De iisdem alibi quoque agit, & eos ablegat, quod jam Clericatu cum aliquando obrepserint, reposcerentur: *Quoniam saepe ad Curiam repetuntur.* Et rursus alibi (2): *Quanto ex Curialibus, qui voluptates & editiones populo celebrarunt, &c. Nec de Curialibus aliquem ad Ecclesiasticum Ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel Sacerdotium, quod dicitur, susinuerint, & editiones publicas celebraverint.* Hec rursus nova ejendi eos ratio, si post baptismum, dum munere suo fungentur, affuisserint, praefuisseque spectaculis; ita ut interim capitii eorum imponeretur earum aliqua coronarum, quae tam multiplices, tam profanæ, tam impia superstitione deliberae tunc erant; vel si perfundenti essent sacrilego illo sacerdotio, quod civilibus Paganorum Magistratibus per sepe imminebat exercendum.

Ex Codice Theodosiano abunde patet, qui essent hi Curiales (3), e quod profanum hoc sacerdotium!, & quæ illi incuma-

berent servitutes. Inde autem manifestum est, potuisse eos ad Presbyteratum aspirare, si modo tanta se exuerent facultatum suarum parte, quanta opus esset, ut functionibus & impensis his publicis fieret satis; aut alios suo loco subrogarent, aut liberos etiam suos, cum ea facultatum copia, quæ satis esset. Ita quidem Imperatorie leges ibi allatae (4), sic tamen interpretande, ut his quibus ad Clerum aditus muniebatur, nulla obrepserint earum irregularitatum, quas supra strictum attigimus. Denique ex his Codicis legibus patet, Imperatores alios alia quandoque decrevisse, & leges ipsas in dies singulos mitescere vilas esse in Curiales.

VII. Suberant sane & accommodabant se his legibus Ecclesiarum Antistites, teste Ambrosio, quanquam non deesset quod teste Deo ingemiscerent, quod Regio Christi Sacerdotio non plenissime Ministri ejus absolverentur ab his vinculis, non saltu post annorum triginta præscriptionem. Imperatorem ipsum de his commonuit Ambrosius fidentissime nomine omnium Episcoporum, quibus præstare debere videretur culpas omnes Imperatorum Consilii, qui tum saepissime Mediolani demorabantur (5): *Quomodo excusabo apud Episcopos, qui nunc quia per triginta & innumeros annos Presbyteri quidam gradu functi, vel ministri Ecclesie, retrahuntur a munere sacro, & Curia deputantur, graviter gemunt. Nam cum ii qui vobis militant, certo militia tempore serventur, quanto magis etiam eos considerare debetis, qui Deo militant?* Quomodo hoc, inquam, excusabo apud Episcopos? Tum vero mitigari aliquantum hunc rigorem flagitat: *Hoc in notitiam clementiae tuae pervenire volui, de hoc ut placet arbitrio tuo consulere, & temperare dignaberis.*

VIII. Ea Ambrosii querimonia non consulebatur, nisi honori, & libertati Ecclesiaz, cui atrox inurebatur dedecus & ingens dolor, cum Presbyteri Diaconique post sacerdotii splendidissimi tricennium, altaribus sacrisque abstrahebantur. Quod attinet vero ad patrimonia, & opes, quibus cedendum erat Curiaz Decurionum, ad emercandam Clericatus redimendamque libertatem, ea de re nec verbum fecit ullum, nec vel tantillum conquestus est Ambrosius, aut aliquid delinimenti flagitavit. Uno ulus est solatio, cum Symmacho responderet, & ipsum inter-

(1) Ep. 4. Ep. 2.

(2) Ep. 4. c. 3. Ep. 29.

(4) Cod. Th. L. 12. Tit. 1. Leg. 104. 115. 221. 128.

(3) L. 12. Tit. 1.

(5) Ep. 29.

terpellares Imperatorem Valentianum, ut vel hinc declararet in rebus istiusmodi temporariis, quid perpeti posset Ecclesia, nec conqueri: *Si privilegium querat Sacerdos, ut onus curiale declinet, patria atque avita & omnium facultatum possessione cedendum est.* Quomodo tunc Gentiles si haberent, ingravarent querelam, quod Sacerdos ferias ministerii sui emat totius patrimonii sui damno, &c. Pretendens communis satuis ex cubias, domestica inopia se mercede solebat. Inclemantium eorum legum mitigarunt aliquando tandem Imperatores, variis subinde levamentis, ut jam diximus, adhibitis.

X. Hanc satis comperi, an ad hanc revocari possent irregularitatem, qui ratiociniis publicis erant obligati; aut Publicani, quos acute & scite Tertullianus vocat (1) *ex officio peccatores.* Quod Gelasius quoque Papa ait esse Publicarum rerum nexibus implicatos (2). Ita sane credi pronum est, cum Procuratores, Curatores, Tutores, denique privatorum etiam hominum Actores, vel Agentes, ordinari non possent, nisi post redditas rationes, & quando ita jam comparati essent, ut nulli jama oneri, nulli jugo nisi Domini subessent, & illi sarcinae, quo facilime portatur, cum & ipsa portantes se portet (3): *Ut Diaconi non ordinentur, qui procuratores, & tutores, & actores, & curatores pupillorum fuerint, nisi post deposita & redditia ratiocinia.* Concil. Carthag. Tit. 8. Fatendum tamen est eum Canonem, qui apud Ferrandum legitur, non pertinere nisi ad Diaconos & Ordines superiores.

X. Eandem effundit irregularitatem Innocentius I. in eos, qui causas egerint erimales, vel Judicum solia insidentes, capite damnant reos (4): *Si quis fidelis militaverit, si causas egerit, id est, postulaverit, si administraverit.* Et alibi: *Qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pertinaciam suscepserunt.* Et ibidem rursus (5): *Quantos ex militia, qui cum Potestatibus obedierunt, severa necessario precepta execu- ti sunt? Quantos ex Curialibus, qui dum parent Potestatibus, que sibi sunt imperata fecerunt?*

Hinc vero novam excusipimus rationem alegandi a Clericatu Curiales, Decuriones & Milites, praeter servitutem honoratiorem, Thomas. Tom. IV.

de qua jam diximus. Nempe communione quendam suam cum Judicibus & Advocatis, consciisque & consortibus omnibus criminalium capularum, & capitalium iudiciorum. Usque adeo abhorret Ecclesia a fundendo sanguine reorum etiam, quos leges ipsae addicunt, ut ne eos quidem qui justitiae huic scelerum ultrici linguis manusque commodaverunt, in Minitris haberi velit incruenta sua & celestis Victimæ. Innocentio succinit Concilium Toletanum L. (6) *Si quis post baptismum militaverit, & chlamydena sumpergit, aut cingulum ad neandos fidles, etiamq[ue] gravia non admis- sit, si ad Clerum admissus fuerit, Diaconi non accipiatur dignitatem.* Auditor vice B. Hilarii Arelatensis Episcopi illud affirmat, Visonationensem Episcopum Chelidonum in Concilio exauditorum fuisse, ubi Hilarius presidebat, cum ante convictus fuisse (7) de ducta olim in exorem vidua, & facili administratione perfundit, capi- tali aliquos condemnasse sententia.

XI. Fateretur Innocentius I. ab ipsa divina & Scriptura & Lege armatos fuisse, & gladium stringere iussos, summos Principes, Magistratus, Judices (8): *adde si lubet & milites, Ministrosque, & Executores sen- tentiarum & Judiciorum a summis his ma- nantium Tribunaliibus.* Hinc advertit nulli unquam eos penitentiaz ab Ecclesia addi- stos fuisse. Si quis autem percutetur: Ecur irregulares & extorres sint a Cleri- caru, quos nullum ad penitentiaz gradum Ecclesia censuit ablegari debere? Respon- deri primum forsitan poterit, eiusmodi ho- mines aliquando viros esse nonnullis, ne Ec- cleiarum quidem plebi sociari posse, ne- dum Clero. Sic enim apertissime Tertul- lianus (9): *Hinc proxime disputatio suborta est, an servus Dei alicujus dignitatis au- potestatis administrationem capiat, si ab omni specie idolatrie intactum se, aut gratia aliqua, aut astutia etiam prestare possit.* Credamus succedere alicui posse, ut neque judicet de capite alicujus, vel pudore, se- ras enim de pecunia, neque damnet, neque prædamnet, neminem vinciat, neminem re- cludat, aut torqueat, si hec credibile est fie- ri posse, &c. Et mox: *Nunc de isto queritur, an fidelis ad militiam converti possit?* & an a militia ad fidem admitti, cui non sit necessitas immolationum, vel capitalium

S s

judi-

(1) De Pud. c. 9. (2) Epist. 9. (3) Ferrand. c. 219. (4) Ep. 4. c. 3. (5) Ep. 23. c. 20  
(6) Can. 8. (7) Conc. Gall. T. 1. p. 79. (8) Ep. 3. c. 3. (9) De Idolol.

*judiciorum: Non convenit Sacramento divino & humano; non potest una anima duobus deberi, Deo & Casari.* Sic ille in libro de Idololatria. Quibus finitima sunt quæ habet in libello de Corona Militis.

Hinc aliquid forsan patrocini Tertulliano parari posset, quod militarem professionem non omnino damnarit; cum hanc ille, & a se, & a Christiano nomine invidiā amoliatur, ubi in Apologetico contēstatur in hunc modum, *Navigamus & nos vobiscum, & militamus.* Sed nemo inficias ierit, quin immensa quadam dilitantia abesse voluerit Tertullianus professionem militis, aut Judicis Capitalis, ab Evangelica perfectione: cum non spiret Evangelium, nisi pacem, & mansuetudinem, & injuriarum ex animo oblivionem, temporalium vel racturam, vel abdicationem citra ullum doloris sensum; pro injuriis beneficiorum viciſſitudinem, & gratarum actionem: denique cum suadeat Christiana pietas seculosis poenitentiam potius quam poenam mortis adferre, quam nisi precurrat poenitentia, non poterit nisi mors consequi semper terna.

XII. Eadem quoque ratione mitiganda interpretanda sunt Cypriani verba, ubi non tam bellum, quam gerendi belli rationes plerumque & artes nefandas inseſtatur (1): *Madet Orbis mutuo sanguine, & homicidium cum admittunt singuli, crimen est; virtus vocatur, cum publice geritur.* Eadem clementia Lactantio accommodanda, cum ait Spiritum illorum pacis & concordiae, qui regnat & dominatur in cordibus iulitorum, nunquam paſſurum, ut furoribus illi bellicis se inserane: nec saevituros unquam, qui nec saevitiae spectatores esse te velint (2): *Cur belligeret, aut se atiens furoribus miscet, in cuius animo pax cum hominibus perpetua veretur?* Et alibi rursus: (3) *Itaque neque militare justo licebit, cuius militia est in ipsa justitia; neque vero accusare quenquam criminis capitali, quia nihil distat, utrumne ferro, an verbo potius, occiso ipsa perhibetur.* Itaque in hos Dei praecepio nullam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occidere hominem sit semper nefas, quem Deus sanctum animal esse voluit.

XIII. Scripturis, Scripturarumque luci splendidissimæ terga certissime verteret, qui abrupte & universim damnaret bella, & judicia capitalia, quibus dum nocentibus

non parcitur, innocentibus consulitur, impune alioqui opprimendis & contrucidandis. Ultra limites nonnihil evagati sunt Tertullianus & Lactantius, cum Christianis omnibus eam indixere perfectionis cumulatissimæ legem, quam pauci perfecti consequi possunt. Illud quoque succurrit animo, quod dicatur in eorum defensionem, primis his seculis complures laicorum fidelium incredibili quodam pietatis studio exarisse non ad precepta tantum, sed & ad Evangelica consilia toto pectore amplectenda. Itaque quanquam persuasissimum nobis sit, Militiam & Juris dicendi functionem non inculpata tantum, sed & necessaria esse Reipublicæ officia: non assentiremur tamen unquam, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Monachi, his officiis admovearentur, propter summam quandam discrepantium, & dissidentiam incredibilem inter eas hinc & hinc professions. Quippe earum altera intaminata quændam innocentiam, & exercitissimam Sacerdotii perfectionem desiderat, atque adeo miram quandam alienationem ab iis sollicitudinibus animique perturbationibus, quibus altera conficitur.

XIV. Celsum Philosophum refellens Origenes, easque diluens calumnias, quibus Christiana ab eo Ecclesia inceſtabatur: ac illam potissimum, quæ a militia fuga & Dignitatum aversione petebatur, & munierum publicorum: non hoc ille convicium propulſat, aut deprecatur, sed laudi sibi potius & Christianis veritatem insigne virtutis cumulatissimæ specimen. Plus presidiis Imperatoribus esse affirmat in precibus Christianorum ad Deum, quam in armis & fortitudine exercituum; ipſos Paganorum sacerdotes a bellicis munis immunes fuisse, quod ita omnibus animo præceptum & prædicatum esset, sacrificiis pura manu & conscientia oblatris plures & certiores comparari victorias, quam præbēti: tutissima Imperii monumenta esse ipsam Christianorum innocentiam, pietatem, religionem; denique nisi Imperium & contare, non tam militum armis, quam piorum & religiosorum sanctimonia (4): *Hortatur Celsus, ut opem feramus Imperatori, & geramus iusta piaque bella, &c. Respondemus ferre nos Imperatori auxiliq suo tempore, sed divina, obedientes Apostoli verbis: Objecro vos, ut faciatis deprecationes pro omnibus hominibus, pro Regibus, &c. Et quo cujusque insignior*

(1) L. 2. Ep. 22.

(2) L. 3. c. 27.

(3) L. 6. c. 20.

(4) L. vii. epist. Cels.

signior ~~est~~ pieas, eo maiorem operi Imperatori fert, magis quam stantes in procinctu milites, & occidentes quoquot possunt ex hostibus. Ecce uestrorum quoque numinum sacerdotes dexteras servant puras & sanguine causa sacrorum, ut incruentis manibus victimas offerant solemnes &c. Respondet denique Celsus, non dignitates, non munera, non officia publica fugere Christianos, cum sint & sui Ecclesiaz Magistratus spirituales, sapientia & virtute insigni eo proverbi; a Civilibus autem dignitatibus subalienos eos esse, non fastidio aut alienatione animi, sed studio quodam celestibus se potius studiis adglutinandi: Nec hoc faciunt Christiani, quod ista publica vita muniis refugiant, sed quod se servent divinioribus, & magis necessariis muniis Ecclesia ad hominem salutem.

XV. Hæc veluti media est & temperatissima ratio, cui nos insistere suadet Origenes: non damnari a nobis militiam, non contemni ejus iustitie ultricis ministros, quos sua auctoritate, suis pene telis armavit Deus ad vindictam malefactorum, & bonorum tuitionem, quin honori & amori esse: sed prioribus sexulis Christianos longe plurimos dedicasse se totos iis potius studiis & artibus, per quas fas esset Evangelicis etiam consiliis, & perfectionis præceptis inservire. Ministros vero suos Ecclesia non solum non sinebat sæcularia illa gerere munia, sed ne eos quidem deligebat ex illorum numero, qui ea gessissent. Si Gentiles enim, quibus non allucebat veritas, nisi multis hallucinationum errorumque nubeculis obscurata, persuasum tamen habebant, castiora fore, Deoque gratiora sacrificia sua, si per puros etiam ab hostili sanguine & proflus incruentos Sacerdotes offerentur: quanto magis Christiani uberiori celi lumine collustrati, Sacerdotum suorum sanctimoniam eam vellent esse, cui comparata quormlibet judicum militumque innocentia & integritas sordeceret? Par ratione Laicis castitas conjugalis virtus est magni pretii: Clericis nostris majoribus scelus esset.

Hieronymus libro primo contra Jovinianum negat vetitum esse Davidem, ne Templum construeret, quod bellico & hostili sanguine diu maduisset; sed quod Uriam iussisset interfici: Non, ut plerique existimant, propter bella, sed propter homicidium,

Templum Domini edificare prohibetur. Per vulgatissima tamen ea sententia est, & Scriptura verbis valde consentanea, interdictam ei Templi constructionem, quod hostili ex parte plura peccata tollarent adhuc manus eius.

Hilarius vero in primum Psalmam luculentissime demonstrat, munerum publicorum cum Clericatu quam difficilis sit societas: Qui volunt Ecclesiæ legibus subditi, fori legibus judicare, necesse est eorum, in quibus diversabantur, negotiorum quodam pestilentis contagio polluantur. Publicarum enim causarum ordo manere eos volentes etiam in Ecclesiastice legis sanctitate non patitur. Et quamvis religiosi propostæ tenaces sint, tam per necessitatem sedis obtentæ tum ad consumeliam, tum ad injuriarum, tum ad peccatum, cunctante licet voluntate coguntur. Ideo hanc Cathedram pestilentie Propheta cognominat.

XVI. Paulinus vero Nolasus Episcopus sanctissimus in Epistola ad militem, quem abducere a militia conabatur, iisdem ferme illum impedit rationibus, quas paulo ante ex Lactantio delibavimus. Nec tamen potest Paulino vel suspiciuncula erroris ultra in hac parte aspergi.

Pulcherrime ab Augustino observatum est, Joannem Præcursorum Christi sanctissimum, cum salutis semitam militibus indigitaret, non præcepisse, immo ne consuluisse quidem, ut a militia abirent; quod fecisset indubie, si saluti inimica fuisset ea profectio; sed edixisse, ut vim & alia que illi aliunde imprimebantur vitia, declinarent (1): Alioquin Joannes cum ad eum baptizandæ milites venirent, dicentes: Et nos quid faciemus? Responderet eis: Arma abjecite, militiam istam deserite, &c. Sed quia sciebat eos, cum hæc militando facherent, non esse homicidas, sed ministros legis; & non ultores injuriarum suarum, sed salutis publicæ defensores: respondit eis: Neminem concusseritis, sufficiat vobis stipendium verstrum. Alibi vero eleganter etiam illud monet Augustinus idem (2): Non militare delictum est, sed propter prædam militare peccatum est. Denique Concilium Arelatense I. non iustis tantum bellis patrocinium, & auctoritatem conciliat (3): De his qui arma projiciunt in pace, placuit abstineri eos a communione: sed & desertores damnat infæ & sanctæ pro Imperio & pro Ecclesia mi-

litis: damnat & eos qui inconsideratissimo zeto huic doctrinæ adversarentur.

XVII. Opportunius infra prolixiusque agemus de ea, qua sanctissimi quique olim Episcopi flagrabant, Clericique cupiditate, scelerum reos, & extremo addictos supplicio, subducendi Judicium vindictæ, & poenitentiaz subjiciendi. Vim illi non semel attulerunt ministris publicis; quod exorare non poterant, extorsi frequentes carceres recludi impetrarunt; larga a Principibus eam in rem impetrarunt privilegia, & Ecclesiæ suæ asseruerunt: Asyli jura & immunitates Christianis Temporis vindicaverunt; & eo zeli cui fervore non sui tantum ævi hominem, sed posteriorum laudem & admiracionem consecuti sunt: quin & cœlesti quodammodo suffragium, non paucis editis in eam rem miraculis. Justitia hic videbatur in speciem adversari justitiae, Episcopalis civili, Ecclesiastica publica, terræ coelestis; quanquam aliunde civili publica que terrenorum Principum iustitiae ipsa cœlestium Scripturarum auctoritas patrocinaretur. Verum ea conflictatio in cortice tantum rerum hærebat, cum in medulla parvigeret & concordia. Erat enim iustitiae consentaneum, ut paci & tranquillitati publicæ Civitatum Provinciarum consuleretur morte scelestissimorum, & publicæ salutis hostium internectione. At rursus erat consentaneum iustitiae superiori, & ineffabiliter sublimiori, ad sempiternam hominum salutem universorum, ut Clerus precibus suis exarmaret dæmones, earum impietatum principes & auctores, quibus etiam justa incenduntur bella: utque reos morti eximeret corporis, quam animæ ut plurimum sempiterna mors comitaretur; eosque poenitentiaz manciparet, qua utrique subducerent morti, & tanto deinceps rei farent publicæ utiliores, quanto justiores. Tam discrepat gemina hæc iustitiae species, quam finis, quem propositum habent. Nec tamen altera alteri pugnat, sed cedit & subicitur. Hac ergo æternitatis contemplatione & cœlestis Spiritus flamma agebantur Episcopi, ut Judicium ipsi iustitiae quandoque intercederent, eisque post cruentas illas in reos sententias Clericatu interdiceant.

XVIII. Est rursus quod magis mirere. Sanctissime confirmat Ambrosius, noluisse contaminari eorum communione Episco-

porum, qui Maximum Imperatorem interpellabant, ut novæ heræcos machinatori Priscilliano mortem inferret (1): Cum videret abstinere me ab Episcopis, qui communicabant ei, vel qui aliquos devios licet a fide ad necem perebant, commotus eis iussit me sine mora regredi. Censet Ambrosius Mosaiico magis quam Evangelico effervuisse zelo eos Episcopos, cum Christus suam exemplo suo verboque imbuerit Ecclesiæ, reos absolvere, non damnare. Instabant Judæi, ut neci dederetur mulier adultera, & imitatores eorum erant Ithaciani Episcopi, portius quam Christi, qui adulteram relaxavit a pena, ut astringeret poenitentiaz & poenæ diuturniori, eoque salubriori (2): Questio facta est vehementior, posteaquam Episcopi reos criminum gravissimorum in publicis accusare judiciis, alii urgere usque ad gladium supremamque mortem, alii accusationes hujusmodi & cruentes Sacerdotum triumphos probare coepérunt. Quid enim aliud isti dicunt, quam dicebant Judæi, reos criminum legibus esse puniendos, & ideo accusari eos etiam a Sacerdotibus in publicis judiciis oportuisse, Gr. Unam Christus puniri ex lege non passus est, isti minorem numerum afferunt esse punitum.

XIX. Ithacium solum refert Severus Solitus accusandi partes suscepisse Priscilliani, reliquos Episcopos eo uno peccasse, quod ab eius communione non abstinerent; S. Martinum vero ad Maximum profectum esse Treviros, ut ipsorum hereticorum mortem deprecaretur (3): Pia erat Martinus sollicitudo, ut non solum Christianos, qui sub illa erant occasione vexandi, sed ipsos etiam hereticos liberaret. Et rursus alibi: Non desinebat increpare Ithacium, ut ab accusatione deficeret; Maximum orare, ne sanguine abstineret infelicitum. Discellit Ithacius ab Aula, post consilium a Principe initum de capitali poena, ante judicium quidem, sed astute & fraudulenter; Frustra, calido scelere jam perfecto. Scilicet Martinus cum Ithacianis Episcopis communicavit, cum una ea ratione posset seltene gladium Principis, strictumque in eorum capita mucronem, quorum indolentiam exoraturus venerat: Satis affirmans ad horam cedere, quam his non consulere, quorum cervicibus gladius imminebat. Expagnari vero a Martino nonquam potuit, ut scri-

(1) Epist. 17.

(2) Epist. 76.

(3) Hist. L. 2. Dial. 3.

scripto confirmaret communionem illam prioris suam, cum Episcopis humani sanguinis invidia cruentatis: & vix, ac ne vix quidem condonare sibi unquam ipse potuit illam indulgentiam & cōdescensionem, ad quam una illum caritas impulerat. Si enim derogaverat aliquantulum Canonis cædes approbari a Clericis vetanti; sua hac ille juris remissione cædes longe plures præverte-re moliebatur. Ideo & ecclis allapsus Angelus admonuit illum, Totum necessitati datum fuisse: *Aliter exire nequissit.*

XX. Feliciores fuere, Augustino teste (1) Episcopi Itali qui ab Imperatore Honorio veniam & impunitatem extorserunt eorum Paganorum, qui in valle Anaunia Clericos eorum conversioni incumbentes martyrio affecerant: *Ne passiones servorum Dei, quæ debent esse in Ecclesia gloriose, inimicorum sanguine dehonestentur.* Ubi perspicuum est Clericos adeo non ad ulciscendas eas quæ sibi irrogatae essent injurias, publicos judices adiisse, ut indulgentiam ex adverso vehementissime orarent, & sepiissime exorarent. Ithacius ergo Priscilliani mortem deprecari potius debuerat, quam accelerare. Ideoque in Concilio Taurinateni statutum est (2), ut communione arcerentur, qui se communione Ithacianorum fodarent, convenienter Epistolis ea de re a Siricio Papa & Ambroso scriptis: *Juxta Epistolas Ambrosii Episcopi, vel Romana Ecclesia Sacerdotis.*

Rursus idem alibi adnotat egregie cum primis Augustinus, eti Elias, atque Monachorum temporum justi impiorum sanguine manus suas cruentaverint; novo Testamento allapsum ecclitus esse spiritum alium indulgentiorem, qui scelera non tam vindicari, quam emendari velit: nec sanguine & morte aboleri, sed lacrymis, & vita deinceps castissima (3): *Vidit quod videntiam erat, alia licuisse tunc iustis,* &c. De novo Testamento ostendi non posse, quod iustus quisquam interficerit aliquem. Idem & ab Optato animadversum est, ideoque ait ille Petrum a Christo iussum, ut gladium recondere in vaginam (4): *Christus pati venerat, non defendi.* Nec improbata sunt ab Augustino bella necessaria: *Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas permittat, non voluntas.* Nec extingui Iecestos, quorum jam desperata sit emendatio, illi

displicuit: sed compluribus suis Epistolis apertum fecit, tum demum ab Episcopis laudari severitatem Principum Judicarumque in reos savientem, cum eos vehementissime hortati fuerint ad clementiam, justitia ipsa iustiorem ac laudabiliorem. Id nos docet Leo Papa, cum prius verba fecisset de Priscillianistis, quos Maximus obtruncari jussit (5): *Profuit diu ista districtio Ecclesiastice lenitati, quæ eti sacerdotali contenta judicio, cruentas refugit ultiones;* sevis tandem Christianorum Principum Constitutionibus adjuvatur, dum ad spiritale non nunquam recurrunt remedium, qui timens corporale supplicium.

XXI. Antiquissimus est ergo hujus legis in Ecclesia usus: ut extores fiant a sacris Clerici, si qui cruentis executionibus vel confilio, vel quacunque demum re suffragentur. Initia ejus deprehendi non facile possunt. Hoc Ithacianorum exemplo nullum vel retro, vel post illustrius. Me quoque fugiunt initia ejus irregularitatis, qua feriuntur ii, qui non mortis, sed mutilationis alicuius membra auctores fuere. Scripsit Augustinus (6) ad Judicem de frequentibus Circumcellionibus, qui cum duos ex suis Presbyteris deprehendissent, alterum quidem interfecerunt, alteri exciderunt digitum, oculum effoderunt: *Unum trucidaverant, alterum effuso oculo, digitoque amputato, truncaverunt.* Et mox instantissimus Pater instantissime orat, ut ne talionis poena plectantur: *Ut eis paria non retrahuantur.* Et alibi (7): *Nolumus passiones servorum Dei, quasi vice talionis peribus suppliciis vindicari, &c.* Hoc volumus suscitere, ut viri, & nulla corporis parte truncati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis oitum, legum coercitione dirigantur, vel a malignis operibus alieni uisci operi depurantur. Vocatur quidem & ista damnatio; sed quis non intelligit, magis beneficium, quam supplicium nuncupandum; ubi nec savienti relaxatur audacia, nec poenitentia medicina subtrahitur? Piissima & exquisita ea est Clericorum vindicta, quam expectant, non mortem inferri reis, non membra truncari, sed poenam indici, quæ una poenitentia sit, iis laboribus, qui corpus exerceant, animam emaculent.

XXII. Sacerdotes Ægyptiorum, sicut & Israelitarum memorat Synesius, Sacerdotium

(1) Epist. 158.  
(5) Epist. 93.

(2) Concil. Taur. c. 6.  
(6) Epist. 160.

(3) Epist. 163.  
(7) Epist. 159.

tum simul atque Imperium administrasse. Itaque vitio verti illis non potuisse, si noxiorum cruento manus tingerent. At cum Ecclesiae Sacerdotum spiritualibus functionibus sit totum dicatum, jam non posse Clericos eas exercere dignitates publicas, quae impiorum facinora ultum eunt, ut in pace & otio degant innoxii (1): Nam & Aegyptii, & Hebreum genus longo tempore Sacerdotum imperio usi sunt. Sed postquam utriusque vita factum est divorrium, & alia sacris, alia principatus est attributus, ali que negotiis gerendis, nos fundendis precibus prepositi fumus: quibus lex vetat manus ad jura legesque porrigitur, & vel sceleratissimum interficere, &c.

XXIII. Quod ait autem Synesius Moiacum & Aegyptium Sacerdotum sociari utique potuisse cum eo iustitiae zelo, quo impiorum sanguis funditur: non repugnabo equidem: sed submonebo tamen, ne ipsos guidem Gentiles præterisse eam decoris & honestatis legem, quae sacros Minitros ad clementiam invitat; utque ne morti, sed resipiscientia reorum operam dent. Auctor est Suetonius Titum Imperatorem acquisivisse lubentissimum dignitati subeundat summi Pontificis, ut ne cuius unquam mortis judicio subscriberet, eundemque spopondisse, in seque recepisse, adeoque præstisit id quo nihil ad animi magnitudinem mirabilius, malle inferri sibi, quam inferri a se cuiquam mortem: Pontificatum maximum ideo se professus accipere, ut puras servaret manus, præstitit fidem; nec auctor posthac cuiusquam necis, nec conscius quamvis interdum ulciscendi causa non decesser: sed peritum se potius, quam perditum adiurans.

XXIV. Postremis his verbis significatur haud dubie voluntas Titi certa & constans, occidi potius, quam occidere quemquam, etiam in sui defensionem. Inquiri hic potest, an irregulares illi etiam fuerint, qui sub moderamine inculpatæ tutelæ, quempiam ne occiderentur occiderint. Sed eam præstat segregare questionem in alia inferiorius capita. Unum hic addo, antiquos Canones poenitentiaz addicere homicidas, non voluntarios tantum, sed & involuntarios: eoque videri etiam eos implicare, qui suituendi causa & necessitate compulsi, et si minime velint, quempiam occidunt. Po-

nitentiaz autem comes est individua irregularitas. Canones autem indiscriminatim omnes homicidas habent, nec ab aliis eos segregant, qui vitam ne perderent abitularent (2): Ut qui voluntarie homicidium fecerint, in novissimo vita reconcilientur. Ut qui casu homicidium fecerit, quinque annis paenitentiam agat. Hi sunt Ancyran Canones a Ferrando in Breviarium conjecti.

XXV. Venio ad aliud præcepta disciplinæ caput, ei quam hic tractamus conjunctissimum. Paenitentia fungentes, vel defuncti, ad militiam ire, vel redire non poterant. Apertissime Leo Magnus in Epistola ad Rusticum Episcopum Narbonensem (3). Contrarium est omnino Ecclesiasticis regulis, post paenitentia actionem redire ad militiam seculariem; cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus. Unde non est liber a laqueis diaboli, qui se militia mundana voluerit implicare. Fateatur ibidem Leo (4) innocuam per se esse militia professionem: Etsi innocens sit militia. Sed ita & cum ea & cum hominibus comparatum est, ut qui illi diutius vacant, non sere possint non in aliquas subinde incurrire ostensiones, vitæque licentiales nequitas. De militibus enim dici potest, quod ait ibidem Leo de Mercatoribus: Non posse sere eos non lapsare aliquando, dum vias decurrunt tam lubricas; non posse non aliquando delabi in foveam, circa quam tamdiu incautius oberrant. Difficile est inter vendentis ementisque commercium non intervenire peccatum. Si militia ergo iis prohiberetur, qui paenitentiam vel agebant, vel egerant, quod multis prolationis periculis sit implicata: qui ad Clerum admissi essent milites? Summovendi utique erant ab Ordinibus milites, a quibus ablegabantur poenitentes, qui ne militare quidem permittebantur, ne in novos incideret scopolos innocentia, jam recuperari copta. Nec alia erat ratio Munerum & Officiorum publicorum, quibus & ipsi poenitentes interdicebantur, adeoque & multo magis Clerici propter eandem rationem a Leone perstrictam, a Gregorio Magno expressius etiam significatam (5): Sunt enim pleraque negotia, quæ sine peccatis exhiberi, aut nullatenus possunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc necesse est, ut post conversionem animus non redeat.

XXVI.

(1) Epist. 221.  
(4) C. 10.

(2) Ferrand. Disc. Can. 153. 154.  
(5) Homil. 24. in Evang.

(3) C. 12. 14.

**XXVI.** *Huic Capiti coronidem imponet Basilius, qui justa esse bella pronuntiat, quorum sanctus & honestus est finis: & hostili etiam & bellio sanguine foedatas manus, censem tamen triennio a communione ablegandas esse (1): Cedes in bellis factas Patres pro cadibus non reputavere, ut mihi videtur, ignoscentes iis, qui pro pudicitia & pietate decentant. Rerum autem habet forse consubere, ut qui sunt manibus non purvis, sola trium annorum communione abstineant. Si justa sunt bella, ecce totu triennio abstinentur milites participatione sacræ Holtiaz, qui ejus forsan gloria, qui certe justitiae tuendæ sanguinaria suum impenderunt? Testatur Ballarium eum Canonem, quanquam Basili nominis & sanctitati consequentem, in usum nunquam fuisse vocatum, quod is milites a communione in perpetuum excluderet. Eo tamen ceu clypeo munierunt se Græci adversus Phocæ Imperatoris irreligiosos conatus (2), cum Martyrum albo inscribi vellet milites omnes qui in bello caderent. Demonstratum est a Morino nostro plures Latinorum Basilio subscriptissime, idem sensisse, idem etiam secutos esse. Utcunque se res habuerit, multo æquius fuit milites Clericatu in perpetuum ablegari, quam aliquando tempore a communione.*

Porro cum irregularitatem hæc omnes Militum, Judicum, Curialium, & ratiocinalis publicis obligatorum, tantopere inter se cohaerant, non immerito hic contextæ fuere omnes, quod ad primam Ecclesiæ ætatem attinet; similiterque deinceps una continxentur, observato tantum temporum discessione.

## C A P U T L X V I I . P . 2 . L . 2 . c . 2 .

### De Servorum & Curialium Irregularitate, secundo vi. vii. & viii.

- I. Episcopus absolvit a patria potestate.
- II. Et a Curialium servitute.
- III. Varia Justiniani leges in Clericos qui ordinantur.
- IV. De eadem re leges Ecclesia Hispanæ.
- V. Non finunt Concilia Gallia, ut Clerici Majores rursus in servitutem revocentur.

**I.** *S*ervitus cum Regio Christi Sacerdotio copulari nulla ratione potest. Quin & a potestate patria summus Sacerdos Episcopus eximitur. Cum eodem privilegio Patrios ornaret Justinianus (3), iniquum & præpostorum esse ajebat, ut Patres Imperatorum cum essent, sub alterius essent potestate: *Non enim decens putavimus, ut hos, quos nos in officium Patrum provehimus nostrorum, hi sub aliena sunt potestate.* Illud quoque adnotat, ipsam militiam, & vel minimam quanque publicam dignitatem, usque adeo sociari non posse cum servitute, ut qui his donantur non nesciente domino, ab ejus servitio statim absolvantur: *Nam si sancivimus, ut si quis servus sciente domino mereatur militiam, aut quambibet dignitatem adipiscatur, repente ab imperio liberetur, & in ipsam rapiatur ingenuitatem.* Ecce. Sua Episcopi inauguratione fidelium omnium Patres evadunt, ita jam non possunt ipsi sub patria eiusquam esse potestate: *Palam est sanctissimis Episcopis ipsa ordinatione eiam suam potestatam acquiri.* Qui enim omnium sunt spirituales Patres, quomodo sub aliena potestate consistant?

**II.** Multo æquius erat, ut a servitute eximeret Episcopatus; idque etiam alia Constitutione sancte idem Imperator (4). Post ordinationem vero servi & ascriptitio fortuna Episcopos liberos esse præcipimus. Illud quoque ab eo declaratum est, Episcopatu infringi omnes eorum compedes, qui Curiales & Officiales vocabantur, ut qui mancipati essent muneribus, quæ vincula potius servitutis, quam ornamenta cuiuscumque dicenda facillent dignitatis; duramodo fuis-

(1) Ad Amp. Can. 23.

(2) De Poenit. L. 5. c. 24.

(3) Novell. 81. Præ. c. 2. 3.

(4) Novell. 123. c. 4.

fuissent ordinati antequam ejusmodi ordinaciones lege a se data, aut innovatae prohiberentur.

III. Quoad alios Ordines, si ordinaretur servus, domino conscientio, nec reclamante jam hinc liber erat, silentio ipso consensum præ se ferente (1). Si inconsulto domino ordinaretur, intra anni spatiū repeti poterat; eo lapso jam non poterat. Si ad eum modum libertatem nactus, a Clericatu deficeret, in primitu servitutis nexus relabebatur. Qui vero terræ potius quam domino mancipati erant, ordinari poterant, invito etiam domino terræ, dummodo in ejusdem ditionis ambitu, & eorundem agrorum culturam exercerent (2): *Adscriptitios autem in ipsis possessionibus quarum sunt adscriptitios, Clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus; ita tamen ut Clerici facti impositione sibi agriculturam adimpleant.* Si denique servi triennium totum in Monasterio exigant, nec repellantur a domino, jam tum liberi sunt, nec a Monastica deinceps abstrahi possunt profissione.

IV. In Hispania poterat Episcopus servos Ecclesie libertate donare, & tam ordinare: si duplicato hoc beneficio ad eximia quædam virtutis incrementa excitarentur, ad Ordines vocabantur superiores: si ea gratiarum largitate abuterentur, bono spoliabantur, quo pejores siebant (3): *Qui ex familiis Ecclesie, servituri devocantur in Clerum, ab Episcopis suis liberari necesse est, ut percipiant donum; & si honesta via clauerint meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis: quos vero flagitiis sordidaveris incorrigibili noxa, perpetua servitus conditionis religet in catena.* Hæc constituta sunt in Concilio Toletano IX. ubi liquebat, non vilescere oculis Ecclesie servos, eo uno quod servi sint: cum qui virtute clarebant, hi ad summas vocarentur dignitates, quanquam servi fuissent: cum denique in ipsa servitute tyrocinia possent poni earum virtutum, quæ Clericatum maxime & deceant, & promereantur.

Hinc est, quod Emeritense Concilium Parochis præcipit, ut juniores Ecclesie suæ servos iis imbuerent litterarum & virtutum rudimentis, ut hinc ad scilicet possent Clerici, Ministri & adjutores ad sacra munia (4): *Parochiani Presbyteri, juxta ut in*

*rebus sibi a Deo creditis sentiunt habere virtutem, de Ecclesia sua familia Clericos sibi faciunt: quos per bonam voluntatem ita nutrient, ut & Officium sanctum digne perengant, & ad servitium suum aplos eos habeant.* Quæ Regulæ non se porrigure nisi in servos Ecclesie, in quos summa illi potestas erat, ut cum liberetur, manumitterentur. Privatorum autem servos, si ita domini manumitterent, ut aliqua sibi in eos iura & obsequia retinerent. Concilio Toletano IV. visum est irregularitate non solvi (5): *Qui vero retento obsequio manumisso sunt, pro eo quod adhuc a Patrono servitute tenentur obnoxii, nullatenus sunt promovendi.*

V. Venio ad Canones Ecclesie Gallicane, summa prorsus in hac maxime parte admiratione dignos. Stannit enim Concilium Aurelianense L. ut si servus Presbiteratu, vel Diaconatu exornaretur inscio domino, Episcopus duos ei restituere servos alios teneretur, siquidem conscientius esset servilis eorum conditionis: si nescius erat Episcopus, tum domini dannum resarciri debere ab eo, qui Ordinationi presentarat, qui vel testimonio suo juverat (6): *Si servus absente, aut nesciente Domino, & Episcopo sciente quod servus sit, Diaconus aut Presbyter fuerit ordinatus; ipso in Clericatus officio permanente, Episcopus eum donatio dupli satisfactione compenset.* Sin vero Episcopus eum servum esse nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicaverint ordinari, simili reprobatione cœnatur obnoxii: Ergo ad eum modum lejungi non poterat Ordo sacer a libertate; nec Episcopus solus, ut a Justiniano declaratum fuerat, sed & Presbyter & Diaconus, cum secundo sint, tertioque in gradu sacerdotii Christi, in servitutem revocari nunquam poterat ex his Ecclesie Gallicanae decretis.

Aurelianense vero Concilium V. decrevit, ut servus si quis præter assensum domini ordinatus esset, obsequia illi solita exhiberet, quæ quidem Ordinis sui dignitati non obstat: si qua vero exigeret dominus indecora & importuna, duos Episcopus servos restitueret pro eo qui ordinatus esset (7): *Si secularium servus esse convincitur, ei qui ordinatus est, benedictione servata, honestum Ordini domino suo impendadat obsequium.* Quod si secularis dominus amplius eum voluerit inclinare, ut sacro

(1) Novell. 1.23. c. 37.

(2) Can. 11.

(3) Cod. I.-I. De Episc. & Cler. c. 26 Novell. 5. cap. 2.

(4) Can. 18.

(5) Can. 73.

(6) Can. 8.

(7) Cad. 6.

sacer Ordini videatur inferre injuriam; duos servos, sicut antiqui Canones habent, Episcopos, qui eum ordinavit, domino seculari restituat; & Episcopus eum quem ordinavit, ad Ecclesiam suam revocandi habeat potestem.

VI. Cum liberti vero nexibus adhuc nescio quibus Patrono essent implicati, vetat hæc Synodus eos ordinari, nisi cum illius assensu. Si Clerici porro essent, quorum servi citra eorum consensum ordinati essent, servi iidem restituebantur domino, nec alii pro eis substituebantur; propterea quod neutrō, non sibi persuaderet, Clericum a Clerico, tametsi dominum a servo, nihil obsequi postulaturum, quod Clericatum dehonestaret. Nec his adversum quidquam præcipitur Canone Concilii III. Aurelianensis (1), sed generali tantum legi robur adjicitur novum, ne ordinentur servi, & ne ii quidem qui agris colendis ascripti erant: *Ut nullus servilibus colonariisque conditionibus obligatus iuxta statuta Sedis Apostolice, ad Ecclesiasticos honores provehatur.* His postremis levamenti postea aliquid addidit Justinianus, ut supra jam dixi.

VII. Universim ab Ordinibus sacris exclusit Gregorius Magnus omnes prouersus, qui quoconque servitus vinculo tenerentur, convenienter antiquissimis Sedis Apostolicæ statutis, quæ modo a Concilio Aurelianensi III. commendabantur (2): *Ne vel Curia, vel cuilibet conditioni obnoxium ad saeculos Ordines permittas accedere.*

VIII. Inde est quod & Curiales, hoc est, minorum urbium Senatores, in irregularium classem referebantur, quod eorum tum personæ, tum res vinculo publicæ servitutis constringerentur. Eoque etiam in numero habendi sunt, qui publicis administrationibus functi fuerint, donec rationibus redditus absoluti essent. Cum in eam rem Mauritius Imperator legem promulgasset, vehementer illi applausit Gregorius Magnus, ex eo quidem capite, quo Canones antiquissimos confirmabat, Clericatuque interdicebat eos, qui administrassent res publicas, & necdum se iis ratiociniis explicarent (3): *Dominorum pietas sanxit, ut quisquis publicis administrationibus fuerit implicatus, ei ad Ecclesiasticum officium venire non liceat.* Quod valde laudavi, evidensissime sciens, quia qui sæcularem habitum

*Thom. J. Tom. IV.*

deferens, ad Ecclesiastica officia venire jenit, mutare vult sæculum, non relinquere,

IX. At magna animi zelique contentione reluctatus est Gregorius alteri ejusdem legis capitii, quo janua etiam Monasteriorum his omnibus intercludebatur. Monuit enim Imperatorem, posse Monasteria succedere in eorum rationes & debita, atque urbisatis facere: *Quod vero in eadem lege dicitur, ut ei in Monasterio converti non liceat, omnino miratus sum, dum & rationes ejus passim per Monasterium fieri, & agi potest, ut ab eo loco, in quo suscipitur, debita ejus solvantur.*

X. Itaque Clero & Claustro multum Gregorius interpoluit discriminis. Concessit enim Clero eliminandos, qui rationibus publicis obligati adhuc essent: quod & alibi rursum firmavit de Curialibus (4): *Ne obnoxius Curia compellatur post sacrum Ordinem ad exactiōem publicam redire.* At postquam absoluti fuerant ratiociniis publicis, in Monasteria devolare concessit (5): *Quod si etiam tales Monasterium petant, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius rationibus publicis absoluti fuerint.* Hoc temperamento sanctissimus Pontifex Imperatori legem mitigavit.

XI. At cum objiceretur posse hos etiam post rationes redditas, & exsoluta debita, non sine Ecclesia subsidio aliquo eis praktito, posse, inquam, tum liberos videri, & Clero ascribi. Respondebat Gregorius posse adscribi & Clero, sed tardius & circumspiciebatur (6): *Hoc maxime exhortans, quod he qui sæculi actionibus implicati sunt, in Clerico Ecclesia prepropere suscipiendi non sunt.* Hoc alterum est delinimentum, quo Gregorius legem Mauritii temperavit, quando eius diploma ad Metropolitanos omnes sui Exarchatus transmisit, pro recepto more Patriarcharum.

XII. Tardius autem admittendorum in Clerico, quam in Monasteria Curialium, & aliorum id genus, ea prompta & obvia suberatio, quod adeundæ Monasticæ professionis propositum manare non poterat, nisi a voluntate sincera & casta profitenda penitentia, & amplexanda in posterum unius æternorum caritatis: cum Clericatus cupiditas posset ex carnali terrenarum vel opum, vel dignitatum libidine profici: *Quia dum in Ecclesiastico habitu, non diffi-*

T t

(1) Can. 26.

(2) L. 1. Ep. 25.

(3) L. 2. Ep. 62.

(4) L. 3. Ep. 26.

(5) L. 7. Ep. 14.

(7) Ibidem.

*dissimiliter quam vixerant, vivunt, neque quam student seculum fugere, sed mutare.*

XIII. Refricanda hic vero memoria eorum est, quæ supra addocuit jam in Gregorii Magni vita Joannes Diaconus: profligatos ejectosque fuisse ab eo Laicos omnes a Pontificio Palatio, & ab administratione patrimonii Ecclesiæ Iacri: Clericos vero in eorum locum adscitos: tum vero Laicos, ut ne sibi deessent, neu jacturam facerent tanti & splendoris & lucri, irruisse quodammodo in Clerum, & attonderi te voluisse, non ut terrenas circumcidenter cupiditates suas, sed ut avaritiae & ambitioni servirent in Clericali veste & professione, qua his maxime vitiis bellum indicitor (1): *Nemo Laicorum quodlibet Palati ministerium, vel Ecclesiasticum patrimonium procurabat, sed omnia Ecclesiastici juris munia Ecclesiastici viri subibant, nimirum laicos ad armorum solam militiam, vel agrotum curam continuam deputatis.* Ob hocc nonnulli Procerum sub obtentu religionis primo tonsurari cœperunt. Quorum tergiversationi Mauritus Imperator prudenter occurvens, data lege precepit, ut quisquis fuisse publicis administrationibus implicatus, ei ad Ecclesiasticum officium venire non licet. Quam legem Gregorius super hoc valde laudavit, dicens: *Qui sacularem habitudinem deserens, ad Ecclesiastica officia venire festinat, non relinquere cupit saculum, sed mutare.*

XIV. Ubi observari æquum est, nec Clericatu, nec vero Ordinibus sacris studuisse mancipia hæc terrenarum cupiditatum, sed Officiis Palatinis, administrationi patrimonii sacri: ideoque non animum, non vitam secularem exspuere eos voluisse, sed aliis eam oblectare nugamentis: Ecclesiastica officia, Palati ministerium, Patrimonii Ecclesiastici procuratio. Nec enim ambigere quisquam potest, quin immenta quedam intercapedo & distantia sit hinc Clerici, qui longis virtutum rudimentis imbutus, & æternorum caritate incensus, res Ecclesiæ temporales administrat, nullo eis amoris glutino, nullo private voluptatis sensu, ingemiscens potius quam adgravitans sibi, unoque perfusus gaudio pauperibus subveniendi, suique dejiciendi ad funeris tanto humiliores, quanto a spiritibus alieniores: inde Laici, qui res Ec-

clesiæ temporales tractat & administrat, tanquam ambitionis & avaritiae materiam valde opportunam. Clerici quibus Palatinas & Ecclesiastica rei administrationes commendabat Gregorius, ejusmodi erant quales primo delineavi: quos autem arcebat Mauritii lex a Gregorio temperata, alterius hujus erant ordinis. Ideo & Gregorius unam maxime damnabat præpostoram festinationem: *Festinat præpostore.* Si enim ratiociniis se primum publicis extricassent, si deinde in Clero non ambissent, nisi inferiora minorum Ordinum subsellia, si vel maxime ad hæc adeunda longo se religiosorum virtutum tyrocinio expurgassent, nequaquam illis occludi potuisset aditus in Clerum.

XV. Præluserat in eam rem Justinianus, (2) admissis etiam ad Episcopatum Curialibus, qui ab adolescentia in Monasteria subiissent, abdicata ante quartâ parte bonorum suorum, ad onera ea exsolvenda, quibus sui illos natales subjecissent (3): Et neque ex officiali, aut ex Curiali venias fortuna, nisi tamen ex novella estate, secundum quod jam dispositum est, in Monasterio constitutus, fortuna liberetur, quartam tamen prius substantia reddens Curia.

Alia vero quapiam Constitutione edixit Imperator, ut quindecim saltæ annos contrivissent in exercitiis ante Monasticis, quam ad Episcopatum extollerentur (4): Curialem vero, vel Officialem, qui quindecima annis in Monasterio conversatus est, & ad Episcopatum provocatus, liberum esse propria fortuna, ita tamen ut liberatus a Curia quartam partem sua substantia sibi retineat, reliquis ejus rebus secundum nostram legem Curia & fisco vindicandis. Liberum etiam esse vult (5), ut ad minores Ordines suscipiantur, qui eisdem nascendo vinculis innexi, per annos quindecim in Monasteriis decurios, singulare pietate clauerint. Edixit denique Justinianus (6) in Lege Codicis, ut qui hactenus ex Curialibus Presbyteratu exornati fuissent, fruerentur privilegio, quod Theodosius & Valentinianus lege publicassent, ut Presbyteratu ipso quidem fungerentur, dominis vero per substitutos ministrarent: at in posterum si qui ejusmodi ordinarentur Presbyteri, ii & eo honoris gradu ejicerentur, & in originis sua loca servitatem suam obituri ablegarentur.

XVI.

(1) L. 2. c. 13.  
(3) Ibid. c. 13.

(2) Novell. 6. cap. 1.  
(6) Novell. 137. c. 2.

(4) Novell. 38. [4] Novell. 133. cap. 1.  
Cod. I. I. De Ep. & Cl. Leg. 52.

**XVI.** Servitutes ergo hæc publicæ & civiles Decurionum, Curialium, & Officiorum, & Administratorum publicorum, arcebant illæ quidem a Clericatu, non a Monasteriis, per quæ potea in Clericatum ipsum aditus panderetur. Prima harum legum quartam tantum partem bonorum Curialis Monasterium ineuntis detruhocabat: leges sequentes tres partes eorum Curiae municipali addicebant. Quæ harum legum concordia excogitari possit, non satis video; nisi forte Justinianus ipse a prima sua decessit sententia. Sed illud mihi constat, ipso ingressus in Monasterium tempore eam serum vel pecunia summiā dependendam fuisse, ut eo voluti pretio libertas redimeretur.

**C A P U T LXVIII.** P.z. l.z. c.22.

**De Irregularitate Militum, & eorum qui occidunt, seculo VI. VII. & VIII.**

**I.** *Milites duplice ratione irregulares, & propter servitutem ipsius militiae, quam sunt professi, & propter sanguinem quem fundunt.*

**II.** *Milites Gregorius in Claustris admis- sit, diu probatos. Qua de causa.*

**III:** *Qui dominorum consensu minus ne- cessarius esset, cum agebatur de militibus, & servis Ecclesie.*

**IV.** *Qui sanguinem fundunt, sacerdotio abstinuntur.*

**V.** *Conciliorum Hispanie mitigationes.*

**VI.** *Nonnulla in eas observantur.*

**VII.** *Rursus de Mauritii lege a Gregorio temperata.*

**I.** *E* Rant & milites irregulares, Ordinumunque & Clericatus extores, tam ob tertitatem, quam ipsa profienda militia induerant, tum ob fundendi sanguinis quandam necessitatem. Observat quidem Gregorius (1) lege Mauritii, tantis ejus querelis impedita, prohibitos fuisse Clericatu Administratores publicarum rerum, milites autem Monasteriorum aditu; non ait autem Clericatu eam militibus interdixisse, ut qui nunquam illis patuisset.

**II.** Nec prohibere potuit lex Mauritii, quin Gregorius ad professionem Monasticam

admitti juberet milites, diutius probatos, nempe Novitiatus triennio, quod in seculari veste peragebant. Si eo postea virtutum studio inflammarentur, quod Monachos deceret, non Clericatu duntaxat, sed & summis Cleri dignitatibus ornari posse censebat, dum ne quo eoruin scelerum soridissimam manus, quibus lex poenas capitales indicit. Favet & Joannes Diaconus in Gregorii vita huic sententiaz, de militibus servisque Ecclesiæ, qui turmatim in Clericum irruerant. Non statim illis unquam aditum ad Clerum patefaciebat, ne servitutis potius humanæ fuga, quam divinæ amor illos ageret & incitaret ad Clerum. Sed post triennalem probationem Monasteriorum illis fores pandebat; si autem diutino Monasticarum virtutum curriculo exhausto, sacerdotio jam non impares videbentur, eo donari jubebat (2): Verum dum ad Clericalem professionem, tam ex Ecclesiastica, quam ex seculari quoque militia, diversis occasionibus quotidie, pene innumerablem multitudine confluere; Pastor ad omnia providus, nequaquam eos ad Ecclesiastici decoris officium, sed ad capiendum solummodo Monachicum propositum suscipiendos esse censebat, dicens: *Multos ex Ecclesiastico familia, seu seculari militia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi, in divino servitio valeant familiarius in Monasteriis conversari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugienti Ecclesiastici, vel secularis juris dominium, occasionem præbemus. Si vero fe- stinantes ad omnipotentis Dei servitium incaute retinemus, illi invenimus negare quædam, qui dedit omnia. Unde necesse est, ut si quis ex juris Ecclesiastici, vel secularis militia servitute ad Dei servitium converti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus. Et si mores ejus atque conversatio bono desiderio illius testimonium perhibue- rent, abique ulla retractatione servire in Monasterio omnipotenti Deo permittatur, ut ab humano servitio liber recedat, qui in di- vino amore distictiorem subire appetit ser- vitutem. Si autem & in Monachico habitu secundum Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus, post præfixa sacris Cano- nibus tempora, licenter jam ad quodlibet Ec- clesiasticum officium provehatur; si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, que Testamento veteri morte multantur.*

T t 2

III.

(1) L. 2. Ep. 62. 65. L. 7. Epist. 22.

(2) L. 6. c. 16.

332

III. Servos Ecclesiæ & milites Imperii in eadem hic quidem classe collocat Gregorius : quod militia ipsa quoque tot annorum quodammodo servitus esset , quot stipendia facere tenebantur milites , ex variis variorum Imperatorum decretis . 2. Non jubet Pontifex expectari assensum dominorum , ut pateant Monasteria vel Ecclesiæ servis , vel militibus . Secus autem de secularium servis . Ratio in promptu est . Quod non tam stricta servitus esset militum , quam vere servorum . Quoad Ecclesiæ servos non poterat non longe clementius & suavius esse Ecclesiæ in eos dominium ; & tantum abest , ut eorum conversioni ac saluti obicis aliquid aut morarum objicere posset , ut contra viam ipsam aperire , dilatare & complanare deberet . 3. Itaque duo tantum præcavenda erant in servis Ecclesiæ & militibus ; ne falsæ conversionis prætexta ignavi quique ab exercitu desiscerent , & ne simulatores quidam magis quam sinceri pietatis æmulatores , servitatem Ecclesiæ detractarent . His malis obviabatur , tum longo illo ante tyrocinio , de quo supra , tum Monasticorum institutionum asperitate . In penitentia enim & austерitate vita Monastica decurri videbatur servitus quædam & militia asperior duriorque , quam illa quam fugitabant . Ut ab humano servitio liber resedat , qui divino amore diſtrictiorem subire appetit servitutem .

IV. Jam quoad aliud caput de fundendo humano sanguine , Zachariam Papam percutitus est sanctus Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus , de Episcopis quibusdam bellaceibus , qui cum exercitibus proficisciabantur , qui palam coramque in acie manus conserebant , manusque promiscue Paganorum Christianorumque cruore contaminabant : Pugnant in exercitu armati , & effundunt propria manu sanguinem hominum , sive Paganorum , sive Christianorum (1) . Responsum est a Pontifice , discipi & deponi debere Episcopos , Presbyteros Diaconosque , qui humano cruento manus imbuissent : Aut si sanguinem Christianorum , sive Paganorum effuderunt , &c. ne permittas sacerdotio fungi .

V. Aliquanto mitius confulerat Concilium Ilerdense in eos Clericos majores , qui dum urbes obfiderentur , sanguinem hostium fudissent . Monet Concilium ma-

nus eas , quæ mystice Agnum cœlestem immolant , funduntque ejus immaculatum sanguinem pro omnium hominum salute , tinguì non debere hominum iplorum sanguine & crde : eo flagitio contaminatos penitentiae per biennium addici ; jejuniis item , vigiliis , eleemosynis , jugique precum sacrificio : ut strenue hoc stadio decurso , suis restituantur Ordinibus , superioribus omnino abigantur (2) : De his Clericis , qui in obfessionis necessitate positi fuerint , id statutum est , ut qui altario ministrant , & Christi sanguinem tradunt , & vasa sacro officio deputata contrectant , ut ab omni humano sanguine etiam hostili abstineant . Quod si in hoc inciderint , duobus annis tam officio quam communione priventur : ita ut his duabus annis vigiliis , jejuniis , orationibus & eleemosynis , pro viribus quas Dominus donaverit , expientur , & ita domum officio vel communioni reddantur , ea tamen ratione , ne ulterius ad officia potiora provebantur .

VI. Multa hoc Canone lementa hujus irregularitatis continentur : 1. Presbyteri ipsi & Diaconi , qui dum hostes urbem circumvallatam obsident , eorum quenpiam interemerint , post biennalem penitentiam & suspensionem , sese suosque Ordines recuperant . 2. Ne subjiciuntur quidem Clerici minores huic poena . Unde & illis hac tota prorsus remittitur irregularitas . 3. Multo minus ergo hinc irregularitas militibus imminet , si postea cœlesti se militiæ inscribit ambiant . Ita opportunius tunc dispensabatur in necessitate inevitabili propugnanda urbis quæ obfideretur , quam fuisse in ejus oppugnatione . Non improbat Gregorius (3) , Monachos Clericosque suo ordine operas commendare suas ad murorum obfessione urbis tuitionem . In enarrandis Justiniani bellis in Perside , Theophanes , & ante eum Procopius , silentio non præterire Monachorum excubias ad murorum defensionem .

VII. Nec præteriri fas est hoc saltē loco , quid in prioribus Debetis suis novarit tandem Gregorius circa militum Monasticum secessum . Prohibuit enim (4) eos inconsulto se admitti , vel ante bienni tyrocinium attonderi . Certe postremum hoc decretum ad omnes pertinet Monachos . Vide quid ad Episcopum Neapolitanum per-

(1) Conc. Gall. t. 3. p. 530. 532.  
(3) Lib. 7. Ep. 75.

(2) Can. 1.  
(4) L. 8. Ep. 23.

Scribat: Monasteriis omnibus fraternitas vera districtus interdicat, ut eos quos ad convertendum suscepint, priusquam biennium in conversatione compleant, nullo modo audeant tonsurare. Et infra: Miles vero si converti voluerit, nisi prius nobis renuntietur, nullus eum sine nostro consensu, qualibet presumat ratione suscipere. Eo iam capite legem Mauritii emollierat. Vetuerat Imperator in Monasteriis suscipi milites. Id mitigavit Gregorius, concenso ut post bienni probationem susciperentur. Denique vindicavit ipse sibi examen & judicium vocationis militum, ne laborum potius & vexationum corporalium fuga, quam coelestium virtutum & spiritualium deliciarum amore excitarentur.

## C A P U T L X I X . P.z.l.z.c.23.

## De Irregularitate Judicium criminalium &amp; capitalium causatum saeculo VI. VII. &amp; VIII.

I. Prohibent Concilia Hispanie, ne Clerici ipsi pronuntient, aut a Judicibus quos in potestate sua habent, pronuntiari finant & executioni mandari capitales sententias, vel mutilationis.

II. III. Varia eorum Conciliorum exempla.

IV. In eos Canones aliqua adnotantur. Non inclementer tantum alias ageretur, sed in multis peccaretur.

V. VI. Eadem in Gallis disciplina, & impunitatis reis procurande ratio.

VII. Imperatores ipsi majoribus Festis reos carceribus extinebant.

VIII. Non omnes tamen, sed cum modo.

I. **N**ec criminalium causatum potest quisquam Clericus judex fieri, nec earum judex qui fuit, in Clerum postea cooptari. Non finit Emeritana Synodus, ut Episcopus in quenquam reum decernat poenam mutilationis. Si tanta sit criminis atrocitas, debet ejus animadversionem Episcopos publicos ad Judices transferre, quamvis de servo aut liberto Ecclesiaz agatur (1): Placuit ut omnis potestas Episcopalis modum sue ponat ire; nec pro quolibet excessu cuilibet ex familia Ecclesiae aliquod corporis membrum sua ordinatione presumat extirpare. Ubi adversis non meras hic adhiberi protestationes, seu obnuntiationes, quibus verbo tenus prohiberentur Judices cruenta inferre supplicia; sed re & factis prohiberi.

II. Adjicitur mox ibidem in eodem CANONE, si Presbyter aut Parochus existat in agritudine conflictatus, suspicatur, alicujus Ecclesiaz fervorum praestigiis & maleficio eam sibi incullam fuisse: non posse eum vel aliquo corporis membro illos mutilare, vel questionis tormentis addicere: sed iudicium implorare Episcopi, qui examinatores delegabat & Judices, qui ad eum de re tota referant, ipse vero pronuntiet quid optimum factu, ut serpenti malo occurra: Episcopus datis bonis hominibus ex latere suo, iudicem hoc jubeat querere, & se sceleris hujus causa fuerit inventa, ad cognitionem Episcopi hoc reducant, & processu ex ore ejus sententia, ita malum extirpatum maneat, ne hoc quisquam facere presumat. Definitiva haec sententia Episcopo fervatur integra, quamvis criminalis esset causa: propterea good non criminaliter urgebatur, sed civiliter: immo ad ingenium & mores Cleri: hoc est, ut expiaretur crimen, nec noxious tamen aut morte lueret, aut membra truncatione: Ne potestas Episcopalis pro quolibet excessu cuilibet ex familia Ecclesiae aliquod corporis membrum sua ordinatione presumat extirpare. Ubi adversis non meras hic adhiberi protestationes, seu obnuntiationes, quibus verbo tenus prohiberentur Judices cruenta inferre supplicia;

sed re & factis prohiberi.

III. Eandem clementia legem Concilium Tolitanum XI. innovavit, inculcavitque Clericis omnibus majoribus, quos depositio- ni, & excommunicationi non ante obitum revocandæ subjecit, si unquam ita favirent, ut mor-

ut mortis, vel mutilationis sententiam in sceretur, non alia ratione, quam qua ipse ultus esset, gratia & remissione (2): Tunc ergo metuens ne ob illius causam homines morerentur, qui vivens in corpore pro perditorum vita sepius deprecatus est, Epistolam Regi prectionis transmisit, ne nobis non accusantibus, ad quos persecutio pertinebat, hi interficerentur. Quod ille benignus suscipiens, vita restituit. Commemoratum est ab eodem Gregorio, ut Presbyter sancti Quintini apud Augustam Veromanduorum, cum Judici indicasset eum, qui equum sibi furto subduxerat, non potuerit eum postea Judicis ipsius manibus extorquere, nec extremo suppicio. Excorabilius judice fuit beatissimus ipse Martyr Quintinus, & reum furcis mortisque faucibus subtraxit, Presbyteri misertus, qui incredibilem in modum cruciabatur, nec concoquere poterat infamiam, qua aspergebatur, qui reo mortis auctor fuisset (3): *No mihi fiat in opprobrium, si per meam accusationem moriatur hic homo.* Tametsi enim nihil intactum intentatumque reliquisset, ut judicis animum molliret, revocaretque a servitia: non eo tamen contentum se esse debere ducebat, ut famae, ut ordini, ut conscientiae etiam sive consuleret. Misericordia exempla alia, ubi coelestibus etiam portentis declaratum est (4), quam alieni & puri esse bebeant Presbyteri Clericique a cruenta etiam facinorum ultione.

IV. Duo hic quadam occurunt, quæ animadverti interlit. Primum est, si Canone hoc posteriori prohibetur tantum Clericus ipse poenam mortis indicere, sinaturque pati ut eam Iudex secularis infligat; priori autem sanciatur, ut summae judicis penes Episcopum, qui non patiatur capite, vel membra truncatione quenquam sceleris poenam luere: ejus discriminis causam eam esse, quod priori agatur de servis Ecclesiarum, qui unius Episcopi ditioni & jurisdictioni subissent; in posteriori vero de quibuslibet promiscue, qui non sublent etiam jurisdictioni Ecclesiarum. Alterum est, si Clericus in quenquam capitalem sententiam, aut mutilationis pronuntiaret, quamlibet justissimam, ipsum tamen ingenti obstringi piaculo, nec mitiori poena feriendum, quam quæ hoc Toletano Canone infligitur. Itaque non ea solum esset inopia mansuetudinis, & clementiae: sed nefaria Christi sacerdotii contaminatio, quæ ipsis tanto acerbius luenda foret, quanto iustitiae ipsis invidiā faceret, dum ex ea sibi justam arcferet damnationem.

V. Exemplis certior & illustrior res fiet. Compilata fuerat a prædonibus Ecclesia beatissimi Martini Turonensis. Adeo non in ultionem sacrilegorum & furum exarsit Gregorius Archiepiscopus Turonensis, qui rem ample narrat, ut ad Chilpericum Regem scripsierit, quo veniam ipsis oraret, quam & exoravit: atque ita Martini injurias ulci-

VI. Cæsarius Arelatensis Archiepiscopus, ut primum rescivit, Delatorem eum, qui obtrectationibus apud Principem suis in exercitu se agi perfecrat, ipsummet tandem lapidatione damnatum, & mox periturum esse, protinus advolavit, ut illi a terreno Principe remissionem poenæ, a coelesti Regge criminum poenitentiam impetraret (5): *Populo ad lapides currente, subito ad aures viri Dei iustio Regis perseruit. Properat illico, & sua intercessione maluit accusatorens suum servare agende paenitentia, quam iusta animadversione puniri.* Et hosti domestico clementer ignoscens, antiquum adversarium in una re bis vinceret.

VII. Imperatoribus vero ipsis & Magistratibus usque adeo persuasum erat, immortalis Agni sacerdotes non posse non omni virium contentione eniti ad reos mortis subducendos: ut eo ipso tempore & die,

quo

(1) Can. 6.

(2) L. 6. c. 10.

(3) De Mirac. B. Martin. L. 1. c. 3.

(4) De Gloria Confessor. cap. 72.

(5) Vita Cæs. num. 10. L. 1. apud Surium die 25. Augusti.

quo primum cœlestis illa Holtia aram cruentavit pro omnium salute, suique sacerdotum hæreditatem Apostolis consignavit carceratos omnes solverent, & liberos abire sine rent. Audi quid de ea re Eligius differat Episcopus Noviodunensis (1): *Vocatur hec dies Cœna Domini, &c. Hac die pœnitentibus per indulgentiam subvenitur, discordes ad concordiam hodie redeunt, pacificantur irati judices, & jam latronibus parcunt. Patescunt carceres in toto orbe, dant indulgentiam Principes criminosis, servis malis indulgent domini. Si ita Principes & Judices ipsi afficiebantur, semel anno quolibet cum ad Christi mysteria accedentes, ejus quodammodo spiritu imbuebantur: nonne eodem semper spiritu sacerdotes indui aquam erat, cum eadem quotidie Agni mysteria celebrent, & omnis eis dies Patcha sit?*

Potuissent hoc congeri leges Bojaricæ, Alemannicæ, aliæque id genus complures, quæ sexto maxime, septimoque seculo vigerunt: & quibus quisquis Presbyteros, Monachos, & Episcopos lauciaverit, mutilaverit, interemerit, non morti unquam, sed pecuniariæ tantum mulæta addicitur. Landericus Episcopus Parisiensis Abbatie sancti Dionysii cessit, ac dono dedit emendas omnes eorum pecuniarias, qui Clericos in territorio sancti Dionysii aut vulneraserint, aut affecissent morte.

VIII. Codici suo inferuit Justinianus east Theodosii Magni Constitutionem, qua Paschæ die jubebantur recludi carceres omnes, dimitti rei (2): *Ubi primus dies Paschalæ extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissolvantur. Excipit quidem Theodosius enormia quedam crimina, sacrilegia, adulteria, stupra, incestas copulas, raptus, violata sepulcra, homicidia, crimina læsæ majestatis. Sed non fane Clerici, Monachique ii erant, qui his exceptionibus acquiescerent. Quin impetum faciebant in reos, quos pœna eximebant, ut pœnitentia substernerent (3): Reos ad locum pœna pergentes, nullus teneat aut defendat, &c. At si tanta Clericorum, aut Monachorum audacia est, ut bellum potius quam judicium futurum esse existimetur, &c. Ea est Arcadii & Honorii Constitutio, qui compescere fatagebant zelum ultra metas quandoque ineonsideratus effervescentem Monachorum, Clericorumque. Sed*

Imperatores vel illi ipsi laudib[us] extulerunt Episcoporum & Clericorum aliorum humanitatem, qui patientia & Clementia sola interrogatas sibi injurias ultum ibant, eoque inopini adducebant ipsos Principes & Magistrates, ut ad eorum defensionem, Ecclesiæque tuitionem armarentur (4): *Sed quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in Ecclesiæ Catholicæ irruens, Sacerdotibus & Ministris, vel ipsi cultus locoque aliquid importet injuria; quod geritur, a Provincia Restib[us] animadvertatur. Atque ita Provincie moderator, Sacerdotum & Catholicæ Ecclesiæ Ministrorum, loci quoque ipsius & divini cultus injuriam capitali in convictos seu confessos reos sententia noverit vindicandum. Nec expectet, ut Episcopus injuria propria ultionem depositat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquerit. Sitque cunctis laudabile, factas atroces Sacerdotibus aut Ministris injurias veluti crimen publicum persequi, ac de talibus reis ultionem mereri. Ita tum afficiebantur Clerici, hac mansuetudine & suavitate diffuebant.: Nobis professio repressis studia coercendi: ajebat Ambrosius de obitu fratris.*

## C A P U T LXX. P.3.I.2.c.12.

Irregularitas militum, & eorum qui in Bello sanguinem fuderint, sub Imperio Caroli Magni.

I. Orientis Imperatori significatur, adeo non Martyribus annumerari non posse milites in acie casos, ut si superbites essent, pœnitentia subjicerentur.

II. In Concilio Constantinopolitano declaratur Canon Basilii, qui milites triennio communione suspendit.

III. Ad cautelam videri potest id decreatum fuisse. *Æquius in Clericos succensans Synodi, qui quoquo modo occiderent.*

IV. Austeritati Canonum non semper obsequebatur Græcorum disciplina.

V. Qui præter voluntatem occidebant, erant nihilominus irregulares, si eo se tum obliterabant lusu, qui legibus improbareretur.

VI. Cum pœnitentia fructuissima & salutaris sit pœna, iis etiam imponebatur, qui sub moderamine inculpata tutela occisuros occi-

(1) Nomil. 10.

(2) L. 1. Cod. de Episc. Aud. leg. 3.

(3) Ibidem. Lega 6.

(4) L. 1. Cod. de Episc. & Cler. Leg. 10.

occidentur cum id per leges licet.

VII. Inclemencia exempla in Ecclesia Graeca.

VIII. In Ecclesia Latina venia & indulgentia peccatorum iis despondetur, qui ad Ecclesie defensionem militaverint.

IX. Et in ea tamen quandoque milites paenitentia mancipati sunt.

X. Omnes viae pacis tentabantur, antequam in causa Ecclesie armis decertaretur.

XI. Discriminati quandoque sunt, qui justo quidem bello, sed private cupiditatis instinctu sese implicabant.

XII. Animadversiones in has Discipline varietates.

XIII. Cum in ambiguo esset, quo quisque stimulo incitaretur ad arma capessenda in militia, ad cautelam paenitentia militibus imponebatur.

I. **Q**uantumvis justae sint bellandi causae, irregulares habentur tamen, quicunque in acie sanguinem fundent. Voluit impius Nicephorus Imperator Martyrum honoribus & cultu affici milites, qui Imperii defensioni vitam impenderant, referente Cedreno (1). At contra nitebantur Episcopi, eamque explodebant legem, objecto Basilii Canone, quo a communione triennio toto abstinentur, qui in praetorio etiam quenquam occiderint: Patriarcham & Episcopos conatus est ad eam legem probandam adigere. Sed horum quidam fortiter resistentes, eum a proposito dimoverunt, prolato in medium Basilii Magni Canone, qui per triennium sacris arceri jubet eos, qui hostem in bello interfecissent.

II. Profert Harmenopolus ipsum Basilii Canonem: Qui hostem occidit, sicut pietatis propugnator, triennio non communicet. Quin & hoc minime prætereundum addit: sub Patriarcha Constantino Chliareno coauisse Synodum, a qua declaratum est, qui latronem interimeret, cum posset sibi fuga consulere, eum homicidarum poenis affici debere (2): Synodalis est facta cognitio, quod si quis dum latronis infidias effugere posset, non hoc contentus, sed data opera latronem adgressus, interficerit, tanquam homicida sit puniendus. Si prior autem latro strinxisset in eum gladium, nulli poenæ obnoxium fore, si illum occupasset occidere. Si quem autem insignem latronem & civibus formidolosum rogatus qualisset, & intefecisset, laudibus ornandum esse: sed

provida tamen cautione hos omnes, vel saltem innoxios homicidas per triennium a communione suspendendos esse: Sin primus latro gladium adversus eum sustulerit, tunc ejus intersector nulli paenitentia subjacebit: Enimvero qui utilitatis publicæ causa, cum valde rogatus est, latronem quæsitum invenitur & occidere, non poena, sed premiis dignus habebitur. Cautionis tamen causa placuit & hos ad triennium condemnari.

III. Hæc ad laicos qui triennio abstinentur a communione propter homicidium, vel necessarium, propriæ vitæ tuendæ causa: vel etiam laude dignum, cum petitis publica exterminata est. Idque fiebat cautionis causa, ἀπολαίχειν. Nimirum fieri vix unquam potest, ut qui ejusmodi facinus aliquod edit etiam justissimum, non perturbetur tamen aliquantum, & ultra iustitiae modum commoveatur & effervescat aliquantula iræ, vindictæ, inimicitiaz flamma. Itaque verendum semper est, ne in his actionibus quantumvis justis, irrepatur cum amore, vel pro amore iustitiae, injusus aliquis tracundiae impetus. Idque in causa fuit, ut in eadem rursus Harmenopoli nota observatur: Clericos autem qui quamcumque cedem admirerint, confessum puniri par est, nullo discrimine hostis habito, vel latronis, vel cuiuscumque. Quo factum est, ut Pontifex qui occiderat Agarenum tempore belli, qui gladium adversus ipsum strinxerat, de Synodi sententia depositus sit. Erat ergo ea Græcorum pervagata consuetudo, ut Clericos homicidas deponerent, quamvis mortis a se amoliendæ necessitate compulsi fuissent. Laudata est a Paulo Diacono, dubium an etiam approbata sit fortitudo Zenonis Diaconi Ticinensis, qui pugnam initit, & in acie interemptus est Regis amictus insignibus, & pro Rege ipso habitus (3). Cunipertus is erat Rex Longobardorum, qui haud mora in hostes tumultuantes, & quasi de occiso adversariorum Rege ferocientes bacchantesque impetum faciens, insignem cum primis victoriæ reportavit, Zenonis sanguine emptam, cuius egregiam fortitudinis laudem sola obumbrat fulcatque Diaconi dignitas.

Legere est in Jure Orientali (4) Gesta illius Synodi sub Patriarcha Constantino prolixius enucleata, cum legibus & rationibus, quæ cum prolatae in medium fuere: concluditur denique una & eadem ratione in lai-

(1) Cedrenus pag. 658.

(2) L. 5. c. 17.

[2] Juris Orient. pag. 59.

[4] Pag. 210. 211.

in laicos Clericorumque : Et hæc quidem de laicis, Clerici enim quomodocunque occidentes deponuntur, nulla habita differentia horum, vel latronum, vel aliorum aliquorum. Quibus & Balsamonis Commentarius adiungendus est in Canone LV. Basili. In de autem liquidum est adhærescere irregularitatem homicidio, etiam in acie, etiam ad vitæ propriæ tuitionem perpetrato. Quin & complures a Balsamone laudantur leges Imperatorum, quibus Canonum Basili in hac parte observatio religiosissima commendatur (1): *Et diversi sancti Basili Canones Clericum, qui quomodocunque interfecerit, deponi jubent.*

IV. Sed ex ipso eodem alibi Balsamone proditur (2), has leges, hos Canones in Oriente non tam religiose observatos reapse suisse, quam verbis commendatos. Cum enim enarrasset, a Nicephoro Phoca interpellatam fuisse Episcoporum Synodus, ut Martyrum albo inscriberentur ii, quos Canones toto triennio a Communione arcebant: addit in eadem Synode ex Episcopis unus, pluresque ex Presbyteris confessos esse, interfuisse se & pugnasse in prælio: tumque nonnullios ex Episcopis exauktorandos censuisse, at longe plures, ut puta belliciores, laude & mercede dignos exclamasse: *Complures autem, & qui erant magis militares, eos etiam premiis dignos esse continebant.*

V. Nec facile omittendum quod idem adjicit, homicidarum in numero locatos fuisse, qui in ludicro certamine aliquem interemerant: quanquam enim ludicum id esset certamen, & animi oblectandi causa, non in iis tamen quinque ludorum generibus habebatur, quæ per leges approbabantur. Itaque in his quinque ludicris pugnis qui quenpiam inopinato & præter voluntatem suam occidunt, extra crimen sunt: at qui occidunt peræque præter voluntatem, in cannarum, seu baculorum ludo, & rei & irregulares habentur, quod etsi non cædi, cædis tamen discrimini assensi sunt. Et ab his etsi dissonent verba, non dissonat tamen Canonistarum Laborum sententia, incurri irregularitatem, ubi volens se quis ludo vel exercitio minus licito committit, in quo quenpiam forte & nolens occidit: *Multi qui in tempore ludici cum virgis certaminis homines interfecerant, homicidis annumerati sunt, quia involuntariam voluntatem.* Thomas. Tom. IV.

rie cadem perpetravunt, utpote cum hoc ludicum non sit ex iis quinque, quæ lege agnoscantur, scilicet pugillatus, cursus, saltus, discus, palestra. Quare qui in eis ludicris interficiunt, præjudicis non afficiuntur. Hæc Balsamon de Laicis, quippe Clericis ea ludica tam licita non fuissent, quam nec contentanea.

VI. Ex occasione vero alterius Basili. Canonis, quo poena in eos decernitur, qui vitæ lux tuitionis necessitate quenpiam premerunt; tradit Balsamon his Canonibus non obstrepere leges, per quas fas est vim vi repellere, & occidere, ubi ita necesse est ne occidamus, propterea nimirum, quod poenæ Canonum medicinae sint potius, quam poenæ. Itaque involuntariorum horum consciæ homicidiorum, immunes illi quidem sunt poenarum civium, sed obnoxii nihilominus poenæ Canonum medicinalibus (3): *Pœna Ecclesiastica non puniunt, sed sanctificant & medentur; & ideo decernit Canon, ut qui quomodocunque Dei permissione in eadem incidente, & ipsi etiam qui in bello occiderunt, in anima medicinam accipient.*

VII. Ea his subjicit Balsamon exempla, quæ tantum rigoris & asperitatis præferant, quantum alibi observavimus indulgentiæ. Ait enim depositum fuisse synodico judicio Presbyterum, qui Presbytero librum quenpiam Ecclesiasticum auferenti extorserit illum tanta vi & impressione, ut deliquio animi statim exanimatus omnino sit. Exauktoratum fuisse Monachum Presbyteratu ornatum, qui contumelia affectus ab alio Monacho, adeo contumeliose illum ipse vicissim exceptit, & tam acerbo dolore affectit, ut is morore animi expirarit.

Addit denique idem Scriptor in Can. VIII. Concilii Constantinopolitani primi & secundi, irregulares declarari Presbyteros, qui virilia vel amputari jubent, vel amputant ipsis cuipiam. Porro etiam tum cum ad vitæ incolumitatem; mortisque lethalis medicinam ita fieri necesse est, posse jubere Presbyteros, non exequi autem citra irregularitatem. Multo minus posse in suum ipsos grassari corpus in eundem modum, etiam eadem urgente necessitate.

VIII. Accedo ad Ecclesiam Latinam, ubi Stephanus II. Papa nobiles Gallos acuebat excitabatque ad arma induenda ad B. Perri & Ecclesiæ Romanæ defensionem, remissionem peccatorum pollicitus, quasi ea

V v mili-

(1) In Can. 65. Apofol.

(2) In Can. 13. Basili.

(3) Ibidem. In Can. 43.

militia sacra pœnitentia in loco futura es-  
set (1) : *Pro certo tenentes, quod per certa-  
men, quod in ejus Ecclesiam vestram spiri-  
talem matrem feceritis, ab ipso Principe  
Apostolorum vestra dimittantur peccata.* Ioan-  
nes VIII. eandem spem fecit Episcopis Gal-  
licanis, fore ut milites, qui casto religionis  
& pietatis amore adversus Infideles certa-  
rent, & mortem oppeterent, hinc merita  
ad vitam æternam sibi pararent. *Audenter  
Christi Dei nostri pietate respondemus;* quoniam illi qui cum pietate Christianæ reli-  
gionis in bellis certamine cadunt, requies eos  
æterne vita suscipiet, contra Paganos atque  
Infideles strenue dimicantes. Pulcherrima  
erat hec laus, longe pulcherrima spes, &  
hi tamen milites hinc irregularitatis macu-  
lam contrahebant.

**IX.** Cum exarisset bellum inter Reges  
Robertum & Carolum (2), Remensis Pro-  
vinciæ Synodus triennalem pœnitentiam in-  
dixit militibus utrarumque partium: nec ea  
mera fuit abstinentia a Communione &  
Mysteriis, sed jejunia fortissima panis &  
aqua per tres quadragesimas, præter mino-  
res alias quadragesimas duas quolibet anno,  
quindecim dierum ante natalem diem  
Joannis Baptiste, & totidem ante Natale  
Christi.

**X.** Scriptis Hincmarus Remensis Archie-  
piscopus ad Episcopos suæ Provinciæ Epi-  
stolam cum primis luculentam, de Bellis  
civilibus, quibus tota tunc conflagrabat Gal-  
lia; & de ratione qua Episcopi Regi-  
bus auxiliari tenerentur, tum precibus ad  
Deum fusis, tum copiarum militarium sub-  
ministracione, ut tamen enixisse contenerent,  
ut ne quid Christiani sanguinis fun-  
deretur. Quin & illud addit, a Stephano  
Papa, de quo paulo supra, interpellatum  
vehementissime esse Pipinum Regem, ut  
Longobardorum cæribus abstineret, cum  
eos cogebat ad ea Ecclesia Romanae resti-  
tuenda quæ in eam compilaverant (3): Sed  
*Papa sanctus, ne sanguinis effunderetur Christianorum, admonitiones & obsecrationes Apostolicas exhibuit, & apud Dominum Pipi-  
num obtinuit.*

**XI.** Post cruentissimam vero aliquando  
pugnam inter filios Ludovici Pii Imperato-  
ris commissam, auctor est Nitardus, a  
Regibus & populis consultos fuisse Episco-  
pos, quid sibi officii immineret, quæ suæ

partes essent in tam calamitosa rerum tem-  
porumque difficultate? Respondisse autem  
Episcopos, justas quidem belli causas fuisse:  
qui illi se implicuisserent solo justitiae amore  
ducti, nulli lubelle poenæ: qui vero per-  
tractati eo fuisse vel odio, vel ira, vel vin-  
diçta prurigine, cum occulta hæc esset eo-  
rum culpa, privatam quoque ab eis & oc-  
cultam confessionem ac pœnitentiam fre-  
quentandam esse (4): *Unanimes ad Concilium omnes Episcopi confluunt, inventumque  
in publico Conventu est, quod pro sola ju-  
stitia & æquitate decertaverint, & hoc Dei  
judicio manifestum effectum sit. Ac per hos  
immunis omnis Dei minister in hoc negotio  
haberi, tam suæ, quam & effectus debe-  
ret. At quicunque conscient sibi aut ira, aut  
odio, aut vana gloria, aut certe quolibet  
vitio, quiddam in hac expeditione suæ sit,  
vel gestit, esset vere confessus secrete, secre-  
ti delicto, & secundum modum culpe diju-  
dicaretur.*

**XII.** Simillimum veri est: 1. bellum il-  
lud quod supra perstrinximus inter Carolum  
Simplicem & Robertum gestum, minus ju-  
stis de causis gestum, aut minus moderata-  
rum visum fuisse, quam istud de quo po-  
stremo diximus, ævo utique longe antiquius.  
Si perinde enim æquitati consentire visum  
esset Episcopis Concilii Remensis, nequa-  
quam illi pœnitentiam publicam & cano-  
nicam militibus omnibus indixissent. 2. Epis-  
copos a Principibus consiliorum participes  
non raro factos fuisse, maxime super justis  
bellorum causis. Si enim, ut infra elucida-  
bitur, pollebat & in arcanis Principum con-  
siliis auctoritas & fides Episcoporum: non  
poterat sanctissimæ dignitati agnata lux &  
sapientia splendidius utiliusque ulla in alia  
re efulgere, quam in delectu causarum  
belli justarum & injustarum, quanquam ab  
omnibus omnino bellis abstineri optatissimum  
illis esset. 3. Quanquam vero justitiae bella  
consentiant, illis tamen non semel duces  
militesque non alio usu fructuque proposito  
intricantur, quam ut vanis terrenisque ser-  
viant cupiditatibus. Idque in causa est, ut  
privata eis pœnitentia designetur, & a fa-  
cias muniis milites omnes abigantur. 4.  
Nec ullius se irregularitatis laqueo innecti  
posse verebantur Episcopi, si quod bellum  
justum esse affirmarent, si militem in illud  
invitarent, si copias militares eo mitterent,  
vel

(1) Conc. Gall. t. 2. p. 10. Epist. 144.

(2) Hincmar. t. 2. p. 159.

(3) Ann. 923. Conc. Gall. t. 3. p. 378.

(4) Du Chefne tom. 2. pag. 371.

vet ipsimet eo ducerent, si Ecclesiæ sumptu militem alerent, Regni & Ecclesiæ usibus profuturum.

Petuit Joannes VIII. a Gallicanis Episcopis, ut accurrerent & ipsi, sibique adfessent, ad Ecclesiæ Romanæ sedem recuperandam (1): *Cum omnium hominum exercitorum armata bellico apparatu manu. Scriptis & ad Reges, ut Episcopis præcipierent eo in communem parentem Ecclesiæ Romanam pietatis munere fungi: Regalis censura Regali auctoritate compellat eos, quantocius hostiliter Romanum venire.* Affirmat Hincmarus, si bellum ingrueret adversus Infideles gerendum, Episcopos ipsos incunctanter ejus incentores & hortatores fore (2): *Si enim contra Paganos bellum imminaret, consilium daremus bellatoribus nostris, & hortaremur eos adhortationibus, quas in litteris Ecclesiasticis legimus.*

Agit Triburiensis Synodus de bello Paganis indiceto, & iis verbis agit, ut luculente appareat, non vereri Episcopos, ne videantur illiusmodi bellorum signiferi & faces fuisse. Sed cum in ea quæ de Paganis tunc reportata est victoria, ex Christians quidam occisi fuissent, nempe Pagani rum servi, a quibus in ipsa prælii flamma segregari non potuissent: hujus Concilii Patres quadraginta dierum poenitentiam præscripsero victori militi peragendam (3): *Quare una cum intersectis Paganis perempti fuerunt Christiani, captivi a Barbaris, qui in impetu belli nequeunt distinguiri. Idcirco justum decernentes, statuimus cum interfectoribus misericordius agendum, ita ut quadraginta diebus poenitentie indulgentius transactis, penes Episcopum sit auctoritas & potestas, ut perpendat culpam, agat indulgentiam.*

XIII. Rabanus Moguntinus Archiepiscopus iis strenuissime restitit, qui nihil poenitentia publicæ infligi debere vociferabantur militi, qui ad Fontenacum pugnaverat, in internecino illo inter filios Ludovici Pii prælio. Hat se ratione illi jaetabant, quod utrinque summis Principibus obtemperatum esset (4): *Quasi non necesse sit pro hoc cuiuslibet agere poenitentiam, eo quod jussu Principum nostrorum peractum sit.* Verum Rabanus non ipsum tantum persepe bellum perpendens, sed privatos cujusque plerumque militis affectus sordidos & inquinatos

terrenis cupiditatibus; demonstrat nulla satris solida unquam excusatione prætexi posse avaritiam, a qua nihil non malorum pululat; & ambitionem, quæ nihil habet pensi, quid fas nefasque sit; quæ iusta bella iniustissimis vexationibus contaminat, quæ non ascultare Principi, sed privatae servire libidini satagit: *Utrum excusare possint eos, qui propter avaritiam, quæ omnium malorum radix est, atque propter favorem dominorum suorum temporalium eternum Dominum contempserunt, & mandata illius spernentes, non casu, sed industria homicidium perfecerunt.* Ideo mox his subiicitur a Reginone illa libri Poenitentialis lex, quæ quadraginta dierum poenitentia mulcat eum, qui hostem in bello occiderit publico: *Si quis hominem in bello publico occiderit, quadraginta dies paeniteat.* Hujus Canonis verbis non segregantur bella iusta ab iustis, non variae cupiditatum privataram instigations etiam in bellis iustis. Ardua & perdifficilis est ea perscrutatio: cautisque semper & consultius est, ultronea poenitentia expiare culpas, quibus se quisque gravari sentit, aut saltem suspicari & vereri debet. Facile assensu esset Rabanus, in bellis iustis, qualia semper interpretanda sunt, quamdiu de eorum injustitia nihil exploratum aut compertum est, debere Duxes militesque Principum parere imperio; nec necesse esse, ut obedientia legi contentanea per poenitentiam eluatur. Sed inter armorum strepitum tot surrepunt privatae & nefariae cupiditatum pestes, ut nemini magnopere verendum sit, ne Ecclesia plus aequo sollicita & anxia sit, ad earum exigendam expiationem. Haec sunt nimirum peculiares & iniquæ æquissimi belli gerendi rationes, quas Rabanus juxta Canones animadverti, quas Concilia expiari per poenitentiam praecipiebant.

## CAPUT LXXI. P.3. l. 2. c. 13.

De Irregularitate Judicum capitalium sub Imperio Caroli Magni.

1. Clerici persepe evicerunt, ut privatis inimicis suis venia scelerum & paenarum fieret.

V v 2

II. Se-

(1) Epist. 114. 125.

(2) Hincmar. t. 2 pag 159.

(3) Concil. Trib. c. 34.

(4) Regin. l. 2. cap. 30. de Ecclesi. Disciplin. Et Epist. ad Herib. pag. 474.

- II. Satisfit duabus objectionibus.
- III. Quo ex fonte manet tanta Ecclesie clementia?
- IV. Patri misericordiarum sacris seu diebus seu ministris seu locis non convenit cum cruentis executionibus, tametsi justis.
- V. Contrarium Dunstanii exemplum.
- VI. Decreta temperatissima Nicolai I. qui legum asperitatem suavitatem Canonum dulcat.
- VII. Alterum austeriorum exemplum a Papa laudatum in Metropolitano.
- VIII. Ut purgavit Baronius hujus & Papae & Archiepiscopi famam.
- IX. Summa Gracorum clementia discipline.

I. **J**Usticæ multo certius operam dant litigantes Judices, dum reos morti addicunt, quam milites: & nihilo tamen minus irregulares illi sunt ad Clericatum. Clerici ipsi ne eadem irretiantur irregularitate, abilinent ab accusandis inimicis capitalibus suis, quin & illis injuriarum scelerumque impunitatem procurant, dum per fraudent & poenitentiam. Ita cum Carolus Magnus capititis damnasset eos, qui in vitam Leonis III. Papæ conspiraverant, pius Pontifex sola exilio poena plecti eos pervicit (1): *Ut majestatis rei capite damnati sunt. Pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem intercessit, & vita & membra eis concessa; & pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt.* Cumque idem Pontifex apud Ludovicum Pium infamatus fuisset, quod extremo suppicio adixisset eos qui rursum in eum conjurarent: quo suboiffensus etiam Imperator stupuerat; delegatis tandem Pontifex ad eum Episcopis, totam illam calumniam temere effutitam dissipavit (2): *Hoc agre tulit Imperator velut a primo orbis Sacerdote tam severe animadversa. Et mox. Leonem Apostolicum criminibus objectis purgavere.*

II. Ideo & cum Hincmaros convellere, & confutare coepit illam Canonum Compilationem, quam ab Adriano Papa Angelromo datam contendebant: ab eo exorsus est Canone, quo subetur Delatoribus lingua excidi, aut caput demeti (3): *Delatori lingua capuletur, aut convicto caput amputetur.* Tum vero exclamat Hincmarus, nec injuria, nihil tam inimicum Canonibus fangi potuisse: *Quia quantum aliena*

*sint a sacris Canonibus, & quantum contraria sint Ecclesiasticis iudicis, nemo est qui ignoret.*

Cum vero Joannes VIII. excommunicatione solvit Episcopum Neapolitanum, quem innodaverat, unaque præcepit, ut ad se Saracenorum Proceres aliquos mitteret, reliquis jugulatis (4): *Si miiores Saracenorum quertos melius potes, quos nominatis querimus, cum omnibus aliis ceperis, & jugulatis aliis, eos nobis direxeris, a vinculo excommunicationis absolvimus: non eoque sensu donanda sunt, quasi jubeat Pontifex eorum aliquos ad se mitti, reliquos jugulari. Sed cum ceteri ante jugulati fuissent, præcipit Pontifex paucos superstites ad se perduci.*

III. Luculente Hincmarus suo more rationes exequitur, quibus adducitur Ecclesia ad credes quascunque fugitandas, etiam tum cum per eas iusticæ littatur. Hortatur Scriptura Clericos, ut convitia benedictionibus remunerent, ut orent pro persecutoribus, mala bonis repensent; ne damna ita propulsent, ut aliis ea inferant; ut ira locument, clementia & mansuetudine adversarios mitigent. Denique non sinit Augustinus eo factorum Codicum ingenio & spiritu imbutus, ut Episcopus cuiquam noxiō apud Judices mortem acceleret, cum operam navare & quidem strenuam debeat, ut tandiu vivant, dum per poenitentia labores ad sempiternam sibi vitam aditum patescant (5): *Cum Cyprianus & Innocentius in Decretis suis ex Apostolica sententia judicariæ potestati gladium legaliter vindicem doceant esse permisum, quem Ecclesiasticis Ministris, vel in bello, vel in seditione corripere, vel etiam portare, a majoribus nostris legimus non esse concessum.* Et Dominus dicit, *Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro persequentiis vobis.* Et Petrus: *Non reddentes malum pro malo.* Et Paulus: *Non vos defendantes carissimi, sed date locum iræ.* Et Augustinus ad Bonifacium Africae Proconsulem, *Fas, inquit, non est, ut reus Episcopi suggestionibus occidatur, qui venia, si patienter, reservatur.* Haec tenus Hincmarus. Ea sunt autem Evangelica seu consilia, seu præcepta patientia, humanitatis & caritatis, perfectis data, & iis qui ad Clericatum vel contendunt, vel jam pertigere, ut quæ statio sit

(1) Ademarus in vita Caroli Mag.

(3) Hincmar. t. 2. p. 473.

(2) Du Chesne tom. 2. pag. 296.

(4) Epist. 294.

(5) Cone. Duziacen. Cellotii, p. 93.

sit perfectioni cognatissima , & perfectionis exercitii vehementer dedita .

Quin & inter laicos fuere non pauci , quibus ardens perfectionis Evangelicæ studiū suast , ut & has devitarent justitiae functiones , innoxias illas quidem , immo & cum laude conjunctas , sed clementiæ infestas , eique caritati , quæ pietatis & misericordiæ suavitate quadam tota colligescit . Ejus generis fuit Geraldus Comes , cuius vitam litteris mandavit sanctus Odilo Abbas . Turbam ingentem reorum elabili & aufugere permisit , præter solemnes iustitiae leges , sed auctoritate legis longe præstantioris , quæ non temporalis , sed temporale salutis præsidia instruit , consulitque , ne ante temporalis abrumptatur vita , quam per poenitentiam munitus sit aditus ad semipaternam (1) : Personas illas reorum , qui se in malum destinaverunt , aut damnis coercabant , aut charactere adiunctionis inurebat . Illas autem personas , quæ non per consuetam malitiam , sed qualibet malum aliquod perpetrassent indemnes dimittebat . Nunquam tamen auditum est , ut se presente aut morte punitus sit , aut truncatus membris .

IV. Ea de causa Concilium Moguntinum Nundinas , & Judiciales Conventus celebrari vetuit diebus Dominicis , ne cui mors tunc violenta inferretur (2) : Ut merecatus in eis minime sit , nec placitum , ubi aliquis ad mortem , vel ad poenam judicetur . Sua semper laus , sua merces iustitiam manet : sed non quævis iustitia quamlibet addecet dilem , personam , locique circumstantiam . Deus iustitia , sed & clementia , & misericordia est , nec iustitia illa ultrice , sed & indulgentia & mansuetudine clarefcere voluit dies festos , loca sacra , templorum Ministros .

V. Nec inficiabor Dunstanus Cantuariensem Archiepiscopum ab hac tristissima Patrum & Conciliorum semita aliquantum deviasse . Ipso enim sacratissimæ Pentecostes die Mysteriorum celebrationem auspicari abnuit , nisi prius executioni mandata Iudicium sententia adversus tres publicæ monetæ adulteratores . Non remissam , sed dilatam fuisse poenam ob festi diei sanctitudinem affirmabant (3) : Respondet ob reverentiam tanti diei , in aliud diem esse dilatam iustitiam . At ferventissimi zeli vir Dunstanus eodem ipso die voluit de reis

poenas sumi , quanquam manus erant perdituri , adeoque mutilandi . Porro suam hauc Dunstanus præproperam festinationem excusabat necessitate satisfaciendi populo , qui ab his pestibus innumera passus erat detrita . Verebatur etiam forsitan , ne dilatione , & audacia & occasio illis præstaretur ausfugiendi . Denique factum istud est singulariæ , quo legi generali derogari non potest . Alias autem tam inusitata , & a vulgaris consuetudine plerisque aliena erat Dunstanus & sapientia , & virtus morumque sanctimonia , ut merito etiam tum censuræ & vituperio eximatur , cum ejusmodi quidam fecisse legitur , quod extra vituperium nemo alias gesserit .

VI. Canonibus Synodis accommodatoria , & imitationi posterorum plausibiliora Nicolai Papæ I. decreta , ad Bulgarorum super hac eadem re consultationes quasdam . Leges ad eos misit austiores adversus Reipublicæ & Regum perduelliones : monuitque posse legum severitati Principem servire , posse & clementiæ plusculum aliquid indulgere . Quoad eos , qui turpignavia ex acie fugiebant , aut imperia dum periculi formidine deterrebant , consulebat , ut vel omnino eam culpam condonarent , aut mitius plecterent (4) : Si non misericorditer præveniat compassio , satem legum temperetur severitas . Eorum qui mortem intulerint patri , matri , fratri , sorori , poenæ a Legibus designantur : at si quis eorum in Ecclesiæ asyla evaserit , quid poenæ subiturus sit , ab Episcopo , vel eius Vicario generali definietur : Quid parcerat pati debeat , leges indicant . Porro si ad Ecclesiam configuerit , id quod Episcopus loci , vel Sacerdos , qui ab illo constitutus est , providebit , agendum decernimus .

Quanquam vero suadeat Pontifex , ut capitalia omnia supplicia apud Bulgarios moliantur , isque proponatur imitandus , qui non exempt nos tantum morti , sed & beatæ donavit virtus æternitate (5) : Ut sicut hactenus ad mortem facile quoque petraxis , ita deinceps non ad mortem , sed ad vitam , quos potestis , nihilominus perducatis , &c. Et sicut vos Christus de morte perenni , qua detinebamini , ad vitam æternam reduxit : ita ipsi non solum innoxios quoque , verum etiam & noxios a mortis exitio fatigite cunctos eruere . Jubet tamen obsequi

(1) Bibl. Clun. p. 78. 79.  
(4) Cap. 22. 23. 24.

(2) Ann. 813. Cap. 37.  
(5) Cap. 23.

(3) Surius die 19. Maii c. 32.

qui legibus inexorabilibus adversus parcidas, homicidasque omnes voluntarios & adulteros: *Veneranda leges proprium robur obtineant.* Idem ipsum commendat de incestuosis, quanquam ita sentiat, hujus flagitiis, perinde ut homicidii involuntarii iudicia Episcopo esse permittenda. Denique quicunque horum ad Ecclesiam contigerit, morti subducetur ille quidem, sed tam acerbæ addicetur pœnitentia, ut ea abunde penitentur ii cruciatus mortiferi, quos per leges erant passuri (1): Sed si ad Ecclesiam convolaverint, mortis quidem legibus eruantur, pœnitentia vero, quam Antistes loci, vel Presbyter consideraverit, absque dubio submittantur.

VII. Ea est ergo quorundam enormitas criminum, ut vel propensissimi ad indulgentiam Pontifices ea permittere debeant inexorabili Legum vindictæ, & cum Nicolo dicere: *Veneranda leges proprium robur obtineant.* An hinc purgari etiam possit, quod supra de Dunstano retulimus, videtur Lector.

Venio ad exempla alia, quæ plus incutiant stuporis. Sergium Neapolitanum Ducem anathemate perculerat Joannes VIII. Papa, quod contumacius concordiam & confederationem nescio quam aleret cum Saracenis, in perniciem Christianæ rei, ut Pontifex quidem existimabat, sub cuius directione Dux ipse degere videbatur. Athanasius ejusdem civitatis Archiepiscopus, Sergii Ducis fratre sui perfidiam impatiens ferens, ipsum comprehendendi fecit, effos filique oculis Romam perduci. Cades quidem & prodiciones Sergii atrociori etiam potuerant poena jure vindicari, ipsaque morte. Ideoque illa quam Archiepiscopus intulit fratri, non tam poena, quam pœna mitigatio fuit. Congratulatorias dedit Epistolas (2) Pontifex ad Archiepiscopum, quod tam graviter obsequutus esset Evangelico Christi præcepto, de eruendo nobis oculo, si offendiculo sit: de utilitate & salute Ecclesiæ Christi anteponenda parentum fratrumque caritati; denique quod Neapolitanam civitatem illis exemit let cædibus & grallationibus diutinis, quibus a temporalibus his dominis Ducibusque fuerat confitata. Eodem enim ipso tempore Archiepiscopus temporalem civitatis administracionem capessivit.

Ea porro Joannis VIII. Epistola satis,

ut opinor, momenti est, ad calumniam non ab Archiepiscopo tantum Athanasio, sed & a Dunstano propulsandam. Quin & inde conjectura duci poscit, qui intelligi beat alia ejusdem Papæ Epistola ad eundem Athanalium Archiepiscopum, paulo austerius, quam supra factum sit a nobis. Si enim potuit laudibus evehere Archiepiscopi facinus, qui oculos exculpserat fratri, quod cum Saracenis suspectam aleret societatem: poruerit forsitan & præcipere Episcopo, ut Saracenorum duces, quos in carcere suis retinebat juxta bellum leges jugulari juberet.

VIII. Si quibus autem videatur illi ipsi defensione opus esse, qui Dunstani & Sergii defensionem texere laboraverit: ne ea quidem destituemur, & quidem ab eo adornata, cuius nec pietas, nec eruditio in controversiam trahi possit. Baronius ipse Cardinalis is est, ejusdem ante nos cause patronus. Quanquam enim censeat Athanasii factum Archiepiscopali nomini & dignitati minime contentaneum fuisse, non dubitat tamen, quin ab eodem zeli & caritatis æsta profectum visum sit Romano Pontifici, quo Christus in Templo quibusdam Templi violatoribus vim quandam attulit, ut profanatores ejiceret; quo Petrus Ananiam & Saphiram exanimavit; quo Paulus Elymam magnum cæcitate percussit: ne dicam quo Phinees geminato homicidio æternum stirpi sua Sacerdotii principatum afferuit; quo Moyles Levitas laudibus cumulavit, qui fraterno sanguine manus consecrassent, & labem expiassent prioris idololatriæ. Audendus ipse jam Baronius ad annum 877. (3) Ita quidem Pontifex indecens Episcopo factum Moysis exemplo laudavit, qui Levitas a cede fratrum & filiorum suorum revertentes laudavit dicens, *Consecratis manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio & fratre suo.* Quantumlibet enim debeat esse Christi Sacerdotium incurrantium, & Episcopi percussores esse non debere ab Apostolo admoneantur: tamen qui spiritu oris sui interfecit Ananiam & Saphiram Petrus, ista tunc docuit scribere successorem suum, atque probare ab alio iuste factum, quod ipsum sciret impellente Spiritu perpetratte. Zelus purgat facinus, quo exesus Dominus noster, missis & humiliis corde, percussor est factus: & Petrus eodem exercituans, occisor evasit, eodemque ardens Paulus excavator. Zelus

igit-

(1) Cap. 26. 27. 28. 29. 30.

(2) Epist. 66.

(3) Num. 5.

*igitur non auferit, nec polluit Sacerdotium,  
sed quod prædicatur in Phineo, reddit illud  
perpetuum & illustrius.*

IX. Nec proslus hic obmutescat Ecclesia Græca. Nec jam dubium esse poterit, quin eodem clementia spiritu vegetata fuerit, si recolantur que ait Balsamon de Christianis legibus, nempe ubi ab illis capitale supplicium decernitur, non eo id pertinere, ut capite truncetur quis, vel cruci appendatur, vel impetratur lapidibus, aut præfocetur aquis; Barbarica enim hæc esse ille docet, & ab humanitate alienissima: sed capitali nunc supplicio luit, cui eruntur oculi, cui manus truncantur, qui in exilium ejicitur: quo exhausto supplicio, superest & tempus & facultas, ut scelerum pœnitentiam serio quis peragat, & sempiternam mortem effugiat mortalis vita spontaneis cruciatibus (1): *Dic non esse capitale supplicium, capititis amputationem, nec in furca suspendi, nec lapidibus obrui, nec in profundum mergi, sed crudelem & inhumanam mortem. Capitale autem supplicium esse relegationem, execrationem, manus amputationem, & reliqua, que dant ei, qui punitur, tempus se convertendi, & discedendi a peccatis, eo quod longo tempore plectatur.*

Hinc porro infert Balsamon, si que sint leges, ubi capitale supplicium inclemiori sensu usurpatum, eas e Digestis esse decerpitas, non ex Novellis Constitutionibus: adeoque servandas non esse, propterea quod Christianæ leges Ethnicorum legibus semper præponantur.

Hinc etiam vir Canonum idem consultissimus, anfam arripit expostulandi de Constantinopolitana Synodo sub Patriarcha Michaeli Oxyte, ubi preceptum, vel permisum est, ut Bogomili hæretici igni damnarentur: Suspiciatur tamen Balsamon nequam ejusmodi pœnam a Synodo decretam fuisse, sed sponte suis furentes hæreticos, spe & ostentatione damnabili Martyrii, semet in voraces flamas conjecisse. Denique eam legem, eum usum in Ecclesia vige memorat, ut hæretici ab Ecclesiæ corpore absindantur, atque ita legibus & publicis Imperii permittantur Magistratus: *A Christianorum enim corpore hæreticos absindere jubemur: sed eos punire non docemur: sed si sunt pertinaces, eos tradere legi seculari, & a secularibus Magistratus de his sententiam ferri.*

## C A P U T LXXII. P.3.l.2.c.14.

Sub Imperio Caroli Magni afflatu quodam Juris Canonici, & manante ejus suavitate ac lenitate in leges civiles, capitale fere supplicia in poenas civiles & in pœnitentias publicas fuisse commutata.

I. *Probationes hujus mitigationis legum & Tribunalium civilium sub Pipino & Carolo Magno.*

II. *Probationes sub Ludovico Pio.*

III. *Quamvis ea lenitate complures immaniter abuterentur, & impune jara vel Episcopi contradicarentur; a sententia tamen non recessit Ecclesia, & pœna mortis semper intercessit.*

IV. *Perpetrata in Ecclesiis facinora nunquam morte luebantur.*

V. *Laicorum etiam cædes publica subjecabantur pœnitentie.*

VI. *Constantia Ecclesiastica clementia, et si tam multi ea abuterentur.*

VII. *Hujus lenitatis progressio & propagatio in Leges civiles.*

VIII. *Nec tamen cessavere omnino capitilia supplicia.*

IX. *Mira Principum clementia documenta ad ameliorationem Legum canonistarum.*

X. *Eadem indulgentia & lenitas extra Gallias etiam.*

XI. *Sacerdotalis quodammodo Imperii Caroli Magni ha fuere illecebre, ha artes.*

XII. *Hinc illud eo aeo pervagatum, expiata per pœnitentia publica macerationes sceleris, iam non posse a publico Magistratu vindicari. Ejus placiti que fundamento?*

I. *J Am Capite superiori emicuere scintillæ aliquæ ejus lenitatis & indulgentiae, quam canonice leges legibus secularibus invexere, in reorum cruciatibus remittendis. Eidem argumento elucidando dicabitur & hoc Caput; nec enim veremur, ne vitio vertantur hæc nobis, quasi minus utilia diverticula. Est enim & utilitatis permagne, & eximiæ cujusdam voluptatis, penitus inspexisse quam alte descenderit Evangelica lenitas, patientia, indulgentia, caritas, non in Canones tantum & mores Ec-*

(1) Balsamon. in Nomoc. Phot. Tit. 9. c. 25.

Ecclesiarum, sed & in leges ipsas civiles regnum & civitatum: & quantum aeternitatis amori datum exinde sit, cum antea non nisi terrena civitatis securitati tot noxiorum morte consuleretur, quos potea talutariis poenitentia laboribus mactare dicimus.

Sub Rege Pipino habita Synodus poenas pecuniarias indixit Laicis incestuosis (1), Clericis autem ejusdem flagitiis convictis poenas corporeas. Si quod capitale supplicium decerni debuisset, eo in homicidas unque maxime levitum esset. At Carolus tamen Magnus scripta ad Pipinum filium Italic Regem Epistola, solas pecuniarias definit poenas in interfectores Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum (2). In Capitularibus statuit, ut pro intertempo Subdiacono numini solvantur trecenti, quadrigeniti pro Monacho & Diacono, pro Presbytero sexenti, octogeniti denique pro Episcopo (3): *Qui Subdiaconum occiderit, CCC. solidos componat, qui Diaconum CCCC. qui Presbyterum DC. qui Episcopum DCCC. qui Monachum CCCC. solidos culpabilis judicetur.* Cumque ea lege definitum non esset, cui cederet ea pecuniae lumma, constituit Concilium Cabilonense II. super ea re percutandum Imperatorem: quod perinde est, ac si eam legem Synodus confirmasset (4): *De Episcopis vero, Presbyteris, & Diaconibus, & Monachis interfectis querendum a Domino Imperatore est, cui illius homicidii pretium exolvendum sit.*

II. Ita enim vero Clericorum lenitas, legumque indulgentia, usque adeo Laicorum inolentiam & immanitatem provocavit, ut prater inferiorum Ministrorum cedes, etiam Episcopus interemptus sit (5). Tum vero Concilium ad Theodosii villam congregatum precibus suis adiit Ludovicum Pium Imperatorem, non ut secundum leges Romanas jure ageretur: sed, i. ut emenda pecuniariae in horum consicos facinorum augerentur. 2. Ut ex Episcopis adjudicarentur, & Ecclesiis, quarum Episcopi summi erant dispensatores bonorum temporalium. 3. Ut facinorosi hi omnes cogerentur poenas subire canonicas, in Conciliis designatas: *Ob nimiam presumptionem quorundam Tyrannorum, in Sacerdotes Domini debac-*

*chantum, & propter factum quod noviter acciderat de Episcopo morti dato, &c. His ab Imperatore subscriptum est, necnon ab Optimatibus Gallis, impressa a singulis cruce: Et Imperator & pene omnes Gallie & Germanie Principes subscripterunt, singuli singulis facientes cruces, &c. Ea certe lex Ludovici Pii triginta duorum Episcoporum precibus concessa, confirmata in Comitiis Regni Generalibus ibidem ad Theodosii villam congregatis, deinde in Triburensi etiam Conventu summas adauxit emendaturum solvendarum ab iis, qui vulnera aut mortem intulerint Subdiaconis, Diaconis, Presbyteris, adeoque & Episcopis; utque eam pecuniam Episcopis Ecclesiisque adjudicat, interemptores ad poenitentiam publicam ablegat: *Poenitentia canonica paeniteat. Juxta id quod Canones precipiunt, paeniteat. Ut Synodus dijudicaverit, paeniteat.**

III. Quanquam parricidiales persepe manus in omnis generis Clericos, in Episcopos etiam ipsos nonnunquam graffatae essent: triginta duo illi Episcopi tota Principum benevolentia fulti, Magnatumque munici præsidio, non tamen remittendum sibi quidquam censuerunt de prisca prisca Ecclesiæ lenitate, nec permittendum Judicibus, ut Legibus Romanis agerent, quando de ulciscendis quererent Clericorum injuriis, expilationibus, adeoque & interfectionibus. Hinc judicium quisque feret, quam seriatum, quam graves essent, quam vehementes Clericorum obnuntiationes, ne truncatione vel morte expiarentur cruentissimæ sacrorum ministrorum cedes: cum vel ipsis legibus illata vis quodammodo esset, ut ad hanc Cleri lenitatem traducerentur.

IV. Quæ in Ecclesia, vel Ecclesiæ vestibulo patabantur homicidia, non aliter etiam quam mulctis & poenitentia publica luebantur. Ita declaratum fuerat a Ludovico Pio in Capitulari Aquisgranensi (6). Itaque in templo, in templorum ministros per fidarios, in sacramenta per incestuosos commissa facinora flagitiaque, pecunaria poena, aut poenitentia publica mulctabantur: nec fundebatur cuiusquam sanguis. Nam qui solvendo non essent, servi Ecclesiæ interim addicebantur: *Qui non habet unde ad Ecclesiam persolvat, tradat se infer-*

(1) Concil. Gall. Tom. 2. pag. 5. Can. 1. 2.

(2) Ibid. pag. 243.

(3) Ibid. pag. 245. Can. 2. & Capit. Car. Magn. L. 3. c. 25.

(4) Anno 813. Can. 24.

(5) Anno 821. Ibid. pag. 446. 447.

(6) Anno 828. Conc. Gall. T. 2. p. 471. Et Capit. L. 4. c. 13. & 14.

servitium eidem Ecclesie, usque dum torum  
debitum perfolvat.

V. Puduit tandem cædes alias senvias puniri, quam eas quæ omnium gravissimæ es-  
sent, & sacrilegio cumulataæ, in Sacerdotes  
nimirum ipsos perpetratae. Hinc factum est,  
ut homicidia ipsa Laicorum quorumlibet, im-  
modo & parricidia nihil gravius plecten-  
da decernerentur, quam Clericorum, per  
emendas nempe, & poenitentias publicas,  
ut ex eodem liquet Capitulari Ludovici  
Pii (1): *Quicunque propter cupiditatem re-  
rum, patrem, aut matrem, aut fratrem,  
aut sororem, vel nepotem, vel alium pro-  
pinguum suum interficerit, hereditas inter-  
fecti ad alios suos legitimos heredes perve-  
niat. Interfector vero ordinante Episcopo pu-  
blice poenitentia subdatur.*

Nec inclemensius consulebatur in inno-  
xiæ conjugis peremptorem (2): *Quicunque  
propria uxore derelicta, vel sine culpa inter-  
fecta, aliam uxorem duxerit, armis deposi-  
tis publicam agat poenitentiam.* Diutinæ  
mortis corporeæ instar habebatur poeniten-  
tia publica, quam exciperet vita & inno-  
centiæ æternitas; cum mors corporea præ-  
fertine inficta plorosque forsan, certe non  
paucos sempiternæ corporis & animæ mor-  
ti immersura fuisset.

VL In Concilio Troslejenſi anno 909. (3)  
cum increbrescerent in dies parricidia, &  
in Episcopos etiam ipsos: *Insuper & sum-  
morum Sacerdotum temerarie sanguis effan-  
ditur:* statutum est ad tuitionem Regum  
recurreri debere, ut hominum formidine de-  
terrerentur, qui Numinis non cohibebantur  
reverentia: *Quos divinus non restringit,  
saltus humanus timor coercat.* Quæ cum  
ita se haberent, quis non statim existimat-  
set ab Episcopis Principes & Magistratus  
commonitorum iri, ne frustra gladium divinæ  
auctoritatis, justitiae, vindictæque gerenter:  
meminissentque sui esse muneres, ut inultæ  
licentiæ Legum vim & auctoritatem jobji-  
cerent? At ad excitandos tamen Judices,  
acuendunque eorum zelum, non publicas  
illis Episcopi, non Romanas, non Impera-  
torias ostendunt Leges, quæ mortem cui-  
quam infligant; sola eis inculcant Caroli  
Magni Capitularia, quæ imperfectorem Mo-  
nachi Clericique poenitentiæ in septennium  
devovent, eoque consumpto, jubent ut se

*Thomæ. Tom. IV.*

Monasterio includat, reliquum vitæ tem-  
pus Deo famulaturus, nec unquam in sa-  
culum reversurus (4): *Qui occiderit Cleri-  
cum, aut Monachum, arma relinquat, &  
Deo in Monasterio serviat cunctis diebus vi-  
tae sue, nunquam ad saeculum reversurus,  
& septem annos publicam poenitentiam agat.*  
Additur & alia Lex eorundem Capitula-  
rrium, ubi pecuniaria mulcta adjungitur poe-  
nitentiæ non ante vitæ finem defitur (5):  
*Si quis Sacerdotem, vel Levitam, aut Mo-  
nachum interficerit, juxta capita priorum  
Capitulariorum quæ Legi Salicæ sunt addita  
componat, & insuper bannum nostrum, id  
est, sexaginta solidos nobis perfolvit, &  
arma relinquat, atque in Monasterio diebus  
vita sua sub ardua poenitentia Deo serviat,  
nunquam postmodum seculo, vel secularibus  
militaturus, neque uxori copulaturus.*

Ali quanto post tamen idem Concilium (6)  
aliam eorundem Capitularium legem pro-  
fert, qua homicidia capite luuntur: alio  
mox Canone eadem poena decernitur in la-  
trones; additurque gravius indubitatissime  
plectendos, qui violentas Episcopo manus  
injecterint: *Quid consebitur de nece Episco-  
porum?* Si Capitularia, enim de occisis Epi-  
scopis nihil decernunt, id eo factum, quod  
nequedum tantum facinus perpetratum es-  
set. Esse tamen Capitularium locum, ubi  
nongeatorum nummorum multa taxantur  
Episcoporum parricidæ (7): *Hoc tantum in-  
ter cetera Capitularium scripta reperitur,  
quod qui Episcopum occiderit, nongentis so-  
lidis culpabilis judicetur.* Sed allato Moy-  
sis exemplo, qui Levitas incendit, arma-  
vitque ad Idololatrarum fundendum sanguinem,  
tame si fraternum, videntur tandem  
hi Præfules assentiri, ut poenitentium clas-  
fibus infandi omnes hi lictori inscribantur.

VII. Hinc vero colligere fas est, i. A  
Carolo Migno capituli poenæ subrogatam  
fuisse poenitentiam publicam, non aliorum  
quam qui Clericos occidissent: at Ludovi-  
cum Pium eam indulgentiæ legem ad omnes  
ampliasse homicidas, immo & parricidas,  
denique ad facinorosos omnes. 2. A Con-  
cilio Troslejenſi Præfulis non depromi-  
tilla ex his Ludovici Pii Capitularibus: un-  
de & conjici datur usu recepta non fuisse.  
3. Eminet tamen in Capitularibus Caroli  
Magni Decretum, quo homicide universim

X X

exi-

(1) Ib. p. 472. Addit. 4. c. 85.

(2) Ib. p. 472. Et Cap. I. 5. c. 149.

(3) Can. 13.

(4) Capit. I. 6. c. 90.

(5) Cap. I. 7. c. 183. 184.

(6) L. 6. c. 97.

(7) L. 3. c. 25.

exilio tantum & multis quibusdam plectuntur (1) : *Quicunque hominem aut ex levi causa, aut sine causa interficeris, nibilium eius sis, ad quos ille pertinet, componat;* ipse propter talēm præsumptionem in exilium mittatur, ad quantum tempus nobis placuerit. Verum hoc caput facile conjicies esse Ludovici Pii, sicut & illud quod ibidem legitur, quo poenitentia publica subiicitur, qui priorem conjugem suam interfecrint. Carolus Magnus enim ex adverso legge sanxit, ut quisquis seculari cuicunque vitam eriperet, pari ipse poena afficeretur (2): *De homicidis ita iustinus observari, ut qui- cunque ausu temerario alium sine causa occiderit, usque periculo seriatur, & prelio se redimere nunquam valeat.*

Ad eum modum utcunq; conciliari pos- sunt ea Capitulariū placita, quæ alioqui aduersa fronte videntur collidi. Porro cum in Ilaaci Lingonensis Epitcopi collectione Canonum (3) hæc omnia Capitularium legantur capita, in eo fortan argumenti latit est, ut ea existimemus usu recepta fuisse in Galliis. Si compilator vero hic Cano- num duo hæc simul capita intexit, quæ apertissime conflictantur, cum hic morte, ibi poenitentia publica tancum Laici cædes puniatur: id eo fortan fiebat, quod aliud alio tempore & loco, aliud his illis placheret, & usu frequentaretur. Et sane Car- olus Magnus (4), qui hic homicidas mor- te modo damnabat, in aliis Capitularium locis videri poterit eos, sicut incertuosos, publica tantum poenitentia subitravisse.

VIII. Cum de Initiatione Principis Hincmarus ad Carolum Calvum scriberet, in ea se versari sententia testificatur, ut neci dedantur conselerati quidam, quorum de- speratur resipiscientia; quamvis dicantur esse qui fecerit sentiant (5): *Quæ debeat esse di- screcio in misericordia, & de ultione spe- cialium personarum, quæ si existaliter agen- tes, aliter non potuerint corrigi, temporali- morte precipiuntur multari, quod a quibus- dam dicitur contradic̄i.* Soli ergo desperatae erant emendationis homines, in quos cen- seat Hincmarus ex Legibus Romanis ani- madvertendum esse: quod cum iam nullo poenitentia sensu affici possent, ne dignandi quidem essent Christianarum legum huma- nitate (6). Cumque contraria & mitioris

auctores sententia, ne hos quidem incor- rigibiles morte extingui debere putarent; in ejusdem libelli contextu (7) Hincmarus in sua doctrinæ patrocinium corradit testi- monia ex Scripturis & patribus, quæ eo tandem collimant, ut parato resipiscere & poenitenti venia indulgeatur: *Qui converten- ti & paenitenti ignoscit.* Cumque sciscita- rentur nonnulli, qui tandem incorrigibiles habebati essent; repondet eos esse, qui bis terve correpti, in eadem iterum commissa impingunt: *Sed sorte quis dicat: Quomodo sciam, si se quis cui pepercero, correxit, & in correctione permanferit?* Redeat hac im- quiens ad sententiam Domini, ut si evan- gelice, & secundo & tertio corruptus non se correxerit, qui ab illo fuscus erbinicus & publicanus haberi præcipitur, legis severita- tem a Principe necesse est sustinere cogatur, ne qui sibi consulere noluit, in pace vivere volentibus nocere possit.

IX. Splendidius etiam aliquanto effulgebit hæc tum Christianorum Principum le- nitas & abstinentia cruxis humani, exem- plis, quam legibus editis. Conflata est in Germania adversus Carolum Magnum vili- lida conjuratio. Non periere conjuratorum nisi tres, qui comprehendendi se contumacissime repugnabant, nec ante occisi sunt ipsi, quam nonnullos occidissent eorum, qui ad eos comprehendendos immisso fuerant: Ne- que ullus ex eis imperfectus est, nisi tres tan- tum, qui cum se ne comprehenderentur, stræ- etis gladiis defenserent, aliquos etiam occi- disserint, quia aliter coerceri non poterant, interempti sunt. Ea sunt Eginardi verba. Sangallensis Monachus hoc ipsum testifica- tur, neminem unquam capitali poena ani- madversum esse a Carolo, ne eos quidem, qui in ejus, regnique ejus pernicie con- jurassent, nisi semel, aut bis, ubi non aliter extricari res potuit, & conjuratio diffi- pari (8): *Qui ppe qui nunquam linguam suam judicio, aut manus suas effusione sanguinis Christiani macularet, præter ultimam necessitatem,* &c. Postquam tamen eadem, nullo unquam modo compelli potuit, ut quemplam condemnaret ad mor- tem. Remisit Ludovicus Pius penam ca- pitis omnibus coniuratione Bernardi Re- gis Italiz implicatis, quamvis Genera- les Regni Conventus morti illos addixi- sent:

(1) L. 4. c. 20.

(2) L. 5. c. 149. L. 7. c. 183.

(3) Cone. Gall. T. 9. p. 653.

(4) Capitular. 802. c. 32. 33.

(5) Hincmar. T. 2. p. 4.

(6) Ibid. p. 18.

(7) Cap. 20.

(8) Du Chesne T. 2. p. 202.

sent (1): *Conjurationis auctores judicio Francorum capitali sententia damnatos, luminibus tantum iussit orbari.* Obiit quidem Bernardus tertio post effosso sibi oculos die. Sed affirmat Theganus in Consiliarios Ludovici, non in Ludovicum refundi debere causam ejus supplicii: ipsum vero Pium penitentiam penes Episcopos peragere voluisse, non de irrogato supplicio, sed de eo non prohibito (2): *Illud judicium mortale quod ceteris factum est, imperator exercere noluit; sed Consiliarii Bernardum luminibus privarunt, &c.* Tertio die post amissionem luminum Bernardus obiit. Quod andiens Imperator, magno eum dolore flevit, & confessionem dedit coram omnibus Episcopis suis, & judicio eorum penitentiam suscepit propter hoc tantum, quia non prohibuit Consiliarios hanc crudelitatem agere. Postremo denique auctor vita Ludovici, hoc ejus clementiam exornat encomio, quod ne modum quidem in ea tenuerit, constantissimeque id retinguerit, ut ne quis morte plecteretur, & ne ipsi quidem auctores infandarum conspirationum (3): *Impia conspirationis principes sub privata custodia adservari precepit. Quos postea in judicium adductos, cum omnes Juris Censores siliique Imperatoris judicio legali tanquam reos maiestatis decernerent capitali sententia ferri, nullum ex eis permisit occidi, sed uetus, ut multis visum est, seniori quam debuit piezate, sibi tamen consueto benignitatis & clementiae more, laicos precepit adtonderi, Clericos in Monasteriis custodiri.*

In parentis optimi veltigia hac quidem in parte ingressi sunt filii Ludovici Pii, nec capitalibus fere, sed mitioribus aliquanto saeviere suppliciis, quibus tamen publica tranquillitas, quantum satis erat, muniretur. Ludovicus Germania Rex oculos effodi jussit Relatio Windismarkie domino. Cum in Francorum tandem manus incidunt Salomon Brittonum Dux, sui ipsum Brittones oculis orbavere (4). Carolus Calvus poenam mortis remisit Carlomanno, qua damnatus fuerat, solaque eum multatavit oculorum orbitate, ut spatium daret implenda eulmodi poenitentia, que utcumque concilceratissimam ejus vitam expurgare posset (5): Secundum sacrarum legum

decreta pro admissis suis judicio mortis adictum, mittori sententia, ut locum & spatiū penitentiū haberet, & gravitora admittendi locus & spatiū, sicut meditabatur, non daretur, luminibus, acclamazione cunctorum, qui assuerunt, orbari. Hęc Aimoinus, qui & illud significat, ne truncatione quidem ulla corporis mulctandum fuisse, nisi necesse omnino fuisse vel sic prohiberi & preverti seditiones turbulentissimas, quibus ille publicam pacem impetratus videbatur.

X. Uno de Franciæ Regno hactenus verba fecimus. Sed cum ea tunc gens sub Imperio Caroli, & Carolinæ stirpis, præ ceteris Occidentis Provinciis radiaret sideris instar splendidissimi: vix ambigere quisquam potest, nisi valde rudis & hospes, quin Franciæ tunc Occidentis totius disciplina vehementer consentiret. De Italia & Roma uno verbo rem conficiam. Merinit Hiæmarus in Epistolis suis Rescripti, quod Pontifex ad Regem Carolum & ad ipsum misisset, ad dispensandam scelerosissimi hominis poenitentiam, qui Monachum eundemque Presbyterum intercessisset (6): *Pro litteris quas Apostolicus Papa Regi Carolo sibique misserat, pro quodam, qui Monachum atque Presbyterum intersecerat: in quibus litteris tenorem injuncte poenitentia exposuerat, &c.* Cum Archiepiscopus Ravennæ Paulum neei dasi curasset, quanquam fuisse Pauli facinora, nunquam adduci potuit Hadrianus I. Papa, ut eam noxam Archiepiscopo condonaret, quia secundum Canones, non alia quam peccati per poenitentiam mors fuerat decernenda (7). *Nam certe ego animam ejus salvari cupiens, poenitentia eum submitti decreveram.*

In ea quam ad Leonem Isauricum luculentissimam scriptit Epistolam Gregorius III. Papa, hoc interjecit discriminis Pontifices inter & Imperatores, quod hi morte & honorum proscriptionibus in reo saeviant: illi condonata morte, cruci eos Christi & Evangelio astringant, secessibus piis latibilisque includant; poenitentia, jejunii, vigiliis fatigent; peccato mori cogant; per corpus & sanguinem Christi, iustitiae & immortalitati reviviscentis, sibi Denique restituant (8): *Vides Imperator Pontificum & Im-*

X x 2

(1) Ibidem p. 128. Ib. p. 262. Ex Annal. Egin.

(2) Ib. p. 280.

(3) Ibid. p. 308.

(4) Aimoin. L. 5. c. 26. 31.

[5] Ibid. c. 9.

(6) Flodoard. L. 3. c. 25.

(7) Anast. Bib. in vita Madriani

(8) In Anterio Nicene II. Synod. Ep. 2.

*& Imperatorum discriminem.* Si quispiam te offendit, domum ejus publicas, illum & suspendio necas, vel capite truncas, &c. Pontifices non ita, sed ubi peccarit quis, & confessus fuerit, suspendii vel amputationis capitis loco, Evangelium & crucem ejus cervicibus circumponunt, eumque tanquam in carcerem, in secretaria conjiciunt, in Ecclesia Diaconia, & in Catechumena ablegant, ac visceribus eorum jesjunum, oculisque vigilias, & laudationes ejus indicunt. Cumque probe castigaverint, probeque fame affixerint, tum pretiosum illi Domini Corpus impariunt, & sancto illo sanguine portant, & cum illura vas electionis restituunt, ac immunem peccati, sic ad Dominum purum insontemque transmitunt.

XI. Cum eas litteras perscribebat Gregorius, neclum lenitas & clementia sacerdotalis altius penetraverat in Aulas summorum Principum, & in Regnorum leges, regimenque civitatum. Singulare id & proprium fuit decus Imperatoria Caroli Magni prospice, ut Impesii sacerdotalis fundamenta jecerit, illudque propagaverit Occidente toto; pietatis, humanitatis, indulgentiae & religionis legibus inspersis, insinuatisque, in interiorem exterioremque regnum & provinciarum disciplinam. Toto pene Occidente dominatus est Carolus, dominata & eum eo est illa Reipublicæ disciplina ad Ecclesiæ ingenium & mores contempnata. Pervasit & Orientem Caroli admiratio, terror, amorque: pervasit & eudem Ecclesiasticae lenitatis in regnum etiam regimine temperies ac suavitatis quedam.

XII. Unum restat, quod obtemperamus, sed ponderis non exigui. Leges Alemanicae sicarios etiam cognitorum, immo & parricidas, rebus eorum fisco adjudicatis poenitentiaz pubblicæ addicebant (1): *Si quis homo volens occiderit patrem suum, aut patrum, &c. Res ejus infuscetur, &c.* Poenitentiam autem secundum Canones agat. Leges Saxonicae quæ Capitulari Caroli Magni anno 789. continebantur (2), paulo inclemiores erant. Reos non raro capite mulebam. Sed aliunde morti subduebant eos omnes, qui occulte capitalia flagitia cum admisissent, ea Presbytero erant confessi, poenitentiamque expeterant: nec alio quam Presbyteri testimonio opus erat (3): *Si quis vero pro his mortalibus criminibus*

latenter commissis sponte ad Sacerdotem con fugerit, & confessione data, agere poenitentiam voluerit, testimoniū Sacerdotis de morte excusat. De criminibus agebatur idolatriæ, perduellionis, interficti proprii domini, & qui horum tamē clam sibi conscientis est, si voluntaria poenitentia & occulta apud Presbyterum confessione Judices & acculatores præveniat, in judicium deinceps de his non potest vocari: *Testimoniū Sacerdotis de morte excusat.* Mirum prorsus hoc erat præventionis jus, quo Reges Christiani publicam donaverant poenitentiam, in gratiam eorum, qui non semper forsan latuissent, atque ita rigori legum fuccubuisse. Et sane si tot alia supra memorata leges capitali supplicio poenitentiam publicam iustitiebant: quin & is qui se ultra eidem poenitentiaz subjecerat, eidem supplicio eximeretur? Formulis suis intexitus Marculphus (4) concordiam sicarii cum cognatis ejus, qui ab eo interemptus fuit. Pecunia res transfigitur, sed Clerici intervenientes erant: *Sed intervenientes Sacerdotes & magnifici viri nos ad pacis concordiam ob hoc nisi fuerunt revocasse.* Septentrionales haec Gentes ante Christianis, quam Romanis legibus imbutæ fuerant. Ideo & ad Christianos, quam ad Romanos mores magis accedebant. Cum ita vero comparata res esset, non difficile fuit Carolo Magno, his pecuniariis poenis publicam adjungere poenitentiam, ut incurante crimina expiarentur. Ita enim ille in Capitularibus decernit de homicidis voluntariis & de incestuosis (5). Ita Ludovicus Pius allegat ad poenitentiam publicam eum, qui proximos, fratres ipsumque parentem suum peremerit: *Ipse vero ordinante Episcopo publica poenitentia subdatur.* Qui uxore sua interempta alteram duxit, non aliter habetur; *Armis depositis publicam agat poenitentiam.*

Hinc illud existit, Episcopalem jurisdictionem incrementa fecisse longe maxima, eum ad eos ablegarent, eorumque judicio subjecerent, maximorum quorumcunque criminum reos Christiani Imperatores Regesque. Id quoque perspicuum est, hinc manus illud effatum posterioribus saeculis celebratissimum, non posse jam publicos judices inquirere in ea crima, quæ publica poenitentia vel expiata essent, vel expiari coepissent. CA-

(1) Cap. 40. (2) Cap. 3. 4. &c. 8. 9. &c. (3) Ib. c. 14. (4) L. 2. c. 18.  
(5) Capitul. Ann. Secz. c. 32. 33. Capital. Ann. 829. Tit. 3. c. 2-3. Addit. 4. c. 317. 318.

**C A P U T   L X X I I I .   P . 3 . I . 2 . c . 1 6 .**

**De irregularitate Servorum, Curialium,  
publicis ratiociniis obnoxiorum, sub  
Imperio Caroli Magni.**

**I. De irregularitate servorum, varie leges  
Caroli Magni & Ludovici Pii.**

**II. In Ecclesia manumiscebantur, ad Or-  
dines quidem.**

**III. Abiquibus in Ecclesiis non ordinaben-  
tur serui, nisi servi.**

**IV. In aliis Ecclesiis opera data, ut ne  
ordinarentur, nisi Nobiles, hoc est, ingenui  
& liberi homines.**

**V. Imperatores ipsi servos alius evexerant.**

**VI. De Diacono, quem matrona commen-  
dabat ut servum suum.**

**VII. Cœpit tandem relaxari servitus. Cur  
servos suos omnes non statim manumiserit  
Ecclesia?**

**VIII. Adversæ sibi mutuo Justiniani, &  
Leonis Leges.**

**IX. Irregularitas Curialium.**

**X. Et eorum qui administrationum publi-  
carum ratiociniis necdum fuerant absoluti.**

**I. A**D servos jam devolvetur oratio, quorum in Clero, ut & in Mo-  
nasteriis ingentes erant omnino turbæ, teste locupletissimo Carolo ipso Magno, qui Episcopos hortabatur, ea ut essent vita integrata, morumque sanctimonia, ut ad Cle-  
rum suum allicerent adgregarentque, non servilis tantum generis homines, sed &  
ingenuos (1): *Et non solum servilis condicione infantes, sed etiam ingenuorum filios aggredunt, sibiique socient.* Perspicuum est  
Hic verba fieri de puerulis, quos in Semina-  
ria sua Episcopi conjiciebant in spem Cleri. Sed non ex hujusmodi adolescentu-  
lis tantum servis Collegia Clericorum coa-  
lescebant. Ludovicus Pius constitutione  
edita vetuit, ne Episcopi amplius promiscue  
servos & gregatim ad Ordines Ecclesiasticos  
cooptarent (2): *De servorum vero ordina-  
tione, qui passim ad gradus Ecclesiasticos  
indiscrete promovebantur.* Prohibuit autem  
ne quem eorum ordinarent, nisi a domino

prius manumissem: quod & a Concilio Fran-  
cifordiens & Triburensi confirmatum fuit.  
2. Jussit ut abdicarent, & dominis eos re-  
stituerent, qui furtim in Ordines irrepsierant,  
occultata origine & conditione sua: Decre-  
tum est, ut deponatur, & dominus ejus  
cum recipiat. 3. Quorum patres avique  
longinquis in regionibus peregrinabantur,  
unde & ipsis dubium, liberi an servi es-  
sent, hi dominis suis restituendi erant, si  
eos reposcerent, sed ante Ordinibus exuen-  
di. Nec enim poterat servilis conditionis  
vilitas cum sacerdotialium functionum regia  
quadam dignitate sociari: *Quia iuxta sa-  
cros Ordines viles persona manens, Sacerdo-  
tii dignitate fungi non potest.* 4. Haud dubio  
servi Ecclesiæ frequentissime in Clerum ado-  
ptabantur: sed ante altante Clero & Plebe  
libertate donabantur, cum Principes eam  
facultatem donassent Ecclesiis: *In ambo*  
*ipsa auctoritas, coram populo legatur,* &  
*coram Sacerdotibus, vel coram fidelibus lai-  
cis, ante cornu altaris, sicut in nostra au-  
toritate continetur, remota qualibet callidi-  
tate libertatem consequantur, & tunc demun-  
ad gradus Ecclesiasticos promoveantur.* 5.  
Poterant & laici ipsis Ecclesiæ servorum  
aliquem ad Ordines præsentare, sed quos  
ante profecto redimerent, & servitute ab-  
solverent: *Similiter de his agendum, quos*  
*laici de familia Ecclesiarum ad sacros Or-  
dines promovere voluerint.* 6. Episcopi,  
Abbates & Præpositi seu Monasteriorum,  
seu Capitulorum, in potestate habebant  
servorum Ecclesiæ aliquos primum libertatis  
vindicare, tum ad Ordines offerre (3):  
*Sed & de his quos Prepositi Canonicorum*  
*aut Monachorum ordinandos expellerint,*  
*eadem forma servanda est.* 7. Denique si  
homines prorsus ignoti in Monasteria ad-  
mitti se peterent, triennio in ueste laica  
esse cogebantur: interim si reposcerentur,  
reddebarunt dominis; ubi id tempus efflu-  
xerat, tum vero ueste donabantur Mono-  
stica; atque si posterius vindicaret eos do-  
minus, non ipsis quidem, sed quascunque  
intalissent res, ex restituebantur. Quod  
Justiniani & Gregorii Magni decretis cum  
primis consentit.

Quod attigi autem de servis Ecclesiæ,  
quos Laici quandoque ordinari curabant,  
trahi forsitan id posset ad eos Ecclesiæ servos,  
qui

(1) Capitul. L. 2. c. 72. L. 1. c. 23. 57.

(2) Conc. Gal. T. 3. p. 430. &c. Cap. Car. Magni. L. 1. c. 88. Cap. 23. Cap. 25.

(3) Cap. Car. Magni. L. 3. c. 227.

qui uno eodemque tempore ita obligati erant Nobilibus laicis, ut Concilium Meldense anni 845. unum id ab illis anno quolibet exigendum censuerit, ut viginti dierum operas suas conferant ad refaciendas Ecclesiastum ruinas (1): Servi Ecclesiastum quibuscumque potestatis subditi, saltem viginti diebus in anno eidem Ecclesia ad refaciendas ipsius ruinas absque molestia servire sinentur.

Farragini lux inseruit Regino (2) hocce Ludovici Pii Capitulare, addiditque mox chartam libertatis, qua Episcopus, Abbas, vel Ecclesie Rector quilibet servum donabat ad Ordines sacros accipiendo. Dabatur nimis ea libertas ad cornu Altaris, in nobilium virorum praesentia; ut eadem libertate fruerentur, sicut alii cives Romani.

II. Immo ne laici quidem domini nisi in Ecclesia manumittebant, quos ad Clericatum destinabant: ut eorum libertas quasi sacrosancta haberetur, prorsusque immunis & explicata ab omnibus secularibus viaculis (3): Infruendi sunt præterea laici, ut sciant quod nullatenus alio loco manumittere proprios possunt servos, quos Dominicis castris adgregari decreverunt, nisi in sacrosancta Ecclesia ordine supra notato. Quomodo enim Clerici extra Ecclesiastem liberatem consequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt? Et quibus interdictur, ne ad secularis judicium procedant, quomodo seculari iudicio a jugo servitutis absolvuntur? Illi quin etiam servi, quos religionis contemplatione & instinctu pietatis domini absolvebant servitute, in Ecclesia absolvvi debebant, ut dehinc essent sub Ecclesiæ patrocinio: Hi quos quis pro remedio animæ sua emancipare vult, secundum legem mundanam in Ecclesia absolvvi debent, & ejusdem Ecclesiæ patrocinio commendari.

Et hæc probabilis admodum ratio suberat, ut in Ecclesia ipsa celebraretur eorum manumissio servorum, qui Clero inscribendi essent. Reliquo enim vita tempore habebantur liberti Ecclesiæ, ejus ditione & jurisdictioni obnoxii, ejus patrocinio astricti, ejus tuitioni commendati; si denique sine prole vita cederent, hæreditatem eorum adibat Ecclesia. Id ait Regino, scriptum esse in pacto Francorum; id denique in

Ripuariorum Legibus legitur (4): Tens ipse, quam liberi sub tutione Ecclesiæ consibant, & omnem redditum status sui ad Ecclesiæ persolvant, & non alibi nisi ad Ecclesiæ, ubi relaxati sunt, malum teneant: & si absque liberis decesserint, nultum nisi Ecclesiæ relinquant heredem.

Si paulo altius & ab ipsa origine res ista repetatur, erit ut spero opera pretium. Erant enim duo genera manumissionis: altera coram Rege, jactato denario; unde & hujusmodi liberti *Denariales* appellabantur. De iis frequens mentio in Capitularibus. Formulam quoque hujus manumissionis publicavit Marculphus: *Preceptum denariale*; fiebat enim jactante denario (5). Manaverat in usus a *Lege Salica*, ut in alia ejusdem Formula refertur.

Erant & alii ex *Lege Salica* liberti, qui *Carthularii* in iisdem Capitularibus dicuntur (6). Fluebat, ut suspicor ea vox a *Charter* seu *Breviculo Principis*, quo donabantur.

Erat & alia manumittendi ratio secundum *Legem Romanam*, ut habetur in Legibus Ripuaris, qua fiebant Romani Cives (7): Si quis servum suum libertum fecerit, & civem Romanum. Jubent Capitularia, ut manumissiones in Ecclesia fiant (8): *Manumissiones in Ecclesia celebrande sunt*. Et alibi: Qui per chartam in Ecclesia juxta altare dimisi sunt liberi, &c.

Postrema autem manumissio illa ipsa erat, quam constituerat Constantinus, cuiusque celebrandæ potestatem Ecclesiæ concellerat. Ea erat libertas plena ac Romana. Denique ea erat, quam necessariam ducebant, ut in Clerum quis cooptaretur, antequam Salii, Franci, aliisque Boreales gentes in Imperii Romani Provincias irrumperent & exundarent. Ideo & quamquam singulis his gentibus sux essent proprie & peculiares manumittendi leges & consuetudines: omnes tamen confenserunt in eum Ecclesiæ usum, qui pridem in ea inoleverat, ut necessaria ad Clericatum ea esset libertas, qua in Ecclesia ipsa liberti donabantur. In Concilio Triburiensi anni 895. discriminatae sunt hæc libertatis species duæ, vetitumque ordinari, nisi qui plenam esset & perfectam consecuti libertatem (9): Nul-

(1) Can. 62. (2) Regino l. 1. c. 401. 402.

(3) Ibidem c. 401. 404. (4) Ib. c. 405.

(5) Capitul. Baluz. l. 6. c. 17. Marculph. L. 1. c. 22. Append. Marc. c. 24.

(6) Ibid. & Carit. IV. anno 803. c. 8.

(7) Art. 61.

(8) L. 5. c. 32. Et Capit. anni 806.

(9) Can. 19.

Nullum servum Episcopus ordinare præsumat, antequam perfecta datur ingenuitate.

Sed multo manifestior ea res in Concilio & Canone, Gregorianis Decretalibus. inferto. Nomine Toletani Concilii refertur; sed verba ipsa Canonis aperte produnt Symnodum Gallicanam. Ibi enim refertur, Francis convenisse, ut libertatem in Ecclesia consequerentur, qui in Clerum promovendi essent, aut quorum manumissio in pretio apud Deum futura esset (1): Non solum qui ad Clericatus Ordinem promovendi sunt, in Ecclesia manumittendi sunt, verum etiam hi quos quisque pro remedio anima sua emancipari vult, quia sic scripsum est in pacto Francorum.

Decreto suo Ivo hanc Constitutionem inseruit, sed nonnihil interpolatam. Integra autem & sana legitur in prima Collectionum antiquarum Antonii Augustini, sibz eodem Titulo: *De servis non ordinatis*. Ibi & alia perstringitur ejus usus ratio, hic certe non silenda. Nempe dum servus manumittitur, ut Clero societur, eadem ipsa libertatis charta non debere eum cuncte alii quam Ecclesia, quantulacunque in re, mancipari (2): *Quomodo enim Clerici extra sanctam Ecclesiam libertatem consequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt? & quibus interdicuntur ne ad saculare judicium procedant, quomodo facultati servitio a jugo servitutis absolvuntur?*

Idem ipse Ivo chartam hujus libertatis publicavit, ubi dominus & manumissor contestatur, hunc libertum posthac uni Deo & Ecclesiae obnoxium fore (3): *Ante corna Altaris absolvo servum meum, &c. Pergat quo ei canonica auctoritas permittit. Nulli heredium meorum, aut probredum, nec cuiquam persona alii quidquam debeat servitutis, vel libertatis obsequium, nisi soli Deo.*

Ripariae Leges disertis verbis tradunt (4), quoad manumissiones, Ecclesiam Leges Romanas fecutam: *Secundum legem Romanam, qua Ecclesia vivit. Lege Romana utebatur Ecclesia ante Barbaricarum harum Nationum collusionem in Romanas Provincias infusam. Sed & per harum Reges ei semper licuit ea uti.*

III. Amarulente expostulat (5) Crodogangus Episcopus in Regula Canonicorum,

de Episcopis & Abbatibus iis, qui in Congregationes suas aditum patere nolebant nisi servis, quibus imperiosius dominarentur: quos & impune possent stipendiis fraudare: & ibidem ipsem tam pro fitetur, etiam servis Cleri januam pandi debere: *Cum apud Deum non sit personarum acceptio: verum illud omnino præcipi debere, ut & nobiles liberique admittantur: Nullus Praetatorum, seclusis nobilibus, viles tantum in sua Congregatione admittat personas. Concilium Aquifgranense (6) identiter præcepit iisdem omnino verbis. Perspicue hic autem vides, Nobiles eisdem esse atque liberos & ingenuos. Opponuntur enim hic Nobiles servis. Et qui hic Nobiles, hoc ipso capite supra Ingenui dicti sunt.*

IV. Hinc ille perantiquus usus paucarunt Ecclesiarum, ut soli Nobiles, id est, Ingenui admitterentur, exclusis servis. Quod cum & ipsum per se jam subalienum esset ab antiquiori disciplina, quæ servos quoque libertate donatos suscipi jubebant: tum multo alienius lapsu temporis evafit, ubi soli longo avorum stemmate clari admissi sunt. Cui tamen conuentudini alicubi jam robustissimæ potest & inde forsitan aliquid conciliari patrocinii, quod necesse fuerit hoc propugnaculo muniri dignitatem libertatemque nonnullarum Ecclesiarum, quibus pergebant Episcopi nonnisi servos ascribere & ordinare, ut impotentius dominarentur. Idem porro usus etiam tum postea retentus est, ubi non liberi, non ingenui omnes Nobiles dici coepere, sed præcipua quadam nobilitate clari.

Minus autem mirum accidet tanta Episcopos fuisse animi propensione in servos, si perpendamus ipsos Reges atque Imperatores in eundem errorem abreptos, si Thegano fidem habeamus. Inde enim ille scaturiisse auguratur primam malorum labem in Ludovicum Pium, quod jam pene inlevisset & confirmatus esset mos, nonnisi sordidorum natalium homines ad Episcopatus promovendi (7): *Quia jam duum illa pessima consuetudo erat, ut ex vilissimis servis summi Pontifices fierent; & hoc non prohibuit, quod tamen maximum est malum in populo Christiano. Hi nimis Præfules, non minus animo, quam natalibus degeneres, beneficia Ludovici malefi-*

(1) Extra. *De servis non ordin. cap. 1.*  
(3) Ibid. 131.

(6) Et Concilii Aquisgr. c. 119.

(2) Ivo Deer. Part. 6. c. 128. 129. 131.  
(4) Tit. 40. n. 1. (5) Can. 5.  
(7) Du Cheine Tom. 2. p. 279. 282.

leificio penfarunt, audacissimeque in eum postea data occasione insurrexere: Omnes enim Episcopi molesti fuere ei, & maxime hi, quos ex servi conditione honoratos habebat, cum his qui ex Barbaris Nationibus ad hoc fastigium perducti sunt. Eo in numero erat Ebbo Archiepiscopus Remensis, ex originalium servorum stirpe. A Consiliis Ludovico erant id genus plerisque homines, si Thegano fides, qui ne suorum obscuritas natalium probro esset, Nobilium & Ingenuorum prærogativas omnes conculare gestiebant (1): Sed summopere caudendum est, ne amplius fiat, ut servi sint Consiliarii sui: quia si possunt, hoc maxime construunt, ut Nobiles opprimant. Ubi rursum vides, ut Nobiles originariis servis opponantur, utque cum a servis dignitatum fastigia consecutis obtriti aliquandiu fuissent Nobiles, illos tandem & ipsi vicissim ab eminentioribus Collegiis ejecerint.

VI. Nec silentio prætereunda Hincmarii Epistola ad Matronam nobilem, quæ Diaconum repetebat, pridem sibi servitutis nexus obligatum. Respondet vero Hincmarus. 1. Nunquam in grege servorum vere fuisse eum Diaconum, sed colendis agris affixum: Qui colonus Ecclesiasticus, & non alicujus servus fuerat (2). 2. Libertati ab ea ipsa domina sua redditum fuisse ante ordinationem suam: Legaliter liber factus, & canonice ordinatus, &c. Et quomodo ejus recipiens libertatem, Diaconum licenter ordinaverat. Quo rursum liquet, quod animadversum jam supra fuit, varios fuisse servitutis gradus, & unum eundemque & secularibus dominis innexum quandoque fuisse, alic & alio compedium genere. 3. Quanquam is Diaconus vere servus fuisset, tanta post temporis intercapidine, non posse jam repeti, & in servitutem revocari, post Ordinationem, ex Imperialibus Constitutionibus: Offendens quod si servus ipsius fuisset, & tanto tempore post ordinationem suam sine ipsius repetitione mansisset, secundum sacras leges jam in servitum repeti non posset.

VII. Finem hic faciam dicendi de servis, ubi monuero, multum jam ipso tempore remisisse servitutis rigorem. Cum Geraldus Auriliacensis Comes in suos ipsius incidisset colonos, qui ab agris ejus demigrabant, remque suam singuli alportabant

omnem, derelictis colonis suis, durius quandoque se habitos fuisse prætexentes, quamquam per leges revocare eos posset, maluit ut liberi abiarent, & sensim augelcentem etiam in servorum levamentum libertatem experientur. Cum plurimos manumitteret, percunctantibus, ecce non omnes respondit: Eam ipsam donante libertatis licentiam legum imperio cohibitam esse (3): Justum est ut lex mundialis in hoc observetur, & ideo numerum in eadem lege praestitum pretergredi non debere. Non abiurde coniceret quis ea ipsa ratione prohibitam fuisse Ecclesiam, ne & ipsa, immo ne ipsa maxime ante alios, servos omnes suos vinculis his absolveret. Potuit & intentem Praefulibus venire, non minimam patrimonii & censu Ecclesiastici partem esse in mancipiis; dissipari autem non debere patrimonia pauperum. Adde quod & ex Ecclesia servis bene multi in Clerum, & demum ad sacros Ordines arcessabantur; quo fiebat, ut ea statio nec ignobilis esset, & ad salutem sempiternam non paucis fulta esset praesidiis. Cum & ipse Paulus suaserit, ut qui liber fieri posset, servire nihilominus pergeret: quod ea humilitas vanæ mundi libertati jactantiaque eo anteponenda sit, quo tutior est, & ad comparandam Christi sapientiam & caritatem, quæ germana libertas est, accommodatio.

VIII. Revocata est a Leone Imperatore Novella (4) Justiniani, qua intra unius duntaxat anni spatium fas erat domino servum repetrere, qui eo inconsulto Clericus esset ordinatus. Voluit autem Leo, (5) ut semper repetrere posset servus, qui nesciente domino ordinatus esset. Si Monasticam autem induisset vestem initio domino, repetrere posse voluit, etiam post triennium; quod non difficile sit, ut per triennium servus dominum fallat, & suffuretur se ei: quodque vel ipsa servorum fuga argumento sit, nequaque coelesti initia eis ad Clerum & ad Ordines alicui. Id vero totum legibus Justiniani infestum erat; & tanto magis stupendum, quod ne Episcopatum quidem exceptum Leo voluerit. Ex his porro concluditur a Balsamone (6), poste servum a domino reposci, etiam Episcopus esset ordinatus, si eo nesciente est ordinatus: idque posse toto triennio, numerando ab eodem die quo primum relavit:

Colli-

(1) Ib. p. 284.

(2) Flodoard. L. 3. c. 27.

(3) Bibl. Clun. p. 79. 105.

(4) Justinian. Novel. 23. c. 17.

(5) Leon. Nov. 9. 10. 12.

(6) Just. Nov. 5. Balsam. in Nomoc. Phot. Tit. I. c. 36.

**Collige & dic** servos preter voluntatem dominii Clericos, aut etiam Episcopos factos, ad pristinum dominum, quamvis invitatos reverti: dic similiter dominum hos non posse indifferenter revocare, sed intra triennium, posteaquam rem cognoverit, suppudandum. Et paulo inferius: *Domino autem porrigitusque ad triennium ordinisti servi revocationem, eis ex Novella Leonis sapientis & servatur, etiam si est grave libertati propter iustum & equum.* Et tamen Novellæ Leonis nullum certum tempus definiunt domino: Justiniani Novellæ annum unum adsignant Clericis, triennium Monachis, numerandum a die Ordinationis, vel secessonis in Monasterium. Itaque quod hic definitum est a Balsamone, usus magis videri potest tunc receptus, vel privata ejus sententia; quam Imperialium definitio Constitutionum.

IX. Irregularitas Curialium, qui Municipiorum Senatores erant, deluisse videtur, ubi invento novo regimine desiere & illi Magistratus. Argumento esse possunt duæ Leonis Philosophi Novellæ, a quo abrogata sunt Leges antiquæ de Curialibus omnes, quod in recentiori Reipublicæ administratione reliquæ illis locus esset nullus, eorumque jam functiones omnes Principis arbitrio delegarentur (1): *Quæ leges nunc ex eo quod res civiles in alium statum transformata sunt, omniaque ab una Imperatoris sollicitudine atque administratione pendent, sanguinem incassum circa legale solum obseruent, nostro decreto illinc submoventur.* Observat etiam Balsamon in Nomocanonem Photii, leges quæ de Curialibus agebant, in Basilicas relatas non fuisse, in quas non referebantur, nisi quæ etiam tunc vigerent.

Latinis autem mediæ hujus ætatis hominibus, ne comperta quidem satis videtur suille hujus Curialium vocis significatio. Joannes VIII. vetuit, ne Constantinopoli amplius Patriarchæ eligerentur ex laicis, vel ex Curialibus (2): *Nullus de laicis, vel Curialibus.* Eo tum nomine donabantur Aulici, Magistratus, & Senatores Constantinopolitani; & ne in cogitationem quidem cedebat, eo nomine Municipalium urbium Senatores designatos fuisse. Eo sensu Cursialis & Neophytus vocatur Leo in Concilio Romano, sub Pontifice Joanne XII. anno 964. quod illum Otto III. Imperator ad Pontificatum promovisset.

Thomas. Tom. IV.

X. Paucis aboliuntur quod de his restat, qui publicarum administrationum a se gestarum necdum ratiociniis perfundti, necdum fuerant absoluti. Cum Hincmarus Remensis Archiepiscopus Canonicum examen in titulus de Guilleberto Catalaunensi Episcopo electo, compertoque eum in Palatio Regio Descriptorem fuisse Regalium stipendiorum (3): *Quod ministerium in regio obsequio suscepisti, &c. Imbreviator, sive Descriptor stipendiorum regalium, & relator a domino Rege sum constitutus.* Diffidere coepit Hincmarus, ne eo officio minister & procurator Regiæ pecunie fuisset, & ratiociniis innexus, quo alienatus fuisset a sacris Ordinibus. Sed eam ille a se suspicionem amolitus est: *Non fui conductus alienarum rerum, nec turpia lucra, vel exactio, sive tormenta in hominibus exercens, sed descriptor & relator solummodo stipendiorum regalium.* Interrogati sunt Aulici & Palatini, Clerici, Nobiles, ve laici, *Hi qui in Corte degebant, & Clerici, & Nobiles laici: & assensi sunt omnes Clerici, Laicique, nihil in ea defungenda Provincia a Guilleberto commissaria fuisse, quod eum a Sacerdotio alienare posset.* Voluit denique Hincmarus, Regis ipsius testimonio & assensu, exoneratum & absolutum sibi confirmari Guillebertum ab omnibus administratio, que concredita illi fuerat; ut ne posset posthac ea de re ad rationes vocari: *Et porrecte sunt litteræ cum sigillo domni Regis continentæ, quod de omnibus que illi commisit, optime ei rationem reddiderit; & nihil ab eo repetebar, vel nunquam repetere deberet.* Hac ipsa de re tractabitur inferius copiosissime, ubi declarabitur, quam leposita etiam irregularitate, non possit Clericatus sociari cum his quibuscumque nexibus terrenarum administrationum.

#### CAPUT LXXIV. P. 4. l. 2. c. 31.

Irregularitas servorum, ære alieno & ratiociniis publicis innexorum post annum Christi millesimum.

I. De servis Ecclesiæ & eorum manumissionibus.

II. Postrema hac etate caput Ecclesia ser-

V y vitiu-

354 *Vetus & nova Ecclesie Disciplina*

*vitutes funditus abolere, servosque omnes  
vetustissimis absolvere vinculis.*

*III. Superfuere obsequia quedam, tanquam  
antiqua vestigia servitutis.*

*IV. In Decretalibus ipsis reliquia anti-  
quarum servitutum.*

*V. Funditus extincte servitutes.*

*VI. Eis succedunt Jura quedam dominicalia.*

*VII. In Hispania & in Oriente duriores  
servitutes.*

*VIII. De Curialium irregularitate.*

*IX. De irregularitate eris alieni, &  
ratiocinorum. Exempla his contraria sancti  
Thome Cantuariensis Archiepiscopi, & Epi-  
scoporum Sicilie.*

*X. Adversa Sixti V. & Clementis VIII.  
Decreta.*

**I.** *Ex Concilio Papiensi anno 1014. sub  
hoc Benedicto VIII. Papa multos ad-  
huc & numerosos servorum greges Ecclesiis  
superfuisse conitat; eos omnes ad Clerica-  
tum anhelatise, ut voti compotes facti, li-  
beras uxores ducerent, liberosque ex eis  
suscipierent, vere liberos futuros: eo abusu  
Ecclesiis non paucas exhaustas, & ad extre-  
mam adactas inopiam: elaboratum esse ab  
hoc Concilio, ut ejus statuta ab Henrico  
II. Imperatore confirmarentur: iis vero  
statutis lanciri, ut filii omnes servorum Ec-  
clesiae, tum Clericorum, tum laicorum,  
servi ipsi quoque essent, quamquam libera  
& ingenua matre nati essent; denique ne  
quidquam possent unquam nisi Ecclesiæ ac-  
quirere, quamlibet emenitis nominibus abu-  
terentur.*

*Concilium Bituricense anni 1031. ordi-  
nari, aut tonsura donari servos vetuit: Nullus  
servorum, vel Collibertorum Clericus  
fuerit; nisi prius a dominis manumitterentur.  
At ex Epistola Paschalis II. ad Episcopum  
Parisiensem Galonem & ad Clerum ejus,  
longe pulchriora existunt de servis eluci-  
damenta. Servos enim Ecclesiæ invult  
Pontifex famulos appellari: Famuli Eccle-  
sie, qui apud vos servi vulto improptie  
nuncupantur. 2. Quanquam Galli Servos  
adhuc eos appellarent, qui famuli erant Ec-  
clesiae: ex hac tamen Epistola patet, Re-  
gem, Episcopos, Barones unanimi consen-  
tu decrevisse, ut in posterum servi Eccle-  
sie plenissima potestate instruerentur feren-  
di testimonii in judicio adverius ingenuos.*

*3. Idque Statutum suum confirmari volui-  
se hac Pontificis Epistola, qua declaratur  
eiusmodi, ut posterioribus gaudeant privi-  
legiis Ecclesiæ servi, quam secularium (1).  
Neque enim eum est Ecclesiasticam fami-  
liam iisdem conditionibus coerceri, quibus ser-  
vi secularium coerceni: ur. Editum est (2) non  
ita pridem privilegium, quo Carnotensem  
Ecclesiæ donavit Ludovicus VI. ut ejus  
Ecclesiæ servi posset testimonium dicere  
adversus homines liberos, eoque a laicorum  
servis sejungerentur.*

*II. Illud ergo Ecclesiæ primum vindicandum est decus, ut ipsa primum liber-  
tatem coepit universum effundere, & pro-  
mulgare, & servitutis squalorem atque ini-  
juriam ab humano genere excutere, dum  
ipsa primum plerosque servos suos, nec  
paucos Laicorum Ordinatione in libertatem  
asserit; & dum suis potestatē imperit,  
ut in judicii testimonium dicant; quo factum  
est, ut pulcherrima hujus glorie æmulatione  
accenderentur tandem aliquando & Laici,  
quo & ipsi celebrarentur tanquam humanæ  
gentis liberatores. In Concilio Londinensi,  
cui præfuit B. Anselmus, anno 1102. pro-  
scripta est propudiola consuetudo homines  
ceu bruta animalia venundandi (3): Ne quis  
illud nefarium negotium, quo hactenus in  
Anglia solebant homines sicut bruta anima-  
lia venundari, deinceps ultatenus facere pre-  
sumat. Concilium Waterfordense (4) in  
Hibernia anno 1158. libertate donari jussit  
Anglos omnes, qui in Hibernia divenditi,  
emptique fuerant. Liberos enim suos Angli  
vendebant, cum fame & inopia rerum  
premebantur. Ea ergo tum proscripta est  
inhumanitas.*

*III. Sed altiores egerat antiqua servitus  
radices in humana gente, quam ut excidi  
omnino ita posset, ut ne fibra quidem ejus  
ullæ residuae superessent. Ecclesiæ homines  
coepere dici, qui antea servi dicebantur:  
nec poterant alias uxores ducere, quam  
quaeræ in ejusdem essent ditione Ecclesiæ. Vi-  
tuperatus est ab Alexandro III. Abbas san-  
cti Remigii, quod ad alios quam Ecclesiæ  
sue Iudices citasset duos homines sui Mo-  
nasterii, qui uxores alteri dominio obnoxias  
duxissent (5): Homines Monasterii tui trahis  
in causam, quia de alterius dominio uxores  
duxerunt. Cum Hamensis Abbas ad Monas-  
ticam suscepisset professionem hominem Ab-  
batis*

(1) An. 1114.  
(2) Can. 27.

(3) Spicileg. T. 23. pag. 309.

(4) Bodmer. Nov. l. 3.  
(5) Append. l. Ep. 12. 13.

batis Humblariensis cum facultatibus omnibus suis, hujus precibus interpellatus idem Pontifex, Hamensem compulit, ut restitueret, vel componeret: *Hominem cum rebus suis restituas.*

Hi homines igitur ad professionem Monasticam, adeoque ad Ordines irregulares habebantur. Anglia certe Regibus Magnatibusque id persuasiissimum erat. Inscriptum enim erat & hoc caput Consuetudinibus Regiis Henrici II. Regis Angliae, quas ille promulgari pervicit in Conciliabulo Clarendonensi anno 1164. *Fili iustorum non debent ordinari absque consensu domini, de cuius terra nati digneuntur.* Cessit his cum Consuetudinibus Anglia Clerus, cessit, inquam, vi & furori Regio, cessit tum & Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, qui & ignaviam illam postea magna lacrymarum vi & martyrio tandem suo expiavit. Erant in iis Consuetudinibus nonnulla multo atrociora capita, quæ sanguinis impendio propulsari debuere. Nam quoad filios rusticorum injussu domini non ordinandos attinet, hoc tolerari posse censuit Alexander III. Papa, ut habetur in actis beatissimi Martyris Thomæ: *hoc toleravi.*

IV. Quas Gregorius IX. orbi Christiano promulgavit Decretales (1), ex Toletanos ostentant adhuc antiquissimos Canones de Servis, nempe irregularitatem adhuc vi gere declarant, quanquam servi jam pauci, pauca ergastula dicerentur. Altheimensi Concilio jubetur Presbytere sub Conrado Rege Horas Canonicas decantare domino, a quo libertati ea conditione redditus est: alioqui abdicandus est ab Episcopo. Quin & ipsius Ecclesie homines docet Innocentius III. Clericatu insigniri non potuisse, nisi assentiente domino, qui annuere poterat ea lege, ut ad aliam nunquam demigrarent Ecclesiam. Gregorius denique IX. ad Episcopum Neapolitanum rescriptum, ut nobilem quendam virum interpellaret, ne Ordinationi Clerici reniteretur, matre quidem libera nati, sed cuius pater ipsius homo esset: *Patrem ipsius hominem suum esse proponit.*

V. Altum deinceps Jure Canonico silentium de servitute, & de appella ei irregularitate. Quin ex adverso Clemens IV. cum rescisset anno 1266. a Bela Hungariae Rege rejici Episcopum Regni sui, ea de causa, quod origine servus esset; luculenter ad

355  
eum rescriptit, pro nihilo reputanda hæc jam esse discrimina, quæ inter homines alios ab aliis humana commenta est imprudentia, impareisque esse voluit, quos Deus coequaverat: hominum voluntate praescribi non potuisse contra naturam, quæ humanum genus omne libertate donavit: denique quamquam Praesulem illum certo contaret origine servum fuisse, eam ignobilitatem Pontificatus gloria & splendore absorptam devoratamque ita fuisse, ut ne memoria quidem ejus superelle deberet: *Nec ei potest obesse originalis servitus, eis de ipsa constaret, quam dignitas Episcopalis absorbit & elicit.*

In Concilio Londinensi anno 1328. contortum est anathema in eos, qui testamenti executioni intercederent eorum, qui vel terris adhuc quibusdam, vel dominis obnoxii aliqua ex parte erant (2): *Omaes illi, qui adscriptitorum, vel aliorum servilis conditionis testamenta, vel ultimas voluntates quovis modo impedierint, contra consuetudinem Ecclesie Anglicane hactenus approbatam, per excommunicationis sententiam cōpescantur.*

Speculum Saxonum, seu Jus Saxonum, qui in unum Codicem consarcinavit, sui de Servitutibus silentii illam depromit causam, quod ex jam exolevissent, velut ipsius ingenio naturæ insenare, eique nobilitati, qua conditor humanum genos omne illustravit (3): *Secundum rei veritatem servitus per captivitatem injustus, comminationes & injurias initium habet, quam homines propter longi temporis consuetudinem, tanquam juris esset, usurpare cupiunt. Quoad obsequia vero & jura quæ servituti succelfere, ea ibidem affirmatur longe diversissima alia ab aliis exigi, ut collibitum fuit Episcopis, Abbatibus & Abbatissis. Servis, seu hominibus in commune id licebat, ut testari, & hereditates adire possent, dum in domini sui ditione torum fieret: Ministeriales hereditant, & hereditatem accipiunt sicuti libri, &c. Denique cum servi huiusmodi plerisque Slavi essent in Germania, unde & Gallorum vernacula vox, qua servi designant, geniti ab eis filii; Teutones, vel Slavi habebantur, pro matre de qua nascerentur. Quæ eadem omnia observari fas est (4) in Collectione Conluctudinum Magdeburgenium.*

(1) Extrav. De servis non ordinan

(2) Can. 4.

(3) Goldast. Constitut. Imp. pag. 158. 164. 165.

(4) Ib. p. 168.

**VI.** Coacervari hic possent quamplurima documenta (1), quibus liqueret Abbates, Decanos, Episcopos, Comites, Dominos antiquas relaxas servitutes, seu singulis privatim hominibus, seu vicos & conventibus hominum, a quibus non exigebatur *pro patrocinio & defensione*, atque Mundeburdo, nisi census annuus, jus molendini, & coquendi panis, jus in matrimonia, in successiones caducas, jus vindicandi usurpandi agros eorum, qui ipsi injussu domini alias in regiones demigrarent. Dominicalia haec jura ipse quoque Ecclesiae comparabant sibi, vel cum his legibus liberrates condonabant, vel cum ea a facturis dominis in ipsis transfundebantur. Ludovicus X. Galliarum rex quidquid servitutem in Gallia supererat, prorius extinxit eo Edicto, quod publici juris super fecit Lucas Dacherius in Spicilegio.

**VII.** Ita extinctae fuere in Occidente Servitutes. Etenim tyrronica potius ea fuit conspiratio, quam definitio juridica, quando in Aragonia Comitiis Generalibus anno 1381. conquerentibus rusticis quibusdam de vi & savitria quorundam Nobilium, abrupte responsum est, Ea de re actionem non dari: nec Regem ipsum in ejusmodi causas posse inquirere, penes Nobiles esse jus vita necisque in subditos omnes, nec judicio eos nisi summi Numinis subesse, iis quidem in causis. Minus forsitan jam quis mirabitur, si tandem genuerit Hispania sub Maurorum yugo, cum & ipsi Hispani alii alii tam grave servitutis jugum iniecserint. In Orientales Christianos tamen tandem coelestem iram Guibertus Abbas adverit, Barbarorumque in servitutem eos impellisse, ea forsitan de causa, quod infanda immanitate homines divenderent, diltraherentque etiam gentibus procul dissitis. Quod horrore ille ait fuisse Latinis (2): *Faces quoque contra consuetudinem Latinam, marium, feminarumque dignitatis etiam Christiana personas, indifferenter emi, ac se bruta animalia distrahi, & longinas a patria ad crudelitatis argumentum, ut Gentilium sunt mancipia vendendas emitti.*

**VIII.** Ita oblitione obruta est & quasi contumulata tum servitus, tum irregularitas

servituti affixa. Gradum iam facio ad servitatem aliam, hominum judicio minus villem, Clericatu nihilominus infestam, ut quæ plurimum etiam & mentes & voluntates hominum a Deo alienaret. Ea est Curialium irregularitas, & publicæ rei Administrorum. Curialium jam & nomen ipsum obsolevit, quod tota exterior rerum politia antiqua extincta sit. Diximus jam aliqua eorum superfluisse vestigia post annum millesimum, cum Concilii Papiensis sub Benedicto VIII. confirmavit Henricus II. Statuta, ubi servituti huic Curialium addicuntur Clerici, qui uxores contra Canones ductas abjicere detrectarint. Ubi & Justiniani citantur Leges, quæ eam prenam indicunt: *Servata Justiniani Augusti aequitate, Curia civitatis tradatur, cuius est Clericus. Jure etenim manebit miser in Curia, quem Ecclesie regula depositum ejicit ab Ecclesia.*

**IX.** Quæ ex ratiociniis autem publicis emergit irregularitas, ea & fuit & erit semper notissima. Misit Anselmus (3) ad Lafrancum Cantuariensem Archiepiscopum, Officialem are alieno obrutum, & professionis tamen Monastice cupidissimum, ut perlolutis ejus debitis Lafrancus Monasteriorum fores illi aperiret. Cum Canonico Lincolnensi persuaseret Beatus Bernardus, ut pro Hierosolymitana peregrinatione, cui se devoverat, & cui se jam commiserat, apud Claram Vallem iter medicaretur ad caelestem Hierosolymam: ad Episcopum Lincolnensem proximus litteras dedit (4), orans obtestansque, ut debita Canonici ejus exolveret, in idque Præbenda reditus insumeret: *Ne in aliquo fraudator debiri, & prævaricator pacti inveniatur: utque matri ejus condonaret usumfructum ejus domus, quam ipse in fundo Ecclesie contruxerat, & agelluli quem ei legaverat.*

Decretales ipsæ Pontificum (5) ad Clericatum non admittunt administratores, & obligatos ad ratiocinia, nisi post deposita onera, & reddita ratiocinia: quæ ipsam sunt voces perantiqui Concilii Carthaginensis. Servituti enim obligatus est ex hoc eodem Concilio, qui non habet libertatem negotiorum & officiorum. Hæc primum accusatio impensa fuit beatissimo Cantuariensi Archiepiscopo

(1) *Prestes, de l'histoire de Tournus*, pag. 452. Recueil pour l'hist. de Bourgogne p. 45. 57. 58. 404. 428. *Histoire des Comtes de Toul.* pag. 161. 395. Bibl. Clun. Notæ 76. 77. 291. 92. *Spic. t. 12.* p. 385. & seq. *Hist. ill. T. 1.* p. 243. *Spondan.* Ann. 1381. n. 4.

(2) *Gesta Dei per Franc.* L. 1. c. 2.

(3) *L. 1. Ep. 13.*

(4) *Ep. 64.*

(5) *Extrav. De obligat. ad ratioc. c. 12.*

piscopo Thomæ, quod nullas rationes ante ordinationem suam reddidisset redditum tot Episcopatum & Abbatiarum vacantium, quorum administrator & custos erat: Quod cum Cancellarius esset, & haberet vacantes Episcopatus & Abbatis, & multos redditus per annos plurimos in manu sua, nullam super his reddiderit rationem, quam modo Rex ipse requireret exhiberi. Perculius ea criminatione Thomas in Concilio Northamptonensi anno 1164. adhibitis in consilium amicis respondit tandem, ante ordinationem absolutum se a Rege fuisse nexibus omnibus Curia & rationibus administrationis quam gesisset (1): Quae situs est qualiter redderent Cantuariensis Ecclesia. Et responsum est, liberum & absolutum ab omni nexo Curiali. Vides hic qui Curiales dici cœperint extremo hoc anno, quod ab antiqua significatione distabat mirum quantum. Ita habet historia quatuor ex illis Auctoribus contexta, qui Thomæ alumni fuere. Joannes Salisberiensis ab his non discrepat (2): Quis enim neciebat, quod Rex Cancellarium suum ab omni administratione & obligatione librum reddidit ad regimen Cantuariensis Ecclesia?

Ab illustri Thomæ Cantuariensis exemplo & imitacione alienissimi erant Episcopi Siciliæ, quorum eodem prope tempore Petrus Blesensis commemorat, & implicamenta voluntaria in Officiis Aulicis, & probrosa servitutes, in quas sese ipsi dejiciebant, exstenuad ambitionis & fœdissimæ cupiditatis abrupti (3): Quidam per usurpas seculi administrationes se vinculo Curiali obnoxiant, & quasi renuntiaverint suis privilegiis dignitatis, calculum durioris eventus expectant. Nam pro causa hujusmodi hodie in Sicilia mancipati sunt Episcopi quidam carceribus vinculis; nec aliquod expectant ab Ecclesia Romana solatium. Quibus impropperatur a summo Pontifice, ut bibant de salice quem habi temere miscuerunt. Non immerito Pontifex suam illis tutiōnem abnuebat, qui semet ipsi præcipites ultro agerent in Aulicis hujus servitutis vincula.

X. Ad Monasticam Sixtus V. vetuit eos admitti professionem, qui ex alieno demersi, aut solvendo non essent, aut certe inseparabilibus litibus implicandi præsigebantur (4): rescissis illiusmodi professionibus omnibus. Hanc posteriorem clausulam,

qua revocabantur hæ professiones, revocavit Clemens VIII. Ioannis Germonii ea de re Consultationem leges, (5) si voles, in historia Universitatis Parisiensis.

## C A P U T LXXV. P. 4. l. 2. c. 25.

Irregularitates Militum, & eorum omnium, qui vel mutilant, vel occidunt, post annum Christi millesimum.

I. Qui Pontifices exercitus instruxerint ad Ecclesia defensionem?

II. Concilia nihil tamen minus milites paenitentia subjaceret. Exceptio belli justi, & pro Religione suscepit.

III. Quin & paenitentia vice indicabantur expeditiones sacrae adversus Saracenos.

IV. Non idem licet ad privatorum defensionem, quod pro causa Ecclesiæ universalis.

V. Ordines Militares Equitum sacrae militia additorum omnem a bellis sacrissimis eliminant.

VI. Militia justa sociari jam potest cum paenitentium stationibus.

VII. B. Bernardus coniunctionibus suis sacris bellum tubam canit, quin & ipse summus Dux & Imperator sacra militia deligitur. Id muneric ipse quidem abnuit, ut bellum ejus justitiam miracula ab eo patrata declararent.

VIII. De Ordinibus Religiosis Equestris. Eorum militia regule sanctissima. Quantos hec bella sacra emacularint milites Ducesque, & beatae Patriæ inculerint?

IX. Nec fas tamquam fuit Clericis vel pugnare, vel mutilare quenquam, vel occidere etiam in suo moderatam tutelam, prioribus quidem seculis.

X. Clemens V. Papa primus omnium pronuntiavit, nihil incurri irregularitatis, si quis sui tuendi necessitate quempiam occidat.

XI. Ad singularia quadam exempla responderet.

XII. De Clericis, qui agrotos, vel sauciatos curant, vel rem Chirurgicam tractant.

I. Fuerit ante Gregorium VII. Romani Pontifices, qui militaribus expeditiōnibus

(1) Baron. an. 1164. n. 16. 27.

(2) Ep. 186.

(3) L. de inst. Episc.

(4) Fagan. in L. I. Decr. p. 2. p. 342.

(5) Tom. 5. p. 205.

nibus Ecclesie libertates facultatisque tuendas quandoque esse censuerint. Preverant in eam rem Leo IX. aliique anteriores complusculi Pontifices, Pipiri, & Caroli Magni temporibus. Subjicit oculis Baroniū ipse (1) Leonem IX. exercitu succinatum adverius Normannos in Apulia gransantes, & devictum quidem cruentissima pugna, sed a vi toribus ipsis illo apparatu, honore, & triumpho exceptum, quo victores solent. Scriptit ad Leonem Petrus Damiani, (2) ut admoneret longe aliis, & praestantioribus armis olim de adversariis Ecclesie pulcherrimas terulisse victorias Gregorium Magnum, Ambrosium, aliosque seu Pontifices, seu Patres Ecclesiae. Horatus est aliquando Gregorius VII. Episcopos ipsos (3), ut militem armarent, cogarent, incenderent ad ferendas luperias Constantinopolitano Imperatori: voluit ipsumq[ue] armata manu rebellantes Ravennates Praefules cogere ad officium obsequiumque. Sed admirationi non potest non esse illud potissimum hujus Pontificis consilium, quo decreverat exercitum quinquaginta millium hominum jam congregatum ducere ipsem et Constantiopolim, ut Imperatori Graeco aduersus Saracenos opitularetur, Constantopolitanam Ecclesiam Romanam colligeret, inde Hierolymam pergeret, eam Christianis vindicaret partibus, denique ad Armenorum aliarumque Orientis schismatica rum sectarum conversionem arma zelumque invictissimum converteret. Hac ille ad Imperatorem Germania perscripti, quem & invitabat ad Ecclesie Occidentalis abiente se tuiationem. Qui huic Pontifici sufficiunt, sacrorum omnium in Orientem belorum auctores & buccinatores fuere.

II. Eodem tamen ipso tempore, & Pontificatum gerente eodem Gregorio, Concilia Angliae paenitentia subjecere anno 1076. milites Willelmi Regis, ejus qui Normanus Ducum primus Angliam debellavit: in eorum singulos quos occiderant, unius anni definita est paenitentia: triduum pro voluntate sauciandi; quadraginta dies in singulos eorum quos vulnerasset; Clericis vero eidem addictis paenitentia, ac si criminis quopiam maculati fuissent. Concilium ipsum Romanum anno 1078. eam pronuntiavit falsam & simulatam esse paenitentiam, si miles, si mercator, si iis implicatus quis

artibus, quæ sine peccato exerceri vix possunt, illis non ante explicaret subdueceret que se, quam paenitentiam publicam amplectetur. (4) Falsas paenitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicunque miles, vel negotiator, vel alicui officio deitus, quod sine peccato exerceri non potest, si culpis gravioribus irretus ad paenitentiam venire, recognoscatur se veram paenitentiam non posse peragere, nisi arma deponat, ulteriusque non ferat, &c. Verutissima ea est Ecclesiae disciplina: ludibrium merum & inane spectaculum esse paenitentiam, nisi se segreget quis a proximis peccandi occasionibus & illecebris, cuiusmodi sunt artes illæ & professiones, quæ vix, aut ne vix quidem impleri citra peccatum possunt. Sed cum exterior Ecclesiae disciplina non nihil deflexisset, eidem Concilio Canonique inserta est clausula illa, quæ bellis pro Ecclesia & justitia gerendis suffragaretur; Nisi arma deponat, ulteriusque non ferat, nisi consilio religiosorum Episcoporum pro defendenda justitia.

III. Cum facra bella sub Urbano II. ceperint, adeo non iusti sunt Paenitentes arma deponere, ut militia ipsa in paenitentiam infligeretur. Ideo & Meldense Concilium circumspetius jam verba libravit, dixitque fucatam illam esse, vanamque paenitentiam, si qua inimica justitiae bellâ gererentur (5): Falsa paenitentia est, si arma quis contra justitiam gerat. Denudata sunt in Concilio Claromontano rationes variatae in hac parte Ecclesiastice disciplina, & tamen intoncussis, & semper sui similibus Evangelicæ pietatis regulis consentaneæ. Potsunt esse bella iusta, sanctaque. Tot ejus rei argumenta, quot veteris Testamenti paginæ, quot capita. Sanctitas finis, & justitia propositi, quo quisque oculos convertit & cor, armis ipsis & cædibus miram fateor, sed certam tamen innocentiam aspergunt. Tam poterant ergo regulis justitiae & sanctimoniz aptari bella sacra, quæ Saracenis inferebamus, quam quorum olim Israelitis Dux auctorique fuit ipse Deus exercituum. En verba ipsa Canonis Claromontani, quo declaratur fore, ut vim & meritum paenitentie publicæ militia illa obtineat (6): Quicunque pro sola devotione, non pro honoris, vel pecunie adceptione,

ad

(1) Ann. 1053. n. 10. 11.  
(4) Can. 6.

(2) L. 8. Epist. 6. 7.  
(5) Can. 16.

(3) L. 9. Ep. 4. Baro n. an. 1074. n. 49.  
(6) Can. 1.

*ad liberandam Ecclesiam Dei Jerusalēm profectus fuerit, ita illud pro omni poenitentia reputetur.*

Scripsit Paschalis II. Urbani II. successor ad Episcopos, Clericos, Duces exercituum, ipsosque exercitus in Asia (1): *Militia Christiana in Asia triumphantis: ut eos hortaretur ad parendum mandatis Episcopi, qui Apostolica fungebatur legatione. Gelafius II. absolutionem & peccatis omnibus, (2) hoc est indulgentiam veniamque plenissimam impariit iis omnibus, qui in obsidione urbis Caesareae in Hispania occumberent, quam ejectis Mauris Christiani expugnare civitatem moliebantur. Concilium I. Lateranense sub Calisto II. anno 1122. eas indulgentias confirmavit Cuncte signatis in Palæstina & in Hispania (3): Suorum peccatorum remissionem concedimus.*

IV. Non alia poterat quam Ecclesia universalis contemplatio, utilitas, necessitas, salus in extremum adducta discrimen, exarquare ac compensare tot cædes, grassationesque, tot flagitia sceleraque, sine quibus non geruntur bella. Testem fidejussorem idoneum citabo Ivonem Episcopum Carnotensem, in Epistola ad Clerum Plehemque Carnotensem, ut eos abduceret ac deterret & consilio quod inierat, de eo armata manu extrahendo a carcerebus, quo a Vicecomite conjectus fuerat. Demonstrat autem non aliis olim armis (4), quam laetrimis & precibus desertasse Ecclesiam pro Petro educendo a carcere: ideoque nec iam committendum esse, ut incendia, expilationes, cædes adhibeantur, aliaque bellis haerentia mala, ad Episcopum libertati vindicandum (5): *Nola adversum me implore faciat aures Dei pauperum clamoribus & bamentis viduarum. Neque enim decens est, ut qui armis bellicis ad Episcopatum non veni, armis bellicis recuperem; quod non est Pastoris, sed invasoris.*

Ab hoc exemplo non recessisset Hildebertus Genomanensis Episcopus, (6) quandoquidem consulenti Episcopo Carnotensi, de Presbytero, qui irruentem in se prædonem, & certam cædem illaturum lapide percussisset, occidissetque, quem ea de causa ab annis jam septem suspederat a sacris altaris functionibus: respondit, non videri sibi sacerdotio unquam restitui eos posse, qui occiderint, tametsi necessitate salutis

propriæ defendendæ compulsi fecerint: *Non videtur Sacerdotem reum sanguinis oportere deinceps ministrare, quamvis tuenda neceſſitate salutis, homicidium incurrerit. Confitetur tamen, si quid ejusmodi sua in Dioceſe contigisset, reum se ad Pontificem remitterum fuisse: Reum ad Apostolicam misſiem audientiam.*

Illi ergo fateri cogimur, quantumcumque iam & bella & calamitates individue belli comites non recusarent pro causa & incolumente universalis Ecclesia, nec Episcopos tamet, nec Presbyteros fas sibi effeduxisse, vel pro vita, & libertate sua tuenda remittere quidquam de præcis Ecclesiastice lenitatis regulis, & de humanitate eaq[ue] cum Ecclesia Christi nata, alta & adulta est.

V. Enim vero ut poenitentes vidimus expeditionibus militaribus pie & religiose implicatos: ita jam in conspectum se dabunt non Religiœ tantum & Monachi, sed religiose & monasticæ Congregationes, quæ sacræ militiæ & armorum gestationi sint dedicatae. Ita sane patuit minus dissidere a professione Monastica & religiose bellum & crux, quam a Clericatu.

Anno 1118. ex Willemo Tyrio nobiles aliquot Equites in manus Patriarchæ Hierosolymitanæ professi sunt vitam vivere Canonorum Regularium, religiosissima observatione obedientiæ, castitatis, & paupertatis (7): *More Canonorum Regularium in castitate, obedientia, & sine proprio vel le vivere professi sunt. Patriarcha & Episcopi in remissionem peccatorum eis injunxere, ut arma induerent, & circumferrent, ad itinera purganda, tuendosque peregrinos Hierosolymitanos: Ut vias & itinera, maxime ad salutem peregrinorum, contra latronum, & incursantium infidias pro viribus conservarent. Nono post anno Concilium Trecense id institutum confirmavit, Regularisque ei prescripsit, cum ei Concilio interessent cum Legato Pontificio & Episcopis Abbates Cisterciensis, & Pontificis. Confirmarunt & Pontifices illud Equitum Templi institutum. Tanta sane nec minor opus erat auctoritas, quam Pontificum, Conciliorum, Episcoporum, sanctissimorumque Abbatum, atque in primis Bernardi, ut approbaretur nobis institutio Ordinis & Religiœ, ac si dicas Monastici simul*

(1) Epist. r.  
(3) Baron. an. 1695. n. 21.

(2) Epist. 5.

(5) Can. rr.  
(6) Epist. 60.

(4) Epist. 100.  
(7) L. 22. c. 7.

simul & militaris, in ea & ab ea ipsa Ecclesia, quæ Ministros semper suos tantopere a cæde & sanguine abiterruerat. Vix quisquam sibi fortan persuasisset, Religiosam professionem cum militari sociari posse, nisi tantæ autoritatis pondere obruti, fateri cogeremur, nomina mille, mille juvandi artes esse caritati: atque in dies singulos novas depromi lapientiæ machinas, quibus Numinis providentia suam sovet, amplificat & tutatur Ecclesiæ. Ejus Regulæ uolum hoc Caput hic adsero (1): *Sumpfit a nobis exordium genus hoc novum Religionis, ut videlicet Religioni militiam administraretis, & sic Religio per militiam armata procedat, hystem sine culpa feriat.*

Anno 1158. Sancius III. Castellæ Rex Calatravam urhem dono dedit Ordini Cisterciensi, sub auctoritate Abbatis Fiteræ, ab Abbatia Scalæ Dei prognatae, ut eam illi aduersus Saracenos tuerentur. Eam Ordini suo Cisterciensis Abbas consociavit, ejusque Pater immediatus declaratus est Abbas Morimundensis, addita auctoritate visitandi, & corripiendi, immo & exaustanti Magi Magistri, qui locum obtinet Abbas.

Anno 1162. Alphonsus I. Rex Portugaliæ Giro Abbati Tarucensi, quæ filia eit Claravallensis Abbatis, donavit Castrum Avisi, ubi & instituit Militiam sancti Benedicti Aviensis, Equites ejus Ordinis omnes Abbatii Claravallensi obnoxii subiectique sunt.

Alcantare Equitum Ordinem instituit Ferdinandus Legionis & Gallæciorum Rex, confirmavit Alexander III. Papa, confectaque cum Ordine Cisterciensi sub auctoritate Capituli Generalis circa annum 1170.

Montefæ Militiam Equestrem instituit Joannes XXII. anno 1317. orante Jacobo II. Aragonum Rege, subiectaque Ordini Cisterciensi.

Denique idem ipse Pontifex a Portugaliæ Rege exoratus Ordinem Equitum Christi constituit, subiectaque Abbatia cuidam Ordinis Cisterciensis, de propagine Clavarallis. Hæc paucis de Militaribus una, & Religiosis Ordinibus; de quibus paulo fuisse infra, ubi ostensum rursus fuerit, quam ex innovatione hac Ecclesiastice Discipline facililime jam poenitentia & militia conjungi & conglutinari possent.

VI. Concilium Lateranense II. sub Innocentio II. anno 1139. Decreto supra relati Concilii Meiensis sece accommodans, stylum antiquum deflexit, ut novo se huic aptaret utri: cum falsas describeret poenitentias (2): *Falsa fit penitentia, cum penitens ab officio, vel Curiali, vel negotiati non recedit, quod sine peccato agi nullaratione prævalet, &c. aut si arma quis contra justitiam serat. Illud in eo Canone & in eo usu mirabile, quod innocentia propior, & a crimen alienior existimetur militia, quam fori, vel negotiorum & mercium protelio.*

VII. Expeditiones sacras Eugenius III. publicavit (3), iisdemque poenitentiarum remissionibus prosecutus est, quibus praedecessores sui. Harum prece expeditionum & pene vexillifer fuit beatus Bernardus, cuius conciones tot coelitus miraculis & ostentis illustratae sunt, ut novæ huic Ecclesiasticorum Disciplinæ apertissime Deus, vel suffragator accederet, vel dux & incitor præiret. Longe pulcherrima est Annalium Ecclesiasticorum hæc portio (4). Synodus, seu Conventus Carnotensis anno 1146. ubi Crux proposita, expeditio promulgata fuit, ejus bellum Ducebant & sumnum Imperatorem Bernardum ipsum delegit. Id narrat ipsemet Bernardus, non sine stupore, & summa animi alienatione ab eo munere, quod tam immaniter disentiret a se, a Presbytero, ab Abate (5): *Me quasi in Ducebant & Principem militie elegerunt, &c. Quis sum ego ut disponam castrorum acies? Ut egredi ante facies armatorum? Aut quid tam remotum a professione mea? Quam sibi tam videtur, & utilis ea militia, & necessaria, præstantissime edisseruit idem Bernardus in ea, quam ad Spirenses scriptis Epistola, ubi edocet, quam accommodata sint hæc bella, ut servire justitiae, Ecclesiæ, Deo, edoceantur & insuescant homines magno prorsus numero, magnoque animo, & ad armi, ad prælia, ad vim, & cædes, quasi naturæ sponte propensissimi (6): Quid est enim, nisi ex qua sita prorsus & inventibilis soli Deo occasio salvationis, quod homicidas, raptiores, adulteros, perjuros, de servitio suo almonere dignatur Omnipotens, &c. Habet nunc fortis miles, habet vir bellicose, ubi dimicet absque periculo: ubi vincere gloria, & mori lucrum est, &c. Suscipit*

pe

(1) Cap. 51.  
(5) Ep. 236.

(2) Can. 22.  
(6) Ep. 322.

(3) Ep. 1.

(4) Baro.

*pe crucis signum, & omnium pariter, de quibus corde contrito confessionem faceris, indulgentiam obtinebis.*

VIII. Cisterciensibus Monachis hoc ipso anno, dum inter ipsa sui instituti exordia vehementius ferverent, accepta feruntur Ordinum Militarium complurium instituta, ut paulo ante ostendimus. Ingenio, zelo & fervori Bernardi, ut vides satis manifeste, huc consentiebant, qui lumen ipse & insigne decus erat Ordinis Cisterciensis (1). Quinto aut sexto post obitum Bernardi anno, nempe 1158. acta sunt fundamenta Ordinis Equitum Calatravæ, auspiciis & industria Cisterciensium.

Anno 1175. Alexander III. approbat & certis regulis astrinxit Ordinem Equitum sancti Jacobi in Hispania, (2), quibus & conjugii copiam fecit, sed ad extergenda per poenitentiam peccata, militiam sacram indixit illis perpetuam. Erat enim vero horum Equitum continuata & perpetua belli sacri expeditio adversus Saracenos jamdiu Hispaniae incubantes. Eam regulam confirmavit Innocentius III. qua illis imitandos ostendit primigeniaz fideles Ecclesiaz, qui cum religiosissimam vivebant vitam, nec tamen conjugia repudiabant. Quod ad militiam vero pertinet, vide quibus eam Innocentius temperaret documentis, ut pietati concinat, & Christianæ religionis: *Dilectio præcipitur, ut in Saracenos, non humana laudis amore, non desiderio sanguinis effundendi, non terrenarum rerum cupiditate grassentur, sed id tantum in pugna sua intendant, ut vel Christianos ab eorum tueantur incurvi, vel ipsos ad culturam possint Christianæ fidei provocare.*

Qui non oscitantur pervoluntarint commentarios expeditionum sacrarum, maxime vero sancti Ludovici Galliæ Regis, & quæ de his potissimum scripsit Joinvilleus, facillime sibi persuadebunt, non hunc tantum Regem sanctissimum, sed & complures alios Optimates, Nobiles, Militeisque his se se commisisse bellis, animo ad pietatem, ad religionem, ad sanctimoniam compertos, & eo quem desideraverat Innocentius III. quem prescriperat Concilium Claronatum. Pulcherrime Neubrigensis in Historia sua declaravit (3), sacra huc bella auspicatoria multo fuisse & felicia ad cœlestis,

Thomas. Tom. IV.

quam ad terrena Hierosolymæ incrementa gloria: illos omnium ait fortunatissimos fuisse, qui in iis infortunio quopiam, vel morbo oppressi, pœz & salubri qua fungebantur poenitentie immortui essent; cum ex adverso, qui rediere incolumes, in pristinorum flagitorum voraginem sele demerserint.

Scholæ Theologicæ lumen Thomas Aquinas (4) speciali articulo patrocinatus est Militibus Religionibus; ubi approbat pium esse, & virtuti adprime congruum sua non repetere: impium vicissim fore, non repetere aliena bona, nostræ fidei commendata; denique religiosissimum esse, Religionis contumelias & damna ulcisci.

In Hispania tantum non Martyrum honoribus affecti sunt, qui interfecti fuere in oblidione Ulyssiponensi (5), quando a Mauris ea recepta est, & in ejus victoria memoria extorta Ecclesia B. Mariae de Martyribus, unde postea oriundus fuit Bartholomæus ille de Martyribus, Braccharensis Archiepiscopus, fama virtutum & sanctitatis conspicuus, tempore Concilii Tridentini.

Complura apud Gaibertum Abbatem exempla (6) legere est, ubi Pontifices & Episcopi tela signaque militaria non explicabunt, nisi ut justitia, pax, felicitas iis conciliaretur, qui mitterentur sub jugum.

IX. Sed quanquam his bellis se & pœnitentes, & religiosi Equites a pri. tiniis maculis expiarent, coelestique contemperarent patriæ: fas tamen nunquam fuit tacris ministris, a quibus Hla immolatur quotidie victima, quæ sanguinem non alienum, sed suum fudit, huic se inferre militiaz, aut religionis & pietatis adversariorum sanguinem effundere. Concilio Budensi anni 1279. permittuntur tantum hostem propulsare Ecclesiaz, patriæque, urgente necessitate, non adgredi, non congregari (7): *Nec bellicis actibus se implacent vel involvant, nisi forte pro Ecclesiarum suarum & patriæ defensione; non ad impugnandum, vel propagandum, sed ad defensionem tantum, si necessitas eos compellat, & tunc in propriis personis non pugnant.*

Synodus Nemausensis anno 1284. vetuit etiam ne Clerici Chirurgiaz illi vacarent, quæ ferrum ignemque ad novet (8): *Nullus quoque Clericus in sacro Ordine constitutus,*

Z z

ali.

(1) Annal. Cist. Tom. 2. p. 305.

[2] Append. 2. Epist. 20. Regest. 13. Epist. 11.

[3] Neubrig. 1. 3. c. 28. 30.

[4] 2. 2. q. 188. art. 3.

[5] Rain. ann. 1452. n. 12.

(6) Pag. 517. 672. 677.

(7) Can. 7.

[6] Can. 35.

aliquem Chirurgie aream exerceat, que ad scrimen inter laicum, cui vim vi repellenti, & ita occidenti, nihil poenitentia infligitur, & Presbyterum, qui eadem de causa precipitur, quandiu vitam, tandem & poenitentiam protrahere. Abunde hinc patet eo tempore, immo & sequenti, irregulares suis adhuc eiusmodi homicidii autores Presbyteros, dum vim vi repellunt. Nec illud quidem retcire potuimus, quo tempore id Decretum Poenitentiali Romano inscriptum sit, cum id genus libris novis in dies accedant additamenta.

Irregulares pronuntiaverat Alexander III. qui occiderent vel mutilarent eos quibuscum depugnarent, nulla his dispensandi copia Episcopis facta (1): *Si homicidium, vel membrarum diminutio fuerit subsecuta. Cœlestinus III. Presbyterum irregularitate invadatum censuit, quod ut pro illorum temporum consuetudine lis aliqua prælio terminaretur, militem suo loco subrogasset, a quo adversarius neci deditus fuerat. Et hi quidem duo Pontifices alibi edixerunt, nihil irregularitatis illatum fuisse iis duobus Clericis, qui socii & comites eorum fuerant, qui hostes & prædones armata manu propulsabant: sed ideo certe, quod neuter eorum quenquam percussisset (2): Aliquem non percussit. Irregularem Innocentius III. eum judicavit Presbyterum, qui a prædone percussus, ferro vicissim caput ejus percussiferat: propterea quod quenquam vim vi repellere fas sit, in eo ipso tamen is tenendus sit modus, qui a vindicta omnino procul sit (3): Quamvis vim vi repellere omnes leges & omnia jura permittant: quia tamen id fieri debet cum moderamine incubatae tutela, non ad sumendum vindictam, sed ad injuriam propulsandam, &c.*

Paulo dilucidius Poenitentiale Romanum pronuntiarat Presbyterum, qui latronem a quo sibi mors intentabatur, occidisset, ex auctorari non debere: quanquam dum vita superaret, de eo poenitentiam agere deberet (4): *Si sine odii meditatione, re tuaque liberando, hujusmodi diaboli membra interfecisti, secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei, si aliquid jejunare volueris, bonum est tibi, & elemosynam fac largiter: Si Presbyter eadem fecerit, non deponatur; tamen quandiu virit, poenitentiam agat. Ingens rursus ibidem di-*

X. Primus ergo omnium existimari potest Clemens V. irregularitate pothac soluisse eos, qui quenquam occiderent, propriæ salutis tuendæ necessitate (5): *Nullum ex hoc irregularitatem incurrit, qui aliter mortem vitare non valens, suum occidit vel mutilat invasorem. Et in hac ipsa ramen specie Tridentina Synodus dispensationem opus esse declaravit, quanquam eam censuerit recusari non posse (6): Vim vi repellendo, ut quis se a morte defendet &c. Quam ob causam etiam ad sacrorum Ordinum & Altaris ministerium, & beneficia quæcunque ad dignitates, iure quodammodo dispensatio debeatur, &c. Poenitentia quam Poenitentiale Romanum Presbytero infligit, occidenti prædonem, a quo alias occideretur, & ea quam Tridentini Patres necessariam adhuc existimant dispensationem, satis argumenti habet, ut quondam irregularitas his homicidiis inhaessisse intelligatur.*

XI. Hac excepta, reliquæ omnes cædes mutilationesque, etiam in bellis sacris, ex quibus tantum glorie & sanctitatis affuerat Poenitentibus, Religiosis Equitibus, & pene Martyribus, canonicam irregularitatem invehunt, quæ Ordines & sulcipi vetet, & exerceri. Quæ sanctissima videri possit Agni coelestis æmulatio, ne ministeri sui alium quam suum ipsius effundant sanguinem, qui semel fatus, & ipsis, & orbis universo immortalem vitam refudit. Conciluit Pius II. (7) centurarum & irregularitatum omnium obliterationem. Monachis, Presbyteris, Clericis omnibus, qui Portugallæ Regi affuerant, Altaceram obsidenti, anno 1459. in Africa ipsa. Ex quibus inferes, ubi Alexander VI. anno 1501. (8) Episcopo Vilneni in Lithuania concessit, ut in Ecclesiæ & Patriæ defensionem copias mili-

(1) Extrav. De Cleric. pugn. c. 1. 2.

(3) C. Significati, De homicid.

(6) Sess. 14. c. 7.

(2) De Clerico percussore c. 1.

(5) C. Si furiosus. De homicid.

(7) Rainald. n. 8a.

militares contraheret ; non tamen id Episcopis, vel Clericis ullis esse permisum , ut arma induerent ipsi , vel diringerent .

XII. Excidit nobis de re chirurgica por Clericos exercenda superius agentibus , quod hic suppleri satius sit , quam prorius omitti. Anxium non habebat beatum Fulbertum (1) ea sollicitudo & caritas , quæ ægrotos curabat , ne hinc aliqua ei crearetur irregularitas , cum per Epistolas præscribatur , quæ salutifera fore illis augurabatur . Cenitiv quoque Innocentius III. Monachum Presbyteratu gaudentem , chirurgica exercentem , abstineri non debere a facris muniis , et si muliercula , cuius scrophulas curabat , extincta fuisset , quod validiori se vento objecisset , præter ejus vetitum , postquam ulcus ab eo fuerat incisum (2) : Licet Monachus deliquerit alienum officium usurpando , quod sibi minime congruebat : si tamen culpa pietatis , & non cupiditatis id egit , & peritus erat in exercitio Chirurgie , omnemque studuit diligentiam quam debuit adhibere , non est ex eo , quod per culpam mulieris contra consilium ejus accidit , adeo reprobandus , quin posse satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit , ut divina valeat celebrare . Itaque si par adsit dexteritas & diligentia , nihil contrahitur irregularitatis exercendis chirurgicis sectionibus , et si iis abstinere se debeant Clerici .

## C A P U T LXXVI. P.4.4.2.c.26.

Irregularitas Judiciorum criminalium post annum millesimum .

I. II. Sapientis prohibentur in Conciliis Clerici , sicutem maiores , ne presentes sint judicis mortis , nec influent quoquo modo per se , vel per alios : ne denique præsto sine executioni .

III. De iis quos Curia seculari permittit Ecclesia , quanquam panarum ventam fieri depositit .

IV. Decretalis Bonifacii VIII. qua usus hodiernus constitutus , ut Ballivi Episcorum reos morti addicant .

V. Utique Clerici reos Judicibus dimittant , contestati , abhorrente a judicio , & a pena capitis . Quæ ratio & origo hujus nove discipline ?

VI. Frequentes & inulta Clericorum interfectiones eam importarunt discipline imutationem .

VII. Judicio mortis nunquam præsto ad sunt Clerici .

VIII. IX. Superstites quædam reliquie priœ Ecclesiæ clementia , adeoque & Principum Clericis rem grata facere cupientium . An paenitentia publica possit vicem implere extremi & capitalis judicis ?

X. In his Disciplinae innovationes aliquæ observantur .

XI. Grecorum consuetudines .

I. IN Concilio Londinensi anno 1073 innovata sunt Decreta Eliberitani & Toletani Concilii aduersus eos Clericos , qui vel Judices , vel ministri forent judiciorum mortis vel mutilationis : Nullus ex Clero hominem occidendum ; vel membris truncandum judicet , vel judicantibus suæ auctoritatis favorem commoderet . Non ita facile est hæc verba ; Sua auctoritatis favorem commoderet , iis placare & conciliare , quibus aperte irascuntur Episcopis , aliisque præpotentibus Beneficiariis , qui temporali jurisdictioni suæ Ballivos , aliquoque ministros præficiunt exercendæ cum potestate vita & necis . Specialiter enim hoc Canone designantur Episcopi , & Abbates , & secesseretur qui judicat ab eo , qui judicandi potestatem delegat , etiam in causa mortis ; denique utrumque declaratur a Clericatu alienum .

Concilium Londinense anni 1102. a Clericatu summovit Judices sanguinis (3) : Clerici ne sint Judicis sanguinis . Paulo prolixius ejusdem urbis Concilium anno 1175. habitum (4) : His qui in factis Ordinibus constituti sunt judicium sanguinis agitare non licet . Unde prohibemus , ne aut per se membrorum truncationes faciant , aut inferrendas judicent . Quod si quis tale fecerit , concessi Ordinis privetur officio , & loco . Inhibemus etiam sub intermissione anathematis , ne quis sacerdos habeat Vicecomitatum , aut Præpositi secularis officium .

Hinc quidem Clericos tantum maiores hic Canon complectitur , & ea præci rigoris nonnulla remissio est . At cum alias prohibeat Episcopis , ne Vicecomitatus , vel secularares gerant Præposituras , subvereri videtur , ne eo munere adducantur ad judicia mortis , capitaliaque supplicia , auctoritate

Z 2 2 tate

(1) Ep. 62. 113.

(2) Regest. 15. Ep. 159.

(3) Can. 8.

(4) Can. 3.

tate sua aliquando munienda. Non præcipitur eo Canone, ut alios ad id Officiales præficiant & sufficient sibi; sed omnino vetatur, ne Vicecomites sint, quod ei muneri illigatum sit jus & officium capitalium judiciorum.

Strictius etiam aliquanto Concilium Lateranense IV. anno 1215. Nec enim duntaxat prohibuit ne Clerici sententiam mortis dicerent, aut suffragium ferrent: sed etiam ne præsentes essent ejusmodi sententiis, ne diætarent: nec damna & contumelias aliis telis ab illis arceri voluit, quam excommunicationibus & censuris: denique prohibuit, ne qua in bellicas machinas Præfectura induerentur: nec illam unquam Chirurgæ partem exercearent, qua urit, secatque (1): Sententiam sanguinis nullus Clericus dicit aut proferat. Sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exercetur, interfit. Si quis autem hujusmodi occasione statut, Ecclesiæ, aut Ecclesiasticis personis aliquod dispendium præsumpsit inferre, per censuram Ecclesiasticam compescatur. Nec quisquam Clericus litteras scribat, aut dicat, pro vindicta sanguinis destinandas. Unde in Curis Principum hac sollicitudo non Clericis, sed laicis committatur. Nullus quoque Clericus ruptariis, aut ballistariis, aut hujusmodi viris sanguinum preponatur nec illam Chirurgia partem Subdiaconus, Diaconus, vel Sacerdotes exerceant, qua ad unctionem vel incisionem inducit. Cum ea ætate Cancellarii, Notarii, Secretarii que Principum ex Clericis plerumque asecentur, necessaria prorsus cautione prosum est hoc Concilio, ne eorum manus immolandæ coelesti Victimæ quas consecrassent, adhiberentur conscribendis iis chartis, qua mortis nuntiæ & ministræ essent. Quoad aliam cautionem, ne publicis adsint reorum cruciatibus, non ex eo tamen spectaculo pertimescenda ultra est irregularitas: sicut nec ex Chirurgica operatione, si modo abfuerit periculum mortis, vel mors ipsa, & mutilatio.

II. Anno 1222. in Concilio Oxfordensi innovatae sunt hæc prohibitions scribendi, dictandive chartas sanguinis; itemque ne iudicio capitali, ejusve executioni Clerici adsint (2): Aut ubi iudicium sanguinis tractatur aut exerceatur. Sed ibi arctatum est hoc Decretum Lateranensis Concilii ad Beneficiarios, & ad Ordines sacros; addita-

que cautio, ne Officia, vel Dignitates imduantur, quibus functionibus Judicum Capitalium implieantur (3): Clerici Beneficiati, aut in sacris Ordinibus constituti, non sint senescalii, aut Ballivi talium administrationum, nec jurisdictiones exerceant seculares, presertim illas, quibus iudicium sanguinis est annexum. Ea statuta innovatae sunt in Concilio Burdigalenſi (4) anni 1255. & in Londinensi anni 1268. ubi ampliarès est ad Clericos omnes, qui functionibus quoque Advocatorum & Aſſessorum in causis capitalibus interdicuntur. In Concilio Budensi anni 1279. post innovatum Canonem Concilii Lateranensis IV. etiam quoad Chirurgicas sectiones, unctionesque; & prohibitionem ibi disertis verbis factam, ne benedictione & prece ulla perfunderentur instrumenta probationis tunc usitatisima, ad eruendam veritatem, per aquam calidam, aut frigidam, aut per ignitum ferrum: causa subjicitur, nimurum ea, quod si cuius inde forte mors emergat, irregulares sint habendi: Sciens quod si ex hujusmodi mors vel membra mutilatio fuerit subsecuta, irregularitatis laqueum non evades.

Plerique eorum Canonum in hodiernas Decretales conjecti sunt: sed & ibi legitur adhuc exauktoratus ab Innocentio III. Episcopus Albingauensis, quod igniti ferræ probationi præsens affuisset, ubi reus manum adusserat; quodque a Judice sententiam rogatus, responderat, perperam factrum, si reum elabi sineret: denique quod supplicio præsens affuisset (5): Cum his non tantum auctoritatem præstiterit, verum etiam præsentiam exhibuerit corporalem, ipsum indignum altaris ministerio reputamus. Cum igitur Pontificale officium sine altarijs ministerio non valeat adimpleri, &c.

III. Verum ad subtiliorem progredendum nobis est speciem. Idem ipse Innocentius III. Canones illuminans antiquos & Decretum, quo jubetur, ut Clericus falsi Convictus deponatur, & Curia tradatur seculari: Ut verbum illud, quod in antiquis Canonibus, & in nostro decreto contra falsarios edito continetur, videlicet ut Clericus per Ecclesiasticum Judicem degradatus, seculari tradatur Curia puniendus: statuit mox ibidem, ut efficacissime pro eo intercedat Ecclesia apud Judices seculares, ne quam mortis sententiam pro-

(1) Can. 18.

(2) Can. 7.

(3) Can. 10.

[4] Can. 6. 7.

[5] L. 3. Tit. 50.

proferant (1): *Pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere, ut circa mortis periculum circa eum sententia moderetur.*

Cum haec Ecclesia interventio frustretur ut plurimum, addubitari possit, an ea definitio satis consentiat doctrinæ & disciplinæ priscorum Ecclesiae seculorum, quando non raro extorquebantur Ministris cruentis rei, nec Judici unquam restituebantur, qui in Ecclesiis confugerant, nisi de vita latem condonanda impetratus esset eorum assensus. Ideo & fatetur hic Pontifex, non unam Antecessoribus suis omnibus sententiam plausisse: *Cum quidam Antecessorum nostrorum super hoc consulti diversa responderint. Atque idem ipse ad Episcopum Parisiensem scriptis, ut pénitentia & perpetuo carcere animadverteret in falsarium, quem mandato suo comprehendit fecisset: Pro illo falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, ut in perpetuum carcerem ad agendam pénitentiam ipsum includas.* Hec denique efficax interventio, nomine tenuis efficax erit, nisi judicibus blandiatur, vel expugnet poklicationem non auferendæ vita.

Scriptit quidem rursus idem Pontifex ad Episcopum Slevicensem (2), potuisse ab eo implorari Regiæ potestatis opem, quo Decimas solvere adigerentur, cum Censu-ræ Ecclesiæ nihil promovissent: genique si quos ea de causa Rex capite plecteret, eorum foret duritia, & malitia imputandum. Verum longa erat hujus speciei distantia. Poterant enim rustici Decimas persolvere, atque ita a Regiæ vindictæ laqueis fese explicare. Necdum conjuratum ab illis erat, cum tuitionem Regiam interpellavit Episcopus. Denique non ipse eos Episcopus Judici tradit: & vel a Judice comprehensi, possunt parere legi, & supplicio eximi.

IV. Utrumque hunc scrupulum exemit Bonifacius VIII. Ecclesiasticamque Disciplinam eo perduxit, quo nunc redacta est: tum circa Ballivos, aliosque Judices a Prelatis Ecclesiasticis delegatos, & a quibus persæpe mortis pœnæ decernuntur; tum circa Clericos quoslibet, qui apud Judices seculares conqueruntur de iis criminibus hominum sibi infensorum, quæ capitalia quidem ipsa sunt, sed in qua contestentur ipsi nolle se, ut rigor legum distingatur. Promo ipsa verba Decreti Bonifacii, cuius

si verba singula accurate penitentur, facile intelligetur, quantum discedat hoc Decretis ab aliis aliorum Pontificum supra relatis (3): *Episcopus sive quicunque alias Prelatus vel Clericus jurisdictionem obtinens temporalem, si homicidio, vel alio maleficio commisso, Ballivo suo, vel alii cuicunque injungat, ut super hoc veritatem inquirens, justitia debitum exequatur: irregularis censeri non debet, quamvis ipse Ballivus, vel alius contra malefactores ad pœnam sanguinis processerit, justitia mediante. Nam licet Clericis causas sanguinis agitare non liceat, eas tamen cum jurisdictionem obtinent temporalem, debent & possunt, metu irregulatatis cessante, alias delegare.*

Haud equidem dubito, quia hic jam recentior vigeret usus, cum hoc decretum Bonifacius promulgabat. Verum nequedum ita obsoleverat memoria prioris coniunctudinis Ecclesiastice, ut non aliquo augerentur scrupulo, cum ab ea deviare se sentirent. Canonici antiquis regulis abunde obsequi se putabant, eo quod Vicecomites & Ballivi dominorum temporalium esse recusarent, ad eorum jurisdictionem exercendam: at propriam ipsi jurisdictionem exercebant suis Beneficiis innexam, sin minus per se, saltem per substitutos sibi Dominos, vel Ballivos. Hic enim vero non improbabiliter creditur sua ipsos pupilli conscientia, & intus personasse. Si non possent ad exercendam jurisdictionem cruentam ab aliis delegari, tam non posse etiam alios delegare: si Ministri esse non poterant, multo minus autores esse primarios delegatae jurisdictionis ad fundendum sanguinem. Denique cum vel primoribus fere seculis Episcopi Ducuni Comitumque dignitates & mania essent adepti, cum temporali jurisdictione, nunquam tamen eos illam, sive per se, sive per alios ad cruentas executiones adhibuisse: cum familiare tunc usque adeo esset, capitalia crimina publicis pœnitentiis expiari, & impunitatem reorum morti additorum a Judicibus publicis, vel impetrari, vel extorqueri. Vilium est forsitan Bonifacio, ea utilitate & dignitate, quæ ad Ecclesiam redundabat ex temporali dominio, compensari posse eam disciplinæ remissoris labeculam. Itaque palam permisit, quod jam prohiberi non poterat nisi difficultime: cum jam non fere posset Ecclesia

(1) C. Novim. de verbor. signif.

[2] C. Postulati, De homicidio. Regest. 16. Ep. 26.

(3) Sexti l. 3. Tit. 24. c. 3.

Eclesia antiquam retinere manuetudinem suam, nisi omnium prolsus flagitorum impunitatem tandem invehheret, ex qua quantum periculi Reipublicæ Christianæ immineret, quorsum attinet dicere, cum res ipsa vociferetur?

Illud enim sedulo observandum venit, paulo ante tempora Bonifacii, jurisdictiones temporales, & altas ut vocant iusticias, perpetuas esse cœpisse, & hereditarias, cum antea ad tempus tantum delegarentur. Adde & illud Tilletii (1), anno 1287. a Rege Philippo Pulchro constitutum esse, ut Prælati ipsi, quibus temporales aliquæ essent jurisdictiones, jam non possent eas nisi per laicos Præpositos Ballivisque exercere. Ante ergo Clericis hæ preposituræ, vel Ballivatus demandabantur. Unde nec ex his unquam Tribunalibus stilla sanguinis ulla manabat. Sed senescebat humanum genus, ingravescebat improbitas, nec jam tam calce disciplinæ & tam lenis patiens erat.

V. Novitas altera disciplinæ, cui favorem & vim addidit Bonifacius VIII. Clericos spectat, qui noxios insimulant capitulum flagitorum, subducuntque se irregulariti, una illa obnuntiatione, quod poena sanguinis eos affici nolint (2): Protestando expresse; quod ad pœnam sanguinis non intendunt. Rationem vero eam prætendit Pontifex certe gravissimam, quod alioqui Clerici passim cæderentur, compilarentur: Daretur plerique materia trucidandi eosdem, & ipsorum bonum libere deprendandi. De his sollicita minus fuerat antiquior Ecclesia: sed tempore Bonifacii ad eum furoris, & insolentiaz cumulum evaserat nequitia scelestorum hominum adversus Clericos, Clericorumque res, ut ea in re quidem veterem immutari disciplinam, exasperari manuetudinem Ecclesiaz necesse fuerit, ut consultum esset saluti Clericorum temporali, & æternæ hujusmodi grassatorum.

Narrat Petrus Damiani (3), ut impiis qui Martyrum sanguine manus suas cruentaverant, Rex Christianis imbutus institutis vitam condonaverit; utque catenæ ipsæ, quibus eos constrinxerat tantum, ab ipsa Martyrum sepulcro divina quadam vi obtrixæ fuerint. Edidit tamen idem ipse Petrus tractatum de eo arguento, ut Christianos Principes temporales ad ulciscenda

impiorum facinora incenderet hoc solemni constituto discrimine inter Magistratum temporalem & Ecclesiasticum (4): Non omnia membra Ecclesie uno funguntur officio, aliud nomine Sacerdoti, aliud competit Judici, &c. Aliud gladius Principis, aliud insula Sacerdotis.

VI. Corripuit gravissime Hildebertus Presbyterum, qui torqueri jussérat eum qui furti suspectus esset: admonuitque Sacerdotum esse, non reos plectere, sed suis eos precibus relevare (5): Neque enim carnifex es, sed sacrificex, pro reis quidem, sed non reos immolare constitutus. Sed plus fatis contidebant scelesti huic Clericorum clementiaz. Usque ad annum 1176. in Anglia, qui vulnere gravi, vel morte effecilient Episcopos, Presbyteros, Clericosque, non alia afficiebantur pœna, quam ut Romanum pergerent, a Pontifice absolvendi ab excommunicatione, qua innxi essent; quod & facile conseqüebantur. Hoc eodem anno Cantuarieensis Episcopus Richardus litteras ad Episcopos Angliæ dedit, quo ea consuetudo expungeretur. Pauca hic delibo ex iis litteris (6): Si quis Sacerdotem, sive Clericum, minoris aut majoris status occiderit, sola excommunicatione contenta Ecclesia, materialis gladii opem non requirit, &c. Perro Clerici vel Episcopi occidores Romanos mittuntur, euntesque in deliciis, cum plenitudine Apostolica gratie, & majori delinquendi audacia revertuntur. Servata fuerat integra Pontifici ejus facinoris & illigata ei excommunicationis absolutio, ut Romana hæc peregrinatio penitentiaz canonice loco infligeretur, laicorumque immanitatem retardaret. Sed postquam ipso usu tria fuit & facilis Romana peregrinatio; & ludus jam magis, quam labor, alia tentanda fuere remedia. Auctores fuerant Episcopi, ut ea excommunicatione Pontifici absolvenda reservaretur, utque Romanum omnino pergendum esset. Ubi ea re parum profici jam compertum fuit, illi ipsi Episcopi efficacius commentati sunt remedium, ut ad gladium Principis recurreretur: Duo sunt gladii, quæ munum a se mendicant auxilium, atque ad invicem sibi vires impertiuntur alternas: Sacerdotium Regibus, & Sacerdotibus Regnum. Gregorii Papæ, Nicolai item I. & Concilii Carthaginensis

III.

(1) Du Tillet T. 2. p. 34.

(3) In vita S. Romualdi c. 28.

(5) Ep. 30.

(2) Sexti l. 5. Tit. 4. c. 2.

(4) Opusc. 57.

(6) Spicil. to. 8. p. 472. An. Cist. t. 3. p. 30.

**VIL** auctoritate nisi se jactabat Archiepiscopus Cantuariensis. Ex iis que haec tenus disputata sunt a nobis, non facile adducatur quisquam, ut in ea fuisse credit vel Gregorium, vel Nicolaum sententia, vel Patres olim Africanos. Sed ne id quidem necesse est. Sufficit enim, ut eo jam novo opus esset medicamento, ad novas Ecclesiasticae disciplinæ aegritudines abigendas.

**VII.** Illud constancissime observatum est extrema hac ætate, ut ne Prælati, vel Clerici capitalibus unquam judicii interest (1). Quando sub Carolo VII. Galliae Rege instauratum est judicium Duci Alenconii, Joannes Juvenalis Ursinius Archiepiscopus Remensis, qui præfens aderat cum aliis Paribus Ecclesiasticis, a Rege impetravit, ut inde ipsi secederent cum Magistris Libellorum supplicum, Episcopo Parisiensi, & Abbe de Sancti Dionysii, cum primum sententiæ rogarentur in causa capitali; præfati & contestati tamen, ut indulgentia rigori juris anteponeretur: quibus Prælatorum precibus Rex ipse in eam indulgentiam assensus est, postquam reus Judicium sententia morti addictus fuit. Episcopi Pares, & Consiliarii Clerici discesserunt etiam, cum anno 1523. in Borbonium Comitem Stabuli capitale judicium institutum est.

**VIII.** Juvabit & illud hic monuisse, quam varias Ecclesiasticae disciplinæ vicissitudines temporum lapsus & importunitas invexerit, ut remitti necesse tandem fuerit permultum de avita & primigenia lenitate fulgurasse tamen subinde aliqua vetustissimæ clementiæ lenitatem & exempla. Oblervatum est ab historiæ Scoticæ Scriptoribus (2) ad annum 1402. celuisse miracula & ostenta ecclæstia ad tumulum Davidis Principis, ex quo Jacobus germanus ejus Scoticæ Rex ultorem gladium in eos exeruit, qui eum inedia necaverant in carcere, quo eum Robertus Rex & pater conjecerat, ut lascivientis juventæ ferocitatem comprimeret.

Faterur Covarruvias Hoftientem aliosque Canonistas existimasse, pœnitentia publica ita extingui abolérique crimen, ut ne Judices quidem publici de eo jam cognoscere possent. His recentioribus Canonum interpres, antiquioris sub Imperio maxime

Caroli Magni disciplinæ aliquid interluxerat: tum enim pleraque capitalia crimina pœnitentia publicæ actione revera dispegebantur, ut jam in ea Regii Judices inquirere non possent. Quanquam autem Hoftienti repugnet Covarruvias, in eandem tamen videtur tandem ipsem reflechi sententiam, quantum ad eos qui perpetue mancipantur pœnitentia (3): Posset profecto opinio Hoftiensis & Imola procedere in eo qui damnatus est ad perpetuam pœnitentiam, nam hic sensetur constitutus sub Ecclesiæ protectione. Dubito tamen, an id admissum sint Judices seculares.

In postremis Editionibus Conciliorum Generalium, obvias sedant Constitutiones variæ Regum Anglorum (4), antequam eam Insulam Duces Neustræ suæ ditioni subjicerent. Crimina ibi omnia castigantur Ecclesiastica vere lenitate. Matthæus Paris de Conventu Clarendunensi agens anno 1164. eam fuisse testificatur Regis mentem, ut Clericus facinoris convictus, ab Episcopo primum deponeretur, tum sacerdali permitteretur Judici: at contra Cantuariensem Archiepiscopum Thomam contestatum esse, ubi Clericus ab Episcopo gradu & Ordine suo ejectus esset, jam in eum nihil sibi juris vindicare posse Judices Regios, ne unum idemque scelus dupli poena afficeretur: Decretit Rex, ut Clericos, quos in publico flagitio Episcopi invenirent abnoxios, presente Regis Justitiario exauktorarent, & post Curia Regis traducerent puniendos. Archiepiscopus in contrarium sentiebat, ut quos exauktorarent Episcopi, a manu laicali postmodum non punirentur, quia bis in idipsum punire viderentur.

Cum eo loco Clericis esset depositio, quos Laicis pœnitentia publica, non abs contendebat Thomas Clericum ea poena & ignominia defunctum jam non posse apud sacerduli Judicem conveniri, ne bis in idipsum vindicaretur. Paulo ante Thomas in Monasterium compegerat Presbyterum homicidii convictum, nec adduci potuerat, ut Judicibus publicis illum permitteret (5). Solis etiam Ecclesiasticis censuris ultus erat Canonicum pluribus flagitiis infamatum. Ei clementiæ Rex vehementissime infestus erat. At si fuerant antiqui complures Canones,

ad

(1) Alain. Chartier. Vie de Charl. VII. p. 304. & seqq. Procez du Duc d'Alençon. p. 423. Procez du Comte de Bourbon. p. 453.

(2) Spond. an. 1402. n. 4.

(4) Conc. Gen. T. 9. p. 791. 795. 921. & seqq. 1023.

(3) Covarruv. Var. Refol. L. 2. c. 10. De accus. iter. n. 13.

(5) Baron. an. 1163. n. 19.

ad lenitatem temperati. Concilium Lambethanum anni 1261. praecepit Episcopis, ut carceres haberent, ilisque in reliquum vitæ tempus coarctarent Clericos, ejus sceleris convictos, quod Laici morte luerent: *Talis Clericus perpetuo carceri addicatur.* Decreverat S. Ludovicus Rex Gallie cruentas qualdam in eos poenas, qui Dei nomen venerandum blasphemis vocibus incellererent. Addocuit nos doctissimus usquequaque vir Canzius in suis ad ejus vitam Commentationibus, anno 1268. litteris Clementis Papæ IV. & hortamentis abductum a priori sententia sua sanctissimum Regem, illa abrogasse supplicia, & alia constituisse, *citra membris mutilationem, aut mortem.* Simon Archiepiscopus Cantuariensis anno 1351. Constitutionem edidit synodalem, ad exaggerandas corporeas macerationes jejuniaque Clericorum, atrocissimorum criminum ergo in Episcopales carceres conjectorum; & qui extrahi inde non possunt citra labem concordia Sacerdotii & Regni.

In Concilio Provinciali Hafniensi anno 1425. narrat Isaacus Pontanus statutum fuisse, ut homicidæ ab Ecclesia abscondentes in toto tempore penitentia publicæ, cui addecebantur, eidem postea restituendi. Addit hic Scriptor (1), posterioribus sæculis visum esse homicidas morte plecti debere. Acta hujus Concilii fidem faciunt, homicidas, ut Ecclesiæ sibi valvæ patetierent, muniendo fuisse Parochi sui testimonio, quo significaretur eorum penitentiam sinceram & sine fuko fuisse peractam jam ex parte saltem.

Leges Polonicae ad annos 1368. & 1496. atrocissimis quibusque homicidiis non indicunt nisi pecuniarias poenas (2), carcerera unius anni & sex insuper hebdomadarum. Anno 1510. Sigismundus Rex Poloniae statuit præverte, in posterum ne tam crebra homicidia Poloniæ cruentarent: itaque poenas homicidarum exaggeravit, nec tamen ultra carcerem strictiorem progressus est, sanguine prorsus abstinuit. Et ne ea quidem lex austerior valde religiose observari potuit. Innovanda ergo rursum fuit annis 1523. & 1538. Sed ne tum quidem illi obtemperatum est. Itaque anno 1539. præscæ leges aliquanto leniores in usum revocatae sunt. Fateor anno 1532. editam a Sigismundo Rege legem, qua morte damnaba-

tur plebejus & rusticus, qui Nobilem occidisset, cum ullam causam vel occasionem se invadendi Nobilis dederit.

Auctor est Saxo Grammaticus (3) in Dania atrocissima quæque crimina solis ipsius pecuniariis expiata tuisse, & fustuario. Cum Rex ipse violentissima animi conturbatione abreptus, & sui tum impos, militem occidisset, regio se dejecit folio, cum primum furor ille defedit, & a Militiæ summis Ducibus voluit de suo facinore judicium institui, & poenam decerni. Cumque profirentur omnes ipsum suimet judicem unum esse posse, ea se ipse emenda pecuniaria secundum leges mulctavit, quæ & errori suo & dignitati responderet.

Cum Germaniæ Clero Cardinalis Campadius Pontificius Legatus leges conderet anno 1525. illud quoque fancivit (4), ut Episcopus reos incorrigibiles acerbissime pleberet, aut judici eo dimittendo seculari, ut in Sexto habetur, vel perpetuo carceri addicendo. Habes hic ergo iam quibus gradibus & quam lentis ab antiqua humanitate ad presentem deuentum sit legum in clementiam, uno semper Antistitutum vigente irrevocabili proposito, prævertendi sistendique torrentem iniquitatis, quo volvitur & inquinatur sæculum, impensa nunc indulgentia, nunc austertate, ad cujusque sæculi patientiam, & pia æmulatione omnipotenti ejus sapientiæ, quæ utrumque Testamentum dispensavit tam opportune, alterum rigore & poenis horridum, alterum mansuetudine plurima conditum.

IX. Cum ad Alexandrum III. Papam prescriberet Clerus Anglicanus in defensionem Angliae Regis, cuius zelus æstuaret ad neci vicissim dandos Clericos homicidas, quos Archiepiscopus Thomas pertinebat penitentia tantum subjici debere laboribus: illud omnino præ se tulit, utriusque partibus, utrique sententia suas deberi laudes; sed dissimulare tamen non potuit, quin ea quidem in re Angliae Episcopi omnes Thomæ Archiepiscopo assentirentur, quinimmo ea in re non aliis quam Ecclesiæ legibus assentirentur (5): *Qua in re parisiis utrius zelus innoruit, Episcoporum in hoc stante judicio, ut homicidium, & si quid hujusmodi est, sola exauditione puniretur in Clero, &c. Clero itaque statuto cœlitus ordini deferente, &c. Anno 1205. Baroness Nor-*

(1) Rerum Danicar. l. 9.  
(3) Lib. 10.

(2) Statuta Polon. p. 194. 195. 196. 197. 544.  
(4) Cap. 24.

(5) Baron. an. 1167. n. 43.

Normannie unanimi assensu confirmavere (1), sub prioribus eum Regibus obtinuisse usum, ut Clerici de furto & homicidio comperti, exauctoarentur primum, mox exulare cogerentur, nec redire possent nisi annuente Rege: at vero si in eadem se rursus demergerent facinora, eodem quo Laici suppicio mactarentur.

Uspurgensis Abbatis historiaz continuator ad Clementem IV. Papam accessisse tradit pénitentiaz flagitandæ causa, eum qui infando parricidio Albertam Imperatorem interfecerat; ab eo vero remissum esse ad novum Imperatorem Henricum VII. qui illum perpetuæ addixit pénitentiaz & Monasticæ professioni, quod & ab illo prætum est: *Venit ad Henricum VII. a quo jubetur Monachus fieri, perpetuo parvitere.* Quod communicato cum Pontifice ab Imperatore consilio factum esse, non temere conjicitur.

Narrat Cæsarius (2) incidisse aliquando Bernardum in latronem, qui ad patibulum pertrahebatur; illum vinculis a Bernardo absolutum, & ad Claravallense Monasterium abductum, ubi & Monasticis illum vestibus institutisque mancipavit; cum ante Theobaldo Campania Comiti declarasset, eam cui nefarius homo altringebatur pénitentiam publicam, crux esse, illa & diuturniorem, cui subducebatur, & acerbiorum. Atque & idem Scriptor exempla congerit eorum, qui a Judicibus capitali sententia asticti, & interventioni Abbatum Cisterciensium donati, eam Religionem profitebantur, ut sese diuturnioris cuiusdam pénitentiaz cruciatibus Deo mactarent: *Frequenter huic similia audivi, scilicet ut homines flagitosi, pro suis criminibus variis suppliciis deputati, beneficio Ordinis sunt liberati.*

Anno 1394. cum Pontificium Legatum Parisis ageret Cardinalis a Luna, qui Praepositum Mercatorum falso testimonio suo oppræserant, a Parocho suo, cui confessi fuerant, remissi sunt ad Pénitentiarium, a Pénitentiario ad Episcopum, ab Episcopo ad Legatum; sceleris enormitate exterritis iis omnibus, Legatus pénitentiam illis indixit, criminis veniam fecit, jussisse ut ad Praepositi pedes se abjicerent, a quo tum non ægre veniam consecuti sunt.

*Thomas. Tom. IV.*

Ita refert Joannes Juvenalis Ursinus Archiepiscopus Rementius (3) in historia Caroli VI. Regis.

X. Plus satis, ut spero, jam hæc erunt, ut diffata omni dubitatione, jam assentiantur omnes, plurima ad nostram usque hanc ætatem superfluisse vestigia & monumenta, quibus eluceat quam constanter prioribus scacculis abhoruerint semper Synodi, Episcopi, Clerici omnes a cruentis quibusque suppliciis. Eo enim tandem redit tota illa legum diversitas, Canonumque & exemplorum, ubi Laici qui vitam aut membra cuiquam ademerint, irregulares habentur ad Clericatum: Clerici ipsi ad Ordines vel suscipiendos, vel exercendos jam anhelare non possunt: Clerus pro virili sua parte connitur, pœnæ ut omnes capitales in pénitentias publicas emolliantur; molestissime fert, si Clerici quoruncunque scelerum infamia obliti, convictique, aliis quam canonice pœnis subjiciantur; vix tandem & ægre cedit legibus, ut gradu suo ejectos Clericos scelerosos, Judici sæculari permittat puniendos.

Ea autem Ecclesiæ disciplina manat priuado quidem ex inexhausto quodam humanitatis, lenitatis, patientiaz & caritatis fonte, qui proprius est Christiani Sacerdotii genus, & cuius non semel editum a Christo ipso sit specimen ejusmodi, cui se coaptare merito studeant perfecti ejus simulatores. Secundo rursus ex zelo & ardore quodam vehementissimo nökiorum animas solvendæ a crimine priusquam e vita, & æternis magis quam temporalibus pœnis præripiendi; cuius rei spes haud sane satis firma allucebat, ubi patrato crimine, mox vita eximebantur.

Hinc ansam arripiam conjiciendæ in caput sequens ejus dissertationis: Qui se Ecclesia habuerit in reos a publico Judice morti jam addictos, & quæ vices fuerint, hac maxime Ecclesiæ ætate, administrandorum illis coelestium Sacramentorum. Finitimum utique est & conjunctissimum id argumentum iis quæ multis jam capitibus exequimur & extricamus.

XI. Finem hic faciam dicendi, ubi monero Græcos non aliis fere moribus usos esse. Erant tamen inter eos opiniones, & opinionum dissidia. Autōr est enim Theophanes (4), Michaelem Europalatem Im-

A a a

pe-

(1) Du Chesne Hist. Nor. p. 106.

(2) Ann. Cist. T. 1. p. 406. Bibl. Cist. T. 1. d. 2. c. 15. & T. 2. d. 2. c. 32.

(3) Pag. 104.

(4) Chronog. p. 419.

peratorem, qui anno 8<sup>er</sup>. Imperium auspicatus est, hæreticos quoldam morte damnasse, suadente Patriarcha Nicephoro. Erant porro illi secta Manichæi. Potesta Michaelis ab ea sententia & voluntate avocarunt alii, nimis ut rei pœnitentie potius de currente studio alligarentur. Quo tamen non potuit prohiberi, quin morte pœnitenetur eorum aliqui. Ita statuebat secum Theophanes, hujusmodi hæreticos nunquam serio & sincere pœnitere posse: & a vero aberrasse tum eos, qui Prælules negarent posse in scelestos capitales pœnas decernere: Ipsi dogmatum novatores afferebant, haud licere Sacerdotibus capitalem sententiam adversus impios ferre: eorum doctrinæ palam adversari Petrum, qui Ananiam & Saphiram gladio verbi examinavit: quin & Paulum ipsum ajentem: *Qui talia agunt, morte digni sunt.* Mauritium Imperatorem tradit Theophylactus Simocatta (1), reos pœnitentia<sup>rum</sup> quam morti addicere maluisse; sed necari tamen iussisse Magos quosdam, suadente Joanne Patriarcha. Matthæus Blasteres Monachus, qui Alphabetico ordine Canones compilavit, luculenter prorsus com monstrarat, ut Imperiales ipse Leges Canonum ingenio se accommodantes, pœnas mortis longe plurimas in medicinales pœnas commutarint, ad incitandos Pœnitentes ad pœnitentiam (2). Imperator enim qui istam repetitam pœnitentiam fecit, nullum eorum que sunt in Digestis vel institutionibus crudelè supplicium protulit. Neque enim capite pœctere decrevit, neque destruere, vel comburere, vel laqueos intendere; prohibuit etiam in maris profunditate suffocationem. Licet autem quasdam capitales dare pœnas aliquando juber: non tamen, inquit, mortisferas; sed solum relegari, vel in carcere includi, oculorum effusionem, manus ablasiōnem, & aliam corporis injuriam pati; que conversionis opportunitatem illi, qui puriendus, temporis extensione prabeat, & illis qui lapsi sunt resipäsentiam. Si vero leges politicae humanitatem adeo exerceant, multo magis Ecclesiastice.

## C A P U T LXXVII. P.4.l.2.c.27.

An Absolutione, & Eucharistia fraudarū possint, qui extremo supplicio afficiendi suat?

I. Probabile prorsus est, prioribus sæculis frustratos fuisse Sacramentis eos, qui Judicium sententia capite pœctebantur.

II. Seculo IX. sapienter statutum est, ut neutro fraudarentur Sacramento.

III. Antiqua austoritas nonnullis in Provinciis Regniisque perpetuata est, usque ad tempora Concilii Viennensis.

IV. Cur Clemens V. Papa edixerit tantum, ut ne pœnitentia abnueretur. Ne eo quidem beneficio in Gallia donati sunt, nisi paulo ante annum Christi 1400.

V. Exempla & rationes denegati Sacramenti, vel Eucharistie solius, vel etiam Pœnitentie.

VI. Statuta Synodalia Stephani Poncherii Episcopi Parisiensis Eucharistiam administrari mandabant.

VII. Quas doctus & antiquus Theologus protulerit rationes abnuenda Eucharistie.

VIII. In Anglia solam reis interficiendis Eucharistiam abnuerant.

IX. In Italia Eucharistia conceditur, sed eo die in suspenso est mortis iudicium.

X. Idem usus Germania, Hispaniaque.

XI. Quæ hic potissimum observari debeant.

I. Intercessisse Ecclesiam pro virili sua parte capitalium suppliciorum executioni, ea quoque de causa diximus, quod in incerto fluitaret eorum salus, qui a culpa ad pœnam rapiebantur, nullis concessis ad pœnitendum induciis. Multo major sane vila esset ea fluctuatio, & de reorum salute anxietas, si usitatum jam tum fuisset, ut nihil Sacramentorum in ejusmodi pœnæ mancipia erogaretur. Atqui ita prioribus illis Ecclesiæ & durioribus sæculis factitatum esse, simillimum veri est.

Vetat quidem Nicæna Synodus sacro frustari Viatico eos, qui in extremis agunt. Concilium Carthaginense IV. Brascharense, & non pauca alia, præcipiunt vel illis pœnitentiam concedi, & Eucharistiam qui eam tum demum flagitare incipiunt, cum iam ad-

(1) L. 1. cap. 11.

(2) Blasteres Littrera M. c. 9.

adventantis mortis afflato urgentur, & ante sensu orbantur, quam coeleti eo beneficio donari possint. At bona tamen fide fatendum est, ex his Canonibus nihil satis certi colligi posse; quin & iis agi duntaxat de ægrotatibus (1): *De his qui recedunt ex corpore, &c.* *Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si oppressus infirmitate, &c.* Ita Nicænus & Carthaginensis Canon. Nec ab his abudit Leo Papa: *Qui in tempore necessitatis, & in periculis urgentis instantia, praesidium pœnitentia & mox reconciliationis implorant, &c.* Si aliqua aggritudo ita surgit aggravata &c. Pars multo major Canonum, quos ad hujus questionis illustrationem accumulavit Gratianus, de illis agit ægris, qui post convalescunt, monenturque eam decurrere pœnitentia palatram, qua propolita illis fuerat, & qua mors illos allolvisset. Concilio Nicæno nihil expressius (2): *Si desperatus aliquis recepta Communione supervixerit, sit inter eos qui sola oratione communicant.* Similiter & Carthaginensi IV. *Si supervixerit, subdatur statutis pœnitentia legibus, &c.* qua propterea non concinunt iis, qui ad patibulum rapiuntur.

II. Non habebit amplius in eo dubio, quisquis æqua lance expenderit eas Synodos, Canonesque, ubi ei rigori cœpit delinimenti aliquid & humanitatis temperari. Concilii Provincialis Remensis sub Archiepiscopo Sonnatio Canones circa annum Christi 630. præcipiunt muniri & roborari cœlesti hac esca eos, qui mox neci dandi sint. Promit Gratianus Canonem Concilii II. Moguntini sub Rabano Archiepiscopo (3): *Si omnibus de peccatis suis puram confessio nem agentibus, & digne pœnitentibus Communio in fine secundum Canonicum iussum danda est, cur non eis qui pro peccatis suis pœnam extremam persolvunt?* Scriptum est enim: *Non vindicat Deus bis in idipsum.*

In eum Canonem tria quadam adnotasse opera pretium est. 1. Tam dilerte & tam expresse res hic promulgatur, ut facile intelligas novam hanc fuisse constitucionem, cum nihil eiusmodi in antiquis Syndicis Canonicisque regulis vel suspicari fas sit. 2. Proponitur hic questione, & definitur, ut quæ haecenus controversata fuisset. 3. Eodem saeculo plures manarunt in publicum eiusmodi definitiones. Quo rursus

conjicitur, laboratum fuisse tum in expugnanda, delendaque antiquiore, eaque diuina consuetudine. Hunc Canonem ante Gratianum publicaverant Ivo & Burhardus (4), sicut & alios in idipsum conspirantes Canoues Vormaciensis & Triburienensis Concilii. En verba ipsa Canonis Triburienensis: *Fures & Latrones si in furando & predando occiduntur, visum est pro eis non orandum. Si comprehensi, non vulnerati, Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, Communionem eis non negamus.*

Posset & illud quarto hic loco animadvertisse, his Conciliis anni non Pœnitentiam tantum, sed & Eucharistiam: maxime quin etiam Eucharistiam, si Diaconus tantum praestit, non Presbyter. Is enim Diaconus ex hoc Canone Eucharistiam dispensare debebat, quam in potestate habebat, at a peccatis absolvere omnino non poterat.

III. Comperiissimum tamen est, pluribus in Provinciis, potissimum vero in Gallia denegatam fuisse his Biochanatis & absolutionem & pœnitentiam, per multa etiam saecula post editos illos Canones. In concilio demum Viennensi Clemens V. (5) quadruplicem regionum consuetudinem damnavit subtrahendi Pœnitentia Sacramenti iis, qui morte luituri erant; compellavitque Judices omnes, ut in polterum ab ea discederent inclemens: quin & Episcopis stimulos subdidit, ut Judices ad id censuris compellerent, quod is usus Canonicis institutionibus sit prorsus infestus. Cum secundum statuta canonica ultimo deputandis supplicio, negari, si petant, non debeat. Pœnitentia Sacramentum, abusum dannabilem in quisbusdam partibus contra hereticorum introductum aboleri omnino velentes. &c.

Canonicæ porro Constitutiones, quarum hic Clemens meminit, non aliæ mihi quidem videntur, quam Caput Fures & latrones, Extrav. De fursis: (6) qui Canon est Concilii Tiburienensis supra allegatus: & Caput Super eo, De hereticis, in Sexto: ubi ab Alexandro Papa IV. definitur Pœnitentia & Eucharistia Sacraamenta ne hereticis quidem relapsis denegari debere, si eos flagitiæ sui serio pœnitentiat: quanquam postea nihilominus seculari Judici permittendi sint: *Etiansi siue ulla penitus audiendio*

A a a 2 tio

(1) Gratianus 26. q. 6.

(2) Can. 32.

(3) 13. q. 2. c. 30 Ann. 848 Can. 17.

(4) Ivo Decr. part. 14. c. 124. Burhard. L. 2. c. 50. Vormac. Conc. Can. Ro. Triburien. Concil. Can. 32.

(5) Rainald. ann. 1312. n. 24.

(6) In Clem. De pœnit. & remiss. c. 1.

sta relinquendi sunt iudicio seculari, si tamen postmodum paeniteant, & paenitentia signa in eis apparuerint manifesta, nequam sunt humiliiter peita Sacraenta Paenitentiae ac Eucharistia deneganda. Posset & ex Gregorii IX. Decretalium libris evinci, quam abhorret jus Canonicum novum ab ea inhumanitate, salutaribus Sacramentis quenquam frustrandi extremo in illo vita fugientis periculo. Cum enim ibi referatur Canon Concilii Sardicensis aduersus Episcopatum nundinatores, & poena ibi ea decernatur, quæ in fine etiam Eucharistia spem aufert: hec ibi clausula ex ingenio novæ disciplinae adjungitur, *Nisi de hoc paenituerit. Ubi Sardensi Concilio appingitur usus & sermo sculi XIII.*

IV. Est omnino quod stupeamus, cum Alexander IV. expressissime inculcarit, Paenitentia & Eucharistia donari eos qui capitali afficiendi sunt suppicio: cumque anteriores Canones complures iusterint specia-  
liter eos Eucharistia impetriri; quid caue-  
fit, quamobrem Clemens V. solius Sacra-  
menti Paenitentiae meminerit; an Eucha-  
ristiam Paenitentiae implicatam volebat, ut  
quæ eius scopus cumulunque perfectionis sit?  
An desperabat plura tum quidem impetrare  
se posse, cum non paucis in regionibus  
utrumque ex æquo subteraheretur Sacra-  
mentum? Maxime vero in Gallia.

Posterior hæc responsio a verisimili for-  
san longius, a vero certe proprius abeat.  
Quippe anno demura 1396. Carolus VI.  
Galliz Rex cœpit permettere, ut reis non  
multo post ad patibulum agendis Presbytere  
concederetur, qui eorum confessiones exci-  
peret; quin ne id quidem concedebatur,  
nisi in via ipsa qua ad crucem ducebantur.  
Rem ad eum modum narrat Monachus  
San-Dionysianus (1) in historia Caroli VI.  
Edictum vero ipsum Regium apud Fonta-  
nonem legitur.

V. Si nec Clemens porro V. Pontifex,  
nec Carolus VI. Rex Eucharistiam Paeni-  
tentiae sociarunt in his placitis suis, aitiori  
sors & abstrusiori ab origine ratio deri-  
vari posset. Narrat Willelmus Nangius in  
vita sancti Ludovici, ut Germanus ejus  
Carolus Siciliz Rex obruncari fecerit Cor-  
radinum, & quinque alias nobilissimos ju-  
venes ejus partium, concessio tantum ut  
ante Presbytero confiterentur, & interessent  
Officio & Missæ Defunctorum, quæ sacra

coram ipsis, pro ipsis celebrabantur, more  
iis temporibus usitatissimo (2): Sed ante-  
quam eos feriret lictoris gladius, juxta quan-  
dam Capellam, Placebo, Dirige, Missa-  
que pro animabus suis secundum morem  
Christianæ Religionis propriis auribus audio-  
runt, indulcio etiam sibi spatio criminis con-  
fundi, & ita post ad loca paenalia sunt per-  
ducti. Eandem inclemantium expertus esset  
Henricus frater Hispania Regis, nisi Abbas  
Cassiniensis Monasterii, quo ille post infel-  
icem pugnam victus confugerat, ea lege  
eum Carolo in manus dediliset, ut ne vi-  
tam illi eriperet, saltem quandiu Abbatii  
ipsi vita suppetaret, ne Henrici cæde irre-  
gularis evaderet: *Ne incurreret mortem,*  
*quandiu Abbas præsenti vita fungeretur,*  
*no mortis ipsius occasione secundum Canones im-*  
*peditus, totaliter amitteret officium Sacerdotis.* Promisit & promissis stetit Carolus,  
persuasus, ut opinor, istiusmodi Clericorum  
interventiones frustrandas non esse.

Si ulterius autem progrediamur, occurret  
Monachus Floriacensis Helgaudus, vita Ro-  
berti Regis scriptor, a quo refertur parci-  
cidas duodecim qui in piissimi Regis hujus  
vitam conjuraverant, captos fuisse, die  
Paschæ communicare permisso; & crastina  
itatis die cum eos seculari Rex judicis  
permisisset, ut sensu omnium suffragiis mor-  
te damnatum iri, ipse poenæ subduxit, li-  
berisque dimisit, cum pati non posset, ut  
qui immortalitatis esca paulo ante saginati  
ac beati fuissent, cruentam & infamem su-  
bire mortem cogerentur (3). *Ipsos absolvit,*  
*dicens: Non debere damnari;* qui fuerant  
*præsumti cibo potuque celesti.*

Viderit Lector, an duabas his de causis,  
vel earum altera, adductæ fuerint civitates  
& provinciaz quædam, ut Eucharistiam,  
item & Paenitentiaz Sacramentum iis de-  
negarent, quos vita subduci e re & salute  
publica esse ducebant. Prima ea est, quod  
auctor vita, auctor gratia, vita & gratia  
Christus, aut abnuendus iis esset, quibus  
vita non condonabatur; aut quibus dona-  
rebat ipse, iis vitam quoque donari perva-  
ceret. Secunda ea est, quod peccata per  
paenitentiam obliterata, jam non deberent  
inquiri, nedum plecti per Judices publicos.  
Tertia quæ momenti plurimum olim ha-  
bebat ratio, impræsentiarum vana & caſſa  
erat, incertus exitus & fructus confessionum  
& paenitentiarum hujusmodi præfestinata-  
rum.

(1) L. 16. c. 15. T. 18. c. 8.

(2) Du Chêne T. 3. p. 382.

(3) Ibidem T. 4. p. 64.

rum. Quippe hoc Clementis V. & Caroli VI. ævo, jam nec absolutio post confessio-  
nem, nec post absolutionem Eucharistia  
protrahebatur.

Principem Regii sanguinis & Comitem Stabuli, qui a sancto Paulo dicebatur, re-  
ferunt (1) anno 1475. cum capite obtrun-  
candus esset, petuisse, ut post peccatorum  
confessionem permitteretur sacro Eueharis-  
tiaz epculo vesci, & repulsa pastorum esse.  
Pane duntaxat benedicto donatus est ad  
exitum Missæ, cui interfuit.

VI. Quæ cum ita se haberent, Stephanus tamen Poncherius Episcopus Parisiensis in publicandis Statatis Synodalibus suis anno 1515. constituit & quidem excommunicatiōne intentata, ut morti addic̄tis sine-  
rent Judices Pœnitentiæ Sacramentum ad-  
ministrari; adeoque & Eucharistiaz, si quo  
pœnitentiæ sinceræ sensu tangi & servare  
existimarentur (2): Juxta Concilium Viennense, sub pœnis excommunicationis, mo-  
neatis Judices locorum destrorum Ordinaries,  
quatenus damnatis ad mortem faciant, an-  
sequam patientur, Pœnitentiæ Sacramentum per personam idoneam administrari, contra-  
riam consuetudinem abolentes. Ne non Eu-  
charistie Sacramentum, vere pœnitentibus, denegari nolumus, si petierint, eisdem. Summa quadam prudentia hujus decreti li-  
brata sunt verba, ut discriminari possit quod edixerat Concilium Viennense sub intermit-  
tione censurarum: & quod Poncherius Episcopus propria auctoritate adjunxerat. Conceditur mox & eisdem Ecclesiastica sep-  
tura (3): Cum non prohibeantur qui in pa-  
ribus suspenduntur pro suis sceleribus, habere Pœnitentiæ & Eucharistie Sacra-  
menta, permittimus habere, & in Ecclesiis aut Cœmeteriis inhumari.

VII. Cum autem Carolus VI. Rex in supra laudato diplomate suo auctor sit con-  
fuetudinem illam ante hominum memoriam abnuendæ pœnitentiæ reis mortem subiuri-  
ris, non habuisse locum, nisi in eis Regni partibus, que jure consuetudinario reguntur;  
ingenue fateor non potuisse me divinare, ecquid causa sit, quamobrem in aliis etiam provinciis, que Jure scripto reguntur in Galliis, eadem retineatur confuetudo de-  
negandæ Eucharistiaz, cum ante Concilium Viennense Canones usque adeo ei rei ad-  
versarentur.

At quanquam Canonis Regulæ inimi-  
cus hic esset subtrahendæ Eucharistiaz usus,  
fuerat tamen per Occidentis Provincias vul-  
gatissimus. Testem proferam Robertum Pul-  
lum, qui gente Anglus cum esset, & Theo-  
logus Parisiensis, denique Cardinalis & Ca-  
cellarius Romanæ Ecclesiaz, non poterat  
non exploratissimas habere hujusmodi Ec-  
clesiaz Occidentalis confuerudines. Suppar-  
erat Bernardi, & de his agens, conceptis  
verbis pronuntiat, Sacramento quidem Pœ-  
nitentiæ pœnivandos non esse, qui scelerum  
pœnas morte mox daturi sunt, non tamen  
impartiendos illos esse Eucharistiaz commu-  
nione, nisi statuerint Judices mortis pœnam  
omnino remittere. Templum enim Dei  
viventis præsentia modo consecratum ecquis  
aut infamia supplicii contaminare? Si mors  
relaxatur lapideum fubeuntibus templum,  
quid iis quos Christus ipse ut templo sua  
subiit paulo ante? Qui vero dignandi vi-  
deantur Eucharistia, qui digni non haben-  
tur Ecclesiastica sepultura? Hæc admodum  
sunt Theologi hujus argumenta (4): Sed si Christus a pœnitente & confessu suscipi-  
tur, quo ausu præsertim a Christianis tem-  
plum Dei probro craciatum violatur? Aut si Presbyter sacrarium Christi ab infuria se  
defendere non posse novit; quare in dedecus  
inhabitantis habitaculum consecravit? Reus  
si ad axis constructum templum confugerit,  
liber est; si vero ipse pœnitentia & confes-  
sione constructur, perceptione Eucharistia in  
vivum & verum templum dedicatur, liber  
non est? Judices ergo aut Sacerdotes arcent;  
aut eos & convictos, quoniam patronum  
suscepere Jesum, ne sacrilegi sint, absolvant.  
Ex his porro ille arguentatur optimum  
factu esse, ut Presbyter post Confessionis  
indulgentia sacramentum supersedeat ab Eu-  
charistia danda, ne ea infamia supplicii  
quodammodo aspergatur. Satius erat, ut  
convictos, confessosque Sacerdos vitaret, cum  
nec ipsis, tantummodo rite pœnitent, ul-  
lum omnino periculum salutis immineret,  
& Judices a violatu templi Domini liberti  
ferent, &c. Non tam enixe in eam rem  
incubuisset vir pius & doctus, nisi plures  
habuisset Ecclesiæ ejus lectorices.

Porro Glossa (5) in Caput Quæsum quæ-  
stionem solvit a Roberto Pullo propositam,  
& iis patrocinium impedit Ecclesiæ, quæ  
reos sacra pascebant primum Eucharistia,  
mox

(1) Guagrin. Niesle. Gilles.

(2) Synodicum Parif. p. 196. 212.

(3) Tit. de Sepulturis.

(4) Sentent. L. 6. c. 53.

(5) 23. q. 2.

mox neci dedendos ; quæ denique confugientibus ad Ecclesiam inulta sinebant abire icedlera , non autem confugientibus ad ipsum Christi Corpus , eoque in Sacramento pastis : *Quare consuevit , quare liberetur ille qui fugit ad Ecclesiam , & non ille qui recipit Corpus Christi , cum Corpus Christi maius sit omnibus . Rep. Quia Corpus Christi est cibus anime , & non corporis . Ergo animam liberat , & non corpus . Vel dic , quod privilegium Ecclesia est , & non debet trahi ad consequentiam .*

Anno 1375. Gregorius XL ad Carolum V. Galliæ Regem scriptit , (1) rogans ut extialem illam aboleret consuetudinem , negandæ Biothanatis Pœnitentiaz . *Hujusmodi ultimo deputandis supplicio , Pœnitentiaz sacramentum dari permittas , atque mandes . De sacramento Eucharistiaz verbum facit nullum . Ex quo colligitur , alte in animos descendisse rationes Cardinalis Pulli suprapositas , nec Clementem V. imperasse , nisi ut ne Pœnitentia abnueretur . Et Carolus V. quidem , exploratae non sunt nobis causæ , quibus minus obsecutus sit Pontifici ; sed Carolus VI. filius & successor ejus Constitutionem edidit , de qua nos supra .*

VIII. Antiquissimus quoque is erat usus Anglia , ut Eucharistia frustrarentur , Pœnitentia & absolutione donarentur capitulum criminum rei & dammati . Perillustre ejus rei exemplum scriptis mandavit Willelmus Malmesburiensis (2) sub Willelmo I. Rege , de nobili viro , qui patibulo suspensus est , postquam ejus confessionem excepterat Episcopus , ad locum ipsius crucis deduxerat , Commendationis animæ preces effuderat solemnes , ipsumque aqua lustrali consenserat . Id ipsum licebat per antiquas Saxonum Leges : *Si quis reus mortis confiteri desideret Sacerdoti , nunquam negetur ei . Et alibi : Si quis morti damnatus confiteri desideret , nunquam negetur ei . Et si quis ei perneget , emendet Regi , &c.* Cum in Anglia Legatum ageret Cardinalis Ottobonus , (3) tum multa alia præclare , tum hoc constituit , ne reis incarceratedis Pœnitentia denegaretur . Concilium Lambethanum anni 1271. anathema vibravit in eos qui drohicerent , ne reorum morte plectendorum confessiones exciperentur (4) : *Quibus incarceratedis sacramentum Pœnitentie sepius inhumaniter denegatur , ne dicamus infide-*

*liter . Idem præcepit anno 1287. Synodus Excestrensis , de sola similiiter pœnitentia . Anno 1316. Rex Eduardus Anglicani Clerici postulatis scripto mandatis subscribens , concelit ut quoties liberet , Presbyteris conterentur rei , dum ne qua illis Presbyteri consilia insurrarent , iustitia Judiciumque voluntati inimica : Quandorunque voluerint , possint Sacerdotibus sua facinora confiteri . Sed caveant Confessores , ne errore hujusmodi informent .*

IX. Nemo ergo jam inficias ibit , quia eam tunc Anglia foveret consuetudinem annuendæ Pœnitentiaz reis , abnuendæ Eucharistiaz . Quondam Italiam , Joannes Chifletius , qui eruditissimam edidit Dissertationem de hoc ipso arguento , quod hoc capite versamus , complures protulit Pontificum Bullas , in gratiam evulgatas earum Confraternitatum piarum , quæ reis & carceratis juvandis dicatae sunt , potissimum vero ut Eucharistia opportune impartiantur ante mortem . Profert & Scholaisticos Doctores , & Casuum conscientiaz tractatores recentiores , quorum alii censem , non ea ipsa die capitali supplicio affici debere , qua sacro epulo pasti sunt : alii existimant , et ea ipsa die morte afficiantur , non inde tamen dedecoris quidquam in Eucharistica resilire , cum facinora vindicari jubeat lex iustitiae , nec id alienum esse possit a Christo , qui princeps ipse iustitiae lex est . Circumspectissime Toletus Cardinalis ait , ethi non is ubique sit usus , esse tamen omnino consentaneum , ut aliquanto temporis spatio ante mortis pœnam sacro hoc Viatico instruantur (5) . Licit in aliquibus locis hoc non sit in usu , profecto melius est , ut Communionem recipient aliquo spatio temporis ante mortem . In Concilio V. Mediolanensi decrevit sanctus Carolus Borromaeus , ut orarentur Judices , ne eadem ipsa die reis mors inferatur , quo Corpus Christi degustaverint (6) : *A piis Judicibus Magistrisbusque tribuatur , ut ne eo die supplicio officiatur , ut multis locis pie & laudate consuetudinis est .* Confirmat Caroli vita scriptor Giostianus (7) Carolum id expugnasse a Magistrisbus , & exinde rem ita observatam fuisse . Passim tamen in Italia in usu modo est , ut eodem die supplicii S. Synaxis reis concedatur .

X. Ad-

(1) Rainald. n. 18.

(2) L. 4. p. 124.

(3) Ser. Angl. p. 810. 127.

(4) Concil. Angl. T. 1. p. 265. 314. 337. 485.

(5) L. 5. Instit. Sacer. c. 28. &amp; l. 6. c. 17.

(6) Act. Eccl. Mediolan. p. 222.

(7) L. 2. c. 11.

X. Addit idem Chisletius a Philippo II. Rege in Hispania publicatum fuisse Edictum, quo executioni mandari jubeatur Pontificium Pii V. diploma, ne reis morte plementis Eucharistia subtraheretur, & ante triginta admodum annos in Germania idem constituisse Synodum Augustanam (1): *Damnatis ad mortem de peccatis rite confessis & contritis negari non debet Eucharistia, sed tamen danda ante diem supplicii.* Agit mox de Edicto Caroli V. Imperatoris, quo morte damnatis spatiis daretur temporis idoneum, quo & Poenitentiaz & Eucharistiaz Sacraenta rite perciperent. Nec ab his abludit statutum Concilii Mechliniensis anno 1607. (2) Ultimo quoque supplicio affendiis tempestive de sacra Eucharistia pro videatur. Quod ut fieri jubeant, rogantur serenissime sue Celsitudines.

XI. His porro tot tantisque Conciliis certissimum fuit nihil decerpī honoribus, sacratissimæ victimæ Christo dependendis, ubi ejus participes fiant, qui proprio mox eruore residuas scelerum suorum maculas absterruri sunt: cum Holtia omnium hominum saluti impensa non possit non congruere quidquid hominum eorundem salutis conductibile est. Ita plane sentiebat magni nonrinis vir Theodorus Siceota, olim Episcopus Anastasiopolitanus, qui Eucharistia furtivo beneficio donavit militem clarissimum in ipso carcere, quo eum Phocas abdiderat, mortis mox dedendum, quod Mauritiis partibus studuisse (3). Unum illi in votis fuerat, ut tam per vinculis solveretur, dum liberatoris Christi sacro vesceretur Corpore: repulsam passus ab hominibus, voti compos e Cœlo factus est.

Cum tantum operæ studiique hactenus posuerimus in approbanda fulciendaque ea, quæ nunc in Galliis viget hac in parte disciplina: nemo moleste ferer, ut spero, si non dissimulemus, in votis omnino nobis esse, ut iis quæ concessimus in hunc locum testimoniis, probationibus, exemplis, Conciliis, moveantur aliquando Magistratus Regni & Ministri Regum, quo concinere se velint reliquis Ecclesiæ Catholicæ regionibus in hac parte disciplinæ mere spiritatis, & præcipere, ut executioni mandentur Constitutiones Synodales Ecclesiæ Parisiensis, de hacce eadem re anno 1515. a Ste-

phano Poncherio editæ, & a nobis supra laudate.

Supponere videtur Guimieri Eucharistiam in carcere reis administratam fuisse, quando ait Asyli quidem vim & majestatem inesse Eucharistiae sacramento augustissimo, cum ad ægros circumfertur, si ait quis tunc accurat: non ita tamen rem se habere cum vincit & incarceratis administratur. Ratio ejus rei in promptu est, cum majestatem & venerationem eam Eucharistia templis conciliat, æquum esse, ut & ipsi eadem saltem dependatur (4): *Confugiens ad illud, dum portatur in via, gaudet immunitate, & per eam est defendendus, & hoc teneas, licet multi teneant contrarium.* At cum incarceratis defertur, sufficit ut in aliud diem retardetur interfectio reorum, propterea quod jam vinciti sint illi: nec invidiam hinc esse Eucharistiae conflandam si facinoris impunitatem, & inde erupturas calamitates humano generi importet: *Si vero homicidis vel latronibus in captivitate poenitentibus portatur Corpus Christi, talibus non subvenitur, ut a carcere liberentur, licet illa die justitiae sit differenda.* Quia in primo casu consuientem ad se in libertate reperit & ipsum salvat: in secundo vero servum & captivum, unde & talem dimittit, ne videatur omnino dampnare justitiam.

*Irregularitas ex defectu natalium, mutilorum, bigamorum.*

### C A P U T LXXVIII. P.I.I.2.c.8.

*Irregularitas mutilorum & bigamorum quinque prioribus Ecclesiæ saeculis.*

I. *Irregularitates ex corporeis defectibus & maculis tardius in Occidente memoratae.*

II. *In Oriente pene incompta. Exemplum Ammonit.*

III. *Probations ex Constitutionibus Apostolicis.*

IV. *Et ex Canonibus Apostolicis.*

V. *Olim unum spectabatur in mutilis & cor-*

(1) Ann. 1610.

(2) Tit. 7. c. 6.

(3) Vita Aust. Sic. apud Serium die 22. April.

(4) In Pragm. §. Quomodo divini. offic. &c. Et de iure. non ponendis §. Statutis.

*Vetus & nova Ecclesia Disciplina*  
corpo truncatis facinus, quo se ipsi truncassent.

*VI. VII. Unum id quoque spectatum in iis qui virilia sibi abscidissent.*

*VIII. Bigamorum irregularitas ex Scripturis.*

*IX. Illa ipsa etiam bigamia est, qua ex vidua conjugio nascitur. Una ibi olim potissimum spectabatur incontinentia.*

*X. Secunda nuptie semper libere, innoxieque fuisse. Sed incontinentia, qua hoc eget medicamenta, agritudo quadam est. Mirum B. Macrina exemplum.*

*XI. Mulieris bigame dedecus in conjugem redundat.*

*XII. Varii Canones, qui minores Ordines bigamis permittant.*

*XIII. Ab Innocentio I. bigamis annoverantur, quorum prius conjugium ante baptismum initum fuit. De iis qui integritate carnis exciderant ante baptismum.*

*XIV. XV. De his quibus plures erant coniuges, ex Leone Papa. Leo solis majoribus Ordinibus bigamos arcet.*

*XVI. Tres ejusdem rationes, cur bigamus. fiat, qui viduam dicit.*

*XVII. Gelasii Papa doctrina.*

*XVIII. Ex Hieronymo Ecclesia tolerat manus, quam probat iterata conjugia.*

*XIX. Hieronymus sententia Innocentii L de bigamia eorum qui ante baptismum priam uxorem duxerant, palam infestus.*

*XX. Doctrina Innocentii suffragatus fuerat Ambrosius.*

*XXI. Suffragatus est & Augustinus. Ab isto maxime manarunt rationes mysticae excludendi bigamos a Clericatu, maxime manitos viduarum.*

*XXII. XXIII. Partes & sententiam Hieronymi sectatus est Gennadius. Hieronymus Gracos sequebatur. Graci secundis nupsiis infestiores, quam Latini: eam tamen irregularitatem clementius interpretabantur.*

*XXIV. Doctrina Epiphani.*

*XXV. XXVI. XXVII. Doctrina Chrysostomi, Origenis, & Theodoreti, cuius minus probatur excusatio.*

**L**A D eas jam progredimur irregularitates, quae ex corporeis proficiuntur detectibus. De his primus, aut inter primos meminisse videtur Hilarius Papa (1): Proficiendum est ne duo simul sint in una Ecclesia Sacerdotes; nec litterarum ignaros,

aut carens aliqua parte membrorum. Idem rursus inculcatur in Concilio Romano sub eodem Hilaro (2): Inscii quoque litterarum, necnon & aliqua membrorum dama perpepsi. Idem observare est in Gelasii decreto, qui Ordinibus eliminat corpore vitiosos. Et infra (3): Illetteratos, & nonnulla parte corporis immunitos, sine ullo respectu ad Ecclesiasticum didicimus venire servitum. Quod simul antiqua traditio, & Apostolica Sedis vetus forma non recipit. Quia nec litteris carens, sacris esse potest apud officiis, & viciolum nihil prorsus Deo offerre legalia precepta sanxerunt. Diffidebat doctissimus Pontifex, inveniri posse Canones, quibus hæc statuta firmarentur; coequi videbatur adduci, ut dicat eum esse usum antiquissimum Romanæ Ecclesiaz & a Majoribus traditum; denique hanc unam ex iis laudatissimis consuetudinibus, quas a legge Mosaica haulit Ecclesia Christiana.

IL Nulli enim prorsus occurrant in antiquioribus quinque horum secularorum monumentis Canones, maxime vero apud Græcos, ex quibus hanc irregularitatem subodorari saltem possimus. Ad id omnino facit quod de Arsenio sanctissimo Monacho litteris proditum est, & quod juvat hic attexere. Omnibus enim virtutum ornamenti locupletissimus vir, humilitate vero præcellens, quæ virtutum parens & custos ceterarum est; videns impetum facturos in se, qui vim adferrent, cogerenteque Episcopatu iniciari: auriculam sibi abscondit alteram, atque ita demura securus, ut sibi videbatur, Episcopalis sarcinæ, turbam quæ confuxerat, dixit: Me deinceps ne volentem quidem lex Sacerdotialis ordinari permittit. Nam neminem qui non sit integris membris Sacerdotem institui fas est. Illi re infecta defluxerunt: at cum interim resculserint, ei legi pondus & vim in Synagoga fuisse, at de ea observanda nihil omnino laborare Ecclesiam, ut quæ virtutum, non membrorum integritatem carissimam & commendatissimam habeat (4): Sed ubi intellexere, hac esse Iudeis solum observanda; Ecclesia autem Christi membra corporis minime cura esse, sed ut Sacerdos duntaxat si integris moribus: regressi sunt protinus, ut ei manus injicerent: & abstinerent. Se tamen a vi inferenda, quod comminaretur, linguam se sibi ipsam exercitum, ut ne posset quidem Sacerdotio fun-

(1) Epist. 2.

(2) Can. 9.

(3) Ep. 9. ad Episc. Lucan.

(4) Sozom. 1. 6. c. 36.

fungi. Hæc Sozomenus, hæc ante eum Palladius, qui rem paulo accuratius narravit, meminitque Epilcopi cuiusdam, qui plebi adgregatae eum errorem exemerat, monens ea lege non teneri Ecclesiam, & ipsum se impositurum manus Ammonio, si eum ad se perducerent, quanquam vel nares sibi truncasset (1) : Hæc lex in usu sit apud Judæos; mihi autem si vel truncatis naribus adduxeritis, qui sit bonis moribus, ego eum ordinabo.

III. Expressissime Auctor Constitutionum Apostolicarum a Christo affirmat arctatum ad unam familiam gentemque non esse Sacerdotium ejus Regium, sed omnibus qui virtutibus praetarent communica-tum: ita & in delectu habendo Clericorum, preceptum est, ut ad animæ virtutes & vitia, non ad corporis partes, vel maculas & labes oculi convertantur (2): *Pro una tribu Sacerdotali iussi ex unaque gente optimos quosque ad Sacerdotium eligere, neque corporum vitia contemplari, sed religionem & vitam.*

IV. Verum ut certissime constet, nihil omnino fecisse Græcos has sive maculas, sive truncationes membrorum in irregularitatibus expendendis, audiendus unus est Balsamon in Responsionibus ad Episcopum Alexandrinum: ubi doctrinæ suæ præsidia comparat ex Canonibus Apostolicis, quibus & suorum temporum disciplinam Ecclesiasticam adprime consentire docet. Interrogatio ejusmodi est (3): *Mancus, aut monochrous, habebiturne gradu sacerdotali dignus, aut qui post Sacerdotium mutilatus est, permitteturne post vitium sacrificare, an non?* Respondet porro Balsamon in hac verba: *Et alibi diximus, hos ad Sacerdotium Moaica lege non promoveri.* Canon autem LXXVII. Apostolorum hac ait: *Si quis vel oculo orbatus, vel semore oblaesus, Episcopatu autem dignus sit, fiat; non enim corporis damnum eum polluit, sed anima inquinatio.* Et Canon LXXXVIII. eorundem Apostolorum sic loquitur: *Qui autem est surdus & cucus, ne sit Episcopus, non ut pollitus, sed ne Ecclesiastica impediatur;* Quicunque igitur morborum aliquorum vitio prohibiti fuerint sacerdotalium graduum jura exequi, ordinatione digni non habebuntur. *Qui autem post ordinationem sic male affecti sunt, sacra facere morbo non impediunt.* Thomas. Tom. IV.

tur. Et ita imbecilla constituti valetudine libere sacrificabunt. Dei preconibus enim placuit, per mutilationem corporis a sacrificeatione non prohiberi quenquam. Quod si morbi debitum officio Sacerdotii sit impedimento, exercere definet agrotans, a dignitate tamen non alienabitur; quin prius miserandus erit: ac priori quidem honore fruetur, habebit autem etiam quæ ad vitam sustentandam sufficiant, & reliqua juxta priorem consuetudinem. Non ergo in toto & numero erant irregularitatum, nisi vel agritudines, vel mutilationes ex, quibus prohiberetur, ne posset quis fungi munus Ordinum. Quin & ubi jam ordinatis ex incidabant, indulgentiâ sinebantur, quantum fieri poterat, functiones obire sacras. At ex iis fieri non poterat, ut quis Beneficio spoliaretur; quod ex miserationem magis, quam vindictam excitare possent.

V. Non satis comperi, an supra laudatae Pontificum Decretales Epistolæ ad eandem clementiam inclinari interpretando possint, generalibus enim tantum verbis exprimuntur. Utcunque se res habeat, illud indubium pene est, prioribus quatuor saeculis multo humaniorem in hac quidem parte fuisse Ecclesiam Latinam, quam posterioribus. His enim alias irregularitates complures indigitarerant Concilia & Romani Pontifices, cum de ista omnino muti essent. Adde quod Innocentius I. expresse declaravit, nequaquam irregularitatem contrahat eo, qui sibi forte & inopinus abicerit digitum: propterea nimis quod mutilatio a sacris Ordinibus eos arceat tantum, qui cruentas sibi manus volenter in aliquis membris detrunctionem intulerint (4). Qui partem cuiuslibet digiti sibi ipsi volens abscedit, bunc ad Clerum Canones non admittunt: cui zero casu aliquo contigit, dum aut operi rusticâ curam impedit, aut aliquid faciens se non sponte percussit, hos Canones precipiunt & Clericos fieri & si in Clero fuerint reperti, non abjici. Quod aper-te videtur repugnare verbis posteriorum Pontificum Hilari & Gelasii. Sed nondum validius incident, quæ mox sequuntur: In illis enim voluntas vindicata est, que sibi causa fuerit ferrum injicere, in istis vero casus veniam meruit. Solæ ergo illæ mutilationes, quæ ab audacia voluntatis in pro-B b b pria

(1) Hist. Lausi c. 12.

(2) L. 7. c. 23.

(3) Juris Orient. pag. 374.

(4) Ep. 4. c. 1.

pria membra armata proficiscebantur, a Clericatu summovebant, non ex autem, quæ casu, vel vi aliunde irrumpente imprimebantur membris. Vir doctissimus A Costa in hoc Innocentii Decretum observavit (1), quos Murcos hic appellavit Pontifex, eos omnino esse qui ex Ammiano Marcellino pollicem sibi præcidebant, ne militiam profiteri cogerentur. Savitia hac erat hominis in seipsum, ideoque irregularitati obnoxia. Denique astipulator accedit Gennadius in Dogmatibus Ecclesiasticis (2): *Nec eum ordinandum, qui scipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, vel justo injusto timore superatus, truncaveris.*

VI. Illud vero Innocentii I. Decretum innovatio quædam fuit Canonis Nicæni (3): *Si quis a Medicis propter languorem defecitus est, aut a Barbaris abscessus, hic in Clero permaneat. Si quis autem se ipsum sanus abscedit, hunc & in Clero constitutum abstinere convenit, & deinceps nullum talium promoveri. Quæ mox sequuntur Canonis verba, in eos torquentur, qui Originis audaci æmulatione ferro se incident & mutilant, unde & eidem poenæ subiectiuntur. Sed priora Canonis ejusdem verba apertum faciunt, quamcumque passus quis fuerit detrunctionem, vel a Medicis, vel a Barbaris, ea privatum noniri priori, vel suscipiendi Ordines libertate, vel exercendi. Nec enim opus erat addere, si ea detrunctione fieret, ut jam non posset quis exercere Ordines, tum ad eos accedere non debere. Conspicuum est enim dilicimen impossibilitatis & irregularitatis. Verat enim irregularitas, ne fiat, quod alias possit. Canones autem conduntur, ut edoceant, non quid fieri omnino non possit, sed quid non debeat.*

VII. Inopini pene delapsi sumus ad genus illud aliud irregularitatis, quod meminerant jacta Apostolici Canones, quos & Nicæna Synodus innovavit. Sed Canones Apostolici palam declarant causam hujus irregularitatis (4): *Est enim sui homicida, & Dei opifici hostis. Quo planum fit eara irregularitatem ex crimine scatere, non ex defectu corporis. Successit vehementissime Demetrius iis Episcopis (5), qui Ori-*

genem huic & culpe & irregularitati innexus ordinassent. Pulchre Ambrosius advertit, eam audaciam truncandi opificii divini non a firmitate sed ab infirmitate animi profestam fuisse (6): *Ad professionem infirmitatis, non ad firmatis gradum. Corporis partes omnes posse & peccato succumbere, & peccati vñctrices evadere: Castos ergo, non infirmos esse nos convenit. Qui seipios abscondunt, non vincere, sed vinci; non castos esse, sed surere: Nemo se debet abscondere; sed magis vincere; vñctores enim recipit Ecclesia, non vñctos.*  
Nec solus Origenes facinore ejusmodi se insignivit. Leontius ille, qui Antiochenus postea creatus est Episcopus (7); cum ante fungeretur Presbyteratu, ut liberius cum virgine Eustochio vertari posset, semet abscederat, eoque ab Ordine sacro fuerat turbatus. Sed admirationis plurimum habet, quod narrat Justinus Martyr in Apologia II. de juvne illo, qui ut purgaret Conventus Christianorum, illamque absconderet libidinum infamiam, quam Ethnici nobis illinebant, Praefectum Alexandriæ adiit, ut per eum liceret sibi abscondi, quod iam non posset Medici per leges, sine Magistratus publici consensione.

VIII. Ad Bigamiam jam accedo, de qua frequenter Concilia, & Patres post Paulum; quorum omnium si placita penitus introspicere vacat, perspicuum erit castigandæ potissimum incontinentiæ eam irregularitatemi constitutam esse. Perspicuum est non differere Paulum, nisi de virtutibus, quibus abundare, vel de vitiis, quorum immunitis debet esse Episcopus, vel Diaconus; quando ait (8): *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, &c. Diaconi sint unius uxoris viri, qui filii suis bene praesint, & suis domibus, &c. Mysica illa vero contemplatio & imitatio Christi unam virginem sibi castam Ecclesiam desponsantis, necdum vel Pauli, vel aliorum tunc Doctorum Ecclesiæ oculis obversabatur: cum eadem conditione velit Paulus esse Viduas Ecclesiasticas, ut unius viri & ipsæ fuerint, nec ad secundas devolarent nuptias (9). Vidua elegatur non minus sexaginta annorum, que fuerit unius viri uxor, in operibus bonis testi-*

(1) A Costa in I. 3. Decr. T. 26.

(2) Cap. 31.

(3) Can. 2.

(4) Can. Apost. 21. 22. 23. 24.

(5) Euseb. hist. L. 6. c. 8.

(6) L. De Viduis.

(7) Theod. hist. L. 2. c. 24.

(8) 1. Tim. 3. 2. & 12.

(9) Ibid. 5. 9.

*testimonium habens, &c.* Nec aliter ad Titum de Episcopis (1) : *Si quis sine criminio est, unius uxoris vir.* Exprobribat olim nobis Tertullianus Libro de Monogamia, Bigamorum ordinationes, tanquam iis Apostolo Paulo insultaretur : *Quod enim bigami president apud vos, insultantes utique Apostolo.* Sed fatetur tamen & ipse in Exhortatione ad castitatem, a nobis dejici solitos, cum convinci poterant : *Memini bigamos loco defectos.* Is erat Tertullianus, quem incontinentia ratio magis moveret.

IX. Quin & illud a probabilitate non distidet, ubi ampliari visa est bigamia, & ad eos dilatari, qui viduam duxissent, vel impudicam, vel repudiatam, habitam esse maxime rationem ejus infamiae, quae ex secundis nuptiis resilit, & inter conjuges non potest non communicari. Liquet id ex Canone Apostolico ; quo primum haec irregularitas ex conjugio viduae publicata est (2) : *Si quis viduam, aut ejectam accepit, aut meretricem, aut servam, vel mammam seu scenicam, non potest esse in Clero.* Manifestum est foliam hinc infamiam perpendi, quae emergit ex connubio cum mama & scenica muliere, cum prostituta, vel repudiata. Ac proinde non aliud in sensum trahendus Canon (3) Concilii IV. Carthaginensis.

X. Nec eo haec pertinent, ut prohibitas aliquando dicamus fuisse in omni Ecclesia secundas nuptias, immo & tertias quartasque in Occidente, & quantascunque (4). Sed morbi non innoxii innoxium potest esse medicamentum. Melius est secundo, tertioque & quarto nubere, quam uri : sed incontinentia usque adeo inextincta, non potest non ex vituperabili quadam flamma nasci. Inde est, quod & secundas & tertias nuptias Ecclesia contrahi sineret, & contrahentes tamen penitentia quadam multaret. Beatissima Macrina post ejus mortem cui fuerat desponsata, alteri ut despontaretur, vel nuberet, adduci nunquam potuit, usque adeo vel umbras bigamiae averrabatur. Ita enim Gregorius Nyssenus in ejus vita (5) : *Iniquum esse dicebat, sibi non permitti, illud conjugium colere, quo semel a patre devincta esset, sed ad alter-*

*rum cogi respicere, cum unum natura sit matrimonium, quemadmodum unus ortus & una mors. Eum vero cui a parentibus suis set desponsata, non esse mortuum contendebat, sed spe resurrectionis Deo vivere; non obiisse eum, sed peregre profectum esse, & nefas esse, si peregrinanti fidem sponso non servaret.*

XI. Neocæsariensi Canone vetatur Clericus fieri is, cuius uxor adulterio contaminata est; quin & Clerici jam ordinati uxores repudiare præcipiuntur, si eo se flagrio inquinent eorum conjuges (6) : *Clericus non fiat, cuius uxor, dum adhuc esset laicus, adulterata est: & ut Clericus uxorem adulteram deferat.* Nec aliunde id profit, quam ex ignominia criminis, quæ ex uxore in virum refunditur.

XII. Indulsiſſe aliquid novi viſum est Concilium Toletanum I. (7) cum Lectorem, qui viduam duceret, ab Officio non dejici concessit, immo & ad Subdiaconatum provehi. Similiter & cum permisit Subdiaconum iterantem nuptias, inter Lectores, vel Ostiarios alegari. Sed haec eadem Synodus in Laicorum claves deprimit, & penitentia biennio subjicit Clericos, qui tertiam asciverint sibi conjugem : *Quo vero tertiam, quod nec dicendum, nec audiendum est, acceperitis, absentus biennio, possea inter laicos, reconciliatus per penitentiam communicet.* Copiam quoque facit Bigamis Arauficana Synodus (8), ut ad Subdiaconatum provehantur. Similiter Andegavensis (9) solo eos interdicit Presbyteratu & Diaconatu. Eodem se gyro continet Epistola Lupi Episcopi Tricassini, & Euphronii Episcopi Augustodunensis (10); sed in Ecclesia Augustodunensi ibidem adnotatur, ne inter Ostiarios quidem Bigamos posse consistere. In miroribus ut sint Ordinibus, acquiescit Concilium Turonense I. (11) : *Ultimum in Officio Clericali tenet locum.* Valentiniū I. omnibus prorsus proscripterat in futurum (12), in præteritum nihil statuerat.

XIII. Testamenti Veteris paginas testes citat Innocentius I. ut irregularem declarat viduæ maritum (13) : *Viduam Clericus non ducat uxorem, quia scriptum est: Sacerdos*

B b b 2 uxo-

(1) Tit. 1. 6.

(2) Can. 18.

(3) Can. 69.

(4) Heron. in Apol. adv. Jovin. & Epift. ad Marcell. cont. Montanum.

(5) Nyssenus in vita S. Macrinæ.

(6) Ferrand. in Breviarior. c. 137.

(7) Can. 3. 4.

(8) Can. 25.

(9) Can. 11.

(10) Conc. Gal. T. 1. p. 122.

(11) Can. 4.

(12) Can. 1.

(13) Ep. 2. c. 4. 5. & Ep. 22. c. 1. 2. Gœlch. in Ep. 2. c. 6. 1.

*uxorem virginem accipiat, non viduam, aut ejectam.* Ea est Levitici lex in Ecclesiam illapsa. Nec multo post demonstrat idem Innocentius & que irregularē esse, qui ante vel post baptismum viduam duxerit: similiter & qui duas uxores duxerit, alteram ante, alteram post Baptismum. Eam ille autem designat eius placiti ratione, quod baptismo diluantur crimina, conjugiorum numerus non minuatur: *In baptismo peccata remittuntur, non acceperatum uxorum numerus aboletur.* Sed in hoc prolixiori suo de Bigamia sermone Pontifex nec litteram facit ullam de mystica illa significatione, quam posteriores excogitarunt Patres, & de qua nos infra hoc eodem capite. Illud autem longe pulcherrimum addit Innocentius, ea benedictione Sacerdotis, qua consecrantur primae nuptiae, & qua fraudantur secundae, ceteraque deinceps si sepius iterentur, exhiberi, & innovari quodammodo, ac perpetuari benedictionem illam, qua primos parentes primoque conjuges Deus cumulavit, & ea donavit fecunditate, ex qua totum genus humanum postea propagatum est. Non benedixit Deus nisi unius primoque conjugio unius cum una. Divinam ad eam formam fixit Ecclesia suam disciplinam; & quanquam alteras toleret nuptias, quas Deus non prohibuit, primas tantum laude & benedictione prosequitur, & a Ministrorum suorum grege eos arcit, qui his non inserviunt vestigiis, quali Dei digito in Scriptura divina impressis.

XIV. Infurgit quoque Leo Magnus in Bigamos, & in viduarum maritos, eosque oppugnat auctoritate Apostoli, & Levitici (1): *Nec Apostolica, nec Legalis auctoritas Sacerdotium obtinere permitit.* Tum vero Leo novam attingit Bigamorum classem, que nec nobis prætereunda est; eorum nimis, qui alteram ducunt uxorem, priori a se repudiata, vel ipsi ab ea repudiati: *Qui a prima uxore dimisissus, vel prima uxore dimissa, alteram ducisse prohibetur.* Non modo civili & Romano jure licita erant liberaque repudia: sed in ipsa Ecclesia prioribus seculis aliquandiu vitium est quoniam plurimis ab innocuo marito posse repudiari uxorem adulterii convictam, & aliam duci. Non satis dilucida eis videbantur Evangelica ea de re oracula, ut eam sententiam abiicare cogerentur. Primus omnium Augustinus illam omnem dubitatio-

nem removit, questionemque eam prius implicatiissimam tam dilucide in libris duobus de adulteriis conjugiis explicuit, & illuminavit, ut paulatim Occidentalis omnis Ecclesia in unam eandemque cum eo doctrinam conspiraverit, ut repudiata adultera uxore, nefas sit prorsus alteram ducere. XV. Clericatu multo certius submovet Leo illos bigamos, quibus due simul erant uxores, utpote qui alteram duxissent, vel repudiata priori, vel ab ea repudiati (2): *Multo magis illum, qui duarum simul est maritus uxorum, vel ipsum, qui a prima uxore dimissus, alteram ducisse prohibetur.* Sed & illud constat, non abigi a Leone Bigamos, nisi ab Ordinibus sacris (3): *Nequaquam vel ad Diaconii gradum, vel ad Presbyterii honorem, vel ad Episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse claruerit.*

XVI. Quid autem rei sit, cur Bigamorum irregularitatem impingat illis etiam Ecclesia, qui viduas duxerint, tres profertur ab eodem Pontifice rationes. Primo, quod a Presbyterorum conjugibus exigat Paulus, quod a Presbyteris ipsis, & a viduis Ecclesiasticis exigit, scilicet ne bis nuplerint. Secundo, quod Sacerdotibus Moysæ legis imperatum est, ut virginem uxorem ducerent. Tertio, quod conjugia Sacerdotum adumbrare & imitari debeant conjugium celeste Verbi incarnati cum Ecclesia semper una, semper virgine (4): *Dicente Apostolo, ut is Episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum tulisse aut esse constituerit, tam sacra semper habita est precepio, ut etiam de mutiere Sacerdotis eligendi, eadem intelligatur servanda conditio, ne forte illa priuquam in matrimonium ejus veniret, qui alias non habuisset uxorem, alterius viri esset exporta conjugium.* Nec divine legis statuta defuerunt, quibus evidenter est definitum, ut virginem Sacerdos accipiat, & alterius eorum nesciat conjugis, que uxor est futura Pontificis. Jam tunc enim in Sacerdotibus figurabatur Christi & Ecclesie spirituale conjugium, ut quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa Christi non alium nosse quam Christum, qui merito unam elegit, unam diligit, &c.

XVII. Continentia unius rationem habet Gelasius, cum causas edisserit, cur Laii facilius sinantur iterare conjugia, quam Cle-

(1) Ep. 87.

[2] Id. Ep. 87.

(3) & Ep. 1. c. 2.

(4) Ep. 87.

Clericū<sup>(1)</sup>: Secundas nuptias sicut facultatis inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale finitur venire collegium. Aliud enim est humana fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita divinorum rerum servitio dedicata.

XVIII. Accedendum nunc nobis ad suffragia Patrum roganda, ut eorum cum Conciliis & Pontificibus concensus elucescat. Illud in primis commendat Hieronymus, ut perpendamus serio, quid cupiat Apostolus, & quid toleret; quid proberet, & quid patiatur. Cupit continentiam, probat primas nuptias, secundas vix patitur, & subinvitus: quod nec dissimulat, cum Bigamia arcet a Sacerdotio, & a stipe atque eleemosyna Ecclesiae: Non solum ab officio Sacerdotali bigamus excluditur, sed & ab eleemosyna Ecclesiae; dum indigna putatur pīpe, qua ad secundina conjugia devoluta est. Et infra<sup>(2)</sup>: Aliud est, quod vult Apostolus, aliud quod cogitur velle. Ut concedat secunda matrimonia, mea est incontinentie, non illius voluntatis, &c. Due sunt Apostoli voluntates, una qua precipit, altera qua indulget. Vult nos permanere post nuptias, sicut se ipsum: si autem nos viderit nolle, quod ipse vult, incontinentia nostra tribuit indulgentiam. In alio vero Opusculo<sup>(3)</sup> imitandum esse nobis tradit, aut primum Adamum, cui una tantum fuit uxor: aut secundum, cui una fuit conjux, eaque virgo; cum tertius fuerit nullus, humani generis parens, qua iterato conjugem duxerit: Primus Adam Monogamus, secundus Agamus; qui bigamiam probat, exhibeat tertium Adam bigamum quem sequatur. Et rursus alibi docet Hieronymus, eum qui geminae conjugis praefettina morte viuatus, reliquum vitæ tempus omne incorruptæ dicat continentia, virtutum quidem gloria superiorem fore eo, qui una cum conjugi totum vitæ tempus transegerit: & tamen irregularerem fore, eoque inferiorem quodammodo illo, quem virtutum meritis antecedit, propterea quod non iam possit eo fungi munere Clericis omnibus immimente, ut omnes ad continentiam hortentur, & ne verba sua exemplis infirmit<sup>(4)</sup>: Ut non omnes monogamum bigamo putemus esse meliorem: sed quod is possit ad monogamiam & continentiam cohortari, qui suum exemplum preferat in docendo.

XIX. Ibidem mox, sed longe operiosius in Epistola ad Oceanum convellit Hieronymus eam, quam supra tuebatur Innocentius I. sententiam de duplice matrimonio, quorum alterum baptismo praesert. Sed non possumus non Innocentio ad tipulatores accedere, a quo & Hieronymi elita sunt argumenta: ubi fatetur Pontifex baptismō elui fortes criminum, non minui numerum conjugiorum; quin & priscæ fuisse consuetudinis, ut qui ante lustrales lacri fontis latices nefaria venere corpus inquinassent, in ipsius baptismi susceptione profiterentur, abstinenturos se conjugio, si ad Clericatum anhelarent: Maxime cum vetus regula hoc habeat, ut quisquis corruptus, baptizatus, Clericus esse voluisse, sponderet se uxorem non ducere. Unde mox subjicit idem Pontifex, eum qui ante baptisma carnis integritatem amisit, post baptisum, etiam in Monasterium secedat, non posse unquam conjugari, si ad Clericatum suspiraret: quinimmo & si conjugium inire velleret, sacerdotali benedictione donari non posse, quod ante jam nefaria libidine carnem maculasset: Si corruptus, postea baptizatus, & in Monasterio secedens, ad Clericatus ordinem accedere voluerit, uxorem omnino habere non poterit; quia nec benedicti cum sponsa possint, jam ante corruptus.

Ad hæc sacræ disciplinæ instituta animad non advertebat Hieronymus, cum Innocentii doctrinam hoc argumento quatierbat, conjugiis ante baptisnum initis irregularitatem illidi non debere, cum ne illidatur quidem flagitiis innumeris, in veteri tunc homine perpetratis. Vere enim & nonnulla habebatur ratio flagitorum tunc admisorum, ex Innocentii ea Epistola. Tradit rursum alibi idem Hieronymus, Episcopi non solum vitam, sed & domum familiamque odore virtutum referant esse debere. Inde fieri, ut ad Episcopatum non cooptentur quandoque viri pietate singulare, propter virtutis liberorum, quorum respurguntur & ipsi infamia: Intelligent propere quosdam a sacerdotio remotos, quia eos uita liberorum impedierunt. Potuerunt ergo & uxores bigamæ impedire, ne mariti ad sarcos Ordines vocarentur. In potestate enim fuit viri, uxorem ducere non bigamam; at parentum egregii non raro conatus in liberorum correptione frustrantur.

XX.

(1) Ep. 9.

(3) L. 2. Adv. Jovinian.

(2) Ad Geron. De Monogamia.

(4) In Ep. ad Tit. c. 1.

XX. Ambrosius vero pro Innocentii doctrina ante Innocentium ipsum decertaverat. Professus enim fuerat ab ipsa rerum primæva institutione, unum esse debere omnino conjugium, ideoque secundas nuptias, nonnisi ex pia quadam & provida indulgentia tolerari (1): *Una tantum nec repetita permittitur copula. Et in ipso ergo conjugio lex est, non iterare conjugium, nec secunde conjugis sortiri conjunctionem.* Potest illud quidem ad Clericos coarctari. At mox idem questionem illam adgreditur, qui possint iterata quod fas sit conjugia ante baptisnum magis a Clericatu retardare, quam iterata per summum nefas tot flagitia: *Sed intelligere debemus quia in baptismate culpa dimitti potest, lex aboliri non potest. In conjugio non culpa, sed lex est. Quod culpa est igitur, in baptismate relaxatur; quod legis est, non solvitur.* Eadem ipsa est, que Innocentii Papæ responsio. Aliam mox subjicit, quod cum sacri ministri ad viduitatis continentiam hortari omnes eos easque debeant, quibus is congruit cattimonice gradus, non debeant doctrinam suam moribus infringere: *Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse conjugia frequentarit?*

Hieronymo quoque illa displicebat incontinentia bigamæ viduæ, cum eismodi omnes bigamos ab elemosynis Ecclesiæ alienabat, hoc est, ab earum numero segregabat, que Ecclesiæ sumptibus alebantur. Id ipsum & alibi ab eo inculcatur. Ubi & illud hinc argumentatur, quod non immiterito & admirationem creare debeat & pavorem (2): *Si autem panis illi tollitur elemosyne, quanto magis ille panis qui de celo descendit; quem qui indignè comederit, reus erit violati Corporis & Sanguinis Christi?* Denique nec Pagani ipsi sacerdotium suum voluerant bigamorum contagione sondari (3): *Nullum sacerdotem bigamum, nullum flamine bimaritum.*

Quod ad bigamos autem pertinet, quorum prius conjugium ante baptismum celebratum fuerat, sentiens Hieronymus suam minus probari sententiam, contestatus est, ingenuæ se quid sibi videretur declarasse, aliorum doctrinæ nihil obtrectare voluisse (4): *Quid nobis videretur, respondimus; nulli prejudicantes sequi, quod velit, nec alterius decretum nostra sententia subvertentes.* Hi-

larius Arelatenfis Episcopus Chelidonum Episcopum Velationensem gradu dejicit, tanquam viduæ maritum; illum Leo Papa restituit, (5) ut præpropere damnatum, nullis tatis certis documentis editis bigamæ, cui non negaretur inhærente irregularitas.

XXI. Suffragatus est & Augustinus Innocentii sententia adversus Hieronymum. Sed illud Augustini proprium & peculiare est, quod una ei obvertetur bujus irregularitatis causa, defectio a mystica significatione conjugii Christi cum Ecclesia, unias cum una, virginis cum virgine: a qua significatione necesse sit non recedere Clericorum maxime conjugia (6): *Sacramentum nuptiarum temporis nostri sic ad unum maritum & unam uxorem redactum est, ut dispensatorem Ecclesia non licet ordinare, nisi unius uxoris virum. Quod acutius intellexerunt, qui nec eum, qui catechumenus vel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt.* De sacramento enim agitur, non de peccato; peccata enim omnia in baptismate dimittuntur, &c. Noster Antistes unius uxoris vir, significat ex omnibus gentibus unitatem uni viro subditam Christo.

Magnifica & sublimis est ea ratio, & Augustino auctori ejus primo consentiens, cuius insilere vestigiis, & tutum semper fuit, & splendidum. Sed cogit nos veritatis ipsa lux & claritas fateri, eam rationem in medium proferri non cepisse, nisi re perfecta, ut ea illustrarentur decreta, non ut decernerentur. Subscriptis Augustino Leo Magnus, eandemque rationem mysticam exprimit Epistola lxxxvii. Quanquam Epistola lxxxiv. incontinentiam magis pondaret, a qua Clericos deceat alieniores esse: *Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut que in aliis Ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.*

XXII. Gennadius posthabit is Innocentio & Augustino, totus ad Hieronymi sententiam propendet, de matrimonio ante baptismum contracto. Ut vero altius & ab origine reperatur res hæc tota, consumpsit Hieronymus in Oriente longe maximam ætatis suæ partem, hauseratque illam doctrinam a Gracis Patribus, qui eidem sententiae omnes suffragabantur, ut fidem faciunt Ballamon & Zonaras in Canonem xvi. Apostolicum, quo aperte res ad eum sen-

(1) Offic. I. 1. c. 50.

(2) L. 1. adv. Jovin.

(3) Leo Ep. 89. Con. Gall. t. 1. ad an. 444.

(4) Ibid.

(5) Apol. adv. Ruffio.

(6) De bono conjug. c. 18.

sensum definiebatur: *Si quis post baptismum secundis fuerit nuptiis implicitus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non Presbyter, aut Diaconus, aut prorsus ex numero sacerdotali.*

Quod vero majorem merito concitet admirationem, illud est, quod cum multo infestiores fuerint Græci quam Latini secundis nuptiis, censuerint tamen iterata non esse conjugia, si eorum alterum ante baptisma sit initum. Verbis concebris jubet Canon Neocæsariensis bigamum poenitentia subiecta (1): *Cum poenitentia bigamus egeat.* Ideo & Presbyteros interesse vetat conviviis secundo nubentium. Ancyranæ Synodus (2) virgines, quæ a proposito suo desciverint, eidem poenæ subiecta, ac bigamos. Denique Laodiceni Concilii Patres (3) communioni bigamos non restituunt, nisi aliquandi purgatos jejuniis & precibus, & tum quoque indulgentius eos tractari insinuant.

Quod vero magis stupeas, & quo ipsum etiam stuporem illum diluas, causa ipsa est & origo tantæ Græcos inter & Latinos dissonantia. Græci enim animum maxime adjacentes ad eam incontinentia maculam, quæ plerumque & præsultrix est ad secundas nuptias & comes: existimarent baptismi ablui eam & culpæ maculam, & irregularitatem. At ex adverbo Latini secundas nuptias persuasissimi licitas esse, nec culpam eis vel minimam inhærere, baptismo eam elui aut minui non censuere, quo sola eluantur peccata; eoque nec earum irregularitatem solvi. Ita Greci ex anteriori principio in mihiorem refluxere conclusionem: a Latinis vero ex clementiori de secundis nuptiis sententia durius aliquid conclusum est. Redeo ad Genesiodum Græcorum doctrinæ affixum, æque ut Hieronymum. Ejus hæc sunt verba de dogmatibus Ecclesiasticis (4): *Maritum duarum post baptismum matronarum, Clericum non ordinandum. Neque eum qui unam quidem, sed concubinam, non matronam habuit; nec illum qui viduam, aut repudiatam, vel metrictem matrimonio sumpset.*

XXIII. Nec poenitebit hoc rursus obseruisse; ubi a Græcis bigami ad poenitentiam alegari sunt, non eo id pertinere, ut aliquid culpæ illinirent secundis nuptiis. Sed

persuasum illis erat, eam incontinentiam, cui medebantur secundæ nuptiæ, non omnino culpæ vacuam esse. Itaque poenitentia indicebatur morbo incontinentia, non remedio, sive nuptiis etiam secundis. Contra autem si Latini nec bigamis poenitentiam præscriberent, nec bigamia irregularitatem baptismo ablui vellent: ne inde suspiceris tamen minus infertos eos fuisse incontinentia bigamorum: sed hanc quoque nuptiis condonantes, unum urgebant. ne Clero inscriberentur n*i*, quorum duplicitatum conjugium infringeret atque debilitaret omnes illos præclaros conatus, quibus Clerici omnes conniti debent, ut laicos ad continentiam impellant. Luculentissimo Augustinus in libello de Bono viuitatis ait nec improbari a se secundas nuptias; & ægre tamen ferre se dedecus duplicati conjugii (5): *Nec ullas nuptias audeo damnsare, nec eis verecundiam numerostatis auferre.*

XXIV. Præclare Epiphanius tradit (6) ab Ecclesia laudari virginitatem, & ad eam omnes invitari: approbari primas nuptias, tolerari secundas in Laicis, non in Clericis. Alibi ait (7) arceri bigamos & Clericatu, ea ipsa ratione, qua cælibatus exigitur a Subdiaconis, & aliis superioribus Ordinibus, contemplatione & reverentia maiestatis & sanctimoniae sacerdotalis: *Eo quod incredibilis est honor sacerdotii & dignitas: διὸ τὸν ὑπερβάλλον, τὸν τοῦτον τὸν ιερούν.* Denique cum urget necessitas, docet (8) bigamos ordinari Lectores, idque eo fieri, quod nulla ex parte Lector sacerdotii sit consors: *Quippe Lector Sacerdos non est.*

XXV. Etsi Chrysostomus suspicatus aliquando sit bigamos quos eliminat Paulus ab Ordinatione, eos esse, qui repudiata priori conuge alteram duxissent: eidem tamen irregularitati illos quoque inhexos agnoscit, qui e vivis abeunte priori conuge alteram sibi copularent. Quin & ejus rei hanc allegat causam, quæ necdum haftenus delibata fuit. Nimis qui ita obduruerit ad priorem conjugem, ut ei defunctæ aliam superduceret, ei committendam non esse sponsam Ecclesiam. Addit & secundis ut plurimum ex conjugiis eas scatere rixas, sollicitudines & calamitates, quibus Clericos

(1) Can. 7.

(2) Can. 19.

(3) Can. 1.

(4) Cap. 70.

(5) Cap. 12.

(6) Hæc. 48. n. 9.

(7) Hæc. 59. n. 4. II.

(8) Exposit. fid. Cath. c. 21.

cos æquum sit esse prorsus expeditos (1) : Castigat impudicos Apostolus, dum non eos permittit post secundas nuptias ad Ecclesia regimen, dignitatemque Pastoris assumi. Nam qui benevolentiam nullam servasse deprehenditur defuncta uxori πότε τὴν ἀπελθεῖσαν, quo pacto hic Ecclesia præceptor esse optimus poterit? Immo quibus criminibus non subiectur in dies? Noftis enim profecto omnes, quod eti per leges secundæ nuptia permittuntur, multis ratione ea res accusationibus patet. Nullam ergo subjectis occasionem prebere Praefulem vult. Sunt qui ea verba detulerint ad uxorem repudiatam: πότε τὴν ἀπελθεῖσαν: at verbis minus ambiguis declaravit Theophylactus, de uxore præmortua capi illa debere.

XXVI. Origeni visum est, ut a Clericatu bigamos abjicit Ecclesia, quin & bigamas ex albo viduarum honoratorum; ita a summo & extremo Judice exturbarum eos iri, non a cœlesti Hierosolyma, sed ab omnientioribus gradibus, quæ virginibus & continentibus destinantur (2): *Sicut enim ab Ecclesiasticis dignitatibus non solum fornicatio, sed & nuptia repellunt: Nec enim Episcopus, vel Presbyter, nec Diaconus, nec vidua possunt esse bigami.* Sic forsitan & de cœtu Primitivorum immaculatorumque Ecclesia, quæ non habet maculam neque rurgam, ejicietur bigamus.

XXVII. Delinam in Theodoreto, qui ut se purgaret ab Ordinatione Irenæi Episcopi, qui bigamus erat, ait celeberrimos Episcopos Alexandrum Antiochiae, Acadiam Berocæ, Praylium Hierosolymæ, Proclum Constantinopolis, Episcopos Ponti Palestinae, & Phœnicie id genus Ordinationes aut celebrasse iplos, aut probalisse. Atque ita se coniuetudinem obsecutum esse (3): *Coniuetudinem ergo secuti sumus.* Paucis illis exemplis, quæ vel laudabili dispensationi, vel dissipationi Canonum damnabili imputanda erant, præscribi non poterat adversus tot Conciliorum Canones, contra conspirantes Ecclesiarum Patres, contra Apostolum ipsum. Refert Epiphanius (4) Josephum illum meritum clarissimum, verum ne conjecta sibi Episcopali sarcina & ordinatione, Ariani se nefariis suis partibus vindicarent, prævertisse eorum consatus iterato conjugio: ut ordinari jam ne posset

quidem: Horum igitur meta alterum se matrimonium iniisse dicebat, quo se ab illa manuim impositione liberaret. Idem ipse vero Epiphanius alibi demonstrat religiosissime in Ecclesia Paulinam illam legem observatam fuisse, ne ad tres maiores Ordines bigami adreperent (5): *Atque istud ipsius sacrosancta Dei Ecclesia cum omni provisione diligentiaque servat.* Ideo & Theodosius Imperator iusit Irenæum deponi, qui Episcopus Tyri ordinatus fuerat præter Canones Apostolicos, quibus bigami sacris summoventur muniis: *Post secundas nuptias contra Apostolicos Canones ordinatus est.* Ex ipsius naturæ instinctu scaturisse primitus hanc legem & coniuetudinem bigamos arcendi a Pontificatu, inde non temere augurari forsitan quis posset, quod non solum Mosaicis & Christianis, sed & Gentilitiis institutionibus ita sanctiretur, ita observaretur. De Gentilibus fidem facit Tertullianus (6), nam de aliis iam satis superque dictum: *Sacerdotium viduitatis celebratum est & apud Nationes, pro diaboli scilicet emulatione. Regem seculi, Pontificem Maximum rursus nubere nefas est.*

Ceterum quæ hoc capite tractatae sunt irregularitates conjunctum, propter cogitationem quandam suam, conjunctum quoque sequentibus capitibus elucidabuntur, observata duntaxat temporum distinctione.

## C A P U T LXXXIX. P.2. l.2.c.19.

Irregularitas Eunuchorum & Energumenorum, seculo VI. VII. & VIII.

I. Concilia Gallia & Hispania Ordinibus interdicunt Eunuchis voluntariis & distortis?

II. Corporis vitta parvi fecerunt Graci.

III. Energumenti irregulares declarantur, & non semel promiscue habentur cum Epilepticis & Lunaticis.

IV. Ea in re Concilia ipsiss obsequuta sunt Scripturis, & ad ipsa earum verba se se accommodaverunt.

V. Cur alicubi jussum, ut sacrificantis Presbyter semper presto esset, qui eo deficiente vices ejus suppleret?

VI. Narratio de Energumeno ea lege sanato, ut ad Ordines sacros nunquam accederet.

I. Eu-

(1) In Ep. ad Tit. hom. 2.

(2) In Lucam hom. 17.

(3) Ep. 110.

(4) Epiph. Hæref. 39. n. 5. Hær. 48. n. 9. Hæ. 59. n. 4.

(5) Con. Eph. Par. 3. c. 47. 48.

(6) L. 1. ad uxor.

I. **E**unuchi spontanei, tanquam audaciores res sui homicidæ, irregularium classi alscribuntur a Concilio Toletano IV. ut supra diximus, eique una sociantur, quibus quæ demumcunque membra corporis amputata sunt. Harum irregularitatuma prima manat ex crimine, secunda ex detruncatione vel fortuita, vel naturali. Hujus irregularitatis meminit & Aurelianensis III. Synodus (1): *Aut simus corpore. Sicut & Gregorius Magnus (2): Vel in qualibet corporis parte vitiatus.*

II. Minimum vero momenti videntur Græci posuisse in his corporis vitiis. Vide enim, ut Joannes Presbyter Antiochenus quadam verborum compendio complexus sit tres Canones Apostolicos, ubi agitur de hac re (3): *Eunuchum, dummodo se ipsum non execuerit, si Episcopatu dignus sit, non esse rejiciendu; neque vero claudum, aut unoculum preterquam si surdus, aut cæcus sit, ne Ecclesia munia impediatur. Ea est sententia Canonum Apostolicorum xxii. lxxvii. lxxviii.*

III. Huic irregularitati illa affuetur, quæ Energumenos amplexatur. Hanc enim illi subtexxit Concilium Aurelianense III. (4) *Vel qui publice aliquando arreptus est. Obtrutuit hic Concilium Toletanum IV. quod rariuscula tunc forsan occurrerent exemplia. At copiole de Energumentis Concilium Toletanum XI. a quo hæc seu irregularitas seu ægritudo, promiscue pene habita cum sōntico morbo; quasi aut semper, aut plerumque Epileptici idem essent & arrepti, hisque se corporeis morbis insinuantur quædam occulta dæmonum contagio. En ipsa Canonis verba, necessario hic inserenda (5): Bene quidem majorum regulis definitum est, ut dæmoniis aliisque similibus passionibus irretitis, ministeria sacra tractare non liceat. Cui præcepto, consensu rationis adhibito, id communiter definiimus, ut nullus de his, qui aut in terra arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incurribus efferuntur, vel sacræ audeant ministrale altaris, vel indiscessu se divinis ingerant Sacramentis. Exceptis illis qui variis corporum incommoditatibus dediti, in ejusmodi passionibus in terram approbantur elisi. Qui tamen & ipsi tandem erunt ab*

*Thomæ. Tom. IV.*

*officii sui ordine & loco suspensi, quousque unius anni spatio, per discretionem Episco-pi inveniantur ab incursu demonum alieni.*

IV. Hanc porro hujus Concilii Præfates doctrinam ex ipso Evangelico contextu mendicaverant, ubi exitiales quædam corporis ægritudines, membrorumque debilitates, malignorum spirituum afflatui, quinimmo & insinuationi imputantur (6): *Obtrulerunt ei hominem mutum & dæmonum habentem, & ejecto dæmonio locutus est mutus. Et alibi (7): Erat ejiciens dæmonium, & alud erat mutum. Quasi dæmonium non au-ctor duxerat morbi, sed morbus ipse fuisset: Spiritum infirmitatis. Sed longe plures ejusmodi ægritudines videtur Matthæus ascribere dæmoni insidenti, vel obincidenti (8): Obtrulerant ei omnes male habentes, varis languoribus & tormentis comprehensoes, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paraliticos, & curavit eos. Lunaticus qui Epileptico morbo sæpe corripiebatur, qui mutus, qui surdus idem erat, his afflita-batur malis omnibus infestatione illius dæmo-nis, quo lacinabatur, & cujus infestatio-nes his se maxime prodebat morbis (9): Accessit homo dicens; Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam, &c. Et increpavit illum Jesus, & exit ab eo dæmonium, & curatus est puer. Eadem vero narratio eis verbis apud Mar-tum contextur, ex quibus planum fit, to-tam illam ægritudinum congeriem non es-se inspiratam nisi contagio quædam & af-flatu dæmonis (10): Dicit unus de turba, Magister attuli filium meum ad te haben-tem spiritum mutum, qui attidit eum, & spumas, & stridet dentibus, & arescit, frequenter eum in ignem & in aquas misit, &c. Comminatus est Jesus spiritui immundo, dicens, Surde & mute spiritus, exi ab eo, &c. Incubatione ergo quadam dæmonis mi-sellus puer siebat surdus, mutus, lunaticus & epilepticus. Nec aliter apud Lucam dæ-mones, morbique quasi in unum conflan-tur (11): *Mulieres que erant curate a spi-ritibus immundis & infirmitatibus. Deni-que quæ ab annis duodeviginti mulier toto corpore curva & dejecta in terram erat, sanari non potuit, nisi ejecto dæmons, cu-jus vi & infestatione ita deprimebatur (12):**

Ccc

Mu-

(1) Can. 6.

(2) L. 1. Ep. 25.

(3) Bibl. Juris Canonici p. 503.

(4) Can. 6.

(5) Can. 13.

(6) Matth. 9. 32.

(7) Luc. 31. 14.

(8) Matth. 4. 24.

(9) Matth. 17. 14.

(10) Marc. 9.

(11) Luc. 8. 2.

(12) Ibid. 13.

Mulier que habebat spiritum infirmitatis, annis decem & octo, & erat inclinata, nec poterat omnino sursum respicere, &c. Respondens Dominus dixit: Hanc filiam Abrahe, quam alligavit satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solvi a vinculo isto, die Sabbathi? Si idem sensere, si eadem verba usurpare Toletani Patres atque Scriptores Evangelici, uno & eodem spiritu animati fuere.

V. Eodem in Concilio proximo Canone agitur de Presbytero sacris operante, qui cum interim possit aliqua corporis, vel etiam animi perturbatione corripi & elidi, provide præcipitur, ut præsto sit semper aliis Presbyter quiq[ue]iam, qui ejus vicem supplere possit, si quo eum deliquio deficerre contingat (1): *Habeat quisquis ille canens Deo, atque sacrificans, post se vicini solamnis adjutorem: ut si aliquo casu, ille qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elisus, a tergo semper habeat, qui ejus vicem exequatur intrepidus.*

VI. Sed quod ad veros Energumenos, permirum prorsus est, quod narrat Gregorius Magnus in Dialogis de juvete Clerico, quem corripuerat dæmon, & qui eo yngculo solutus est a beato Benedicto, eademque opera iussus, ne unquam ad sacros Ordines accederet; alioqui fore, ut a molestissimo rursus hospite & dominatore invaderetur (2): *Cui sanato præcipit dicens: Vade, & posthac carnem non comedas, & ad sacrum Ordinem nunquam accedere presumas. Quacunque autem die ad sacrum Ordinem accedere presumperis, statim iuri diaboli iterum mancipaberis.* Cohibuit aliquandiu is terror Clericum; at lapidem temporis, quasi dilapsa pristinæ calamitatis memoria, permoleste ferens juniores Clericos jam sibi in dies anteferri nunc hos nunc illos ulteriori ordinatione: *Cum priores illius de hac luce migraffent, & minores suos sibi met superponit in sacris Ordinibus cerneret: Ordinanti Episcopo ordinandum se exhibuit, & illico invasit eum spiritus nequissimus, quo ad ultimum usque viæ diem afflictatus est.*

## C A P U T LXXX. P. 2. l. 2. c. 20.

De Bigamis in Oriente & Occidente, sæculo VI. VII. & VIII. Item de Filiis illegitimis.

I. Bigami in Hispania majoribus prohibiti Ordinibus, quandoque & minoribus. Varia genera bigamie. Cur post Clericorum mortem non sinebantur eorum vidua rursus nubere?

II. Illi. Eadem observantur & in Gallie Conciliis.

IV. Et in Italia pariter ex Gregorio, ubi Clericorum sacrorum priores conjuges videntur induisse religionis habitum, quem abjicere non possent conjugi viduæ.

V. In Oriente leges eadem vigabant, nec fere ratio habebatur nisi incontinentie in hac disciplina parte.

VI. Summa austерitas & dispensandi parsimonia in bigamis.

VII. VIII. De illegitimis & de filiis Presbyterorum. His affixa non est irregularitas, nisi post annum Christi millesimum. Varia ejus rei argumenta.

IX. De filiis Presbyterorum in Oriente.

I. Proximi sequuntur bigami in Concilio Toletano IV. irregularitatum rectione. Iis non interdicit Hispalensis Syndodus, nisi Diaconatu & superioribus Ordinibus (3): *Nec ultra proverbi ad Diaconi Ministerium, qui contra divina atque Ecclesiastica jura instituti reperiuntur. Clero prorsus omni eos ejecerat Concilium Girundense (4): Si quis de laicis, post uxorem, aliam cuiuscunq[ue] conditionis cognoverit mulierem, in Clero nullatenus admittatur.* Quibus verbis designari videntur illæ, quæ in Concilio Toletano IV. dicuntur concubinæ, quod quanquam vero uxores essent, nulla tamen nuptiarum solemnitas intercessisset, propter quandam sortis inæqualitatem, nec proles inde orta solemnibus filiorum privilegiis iteretur.

Apertissime quoque Concilium Tarragonense innuerat, legi bigamie vel ministris subjici Clericos, cum Lectores & Ostiarios prætereat ab uxoribus suis omnino & in perpetuum segregari, si quæ eorum adulterio

[1] Can. 14.

[2] L. 2. c. 16.

[3] Can. 4.

[4] Can. 8.

terio essent infamatae. Si bigamus enim habetur, qui impudicam ducit: quid qui prostitutam non abjicit? Si quis Lectorum adultere mulieri voluerit misceri, vel adhaere confortio, aut relinguat adulteram, aut a Clero habeatur extraneus. Similis sententia Ostiariorum manebit scholam. Posset tamen cuiquam videri in maritos redundasse flagitium & infamiam adulterarum, eisque irregularitatem affricuisse, sicut ait Hieronymus Patrem arceri ab Episcopatu eum, qui liberos habeat incontinentie ergo infamatos. Quomodo enim corripiet emendabitque ceteros, si ne in filios quidem ausit, vel possit? Sed quod propter filiorum incontinentiam ab hoc gradu accendi sumus. Qua entm libertate possumus alienos filios corripere, & docere que recta sunt, cum nobis statim possit, qui fuerit corruptus, ingerere. Ante doce filios tuos?

II. Agathensi quoque Concilio consultius visum est (3), mitigare aueritatem presorum Canonum, idque bigamis indulgere qui jam Diaconatu, jam Presbiteratu ordinati essent, ut honore & Sede Ordinis sui gauderent, munis non funderentur: *Ut qui* *buc usque ordinati sunt, habita miseratione,* *Presbyterii vel Diaconatus nomen tantum* *obtineant, Officii vero Presbyteri consecrandi, & ministrandi hujusmodi Diacones non* *presumant.* Ex quo & illud elicetur, minorum Ordinum ne functiones quidem bigamis prohibitas fuisse. Quod rursus dilucidius fit ex Concilio Aurelianensi IV. (4) quo annua suspensione percellitur Episcopus, si bigamum Diaconatu, vel Presbiteratu initiet: nulla ceterorum Ordinum mentione habita: ut quos nec Paulus bigamiae legi illigasset, nimisrunt suo zelo raros adhuc, ut mollissime loquar. Sunt & alia Concilia complurima, in quibus idem obseretur (5).

III. In his vero Conciliis nihil differunt bigami a conjugibus bigamarum: *Bigami, aut interruptarum, vel renuptarum mariti.* Propterea quod dedecus incontinentie ab uxore in maritum respergeretur: itaque qui bigamam ducebat, bigamiae applaudere videbatur. Eo adductae sunt Synodi plures, ut Clericos minores ab adulteris uxoribus aeterno divortio sequestrarent: utque Clericorum viduas ne sinerent novis implicari

nuptiis; si rursum nuberent, sejungerentur ab impiis Clericalis sanctimonice contaminatoribus, vel excommunicatione plecterentur (6): *Si se cuicunque mulier duplice conjugio Presbyteri, vel Diaconi relicta conjuxerit, aut castigati separantur, aut pari excommunicatione plectantur.* Ita decrevit Concilium I. Aurelianense, cui subscriptis & Epaponente (7). Accesit & Maticonense II. (8) quoad viduas Subdiaconorum, Exorcistarum & Acolytorum.

Non injuria mirabitur quis, cum' per tam multas Synodos liceat bigamos minoribus exornari Ordinibus, quid causæ sit, ut non finantur minorum Clericorum viduæ nuptias iterare. Sed illud forsitan reponi potest, Ordinatione impositam esse continentiae eam legem, quæ utrumque conjugem a secundarum saltē nuptiarum incontinentia cobibeat. Irregulares in Concilio III. Aurelianensi declarantur (9), qui conjugem duxerint, & postea concubinam. Dixi jam concubinas has in numero fuisse legitimorum conjugum, sed minus solemniter ductas. In his vero omniibus non dissimulamus alias alias in diversis Ecclesiis usus & Canones obtinuisse.

IV. Gregorius Magnus Ordinibus summovet bigamos, omnesque eos, quorum prima & unica eonjux virgo non esset soritus uxore. Probabile lacros ab eo tantum Ordines occludi. Eum enim sibi limitem defigit in Epistola ad Brunechildem Reginam (11): *Similiter de quodam bigamo requisisti, An ad sacrum Ordinem potuisse accedere: juxta Canonicam regulam omnino retinimus. Absit enim ne vestris temporibus, in quibus tam multa pia ac religiosa agitatis, aliquid contra Ecclesiasticum institutum fieri permittatis.* Cum vita excessisset Siculariæ Diaconus, quæ ejus conjux habita fuerat, alteri suspirit. Rescripsit Gregorius (12), ut sejungerentur, si ante Diaconus vere eam duxisset; alioqui nil molestiaz inferretur. Erat autem non paulo probabilius, conjugem eam Diaconi nunquam fuisse, tum quod virgo jam non esset, cum in domum venerat Diaconi; tum rursus quod religionis habitum non induisset, cum Diaconi celebrata fuerat ordinatio: *Dicens nec virginem illam ad eum venisse, denique nec*

Ccc 2 reli-

(1) Can. 9.

(2) In c. 1, Ep. ad Titum.

(5) Epao c. 2. Relat. 4 c. 3. Aurel 3. c. 6.

(8) Can. 16.

(9) Can. 9.

(3) Can. 1. & 43.

(6) Can. 13.

(10) L. 1. Ep. 25.

(4) Can. 10.

(7) Can. 32.

(11) L. 11. Ep. 8.

(12) L. 11. Ep. 62.

*religiosam mutasse vestem, postquam ille in Ordine sacro promotus est. Et ea forsitan religiosa vestis has foeminas alienabat a secundis nuptiis, etiam tum cum Clericus conjux obiisset. Cui rationi accedere poterat & alia ratio ab incontinentia petita.*

V. Nec mihi abhorrebat Graeci a bigamorum Ordinatione. Justinianus Imperator id argumenti executus est omnium præstantissime, ubi de Epilcoporum Ordinatione verba facit (1): *Et neque uxori copulatus, sed aut in virginitate degens a principio, aut qui uxorem quidem habuerit, sed ex virginitate ad eum venientem, & non viduam, non sejunctam a viro, neque concubinam. Ealdem mox leges lancit Presbyteris & Diaconis, illudque dilecte confirmat, quidquid est legum & constitutio-num, ut maxime impendi castimonia & puritati, qua sacros ministros necesse sit effulgescere (2): Nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quam in castitate viventes, aut cum uxoris non cohabitatores, aut unius uxoris vir qui vel fuerit, vel sit, & iphus pudica argue ex virginitate. Addit, castitatem seu fundamento ni-ti & firmari virtutes omnes sacerdotiales: Primum principium & fundamentum mani-festum secundum divinas regulas resoluta-ritatis. Denique ubi gravissima ingruit necessitas, tum demum conceditur, ut Lectores bigami Ordine suo fungantur, septo adiutu-ad superiores quoque. Roborante hec decreta Justiniani ejusdem altera Novel-la (3), qua præcipitur Epilcopus gradu & dignitate moveri, si in ordinandis Presby-teris, Diaconis & Subdiaconis nequidem conjugatis, non compellat eos incorruptam posthac profiteri continentiam, & inviola-bilem abstinentiam conjugii. Denique te-statum facit Justinianus has a se non edi Constitutiones, nisi ut novo quodam vigore sacros Canones corroboret (4). His igitur quo facis Canonibus definita sunt, insi-stentes, &c.*

VI. Jam ergo minus stupebimus, si tam difficiles in posterum erant dispensationes de bigamia. Joanni Eleemosynario Epilco-po Alexandrino magna auri argenteique copia eo tempore offerebatur, quo extrema inopia pauperes confictabantur, ea condi-tiones, ut bigamam sineret Diaconum or-

dinari (5). Sanctissimus Pontifex dominus & dispensationem abnuit, certus Deum nulla re Ecclesie suæ defuturum, quandiu constantier leges & Canones Deicæ disciplinae observarentur. Nec minor vel obfir-mior fuerat Gregorii Magni constantiae gloria, cum Theodosio Rege & Brunehilde Regina per Epistolas & per Oratores orantibus enixissime, ut cum bigamo dispensa-ret, ad hujusmodi preces penitus obscur-duit, ut ex ejus Epistola ad Brunehildem paruit.

VII. Venio ad eos qui defectum natu-rium patiuntur, & ad filios Presbyterorum, quibus constat nullam adhuc sulce alper-sam irregularitatem. Nonnisi post annum demum millesimum haec disciplinae sacrae invecta est irregularitas ad Ordines & ad Beneficia. Ejus rei origo infra vestigabitur. Unum hic observari operæ pretium est, nec in Conciliorum hacten, nec in Pon-tificum Constitutionibus, quibus irregulari-tates, vel singulæ, vel complures recensitæ fuere, ne verbo quidem uno perstrictam fuisse irregularitatem, vel spuriornam, vel filiorum Presbyterorum. Si non vacillat su-pra memorata Genebaudi Laudunensis Epil-copi narratio, argumenti in ea satis est, ut hac tunc irregularitas intelligatur nihil ha-buisse loci. Qui enim ex Laudunensis hu-jus Epilcopi lapu ortus est filius, cui ex-natalium dedecore nomen fuit Lairos, ni-hilominus in Episcopatu ei successit. Po-lycrates Ephesinus Epilcopus in Epistola ad Victorem Papam data, testificatur ipse metu- se octavum sive stirpis esse, qui ejus Ec-cliesie clavum rexent (6): *Fuerunt septem omnia ex cognatis meis Epilcoli, quibus ego octavus accessi. Hoc Eusebius. Alibi vero otensem a nobis est leges Imperato-riæ & Canones Conciliorum per priora secula in id conspirasse, ut in Clericorum sem-per sufficerentur Clericorum filii aux cognati. In Concilio I. Auvelianensi prohibitum injussu Regis ne secularares Clerico insererentur: sed Clero tunc dicabantur, qui patre avo-que Clerico nati essent (7): Nullus secu-larius ad Clericatus officium presumatur, nisi aut cum Regis iussione, aut cum Judiciis voluntate, ita ut filii Clericorum, id est, patrum, avorum ac proprorum, quos supradicto ordine parentum constat observa-tio-*

(1) Nov. 6. c. 1.

(2) Cap. 5.

(3) Nov. 123. c. 12. 14.

(4) Nov. 157. c. 1. 2.

(5) Vita Joan. Eleemos. c. 12.

(6) Euseb. I. 5. c. 24.

(7) An. 323. c. 4.

*nōni subjunctos, in Episcoporum potestate  
et distinctione consistant.*

VIII. Disputatur a nobis alibi de necessitate consensus Principium, ut Clero quis inscribatur. Hujus vero Aureliamensis Canonis pars posterior perspicue demonstrat filios parentibus avisque successisse in Ordines & functiones sacerdotales, nullo obice irregularitatis tunc amolioendo. Multi Pontifices Romani a prioribus Pontificibus legitima successione orti sunt, ex conjugio ante ordinationem pregnati. Sylverius Hornisda filius fuit ex Liberato. Agapetus ortus erat ex Gordiano Presbytero, teste Anastasio. Gregorii Magni pater nepos erat Felicis Papæ.

In Concilio Toletano IX. actum est de filiis Clericorum sacerorum, post eorum ordinationem natis ex legitima prius conjugie. Successione paterna hic spoliabantur, servique addicuntur Ecclesiar, cuius ministerio parens illigatus erat. Verum hac erat pecularis Hispaniae consuetudo, qua non tenebantur nisi Clericorum filii post parentum ordinationem natū, quales hic illegitimi pronuntiantur. Inter Francos cum ne regno quidem arcerentur illegitimi, facile fulpicor nec sacerdotii fuisse exortes & irregulares.

IX. In Oriente cum libera essent Presbyteris conjugia, non poterat degener aut irregularis videri proles, quae inde gignetur. Damnati sunt in Trullana Synodo Armeni (1), qui ad Clericatum solos elevabant Sacerdotum filios, vel aliorum Clericorum. Ita enim natalibus dabant, quod donandæ erant virtutes. Præcipit Synodus, ne eliminantur sacerdotio, qui virtute & meritis ei gerendo non sint impares.

## C A P U T LXXXI. P.3. t.2 c. 15.

Irregulares filii Presbyterorum, illegitimi, bigami, sub Imperio Caroli Magni.

I. Gracorum Presbyterorum filii legitimis nulla illinitur irregularitas.

II. Similiter habetur in Ecclesia Latina.

III. Filii illegitimi in Occidente irregulares.

IV. Nequagamus in Oriente.

V. In Gracorum bigamiam aliqua adnotantur.

VI. Et in maritos adulterarum.

VII. Clericorum minorum bigamia.

VIII. Graci recentiores plurimum remisere de rigore priso in bigamos,

IX. Cur non possint nubere vidua Clericorum majorum?

X. Cum maritus in Monasterio profitebatur, poterat uxor altero nubere, non vera cum Clero majori ascribebatur.

XI. In Occidente etiam Clerici majoris vidua nubere non poterat. Observationes Agobardi in bigamias secunda classis.

I. Superiori jam capite diximus nihil irregularitatis illitum fuisse apud Gracos filiis Presbyterorum, quin damnatos in Concilio Trullano Armenos, qui Clericatum intra ipsas Clericorum familias circumscriberent; quod is usus Levitico magis concimeret Sacerdotio, quam Christiano. Hoc certe Canone non excludebantur Clericorum filii, sed cavebatur, ne ceteri excluderentur omnes. Athenis narrat Ballamon, & urbibus in aliis quibusdam conqueri solitos Episcopos de filiis Clericorum, qui vi Ordines extorquerent sibi, citra peritiae & pietatis examen, quasi carnali successione obtineret cœlestis hæc hereditas.

II. Ne in Ecclesia quidem Latina irregularares erant Sacerdotum filii, dummodo ante ordinationem geniti fuissent. Ideo & Ratherius Veronensis Episcopus in eos tantum invehitur Presbyteros, qui sua in eos transfundebant Beneficia, quos in sacerdotio generuerant (2). Presbyter aut Diaconus cum uxorem legitimam habere non posset, si filium de ipsa fornicatione, aut quod pejus est, adhucero genitum, facit Presbuerum, &c.

III. Quoad illegitimos, cum Arnulphus Lotharii Francia Regis frater Episcopus Remensis creatus fuisset, & cum novo Rege Hugone Capetio graves suscepisset iniurias, exauditorari illum Hugo curavit in Concilio Remensi, quod ex concubinorum duxisset (3): Dicens non debere esse Episcopum, natum ex concubina. Enitente post tamen Romano Pontifice restitutus est Arnulphus, & rescissa sunt omnia Concilia hujus Remensis Acta. De Genebandi filio Latrone ex Flodoardo supra jam diximus, quem

(1) Can. 20.

(2) Sicut. t. 2. p. 240.

(3) Du Chesne t. 3. p. 253. Conc. Aimo. Eginard. Flodoard. l. 1. c. 14.

quem ei in Episcopatu successisse ferunt, quanquam in Episcopatu genitum.

In Concilio vero Meldensi anno 845. arcentur Ordinibus ii etiam qui ex concubina geniti sunt, quam quis postea legitimo matrimonio sibi copulavit (1): *Filii vero ex ejusmodi vituperabili conjunctione ante conjugium etiam minus laudabilis procreat, ad Ecclesiasticam dignitatem nullo modo prævehantur, nec de tali conjugio generati Ecclesiasticis Ordinibus applicentur, nisi forte eos vel maxima Ecclesiæ utilitas aut necessitas postulet, vel evidens meritorum prærogativa commendet.* Videntur porro hoc Canonie omnino Ordinibus excludi, qui nati vel concepti ante sint, quam legitimum connubium celebraretur, quod postea tamen celebratum sit; quinimmo ne ii quidem qui hinc postea exorti sint, admitti, nisi ex ea dispensatione, quam extorqueat Ecclesiæ necessitas.

Hunc Canonem postquam allegavit Regino, eumque lege Romana communiit, quæ nothis infamiam inurit: hinc exprimit rationem hujus irregularitatis; quod nolit Ecclesia sacras dignitates suas iis patere, qui in seculo insigni laborent infamia (2): *Eos itaque quos publicæ leges non admittunt, sed velut infamia maculis respersos reponunt, & quasi degeneres despiciunt, Ecclesiastica dignitas nullatenus recipit; præferrimus cum nihil maculosum Deo rite possit offerri, vel ejus servitio applicari.*

IV. Magis exorabiles fuere Greci in hoc natalium defectu condonando. Patriarcha Nicephorus in Orientali jure aditum ad sacros Ordines aperit illegitimis, perinde ut & natis ex secundis tertiusque nuptiis (3): *Qui ex concubina & scorto, & ex bigamis aut trigamis nati sunt, si virtutibus prediti appareant, & sint sacerdotio digni, ordinentur.* Addubitabatur etiam nonnunquam de iis qui ex secundis tertiusque nuptiis natii essent, quanquam nunquam non secundum eos pronuntiareetur. Quin & Nicetas Heracleæ Metropolitanus promoveri posse respondet eos, qui quartis ex nuptiis orti sint; atque hanc universim promulgat regiam, nihil filiis præjudicare posse parentes: *Parentes ei non prejudicant.* Expressissime denique Ballamon definit, illegitimos filios nulla attingi irregularitate: quod cum penes matrem tota sit culpa, nulla debeat

in filios innoxios poena retorqueri (4): *Sed & qui ex ancillis nati, & donati libertate, parique modo qui ex concubinis geniti, non velantur sacrari.* Matres enim eorum patris scortantium obnoxiae fuerunt; ipsi autem nihil del querunt; quamobrem nec paternis subiectiuntur. Ut reliqui igitur homines, qui nihil deliquerunt, honorem sacerdotalem secundum Canones consequentur & ipsi.

V. De bigamis qui hic occurunt, contextatur nunc sermo. Bigamis annumerat Harmenopulus eos, qui altera sibi desponsata alteram ducunt; sicut & eos qui alterius ducunt sponsam. Michael Cerularius Patriarcha Presbyterum deposit, qui uxorem adulterii convictam non repudiavit: ubi vero illam repudiavit, dotis bessem vindicant sibi communes liberi, reliquum secum ipsa avehit in Monasterium, id quod compingitur traditurque (5): *Sacerdos qui noverit uxorem suam adulterio pollutam, si eam expulerit, a munere suo non arcerit; si reperit, sacerdotium amittit.* Dotis autem, quam per adulterium cognita Sacerdotis uxor mariso attulit, duo triennes pro nato utrisque filio retinebuntur; reliquis ipsi concedetur, ei tribuendus Monasterio in quo tonderebitur. Plurimæ ab Alexio Comneno editæ sunt Constitutiones, ut sponsalibus eadem pene vis & auctoritas conciliaretur, atque nuptiis quoad bigamiam, dummodo puella septennis esset. Id vero manabat ex sponsaliorum per preces Ecclesiæ consecratione: *Non enim ipsa conjunctio, sed que precum interventu fit consecratio, sponsalia pro nuptiis haberi facit.*

VI. Referuntur a Photio in Nomo canonice Conciliorum decreta, quæ eorum Ordinationes prohibent, quorum uxores adulterio fuerint inquinatae; additurque civilibus etiam legibus mulctari eos omnes, qui adulteras conjuges domo non ablegant (6): *Lex quoque civilis omnes qui suas uxores in adulterio deprehensas non dimittunt, puniat.* Quin & addit Lege Codicis maritum declarari suæ conjugis lenonem, nisi eam repudiet, non leviasculis suspicioibis aspersam, sed certis convictam documentis: *Lex Codicis dicit eum esse lenonem, qui suam uxorem adulterio pollutam non dimittit, non tamen is qui solum suspicatus est.* Fidem tamen facit Photorius suo ævo eam austeritatem obsoleville, & posse jam maturum

(1) Can. 64.

(4) Ib. p. 310. 392.

(2) L. 1. de Eccl. disc. c. 4. 8.

(3) Jur. Orien. p. 17. 263. 512. 512.

(5) T. 1. p. 196.

(6) Tit. 1. c. 32.

sicutum uxorem repeteret, & Monasterio abducere, in quod contraria fuerat: *Hodie autem post condemnationem potest maritus suam adulterio pollutam uxorem ex Monasterio recipere, convenienter Novelle de repudiis.* Profertur a Balsamone (1) Lex civilis Basilicorum, qua biennium marito conceditur, quo possit uxorem revocare a Monasterio: verum ad Laicos solos id pertinet; qui enim Presbyter adulteram revocaret domum, vel qui adulteram duceret, is & bigamus & irregularis foret.

VII. Alibi testatur Balsamor subesse iisdem legibus & penis bigamiz Clericos etiam minores, quamquam faciliorem veniam & dispensationem consequerentur (2): *Quomodo autem multi Lectores, qui bigami fuerant, in suis gradibus conservati, & per Archiepiscopalia pittacia ad maiores gradus promoti sunt, ignoro.* Alibi vero docet Lectores ipsos & Subdiaconos irregulares fore, si conjugio sibi copulasset eas; quibuscum antea fornicati fuerant, ut non tantum ad ulteriores Ordines electari jam non possent, sed ne eos quidem exercere, quos jam suscepissent. Qui vero priore conjugia vita abeunte aliam ducerent, eos pro bigamis habitos, & abdicatos sive Ordinibus superioribus, si eos jam essent adepti: iis interdictos vero, si in minoribus adhuc agerent. Ideo & confitetur Novellis Juliani deponi Clericos maiores omnes, si bigamiz se introdarent (3): *Lectores Clericatu exi, si ante Clericatum bigamit fuisse: si autem jam Clerici ordinati, postea alteram conjugem, aut viduam ducerent, tum non Clericatu eos ejici, sed Ordinibus superioribus excludi.* Quod autem dixerat de dispensationibus, quas Archiepiscopi darent, fateur non eo illas pertinuisse, ut Diaconatus exortarentur, vel Subdiaconatus; sed *Officia ut quedam exercerent Ecclesiastica, unde commodius & pinguis sustentarentur: Officia sunt honores, & vicius subministrations.*

VIII. Adnotat autem alibi idem interpretis Canonum relaxationem aliavit, quae inoleverat circa bigamiam, & qua usque adeo alienos esse Clericos pricipiebat Canoness, ut ne matrimonib[us] quidem bigamorum convivii interessent. Atqui sua etate

auctor est Balsamon, intersuisse Episcopos epulo Imperatoris alteram conjugem ducantis; nihil jam poenarum canonicarum bigamis infligi, communione eos non suspendi, aut eam incunstanter a Cartophylace poemam relaxari (4): *Quia autem videmus offendiri aliquos, eo quod nullus eorum, qui secundum matrimonium contraxerunt, aliquando puniatur, nec eis Sacramentorum participatio impeditur, sed potius Chartophylacis Pittacium permittatur.* Vidimus autem Patriarchas & alios Antipates, comedentes cum Imperatoribus, qui secundas uxores ducent.

Enititur tamen Balsamon (5) eam Canonum incuriam eo obumbrare colore, quod promulgato Unionis Edicto Leo Philosopher Imperator secundas nuptias ex-equaliter primis, quartis omnino vetitis sub intermissione excommunicationis; & neutritias quidem indulgens, nisi certis quibusdam causis intervenientibus. Nemo neficit, ubi Imperatoris legibus anathemata, & cereris id genus illigantur poenæ Ecclesiastica, ex eo id fieri, quod ex leges Synodalium Canonum executrices sint & vindices. Adde quod pars non minima Constitutionum Imperialium Constantinopoli editarum, promulgatio quedam fuerit Decretorum Synodalium Patriarcharum Regiae eius Civitatis.

IX. Redeo ad Clericos maiores, & eorum conjuges, quibus leges bigamiz potissimum imminebant. Nec enim defunctis Presbyteris poterant eorum uxores in alias lascivire nuptias: propterea quod cum eo qui Deo sacer esset, in unam carnem semel conflatae cum essent, ad ipsas quoque ea permanebat consecratio, quæ profano ac novo conjugio conspurcanda non esset. Similiter & Presbyteri, cum Sacerdotio vel abibant, vel abdicabantur, non poterant tamen iterata inire conjugia, propterea quod consecrata Deo & altaribus corpora sua jam non poterant revocare, aut ad profanos usus convertere (6): *Nec Sacerdotum uxores, sicut nec qui sunt sacrae, Sacerdotium recusantes, permittentur vivere, ut laici, & secundo matrimonium contraherere.* Sacerdotum enim uxores unum corpus & una caro sacerdotalis per legitimam Sacerdotis conjunctionem appellata, & ex de causa

(1) Bals. ib. & in Can. 8. Neoces.

(2) In Can. 17. Ap. in Ca. 69. Basili.

(3) In Soppl. p. 1126.

(4) Ib. p. 1126.

(5) Ann. 922. Vide & Zonaram, in Can. 7. Neoces.

(6) Bals. in Can. 44. Basili.

*causa veluti consecrate, non profanabuntur per secundas nuptias. Sacerdotes autem qui semel secundas nuptias, eo quod sunt Deo cons-crati, rejecerunt, & Ds o hoc utique professi sunt: non sinentur per carnalem cupiditatem sacerdotalem dignitatem repudiare, & quam Deo fecerunt professionem infirmare, & carnali libidini servire; sed etiam si semel sacerdotium renuntiaverint, corpora sua qua sunt Deo semel consecrata, prohibebuntur secundis nuptiis profanare.*

X. Querit alibi Bailamon, cur citra conjugis assensum possit vir profiteri in Monasterio, non possit autem Episcopatu inaugurarari. Respondebat autem ex eo id proficiisci, quod cuius maritus vitam complectitur in Cenobio Monasticam, illi sospes & illibata constet postea libertas alteri nubendi: non ita vero tem se habere in ea, cuius vir Episcopibus insulis decoratur. Ex quo rursus intert Bailamon, eo ipso quo assentitur uxor maritum suum Episcopum inaugurarari, assentiri quoque, ut & ipsa radatur, & in Monasterium abdatur: Quoniam autem per consecrationem divortit, per tonsuram cogetur separationem perficere, & non ludere, ubi non est ludendum. Addidit & intutum fore & pudibundum, si h[ab]e matronæ Monasteria ineant, & nec secularem ponant vestem, nec Regulam profiteantur. Solæ enim impudicæ mulieres in Monastria ita se conduntur, ut vestem non mutent. Hinc autem facile intelligis emarcuisse Novellam Justiniani eam, qua eligi vetabantur Episcopi, quibus uxor esset & liber, tametsi ea in Basilicis radiaret. Contra autem viguisse contrariam Leonis Philosophi Novellam.

XI. Vetus & Vermeriense Concilium<sup>(1)</sup> anno 752. ne quis Presbyteri viduam alcisceret sibi uxorem: *Quia reprehensibile est, ut reliquam Sacerdotis alius homo habeat.* Concilium Romanum anni 743. sub Zacharia Papa viduas Presbyterorum & Diaconorum eo loco habuerat, quo sanctimoniales professas<sup>(2)</sup>; si quæ enim earum nuberent, separabantur ab adulterinis matritis, & pœnitentiaz subjiciebantur.

Claudet hoc caput Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis, a quo scire observatur, cum bigamos non pronuntiaverit, nec excluderit Paulus, nisi primæ classis, qui alteram conjugem vere duxissent: hinc non temere conjectari reliquas bigamiae & irre-

gularitatis species Ecclesiam a lege Mosai-ca mutuo accepisse<sup>(3)</sup>: *Videtur mihi, ut interrogare studeas, unde Patres doceant, non posse quenquam ad Sacerdotium promoveri, si viduam, vel repudiatam, sive meretrictem, & ut compendiosius dicam, non virginem in coniugium sumpergit, etiam si secundum Apostolum unius uxoris vir esse doceatur. Cumque hoc in novo non potuerint demonstrare, fateantur necesse est decreto veteri contineri. Neque hoc solum, sed & multa forsan hujusmodi.*

## C A P U T LXXXII. P.3.l.2.c.16.

Irregularitas Eunuchorum, Mutilorum,  
& Energumenorum, sub Imperio  
Caroli Magni.

I. Cur in Collectionibus Canonum cruentæ quadam sint leges.

II. Irregularitas Eunuchorum in Ecclesia Latina.

III. De mutilis, truncis, cæcis, &c.

IV. In Ecclesia Greca surdi, cæci, aliquique mutili, irregulares non sunt nisi ad eas functiones, quas exercere omnino non possunt.

V. Nemorbi quidem causa fraunt cuiquam virilia abscondi.

VI. De Energumenis.

I. Irregularitas Eunuchorum eadem hac aetate media fuit, quæ antiquitus. Coniunctioni suæ inferuit Regino Romanam legem, qua capite plebuntur, qui virilia cuiquam amputarint, turpibus aut vilibus adducti rationibus<sup>(4)</sup>: *Qui hominem libidinis, aut negotiorum causa castraverit, castrandum tradiderit, sive servus, sive liber sit, capite plectatur.* Sed ibidem ille eam regulam suggerit. & commendat, quæ ad omnes valeat Canonum Collectiones, his non inseri leges has cruentas, nisi ut inde conciatur, cujusmodi pœnitentiaz addicendus sit reus. Consentiebat enim eateus lex Canonica Romana, quod ubi hæc capite truncabat, illa publicam indicebat pœnitentiam: *Hoc totum idcirco ex lege Romana posuimus, ut Sacerdos ex lege perfendat in dum pœnitentie in talibus transgressoribus.* Canonicæ enim auctoritatis cum sege Romana ex maxima parte concordat.

II. Fuit

(1) Can. 5.

(2) Can. 5.

(3) De dispensat.

(4) L. 2. c. 88. 89.

II. Fuit tamen ubi animi dubius penderet Hincmarus, vir juris Canonumque peritissimus, ut nemini non est exploratum, in Presbytero, qui ejusmodi truncatione in seipsum levierat, coelestibus ut ajebat ipse monitis ad id incitatus; Canonum autem, qui id verarent, prorsus ignarus. Hac eum de re percontatus fuerat Episcopus Cameracensis, responderatque Hincmarus, ut ne quid contra Canones & contra Ecclesias auctoritatem decerneretur, necesse esse expectari Concilii Provincialis Congregacionem: interim vero clementia uti, nec ministerio suo Presbyterum exui (1): Pro quodam Presbytero Cameracensis Parochie, qui se ipsum castraverat, frequenter monitus id agere visitatione: nesciens quid inde sacri decerneret Canones; consiliumque das, monens, ut diligenter investigetur, quibus sit modis admissum, & interim per indulgentiam Presbyter idem maneat in Ordine suo, donec in Provinciali Synodo, quid exinde tenendum sit, inveniatur, quod nec praecptis Evangelicis contrarium, nec Decretis Sanctorum reperiatur adversum. Non audebant h[ab]i duo Praesules precipitare sententiam, propter Presbyteri incitiam Canonum, & coelestia monita quæ ab eo prætendebantur.

III. Concilium Triburicense, (2) allatis in medium Decretis Concilii Nicæni de Eunuchis, necnon & Innocentii I. de eo qui digito truncavit sese ipse, vel ab alio truncatus est casu, quorum ille Ordinibus interdicitur, non iste; Gelassi denique, qui mutilos omnes Clero arcet: hæc quidem omnia confirmat, ac præterea addit, qui superveniente ægritudine aliqua claudicare coeperint, non debere eos Ordinibus summoveri: Hanc auctoritatem sanctorum Patrum confitemur, & confirmamus, sequimurque: ita ut si quis a medicis per languorem defectus est, vel per aliquam infirmitatem clauditus effactus est, & inveniatur alias dignus, permaneat Clericus, & sacro Ordini apius. Eadem Regino (3) adhæsit sententia quoad claudos.

Est quod magis miremur in Hincmaro Episcopo Laudunensi, a quo Joannes VIII. Papa concessit sacra Mysteria celebrari, quanquam oculis orbatus esset. Aderant & Episcopi complures in Concilio Tricassino cum Pontifice, qui compulere ut celebret: Episcopi fautores Hincmari, audientes,

Thomas. Tom. IV.

quod Papa Joannes dixerit, ut si volset, Hincmarus cæcus Missam cantaret, &c. Verum ea erat dispensatio, ut liquidum est, & cæcitas non nisi jam ordinato acciderat.

IV. Idem prorsus fuere mores Canonesque Ecclesie Græcæ, ut constabit ex responsonibus Balsamonis ad percunctationes Archiepiscopi Alexandrini (4). Declaratur enim posse claudos, & quibus alter effosus est oculus, ad Sacerdotium & ad Episcopatum promoveri, ex Canonibus Apostolicis. Nec enim corporis, sed animi vitiis a divino summovemur ministerio: Non enim corporis damnum polluit, sed anima inquinatio. Si surdi autem cæcique irregulares habeantur, non alia ejus rei ratio est, quam ipsa exequenda tunc sacre functionis impossibilitas: Non ut pallitus, sed ne Ecclesiastica impediatur. Denique universa obtinet hæc regula, ordinari non debere, qui Ordinum munis fungi aliqua corporis infirmitate præpeditur: si vero jam ordinato ea infirmitas incidat, nihilominus solita obbit munia. Si ea vero sit imbecillitas, per quam ne possit quidem munere fungi, aut Beneficio, reditibus, dignitate, honore & gradu ut prius gaudebit: Quocunque morborum aliquorum vitio prohibiti fuerint Sacerdotialium graduum jura exequenda ordinatione digni non habebuntur. Qui autem post ordinationem sic male affecti sunt, sacra facere morbo non impediuntur; & ita imbecilla constituti valetudine, libere sacrificabunt. Dei praconibus enim placuit; per mutilationem corporis a sacrificeatione non prohiberi quenquam. Quod si morbi debitum officio Sacerdotii sit impedimento, exercere desinet ægrotans, a dignitate tamen non alienabitur, quin potius miserandus erit, ac priori quidem honore fruetur: habebit autem etiam qua ad vitam sustentandam sufficient, & reliqua justia priorem consuetudinem.

Addit Balsamon complures Diaconos, Presbyteros & Episcopos proiecta vel ingravescente ætate surdos cæcosve evaluisse, nec tamen dignitate sacra spoliatos fuisse: ipsaque lege civili fancisci, ut qui Judez, aut Senator cæcitate laborare tunc incipit, pergit esse qui fuerat, & munere fungi: non sinantur autem quibus hæc corporis vita inciderunt, novas sibi parare dignitates (5): Excæcatus etiam Judez esse potest,

D d d

& Se-

(1) Bladp. L. 21. c. 23.

(2) Can. 33.

(3) Append. a. c. 36.

(4) Jur. Orien. pag. 59. 1. 2.

(5) In'Can. 77. Ap.

& Senatu non moveruntur; novum autem Magistratum non suscipit; sed quem antem morbum habebat, habere perseverat.

V. Admirabilius est quod idem alibi trudit, non posse maiores Clericos, ut qualicunque medeantur a gritudini, virilia amputare sibi Medicorum vicaria manu, nisi dispensante, vel permittente Episcopo: alioqui irregularares fore. Quis & illud adjicit, rarissime id permitti, & complures a Syndicis repulsam passos, quod periculosæ sit plena aleæ ea curatio, paucilque feliciter cedat (1): *Etsi nullum vidi sacris initiatum, cui propter morbum permisum fuerit, ut castraretur: idque cum hoc multi Syndicis petierint, & cum Chartophylacis officium exercerent, & postea Patriarcha esset, propter periculosam suspicionem eventus medicinae.*

VI. Quoad Energumenos, in Capitularibus Caroli Magni Canones antiqui innovantur (2): *Demonii, atque passionibus irretitis, non licet Ministeria sacra tractare. Concedit illis Balsamon sacram communio- nis usum per ea, quibus respirare illis da- tor, intervallo; non autem Clericatum, nisi omnino purgati & sancti fuerint,*

### CAPUT LXXXIII. P. 4. l. z. c. 30.

**Bigamorum, Eunuchorum, & mulitorum irregularitas, post annum Christi millesimum.**

I. *Irregularitas bigamorum non ex incon- tinenti tantum suspicione oritur, sed & ex defectione a virgineo Christi cum Ecclesia sua conjugio, quod ne adumbrare quidem illi possunt.*

II. *Quanquam bigamos Paulus Clero proscripsit, non est tamen ea irregularitas de jure divino: potest de ea Pontifex, non potest quisvis Episcopus dispensare.*

III. *Probatur ne ad Clericatum quidem, aut ad minores Ordines posse Episcopos cum bigamis dispensare.*

IV. *Potest tamen Episcopus de ea dispen- sare bigamia, si major Clericus ducat uxorem. Verum crimen illud est, non conju- gium.*

V. *Doctrina S. Thomæ.*

VI. *Ne iterato nubentibus quisquam in- subet.*

VII. *Irregularitas Eunuchorum.*

VIII. *Irregularitas aliarum mutationum.*

I. **A**ntiquis de bigamorum irregularitate Decretis novum ab Urbano II. Papa robur accessit, (3) cui illud quoque dillicuit, quod secundis nuptiis Regis benedixisset Episcopus Sylvanectensis. Vexata est a Petro Damiani illa questio, cur non precludatur aditus Ordinum ipsa fornicatione, ubi longo poenitentia curriculo fuerit expiata: precludatur autem bigamia, quæ nullius criminis assinis est. Respondet autem Petrus cum Augustino & aliis irregularares esse bigamos, quod eorum conjugium immane quantum ablutat ab æterni Pontificis Christi coniugio cum Ecclesia virgine una & incorrupta (4): *Sicut Christus, qui est Pontifex suorum bonorum, & verus Sacerdos, vir est unius sponsæ, sanctæ scilicet Ecclesiæ, que proculdubio virgo est, quia fidei integratatem inviolabilitatem servat; ita quilibet Sacerdos unius uxoris vir esse precipitur, ut illius summi Sacerdotis preferre imaginem videatur.* Subscriptis & Innocentius III. (5) eo fundamento niti hanc irregularitatem, propter defectum sacramenti: hoc est mystica illius significationis. Unde & illud elicit, si conjugium non sit consummatum, ne bigamiam quidem contrahi: propterea quod conjugii consummatio sola accurate exhibet Verbi divini cum humana natura conjugium. Ex adverso, si Presbyter vel Diaconus uxorem duxisset, esset utique ille bigamus, quamquam irritum esset matrimonium (6): *Non propter sacramenti defectum, sed affectum intentionis, cum opere subsecuto.* Sic ille in Decretalibus, Titulo de Bigamis, cuius reliqua capita perspicue docent, eam irregularitatem ad solos pertinere maiores Ordines, & de ea dispensare solius esse Pontificis.

II. *Quanquam autem fateantur hi Pon- tifices bigamiam a Paulo proscriptam esse a Clero, non tamen hanc ab eo tanquam juris divini legem promulgatam fuisse arbitrantur. Unde & penes Pontifices est de ea dispensare (7).* Ultra veri æquique or- bitam

(1) In Can. 2. Nic. & in Can. 8. Concil. Const. 1. & 2.

(2) L. 7. c. 51.

(3) App. Ep. 17. 31.

(4) L. Dom. vob. c. 12.

(5) C. 7. Ib.

(6) Extrav. De Big. c. 5.

(7) Gerf. t. 1. p. 802. De pot. Eccl. & laic. c. 13.

bitam prætervectus est Almahinus , ubi scriptit (1) , auctoritate Christi subnixum . B. Paulum eam legem publicasse , adeoque divino eam jure fulciri , nec de ea potuisse Lucium Papam , nisi improvida dissipatio ne dispensare . Hallucinatus est Almahinus , si mandata Pauli omnia ad jus divinum pertinere existimavit . Exuere hunc errorem potuisset , si tot alia Pauli mandata obser vallet , quibus Ecclesia ita jubente temporum necessitate derogavit . Sed vel hinc illud saltem emerget commodi , ut minus gravate feramus , si Episcopis facta non sit copia dispensandi de bigamia , ne ad Tonsuram & Clericatum quidem , vel simplicia Beneficia , ut a Congregatione Concilii declaratum est , & a Sixto V. (2) qui Episcopum , a quo usurpata fuerat ea facultas , a collatione Ordinum suspensum pronuntiavit . Criminosos omnes Apostolus idem Ordinibus summovit , & de ea tamen irregularitate dispensant Episcopi , propterea quod Concilia extremæ hujus ætatis superius re data , hanc eis potestatem contulere dispensandi .

III. Nec in dubium vocari tamen potest , quin Theologi & Canonistæ plurimi consentiant , posse ab Episcopis de bigamia ad minores & ad minuscula dispensari Beneficia . Illi vero patrocinium sibi arcessunt ab illis decretis mitioribus & indulgentioribus , quæ subinde edita sunt in longo seculorum decursu , quoties angustiæ temporum rerumque difficultates remitti cogebant . Canonista vero & Theologi contrarie vindices & austerioris sententiaz , ne ea Episcopis facultas annuatur , auctoritatem sibi conciliant a Decretis & Canonibus longe plurimi , quibus tunc locus fuit , cum jure strieto & rigido fas erat uti . Hinc non infrequentia illa sententiarum dissidia in rebus , quæ alias aliter pro locorum & temporum opportunitate vel importunitate tractandæ fuere .

Ut ergo impræsentiarum certa nobis regula alluceat , non aliunde illa quam ex Concilio Tridentino arcessenda nobis est . Jubet autem Tridentinum Concilium (3) in integrum restitu functiones omnes Ordinum minorum , easque exerceri per Clericos innuptos ; vel si eorum copia non sit , a conjugatis quidem , sed qui bigami non

sint . Ergo non dubitant Tridentini Patres , quin a bigamia alieni & sejunctissimi edent Ordines etiam minores . Unde nec illud addidere , si monogami deessent subrogari posse bigamos . Concluditor hinc ergo , Decretum Sixti V. (4) solidis nixum suis munimentis , seu Canonibus antiquissimis , seu Decretis Tridentinis ; maxime autem Constitutione Concilii Lugdunensis II. anno 1274 ubi bigami privatitur omnibus privilegiis Clericatus , vetanturque sub anathema te , ne Tonsuram gerant , vel Clericalem vestem (5) : *Ipsis sub anathemate prohibemus deferre Tonsuram , vel habitum Clericalem .*

IV. Est tamen expressa in Jure species , ubi de umbratica quadam bigamia dispensat Episcopus . Vocantur enim etiam bigami , similitudine nescio qua , Clerici sacri , qui matrimonium contrahunt , quod utique matrimonium non est . Concedit Episcopis Alexander III. ut eos Ordinis sui functionibus restituant , ubi flagitiis piis lacrymis deterferint (6) : *Sacerdotes illi qui nuptias contrahunt , post longam penitentiam officio suo restitui poterunt , & ex indulgentia sui Episcopi , ejus executionem habere .* Bigamia non fuit , si nec verum fuit conjugium . Nec meminit Pontifex ullius eorum Presbyterorum conjugii . Unum ergo ille attendebat ad crimen infanda luxuriaz , quam per poenitentiam elui debere censebat , cum ea irregularitate , quæ illi olim habebat comes . Prolixi supra plus sa tis forsitan suimus in ea complananda Episcoporum potestate dispensandi de crimine , poenitentia ex parte saltem impleta fuerat . In confessio est denique , si laicus defuncta conjugie sacris Ordinibus initietur , & post ordinationem suam cum alia matrimonium ineat , non posse eum ab Episcopo absolviri (7) .

V. Visum est olim sancto Thomæ , posse Episcopum veniam facere irregularitatis bigamiae ad minores Ordines ; addebatque ex nonnullorum sententia posse & ad majores Monacho , qui non facile debeat petendre Romanæ dispensationis gratia , per orbis Provincias discursare (8) : *Papa potest dispensare in tali irregularitate totaliter . Sed Episcopus quantum ad minores Ordines . Et quidem dicunt quod , &c.* Si consuetudo cer-

(1) D. 34. C. Lect.

(2) Fago. in l. 1. Dec. P. 1. p. 180.

(3) Seff. 23. c. 17.

(4) In Sex. De Bigam. c. 2.

(5) Can. 16.

(6) Extrav. de Cl. conj. c. 4.

(7) Past. l. 3. t. 24. n. 6.

(8) In l. q. Sent. d. 27. q. 3.

certa & propria esset ad minores, ei itandum esset, cum Ius commune non sit aper se adversum. Sed longe aliter se res habet.

**VI.** Quantum astuavit Ecclesiæ zelus, ad secundas Clericorum nuptias prohibendas; tantum & in eos effebuit, qui secundas nuptias contrahentibus Laicis molestiam crearent. Præteriri prorsus hic non debet Concilium Andegavense anni 1448. ubi molestissime tolerunt Presules (1) tumultuosas insultationes & insolentissimas suggestiones in iterata conjugia, adeo ut non pauci, ne in hæc ludibria incurrerent, malent secundis abstinere nuptiis, & vaga interim venere lascivire. Prohibitæ sunt ergo tum illæ intemperie, quarum tamen reliquæ non paucis in locis nonnullæ superfluit.

**VII.** Eunuchos irregulares habuit Concilium Lemovicense II. anni 1031. sicut & eos qui perpetrato homicidio professionem Monasticam sunt professi. Imperatori Coconstantinopolitano Leo IX. Pontifex (2) exprobrabat incredibilem in Græcis Canonum incuriam, cum Eunuchi promoverentur non ad sacerdotium tantum, sed & ad Pontificatum: adeo ut rumor increbuerit, Coconstantinopoli foeminam etiam aliquando Patriarchali in dignitate & folio sellasæ (3): *Eunuchos & aliqua corporis parte imminutos, non solum ad Clericatum, sed ad Pontificatum etiam indifferenter ac solemniter adhuc promovetis.* Eodem Graeci opprobrio impetebantur in narratione Legationis Humberti Cardinalis Constantinopoli (4): *Sicut Valebiti solipes suos castrant, & non solum ad Clericatum, sed insuper ad Episcopatum promovent.* Porro criminationes hæc omnes ad eos trahendæ sunt Eunuchos, qui sua ipsi manu opifium Dei confidebunt. In eum enim lenium contipirant Gregorianæ omnes Decretales (5), accommodate ad Canones Apostolicos & Nicænos, qui ibi laudantur.

Quin & ibidem intexitur dispensatio, quam Papa, & Episcopus conjunctim concedunt ad sacerdotium omne, seposito duntaxat Altaris Ministerio: *Ei Sacerdotale officium absque altaris ministerio, auctoritate nostra fatus & tua, prout videris expedire, concordas.* Denique Ivo Carnotensis Episcopus irregularitatem incurrit se-

sit (6) eum Presbyterum, qui ut epileptico se morbo expediret, virilia sibi ipse abcidet: in quam utique non induxit se, si medicorum manus adhibueret. Pois tamen veniam Canonum hic fieri censuit.

**VIII.** Quoad alias mutilationes irregulatatem importantes, eam præfixit regulare Alexander III. ut ejusmodi sint, per quas non possint sine scandalo obiri functiones Ordinum (7): *Cum non perdideris tantum de digito, quin sine scandalo possit solemniter celebrare.* Querebatur ibi de Presbitero, qui parte digiti truncatus fuerat in ea pugna, quam ipse concitarat. De irregularitate responderet Pontifex, nihil illi loci tuisse, cum posset adhuc ea manu sine cuiusquam offendiculo ministrare. Quod ad pugnam attinebat, docet idem Pontifex, pois post impletam poenitentiam dispensare, & absolvere Episcopum ab eo scelere, iuxta eorum temporum consuetudinem, de qua supra tam copiose. Perspicua res est, & verba ipsa id dilecte exprimunt: ut mirum sit, qui potuerit Rubricæ ejus capititis auctor, rem alio torquere, quasi Episcopo permitteret Pontifex, ut de eo genere mutilationis dispensaret. De crimen enim, non de irregularitate mutilationis agitur eo loco, unde & poenitentia peragenda inculcatur. Is erat fortasse usus quem prefert Rubrica, cum Rubrica ipsa ei capiti præfixa est.

Decretalis vel Tituli ejusdem capite proximo restringit Papa (8) ad Cicerensem in Anglia Episcopum, cui navus erat in oculo, ejus dilplementationis libranda & examinandæ curam se Archiepiscopo Cantuariensi & Episcopis ejus suffraganeis delegasse. Ejusmodi est etiam nunc usus, ut dispensationum Brevicula mittat Pontifex ad Episcopos in locis, ut accuratius ipsi inquirent in ea virtus. Quod rursum patet ex ejusdem Tituli capite ultimo. Alihi autem (9) irregularem ad sacrificii celebrationem, non ad ceteras functiones sacerdotiales pronuntiat Pontifex eum Presbyterum, cui dimidia manus derruncata fuerat, ita ut nec securæ propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem membra celebrare possent. Docet alibi Innocentius III. posse Canonum variam in hac materia videri doctrinam, non tamen sibi adversam: quod quæ virtus arcent a majoribus Ordinibus, ea

(1) Cap. 12.

(2) Ep. 1. a. 25.

(3) Conc. Gen. t. 11. p. 992.

(4) Extr. de cor. vit. c. 3. 4. 5.

(5) Isa. III. Reg. 1. Ep. 19.

(6) Ep. 223.

(7) Extr. De Corp. vit. c. 2.

(8) Ib. c. 2.

(9) Extr. de Cl. agr. vel debil. c. 2.

*ea a minoribus non eliminent, quod minus  
hi quam illi Clericos hominum oculis obser-  
viant. Non censuit idem ipse Innocentius  
III. inuri irregularitatis notam ei debere  
Presbytero, cui digitus sinistram manus a  
scelesto quopiam amputatus fuerat: quod  
ea mutilatio non praecessisset, sed secuta  
esset Ordinationem (1): Quædam enim in-  
terdum impeditum promovendum, quæ non  
dejiciunt iam promotum. Denique idem ip-  
se Pontifex Abbatem abdicari jussit, qui  
tota manu sinistra truncus erat, nec Pre-  
sbyteratu fungi unquam posset, quam ille  
astute corporis sui labem in electione dissi-  
mularasset.*

**CAPUT LXXXIV. P. 4. l. 2. c. 29.****De Irregularitate ex defectu natalium  
post annum Christi millesimum.**

I. *Irregularitas filiorum ex Clericis geni-  
torum, qui Ecclesiæ servituti addicebantur.*

II. *De filiis Clericorum majorum, post Or-  
dinationem genitis, & de eorum irregula-  
ritate.*

III. *Irregularares non erant filii legitimi  
Clericorum majorum ante Ordinationem ge-  
nitæ.*

IV. *Cur religiosa professio illegitimorum  
irregularitatem diluat?*

V. *Quæ causa has irregularitates, &  
instituendi, & opportune relaxandi?*

VI. VII. *Prohibitum ne filii parentibus in  
eodem succedant Beneficio, nimisrum imme-  
diata.*

VIII. *Immediata ea successio interdictitur  
aque legitimis, & illegitimis filiis.*

IX. *Quibus gradibus ea Disciplina forma  
invecta sit? Novæ auctoritates.*

X. *Filiis Presbyterorum post Ordinationem  
geniti ex uxore legitima, illegitimi sunt &  
irregularares. De his solus Papa dispensat.  
Aliqua tamen ejus potestas pars ad Epi-  
scopos manavit.*

XI. *Initia harum & irregularitatum, &  
dispensationum.*

XII. *Quando prohibita sit mediata etiam  
successio Beneficiorum paternorum filiis ille-  
gitimis?*

XIII. *Austerissima Concilii Tridentini De-  
creta adversus illegitimos, ne quandoeunque*

*paternis succedant Beneficiis. Decreta Gre-  
gorii XIII.*

XIV. *Cur discriminis tantum interpositum  
sit illegitimis laicorum & Clericorum filiis?*

*Cur Beneficiariis conjugia intercludantur?*

XV. XVI. *De illegitimis Laicorum filiis,*

*& de potestate dispensandi cum eis.*

I. *Paterna irregularitate afflantur quo-  
dammodo Presbyterorum filii, quasi  
contagio paternæ ex incontinentia infamiz.  
Paulo post annum Christi millesimum ma-  
nare excepunt a Concilio Papensi & a Be-  
nedicto VIII. Papa Decreta quædam du-  
riora in Clericos Ecclesiæ servos, qui ad  
Ordines anhelabant, ut conjuges mox libe-  
ras ducerent, vel seducerent, ex eisque li-  
beros gignerent, paternæ maternæque liber-  
tatis compotes futuros. Vana hac spe eos  
expoliavit hoc Concilium, filiosque servitu-  
ti addixit Ecclesiæ, quo siebat ut & irregu-  
laries essent ad Ordines (2): *Fili & fi-  
lie omnium Clericorum, omniumque gra-  
duum de familia Ecclesiæ, & quacunque  
libera muliere, quocunque modo fuerint ge-  
niti, servi proprii suæ erunt Ecclesiæ, &c.**

II. *Rejecta est ab hoc Pontifice & a  
Concilio ad illud post habendum Concilium  
controversia eadem circa filios Clericorum  
ingenuorum: Taceo nunc de fñliis qui inge-  
nuo Clerico, & libera matre, licet contra  
leges nascantur; contra quos alia manu erit  
agendum, & in proxima Synodo consilio al-  
tiore tractandum. Simile veri est coactum  
fuisse hoc posterius Concilium, sed ejus  
Acta naufragio illo periisse temporum, quo  
tot alia intercepta sunt. Et ex hujus lati-  
probabiliter Concilii Decretis hausta fuere  
statuta Concilii Bituricensis anno 1031. quo  
sancti filios Presbyterorum, Diaconorum  
& Subdiaconorum post Ordinationem suscep-  
tos, nec sacris Ordinibus decorari posse,  
nec hereditates adire, nec dicere testimoni-  
num: concessio Ordinis quem adepti jam  
sint usq; ulteriorum spe absissa (3): *Ut  
fili Presbyterorum, sive Diaconorum, sive  
Subdiaconorum, in Sacerdotio, vel Diaconi-  
tu, vel Subdiaconatu nati, nullo modo ul-  
terioris ad Clericatum suscipiantur, &c.* Nec  
apud seculares leges hereditare possunt, ne-  
que in testimonium suscipi. Et qui de so-  
libus Clerici nunc sunt, sacros Ordines non  
accipiant, sed in quocunque gradu nunc sunt,  
in eo tantum permaneant, & ultra non pro-  
moveantur.*

Quan-

[1] Reg. 10. Ep. 124. Reg. 15. Ep. 307.

[2] Can. 3.

[3] Can. 8. 32.

Quando hoc Concilio (1) legitimi declarantur eorum filii Clericorum , qui Clero ejecti legitimas ducunt uxores , sive peracta pœnitentia ad priorem Clericatus gradum revocentur , sive semper in laicorum vertentur face : De Clericis minoribus id utique capi par est , quorum statio facilime cum matrimonio copulabatur . Ille ipse Canon quem modo de promulgimus , apertum facit , quantum discriminis hoc Concilium interjeceret Majoribus Minoribusque Clericis in negotio calibatus .

III. Soli ergo Clericorum majorum illegitimi filii Clericatu summovebantur , unde & in Concilio Remensi anni 1049. sub Leone IX. sacra dignitate abdicatus non est Episcopus Nannetensis , & in Ordinem Presbyterorum depresso , nisi quod esset simoniacus ; nec virtus illi datum est , quod filius esset , idemque successor Episcopi prius Nannetensis . Ex ipsis Conciliis verbis manifeste patet , mera dispensandi clementia , Leonem Pontificem qui præfens aderat , Episcoporum precibus id donasse , ut quamquam indignus Episcopatu judicaretur , finiretur tamen in gradu & officio Presbyteratus consistere , præter antiquorum Canonum normam , ex quibus , quisquis Episcopatu abdicabatur , non poterat dignus videri , qui Presbyteratu fungeretur . Hæc mittamus , quæ minus ad rem nostram faciunt , & ipsa ponamus Conciliis verba , quæ dispensationem annuant (2) : *Privatus est Pontificali ministerio , condonato ei , intervenientibus Episcopis , tantummodo Presbyteratus officio.* Ad eum sensum trahi quoque debet Decretum Alexandri II. qui eum ordinari jubet Episcopum , qui eo ministerio omnium dignissimus est , quamvis filius sit Presbyteri . Ante parentis Ordinationem is genitus fuerat , sed hærebant in eo tamen scrupulo laici , ut rerum sacrarum admodum rudes . Alioqui dispensatio ea fuisse . Acta autem hujus Pontificis apud Baronium , produnt Episcopum Eboracensem ipsum fuisse (3) . Contra autem Rothomagensis Archiepiscopum , cuius electionem confirmare abnuebat Gregorius VII. illegitimus proorsus erat : *Audivimus Rothomanensem Archiepiscopum Sacerdotis filium esse ; quod si verum deprehenditur , noveris promotioni illius nos assensum nequaquam tribuere .* Idem testimandum de Arnulpho Pa-

triarcha Hierosolymitano , cuius eadom causa electio rescissa est . Huic horum Decretonum interpretationi fidem & auctoritatem conciliabit Canon Concilii Pictaviensis anni 1078. cui præfuit Legatus ejusdem Gregorii VII. & cuius ipse meruit in Epistola quadam sua (4) : *Ut filii Presbyterorum , & ceteri ex fornicatione nati , ad sarcos gradus non provehantur , nisi aut Monachi fiant , aut in Congregatione Canonica regulariter vivant . Prælationes vero nullatenus habeant .*

IV. Nec illud tantum in hoc Canone observari volo , quod spurii tantum Presbyterorum & majorum quorundamque Clericorum filii irregulares sint : verum etiam quod 1. Solis facris Ordinibus excludantur . 2. Eam irregularitatem expungi potuisse professione Religiosa , sive inter Monachos , sive inter Canonicos Regulares . Vidimus supra non semel alterutra hac professione faciliorem evallis dispensationem . Altera quippe quasi generatio hæc erat , & hominis totius innovatio priorum expunctrix macularum . Cumque secessus ipse & segregatio Regulares subducet hominum conspectui , & contubernio , hinc prævertebatur quidquid offendiculi nasci potuisse ex eorum infamia natalium . 3. At quanquam ad Ordines sacros purgetur irregularitas per Religiosam professionem , non tamen ad Prælaturas . In prompta est ratio ; quod Prælaturis rursus immergatur quis contubernio secularium , eoque retricari possit memoria , & offensio maculosæ originis .

Eum Canonom in Epistola quadam sua contexuit Urbanus II. ubi & eam dispensationem significat indultam fuisse ei eruditio- nis & pietatis copiæ singulari , qua plerumque eminent viri religiosi (5) : *Pro religiosis ac scientia prerogativa .* Addit porre & rationem aliam . Nempe quod hi paternæ successioni nuntium remiserint . Jure enim timebatur , ne si Beneficiario patre nati Clero cooptari possent , in Beneficia quasi hereditario jure invaderent : *Quia patrum peccata cum seculi possessionibus abditarunt .* Statutum idem innovatum est in Concilio Melphensi (6) , cui idem Pontifex præferat anno 1089. Similiter & in Claramontano (7) anni 1095. Sed additus ibi & alias Canon (8) , quo laicorum quoque

spu-

(1) Can. 10.

(2) D. 56. c. 12.

(3) Baron. an. 107. n. 6. 7. Re. 1. 7. Ep. 1. Guib. Ab. Gest. Dei per Fr. I. 8. c. 1.

(4) Extr. de fil. Pr. c. 1.

(5) Ap. Ep. 17. (6) Can. 14. (7) Can. 25. (8) Can. 12.

*spuriis filiis, & Ordinum aditus se piebatur, & professione Monastica pandebatur: Ut nulli filii concubinarum ad Ordines, vel aliquos honores Ecclesiasticos promoteantur, nisi monachaliter, vel canonice vixerint in Ecclesia.*

V. Tam frequentes Synodi Canonesque argumenti satis habent, ut intelligamus, eos necessario tunc obiectos objiciendo fuisse latissime serpenti Clericorum incontinentiae. Plura jam indigitavimus novae disciplinae Capita, quae tunc demum astrui necesse fuerint, ut novis morbis nova adhiberentur medicamenta. Et istud ergo in iis numerabitur. Qui Urbano II. in Petri sedem successit Pachalis II. tantam colluvionem Presbyterorum, aliorumque Clericorum hac originis infamia confusororum in Angliam omnem exundasse expertus est, ut tolerandos sibi necessario duxerit (1) Presbyterorum & Diaconorum filios hac irregularitate contaminatos, dum suscepitis jam Ordinibus contenti ad superiores ne anhelarent. Concessum ergo ab illo est Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo, ut in his pro arbitrio suo dispensaret, dum uni serviret temporum necessitatibus, & utilitati Ecclesiae, atque operam daret, ne quid hinc præjudicaretur revocanda posthac Canonum obliterantia: *De Presbyterorum filiis, &c. Quia in Anglorum regno tanto huicmodi plenitudo est, ut major pene & melior Clericorum pars in hac specie censeatur, nos dispensationem hanc sollicitudini tua committimus, &c. Pro necessitate temporis, & utilitate Ecclesiae, &c. Ut in posterum constitutionis Ecclesiasticae præjudicium caveatur.*

VI. Probabile cum primis est, has Anselmum dispensationes ea conditione arctaesse, ut ne filii in parentum Beneficia succederent: id enim ille caveri & constituit curavit in Concilio Londinensi anno 1102. (2) *Ut filii Presbyterorum non sint heredes Ecclesiastarum patrum suorum.* Id præ ceteris Præfules contendebant in hac tota Disciplina purgatione, ut ne quasi hereditario iure ad Beneficia veniretur. Hinc & exortalex, quæ postea paternis Beneficiis filios exclusit. Emicabit id prorsus ex Concilio Nantensis, anni 1127. cui præfuit Hildegbertus Archiepiscopus Turonensis; nec enim harum calamitatum expers omnino fuerat Gallia: *Ordinari filios Sacerdotum, nisi prius*

*Canonicos Regulares aut Monachi fuerint, Synodus interdixit. His autem quos jam ordinatos constabat, abolenda successonis intentu, in Ecclesiis quibus pares eorum ministrauerint, ministrandi abstulimus facultatem. Præbendas & quilibet Ecclesia dignitates, rigore quo debuit, inhibitum est hereditate oblineri. Ita pari libertate in Gallia Angliaque dispensatio adhibita.*

VII. At in Concilio Lateranensi II. anno 1139. sub Innocentio II. primævus Canonum vigor redintegratus est, abolitæque dispensationes omnes, nisi ad Monachos Canonicosque Regulares, qui filii Presbyterorum etiæ essent, ad sacros tamen Ordines admitti possent (3): *Presbyterorum filios a facri altaris ministeriis removendos decernimus, nisi aut in Cenobiosis aut in Canonicis religiose fuerint conversati.* In Concilio Abrincatensi anno 1172. prohibitum rursus est, ne filii parentibus in Beneficia succederent (4): *Filiis Sacerdotum non parentur in Beneficiis parentum.* Concilium Londinense anni 1175. ea Decreta lenivit hoc temperamento, Ne immediate in paterna Beneficia filii subrogarentur (5): *No filii Sacerdotum in paternis Ecclesiis amode persona instituantur, nec eas qualibet occasione, media non intercedente persona, obtineant.* Voces ex Persona & Vicarius opponuntur, ut alibi dictum est a nobis: conjici vero hinc posset, Londinensi huic forsitan Concilio minime displicitorum fuisse, si ejusdem Bénéficii cuius pater Persona, hoc est Titularis & Caput fuisset, esset postea filius Vicarius. Eadem hæc porro temperamenta gemina in Decretalibus Epistolis Alexandri III. observare est (6). Ibi enim manifeste necesse est, quo filius patri succedere prohibeatur: 1. Ut pater Persona, vel Vicarius perpetuus fuerit. 2. Ut media non intercesserit persona. 3. Ut filius sit in Sacerdotio genitus. 4. Hac irregularitate Presbyteratus tantum & Diaconatus adiutum practaudi. 5. Sicubi autem idem Pontifex Personas & Vicarios promiscue habere videtur, id rapi debet ad Vicarios perpetuos.

VIII. Sed illud potissimum in hujus Pontificis Decretis animadverti neculum est,

quod in immediata filiorum successione in

paterna Beneficia, filios legitimos & illegiti-

mos promiscue habet, omniisque ex æquo

excludit. Et sane cum eo collimetur, ut

ne

(1) Ep. 99. 102.

(2) Cap. 7.

(3) Can. 21.

(4) Can. 2.

(5) Can. 17.

(6) Extr. de filiis Pr. c. 2. 3. 4. 5. 7. &c. In App. Conc. Lat. P. 19. c. 1. 2. 3. 8. 9. Et post. ult. c. 60.

ne quasi hereditarias in possessiones involent in Beneficia, indiscriminatim arcendi sunt filii quicumque: *Si qui filii Clericorum teneant Ecclesias nulla persona media, in quibus patres eorum ministraverant sanguinem persone, vel Vicarii, si geniti fuerint in Sacerdotio, sive non, ab ipsis Ecclesiis non diffiras amovere.*

IX. His igitur gradibus perventum est ad hanc posteriorum saeculorum Disciplinam.  
 1. Ut effrenis & torrens incontinentia Clericorum sisteretur, redundare placuit parentum poenam & infamiam in filios. 2. Accessit altera necessitas prohibendi, ne Beneficia hereditariis successibilibus accenserentur. 3. Cum ne ad legitimos quidem filios Beneficia instar hereditatum transfundi possent, hinc data occasio, ut & immediate in paterna vocari Beneficia prohiberentur. 4. Ad omnes prorsus illegitimos filios eadem dilatata est irregularitas, ut laicorum etiam illegitimi filii irregulares jam essent, qui ante non fuerant. Nec enim possunt justae non videri poenae, quibus & laicorum incontinentia coercetur. Ita sanctitur in Concilio Dalmatiae (1) anno 1199. *Filiis Presbyterorum, & qui de legitimo non sunt nati matrimonio, ad sacros Ordines non accedant.* In Concilio Lateranensi IV. (2) anno 1215. legitimi & illegitimi filii indiscriminatum vetantur in paterna succedere Beneficia, idque in Ecclesiis Collegialibus & Cathedralibus, ubi ne alias quidem praebendas obtinere permittuntur eodem tempore quo pater: *Ne Canonicorum filii, maxime spuri, Canonici sunt in secularibus Ecclesiis, in quibus instituti sunt patres.* Innocentius III. ei Concilio praeferat, & hunc Canonem promulgans, luculenta hac eum ratione illustrat (3), non debere impuro patri impurum ministrare filium in Sacerdotio virginico Agni immaculati. Concilium Londonense anni 1237. detestatur illegitimos, qui in paterna succedere gestiunt Beneficia, cum nec legitimis id concedatur (4). *Ut in eis etiam sit interdicta successio sobolis benata.* Concilium Langeacense anni 1278. veuit (5) nequid amplius Clerici majorum Ordinum spuriis legare possent filii: si facerent, legata addicerentur Ecclesiæ. Lambethanum denique Concilium (6) anno 1281. promiscue damnavit filiorum qualiumcunque

successiones in paterna Beneficia.

X. Ne illud quidem addubitari fas est, illegitimis Presbyterorum filiis, quorum irregularitatem haetenus pedetentim prosequi sumus, annumerari debuisse eos etiam, qui ex legitima uxore geniti essent in Sacerdotio. Ita enim Canones testatum fecere, sufficere ut in Sacerdotio geniti essent. Speciale nihilominus ea de re Clemens III. promulgavit Decretum, (7) abi viam illis lepit ad Ordines & Beneficia, nisi dispensatio illam pandat. Quin & dispensationum ejusmodi in hoc ipso decreto specimen quoddam ipse dedit, ut ne dispensatio ea deliperetur. 2. Honorius III. uia summo Pontifici eam servat integrum facultatem, ut immediate filius patri succedere permittatur in Beneficio. (8) 3. Gregorius IX. per Epistolas Archiepiscopum Turonensem admonuit, illegitimos solius Romani dispensatione Pontificis admitti posse ad Dignitates, Personatus & Parochiales Ecclesiæ. Quæ duo Decreta ei Regule juris innixa videbantur: De Conciliorum Generalium Decretis solum posse Pontificem Romanum dispensare, nisi siquid aliter caverint Concilia ipsa. 4. A Bonifacio VIII. declaratissima est, posse Episcopos ex dispensatione illegitimis permittere, ut minoribus Ordinibus (9), & simplicibus Beneficiis donarentur. Si quibus dubium fuit an ea potestate in Sexto collata uti possent Episcopi Galliarum: si non satis perpendisse videntur, plurimum abesse, ut Sextus Decretarium liber in Gallia omnino non admittatur: suis quippe ipsa refragaretur commodis & libertatibus, si quæ his vehementer consentanea & Episcoporum potestati conducibilia in eo statuuntur, ipsa repudiaret. Quin & in eo aberrarunt a vero, cum hanc Bonifacii VIII. novam esse concessionem augurati sunt. Nascitur enim illud necessario ex Constitutione Gregorii IX. quam modo laudavimus, & ex infinita quadam Canonum sylva supra congestorum, ubi illegitimorum natalium irregularitas ad sacros Ordines arata fuit ad Canonicatus, ad Dignitates, & Parochias. Denique cum finerentur Ordinibus ornari minoribus, necesse erat, ut & simplicibus sustentari possent Beneficiis, cum minores ipsi Ordines Clericos affigerent Ecclesiistarum ministerio, prope dixerim Bene-

(1) Can. 25.

(2) Can. 31.

(3) Ext. de Pr. c. 15.

(4) Can. 17.

(5) Can. 4.

(6) Can. 23.

(7) Ext. de fil. Pr. c. 14.

(8) Ib. c. 17. 16.

(9) In Sexto de fil. Pr. c. 1.

**Beneficio**, quo vicissim alerentur. Denique verba ipsa Bonifacii fidem facere videntur, nihil novæ potestatis ab eo Episcopis adjici: *Dummodo sit tale, super quo valeat per Episcopum dispensari.*

XI. Non ergo nova ea fuit dispensandi potestas a Bonifacio Episcopis concessa: quanquam ita visum sit Canonistis non paucis. Sicut nec dispensatione ulla olim Felix, Gelasius, Agapetus & Sylvester ad Petri sedem Apostolicam electi sunt, quanquam Patre Presbytero, vel Episcopo geniti essent: et si secus senserit Ivo Carnotensis, nec adverterit non esse ab Ecclesia Presbyterorum liberos irregularibus annumeratos, nisi longo post tempore, quam illi Pontifices vivere desierant (1). Sed ii sunt inclinabiles scopuli, in quos non possunt non quandoque illidi Canonum Commentatores, qui non ad ipsam usque superiorum temporum historiam, rerumque originem eluctantur, in aliis & aliis sacra Discipline capitibus perlustrandis. Est inter Anglia Historicos, (2) qui quatuor his Pontificibus tres alias adjungit, Adeodatum, Theodorum, & Hadrianum IV. quorum Parentes Episcopos tuisse ait, vel Clericos certe maiores; ex quibus illud tandem conficit, potuisse Archidiaconum Conventensem, Cestrensem Episcopum ordinari, in locum patris lui. In eo multa peccat hic Scriptor, qui spurios Clericorum majorum filios non sejungit a legitimis, cum illi sint, hi vero nequaquam sint irregulares; quanquam immediate succedere nequaquam possint parentum Beneficiis. Roscelinus Canonicus Coquendiensis, & Caput nascentis Nominalium Philosophiae, nihilo oculatior erat in hac irregularitatem sylva, ne dispensatione quidem Presbyterorum filios ordinari posse, dum clamitat (3): unde & damnatus est in Concilio Suezionensi anno 1093. ut plurimum novitatum artifex. Oxfordiensis quidam Professor calamum in eum strinxit, ut demonstraret ordinari posse Presbyterorum filios, quantumvis illegitimos. In extreos & e diametro oppositos errores abierunt duo illi Scriptores Angli. Lit. eam diremit Urbanus II. in Concilio Claromontano, irregulares eos pronuntians, sed Religionis professione eam maculam abstergeri, ut supra dictum est.

*Thomas. Tom. 17.*

XII. Propius jam ad nostra temporaria liendus est gradus. Ubi animadvertisit Clemens VII. abuti complures licentia ea, quam fecerat Alexander III. (4) ut illegitimi filii in patrum Beneficia succederent, dum ne immediate: anno 1530. diploma Pontificium promulgavit, quo successiones istiusmodi omnes proscriptis, seu mediatas, seu immediatas. Infanda prorsus iudicatione & corruptela, parentes Beneficia amico cuidam iubornato resignabant, qui mox e rursum notho eorum filio restitueret.

XIII. Concilii Tridentini Patres, quo propriae Clericorum incontinentia notas & veltigia abstigerent omnia, vetuere, ne illegitimi Clericorum (5) filii Beneficia ulla cujuscunq; demum generis in ea obtinere possent Ecclesia, ubi obtingeret, vel obtinueret parens eorum, sive idem, sive aliud quodcunque, adeoque nec pensiones in Beneficia, quæ ille vel obtingeret etiam nunc, vel ante obtinueret.

Cum autem ex hoc gemino Clementis VII. (6) & Concilii Tridentini Decreto illud dubium emersisset, an filius legitimus illegitimi filii Beneficiarii, possit succedere in Beneficia avi: responsum est a Gregorio XIII. consulta prius Congregatione posse. Ex quo argumentari fas est, multo magis posse nepotem avo succedere legitimum. Quod & in nepotibus collateralibus multo manifestius; quanquam ante Decretum Gregorii XIII. in his questionibus omnibus opiniones fuissent inter Canonistas. Nec illud tacendum est, jure caustum nunquam fuisse, ut ne pater filio in Beneficium succederet, seu legitimo, seu spurio. Sed multo probabilius est post Tridentinum non posse parentem Beneficium obtinere in ea Ecclesia, ubi filius spurius jam obtineat.

Adnotantur a Fagnano capita sex quibus hoc Clementis VII. Decretum, & Concilii Tridentini Constitutio Jus Decretalium coarctarunt. 1. Jure communi Decretalium non erat satis exploratum, quod successione Beneficiorum prohiberentur filii illegitimi omnium Clericorum: cum soli Presbyteri plerumque ea quidem in re exprimerentur. 2. Sola olim immediata prohibebatur successio. 3. Poterat filius obtinere Beneficium, non paternum; sed aliud quodvis in eadem Ecclesia. 4. Poterat filius in ea Beneficium

E e e

gere-

(1) Mar. Conc. I. 4. c. 14. n. 6.

(2) Scr. Ant. An. p. 332.

(3) M. R. Univ. Paris. Tom. I. pag. 491. Spicil. T. 3.

(4) Bul. T. 1.

(5) Sess. 23. c. 15.

(6) Fag. in L. 1. Dec. P. 2. p. 322.

geret Ecclesia, in qua pater Vicarius fuisset temporarius. 5. Poterat vicissim filius temporarius esse Vicarius ejus Ecclesiae, cuius esset vel fuisset Beneficiarius ejus pater. 6. Poterant filio adsignari pensiones in paternum Beneficium. Atqui Decretis Clementis VII. & Tridentini omnium prorsus Clericorum illegitimi filii implicantur; & quinque illa alia haec capita prohibita sunt. Anno 1581. Concilium Rothomagensis, & Burdigalense anno 1583. Decreta edidere simillima his Clementis VII. & Tridentinis placitis.

XIV. Segregandi necessario fuere illegitimi Presbyterorum, ceterorumque Clericorum filii a spuriis Laicorum; quod speciales sint rationes, quae ad solos se exponunt Clericos. 1. Illegitimi sunt Clericorum filii post Ordines sacros suscepitos, quamquam legitima & justa ex uxore nati ante Ordinationem ducta. 2. Quo primum tempore haec Constitutiones novae in illegitimos circa annum millelimum editae sunt, plerique Beneficiariorum conjuges duxerant, nec in tanta rerum omnium perturbatione facile poterant secerni legitimae conjuges a concubinis. 3. Etiam tum cum constabat legitimas esse uxores, jam certum fixumque erat Ecclesiae non amplius pati, ut Beneficiariorum filios procrearent, etiam in minoribus Ordinibus. Et haec sane origo est novae hujus disciplinae, quae Beneficia & conjugia sociari jam omnino non patitur. Expedita & obvia ratio est, quod non aliter prohiberi posset, ne hereditaria evaderent Beneficia. Id vero malum omnino præverti necesse erat, postquam Beneficia, non iam ut olim distributionibus & sportulis constituerent, sed terris, latifundiis & opulentis possessionibus. 4. Si Canonicis quibus nulla facrorum Ordinum necessitas incumbebat, licentia conjugii data fuisset, quis non sentit Præbendas omnes Ecclesiastarum liberis eorum & nepotibus quasi hereditario jure cœfuras fuisset? 5. Qui Parochias & Dignitates Ecclesiastarum obtinebant, ægre & vix imperasset sibi, ut conjugio abstinenterent, si cælibatus lege solutos tam multos alios conspexissent Beneficiarios. Perpicua in eo est definitio Concilii Londonensis (1) anno 1175. Si infra Diaconatum constituti matrimonium contraxerint, ab uxoribus suis, nisi ad Religionem transire voluerint, nullate-

nas separentur; sed cum uxoribus viventes, Ecclesiastica Beneficia nullo modo percipientes.

XV. Redeo ad illegitimos Laicorum filios. Narrat Continuator Aimoni anno 991. in Concilio Remensi depositum fuisse Arnulphum Remensem Archiepiscopum, quod concubina matre natus esset: *Dicens non debere esse Episcopum natum ex concubina.* Noluit Gregorius VII. acquiescere cessionem Episcopi Arragonii, quamvis Sancii Regis precibus interpellatus: propterea quod duo illi, quorum alterum a Pontifice deligi Rex & Episcopus flagitabant (2), illegitimi ambo essent, quamvis aliqui clari essent virutibus. Propterea quod de concubinis nati erant. Contettabatur Pontifex non posse se ea in re veniam facere Canonum, propterea quod Sedes Apostolica præteritos errores ex indulgentia perlae tolerat, at in futurum licentiam peccandi in Canones non unquam concedit (3). Ne quidquam a nobis contrarium sanctis Patribus, in exemplum & auctoritatem posteris relinquatur. Sollet enim sancta & Apostolica Sedes plerique considerata ratione tolerare; sed numquam in suis Decretis & Constitutionibus a concordia canonica traditionis discedere. Inclinatione jam erant ad dispensationes tempora Gregorii IX. (4) unde & admisit ille postulationem spuri, sed virtutum suffragio ad Episcopatum Zuverinensem vocari.

Quo præterea exemplo patet ad amphiores dignitates Pontificia dispensatione opus fuisse. Contra autem anno 1233. in Concilio Biterrensi confirmata est Episcoporum potestas dilpenſandi ad Clericatum (5). De libero utero & de legitimo matrimonio sit procreatus, nisi ex causa visum fuerit Episcopo loci super procreatis ex contubernio dispensandum. Memorat Mattheus Paris, ut in extremum se vitæ discrimen conjecterit Legatus Pontificius post Concilium Londonense anni 1237. ubi pluralitate Beneficiariorum proscripterat, & colluvionem illegitimorum, qui ea obtinebant. Inde patet quam necessum fuerit, uni Pontifici integrum servari dispensationem de majoribus Beneficiis.

Vetitum est in Concilio Salmariensi anni 1253. ne in album Canonicorum Cathedra- lium referrentur (6), nisi legitime nati. Anno 1240. declaravit Gregorius IX. quam ipse concederat ad omnes Ecclesiasticas digni-

ta-

(1) Can. x.  
(2) Can. 7.

(2) L. 2. Ep. 50.

(3) Ib.  
(4) Can. 11.

(4) Ep. 25.

rates dispensationem Francorum Regis Philippi filio illegitimo, ampliari non posse ad Episcopatum: quod in turba & congerie sacrarum etiam dignitatum non sit Episcopatus, sed eminens & exors, ac nominatum semper exprimendus. Dispensationes enim, que defectum natalium patientibus super dignitatibus & honoribus generaliter conceduntur, non extenduntur ad Episcopatus, nisi de ipsis specialiter exprimatur in eis (1). Ita tunc non potuit ille ad Episcopatum Noviodunensem pertingere, ad quem electus fuerat: sed postea pertigit anno 1242, dispensante Innocentio IV. in gratiam sancti Ludovici Regis.

Hinc sane liquet ad superiora Beneficia dispensare solitam in defectu natalium Apostolicam Sedem. Sed permirum prorsus est, quod ait Matthaeus Paris, Gregorium IX. primum Apostolicæ Sedi reservasse potestatem dispensandi cum illegitimis ad Prælaturas (2): *Gregorius IX. Decretales Gregorianas divulgiari præcepit, in quibus quædam innovavit, ne scilicet illegitimi Praelatis, vel Ecclesiastica Beneficia, nisi adepta a Sede Romana legitimatis dispensatione, obtineant.*

Multo forsitan mirabilius accidet, quod rescribens ad Lucium Papam Stephanus Tornacensis pro Cancellario Franciæ, quem nonnullæ Regni Ecclesiæ renuebant adgregare sui Cleri Collegio, quod defectu natalium laboraret; has ille fugiavit Ecclesiæ, tanquam ridiculis & inanibus observationibus inharentes, unde & vel has abrogari postulat, vel cum Cancellario dispensari (3). Quoniam in Regno Francorum aliqua Ecclesia quadam scrupulosa nobilitate, gloriosem ut astimant sibi confuetudinem assumpserunt, ne aliqui nisi ex sicto complexu geniti promoveantur in eis, meritorum & virtutis excellentiana origini postponentes, prædicto Cancellario superbe potius quam superne titulum natalitatis objiciunt, ne vel ad eos accedat, vel inter eos ascendat. Eorum porro legibus Ecclesia Romana non subditur, potens si voluerit, vel eis derogare in partem, vel eas penitus abrogare.

Hinc porro existit usque ad finem saeculi XII. irregularitatem ex defectu natalium emergentem, multis in Ecclesiis novam, inauditam, inusitatamque fuisse; idcoque

conducibile fuisse, ut ejus dispensatio summo Pontifici reservaretur, saltem ad illistriora Beneficia; at in minoribus Beneficiis dispensasse Episcopos antiquo suo iure. Hoc porro exemplo Stephani Tornacensis apertum est, ad summum Pontificem recursum fuisse ad has blandiendas dispensationes, quibus Ecclesia de Regibus benemereretur, & eorum patrocinium ac tuitionem in difficultissimis temporibus sibi fuisse que conciliaret.

Eiusdem generis fuit & dispensatio, quam ab Innocentio II. (4) expressit Rex Angliae pro Bajocensi Episcopo, cui manus imponere recusaverat Rothomagensis Episcopus, quod infamia natalium laboraret. Prater regulam illam generalem, quæ Pontifici vindicat dispensationes de Decretis Conciliorum Generalium; non paenitebit hanc aliam reservandi rationem observasse, ex usu inolescente paulatim, & convalecente tandem aliquando ut ad eum recurrant Reges, Principes, & Episcopi ipsi.

XVI. Cum Lateranensis III. Concilio Canone sub Alexandro III. (5) imperatum est, ut qui in Episcopum eligendus est, ex legitimo matrimonio sit natus, existimatum est a Canonistis quibusdam, Episcopum esse non posse, qui ex soluta natus, ex subsequuto postea conjugio legitimus evaserit. Ut communior tamen, ita & probabilius est contraria sententia, quod matrimonio macula illa extergatur (6). Edita est anno 1588. a Sixto V. Constitutione pro Ecclesia Hispaniæ Valentina, qua prohibetur, ne qui restituti natalibus & legitimi declarati fuerint a Pontificibus, ab Imperatoribus & Regibus, possint in ea Ecclesia Canonicatus conlequi, vel Dignitates. Sed ingenuo confidendum est, hanc per diplomata Principum restitutionem ne accedere quidem posse ad eam quæ sit per matrimonium ipsum.

Ediderat & aliam idem Sixtus V. Constitutionem, qua vetabat in Religiosas Congregationes admitti spurios, atque ita extirperat eam Religiosæ Professionis prærogativam (7), ut ea defectus natalium expiatur, prout compluribus supra decretis confirmatum est. Inde est quod eam Sixti Bullam revocarit Gregorius XIV. Bulla sua *Circumspecta*. Consules si vacabit Bullarium.

Sed cum ea natalium restitutio, quæ fit per

Eee 2

(1) Rain. an. 1240. n. 31.

(2) An. 1235.

(3) Ep. 69.

(4) Or. Vita an. 1135.

(5) C. Cum in cunct. De elest.

(6) Fag. in L. 1. Decr. p. 2. pag. 37.

(7) Idem in L. 1. De. p. 2. p. 314, 316, 317.

per professionem religiosam, non porrigitur ad Prælaturas, & ne ad Claustrales quidem, immo nec ad Moniales: ab eodem Gregorio XIV. concessa est Pœnitentiariæ Romanæ facultas, dispensandi cum Regularibus ad Prælaturas Claustrales; & cum Monialibus spuriis, ut Priorissæ & Abbatisse possint creari; etiam si eæ Prælaturæ sint triennales.

**Caput Veniens, De filiis Presbyterorum,** speciem exhibet mirabilem prorsus & luculentam. Rescribit enim Alexander III. Episcopo Lodiensi, si Clerico contulerit Capellam, a parente ejus immediate prius administratam, huius obicis non nescius, jam in ejus potestate non fuisse, ut eum spoliaret; restituendam proinde illi eam esse, eum eo demum Titulo Presbyter fuerit ordinatus. Si vero nescius esset Capellani prioris hunc esse filium, cum Capellam ei contulerit, permittendum esse, ut ejus preventibus vicitur, dum aliud aliquid Beneficii ei conferat. Cura in hac quidem re dissensio sit inter Juris Canonici interpretes, an possit Episcopus ex dispensatione concedere legitimo filio paternum immediate Beneficium; visum est Fagnano, in hac sententiarum inter doctos alternatione potuisse Episcopum dispensare (1). Verum Canonistæ qui in hoc vado astuant, non paulo posteriores sunt tempore hujus Decreti, & facti de quo in eo agitur. Ingenue ergo confitendum est ne cum eam dispensationem reservatam fuisse tunc Pontifici: & ne hic quidem, et si invitaret occasio, hanc illum sibi reservare. Mirabilior multo res esset, si filius is fuisset spurius. Sed circumstantiam conspicuæ utique meminisset Pontifex auctor Decreti. Ceterum jam nemini dubium est, quin a Tridentino Concilio Capitis hujus *Veniens* abrogata sit dispositio: cum tot ibi quæsitæ sanctitæque sint cautions, ne patri unquam in eadem Beneficia filius succedat.

De Neophytis & Laicis, eorumque irregularitate, media & postrema ætate Ecclesiæ.

### C A P U T LXXXV. P.z. l.2.e.24.

Neophytorum & Laicorum irregularitas  
Sæculo VI. VII. & VIII.

I. Quam finitima sibi sint irregularitates Neophytorum, Laicorum & Illiteratorum.

II. Astutus Gregorii Magni zelus in Neophytorum Ordinationes.

III. IV. Maxime in Gallia. Quibus pugnat rationibus?

V. Concentus hodiernorum Neophytorum, cum illis quos exagitat Paulus.

VI. Hujus Regule dispensationes legitima.

VII. VIII. Que interititia alia alias observata sint, nunc mitescente jure, nunc recrudecente.

IX. Mira Concilii Epaonenensis austерitas.

X. Dispensationes a Conciliis concessæ, ubi necessaria viæ sunt.

XI. Decreta Hormisdæ Papæ.

XII. Justiniani in hanc rem leges.

XIII. Præstantissimi Episcopi, e laicis electi.

I. **N**on supersunt jam nobis, nisi Neophyti, Laici & Illiterati ex illis irregularium classibus apud Concilium Tolletanum IV. Neophyti, Laici, Inscribitorum. Est sane inter hos magna cognitio, & sejungi vix possunt Laici a Neophytis: quibus utrisque viam ad sacros Ordines una maxime intercludit imperitia sacræ disciplinæ. A Laicis & Neophytis exordiemur, ut per otium postea licet immorari expendenda doctrina & eruditio, qua Clericos & Beneficiarios, cuius necessario instrumento, communiri necesse erat. In prima ætate Ecclesiæ perlustranda Neophyti Hæreticis permisimus, quod iis reipse persæpe & Conciliis & Patribus permixti fuerint, quando nimirum errori suo non veniam, sed patrocinium quererent, quasi in leges Ecclesiæ nihil commisissent. Cum ergo prima Ecclesiæ ætas & ejus in Neophyti disci-

(1) Ib. p. 318. 319.

disciplina profligata jam sit, ad medium &  
ad postremam etatem jam delabemur.

II. Abdicationem & anathema intentat Gregorius Magnus Episcopis, Laicis, Clericisque, qui Laicum Episcopali sedi intrudere machinabuntur, quamvis sanctitatis laude & suis in Ecclesiam obsequiis inelytum. Poenæ enormitas flagitiæ gravitatem prodit (1): Provisuri ante omnia ne cuiuslibet vite vel meriti laicam personam presumatis eligere, &c. Ab officio & communione alienos faciendo proculdubio noveritis omnes, quos ex vobis de laica persona aspirasse constituerit.

III. Nihil in præteritis reliquit Gregorius, ut eum abusum extirparet ex Ecclesia Gallicana, ita qua altiores egerat radices. Excitat per Epistolas Arelacensem Archiepiscopum: cui vices suas in Galliis legaverat, ut Regem interpellaret, animaretque ad ejus corruptelæ expurgationem (2): Nobis res est valde detestabilis nunciata, quod quidam ex laico habitu per appetitum gloriae temporalis defunctis Episcopis tonsurantur, & sunt subito Sacerdotes, &c. Quia de re necesse est ut fraternitas vestra precell. fil. nost. Regem Childebertum admonere studeat, ut hujus peccati maculam a regno suo funditus expellat. Et idem rursus Gregorius præclarissime: Qui miles nunquam exitit, Deus Religiosorum fieri non pertimescit; Quam iste predicationem habiturus est, qui fortasse nunquam audivit alienam? Aut quando aliena mala corriget, qui necdum suscepit? Denique Neophyti, quos lacinabat Paulus, ex Laicis illi quidem erant, at in quos stomachabatur Gregorius, erant ii certe ex recentioribus Clericis. Olim enim Neophyti dicebantur, qui nuper ad fidem Christi accelerant: at postea dicti sunt eo nomine, qui ad pietatem & ad Clerum & gregem fidelium non ita pridem se aggregaverunt. Et cum ad sacros Ordines Paulus Apostolus Neophyton venire prohibeat, sciendum nobis est, quia sicut Neophytus tunc vocabatur, qui adhuc noviter erat eruditio plantatus in fide; ita nunc Neophytis deputamus, qui adhuc novus est in sancta conversatione.

IV. Scriptit idem ipse (3) invictæ constantiæ Pontifex ad Regem Childebertum, & ad Reginam Brunehildem, ut eos commonefaceret, ponenda ante esse militiæ etiam ecclesiæ tyrocinia, quam dux & prefectus

quisquam creetur: ediscendam ante, quam docendam Ecclesiæ disciplinam, si essent ex Laicis, quo jure augurarentur moderando Ecclesiæ clavo idoneos fore, ante probandos tamen illos esse, & imbuendis iis disciplinis virtutibusque, quarum Magisterium postea profiteri possent. Si cujus ergo vite talis constiterit, ut ad hunc dignus sit Ordinem promoveri, prius Ministerio dobes Ecclesiæ deservire, quatenus longo exercitationis usus videat quod imitetur, & discat quod doceat: ne forte onus regiminis conversionis novitas non ferat, & ruina occasio de proiectus immaturitate configurat.

V. Indefera denique sollicitudine scripitavit ad Episcopos Galliæ Gregorius (4), si Paulus sacris Ordinibus interdixisset Neophytes, hoc est, nuper fidei aggregatos laicos; eodem jure, eademque necessitate compulsam postea fuisse Ecclesiam, ut a sacris Ordinibus summovaret eos, qui nuper ex laicis ad Clerum accessissent. Quod per verum esset inde auspicari cursum, ubi terminandus est: & ad summas dignitates non per gradus iter moliri, sed involare. Neophyton Paulus ad Ordines veter sacros accedere. Sicut autem tunc Neophytus dicebatur, qui initio in sanctæ frœi erat conversatione plantatus; sic modo Neophytus habendus, qui repente in Religionis habitu plantatus ad ambiendos honores sacros irreperitur. Ordinatus ergo ad Ordines ascendendum est. Non casum appetit qui ad summæ loci fastigia, postpositis gradibus per abrupta querit ascensum.

VI. Sicubi tamen justa immineret necessitas, contrahebat Gregorius sacrorum Ordinum stata intervalla. Cum jam diu Episcopo vacaret quædam in Samnitibus Civitas, ad Firmanum scripsit Pontifex Episcopum, ut virum probum, qui proponebatur, excuteret sedulo, & si idoneum judicaret, invitaret eum ad Monasticam professionem, vel Subdiaconatu iniciaret, & aliquanto post tempore pastorali eum fascina ornaret (5). Tunc hortandus est ut vel Monachus, vel & vobis Subdiaconus fiat; & post aliquantulum temporis, si Deo placuerit, ipse ad Pastoralem curam debeat promoveri. Ex minoribus Ordinibus unum hic Gregorius prescribit Subdiaconatum, cui tamen ipsi Monasticam præferebat professionem, ut qui Episcopatu gerendo idoneus visus

(1) L. 2. E. 19. 27.  
(2) L. 7. E. 111.

(3) L. 4. E. 50.  
(5) L. 9. E. 13.

(4) L. 4. E. 53. L. 7. E. 5.

visus erat, quampropere tanta dignitati pararetur. Observatum est a Baronio (1) Adeodatum Papam ex Subdiaconis primani fuisse electum.

VII. Scriptor ipse vita Gregorii Diaconatu eum initiatum fuisse meminit (2), de minoribus Ordinibus altum illi silentium. Fulgentium ab Episcopo suo narrat Ferrandus Presbyterum ordinatum fuisse, ut mox Abbatem crearet (3): Repente eum Sacerdos consecrat Presbyterum, ut Abbatis & Presbyteri decoratus officio, &c. Hec ille in vita Fulgentii. Sed supponenda hic est Diaconatus prior collatio. Id a simili argues ex Cæsario Arelatensi postea Archiepiscopo, quem tum adhuc juvenem Eonius Arelatensis Archiepiscopus Lerinensi subduxit Monasterio, statimque Diaconum, mox Presbyterum ordinavit. Ita auctores ejus vita (4): Illico primum Diaconus, deinde Presbyter ordinatur. Cæsarius certe cum a puero attulsum fuisse ab Episcopo suo, non temere jam tum existimatur Lectoris officio donatus. Eutychius ille, in ore & admiratione quondam omnium, cum assensus tandem expugnatus ei esset, ut Episcopatum gereret, atronus primum fuit & creatus Lector, deinde Diaconus, tum Presbyter, ubi annum ætatis trigesimum natus est. Eo quidem tum Episcopatu frustratus est, sed Constantinopolitanæ sedis tandem aliquando fastigium est adeptus (5). His exemplis liquet Monasticum persepe institutum minorum Ordinum vicem obtinuisse.

VIII. Prottert a Gregorio Turonensi ejusmodi Neophytorum Ordinationis exemplum, quæ tam frequens & tam justa Gregorio fuit causa succenendi. Singuli tamen Ordines conferebantur suo quique loco, sed brevissimo tempore. Cum Badegisilum Majorem Palatii Rex ad Cenomanensem delegisset Episcopatum, quadraginta dierum spatio omnibus Ordinibus inaugurus est, & tantula temporis mora ex laico in Episcopum emerit (6). Qui tonsuratus, gradus quo Clerici sortiuntur ascendens post quadraginta dies, migrante Sacerdote successit. Sed idem ipse alibi Scriptor palam facit, quam longa emetienda essent interstitia Ordinum, ut invidiam & probrum Neophyti quis declinaret. Vide enim ut

Presbyterum inducat, sua ad Episcopatum impetrandum consilia, sua jura venditatem (7). Nec me patitur Deus hac Ordinatione privari, cui tantum famularum exhibui. Nam & ipsos Clericatus gradus canonica sum semper institutione sortitus. Lector decem annis fui. Subdiaconatus officium quinque annis ministrai; Diaconatu vero quindecim annis mancipatus fui, Presbyterii autem honore virginis annis jam potior. Non satis liquet, utri horum adjungendas sit Eligius Noviomensis Episcopus, qui cum laicus adhuc esset, electus est Episcopus Veromanduorum, Tornacensium, Novioduni Flandriæ, Gandavi, Curtraci, ut idolatriæ reliquias his regionibus pertinacius adhuc inherentes persequeretur & elideret. Non acquievit tamen ille ordinari, nisi initio a minoribus Ordinibus dueto (8). Ne in ulla Catholica regula deviare videretur, non se permisit prius Sacerdotem consecrari, nisi sub normula Clericatus aliqua temporis curricula exigeret. Simile veri est datum id fuisse, & ingentibus electi Prelulis virtutibus, & urgenti Ecclesiæ necessitatibus, ut intervalla illa Ordinum arctarentur. In Bracharensi Concilio unus non amplius annus desideratus est, ut ex laico quis in Episcopum effingeretur (9). Item placuit, ut ex laico ad gradum Sacerdotii nemo veniat, nisi prius anno integro in officio Lectorum vel Diaconatus disciplinam Ecclesiasticam discat, & sic per singulos gradus eruditus, ad Sacerdotium veniat. Nam satis reprehensibile est, ut qui nondum didicit, jam docere presumat.

IX. Concilio Epaonensi placuit, ut ne Clericatus quidem cuiquam conferretur, nisi premissa Religione (10). Ne laicus nisi religione premissa Clericus ordinetur. Ei Canoni præfigitur hic Titulus, ex quo possit elucidari: Laici nisi premissa conversione non ordinentur. Quod nimurum ad Clericorum non admitterentur laici, nisi facultum abdissent, & perspicue luce ad Deum conversionis, vita religiosa specimen edidissent. Unius anni spatium desiderasse videtur Concilium Aurelianense III. ut laicus conversionis luce documenta det, & tum Clero Ordinibusque minoribus adscribatur (11). De Clericorum premissa conversione, id omni-

(1) Baron. an. 614. n. 2.

(2) L. 1. c. 25.

(3) C. 15.

(4) L. 1. c. 4.

(5) Vita Eut. c. 10. 11. 12. apud Sur. d. 6. Apr.

(6) L. 2. v. ejus c. 2.

(6) Can. 20.

(7) L. 4 c. 6.

(8) L. 2. v. ejus c. 2.

(9) Can. 20.

(10) Can. 37.

(11) Can. 6.

*omnemodis observandum, ne ullus ex laicis ante annualem conversionem ordinetur.*

X. Sed legibus tam sanctis morigerari, eti semper fuit voluntas, non semper facultas adfuit. Tam arctam enim nostrum quām incubuit necessitas, ut unius quandoque anni intervallo, fingendus, expoliendus, efformandusque fuerit ex laico Clericus, Presbyter, adeoque & Episcopus (1). Professi sunt Arelatenis IV. Concili Patres Canonis regulis longam & operosum fanciri tyrocinium, sed rem contrahi, & accelerari quandoque ejusmodi necessitate inexorabili, quæ dispensationem non posceret, sed extorqueret (2). Et licet de laicis prolixiora tempora antiqui Patres ordinaverint observanda, tamen quia crescente Ecclesiarum numero necesse est nobis plures Clericos ordinare: hoc inter nos sine prajudicio dunt taxat Canonum convenit antiquorum ut nullus Metropolitanorum cuicunque laico dignitatem Episcopatus tribuat; sed nec reliqui Pontifices Presbyterii vel Diaconatus honorem conferre presumant, nisi anno integro fuerit ab eis premissa conversio. Hæc delinimenta necessitas excusabat aliquanto tempore, intaminata semper vigente Canonum priscorum necessitate, ut redintegranda semper esset prior observantia, ubi illa necessitatis vi remisisset. Sine prajudicio Canonum antiquorum.

In Concilio Aurelianensi V. eidem subscriptum est dispensationi, annulli ut interstitio tyrocinii etiam ad Episcopatum prævehenerentur; interim autem pios doctolique juxta viros adhiberent, qui eos necessaria instruerent pro angustiis temporum, & pie-tatis & eruditio-nis & virtutum suppellectile. Nullus ex Laicis absque anni conversione premissa Episcopus ordinetur; ita ut intra anni ipsius spatium a doctolis & probatis viris, disciplinis & regulis spiritualibus plenius instruatur. Hunc, ut suspicor, saltu probationis annum extundere nitebatur Gregorius Turonensis ab eo qui Episcopatus Nanneten sis prurigine tenebatur, ut remissis saltē & laxioribus Canonibus morem gereret (3). Habemus scriptum in Canonibus, fili, non possa quenquam ad Episcopatum accedere, nisi prius Ecclesiasticos gradus regulariter sortiatur. Tu ergo pete, ut quod se elegit, debeat confurare; cumque Presbyterii honorem acceperis, ad Ecclesiam affi-

duus es, & cum eum Deus migrare voleverit, tunc facile Episcopalem gradum ascendas. Episcopi is erat Nanneten sis nepos, quem sibi ille successorem dari percupiebat.

XI. Sermoni nostro de Occidentali in hac parte disciplina finem faciet Hormisda Pontifex, cuius verba exscriptisse videri posset Gregorius Magnus, a quo exordium duximus (4). *Discere prius quisque debet antequam doceat. Emendatiorem esse convenientem populo, quem decet orare pro populo: Addit porro antiquæ Legis Sacerdotes ex foliis Levitis selectos fuisse, & jam inde a teneris unguiculis in templo imbui solitos Sacerdotalium functionum radimentis; quod illis erat nasci, hoc nobis est imbui & informari. Nunc est doctrina pro genere. Quod illis sunt nasci, hoc nobis imbus. Illos Tabernaculo dabat natura, nos Altaribus porturis disciplina.*

XII. Ad Ecclesiam jam Græcam proponemus, ubi non injuria Justinianus deridiculos habet extemporaneos illos Episcopos ex laicis pene hesternis (5). Neque ex idiota, & ex iis qui vocantur laici, existens, ita mox ad Episcopatum ascendat, nec imaginariam suscipiat ordinationem, tanquam modo quidem idiota, mox autem Clericus, deinde parvum aliquod tempus prateriens, Episcopus appareat. Praclare quidem ille hæc præfatur, sed nihil tamē minus eores tandem revolvitur, ut semestre tantum spatiū ab eo depositatur, ad secedendum in Monasterium, vel in Clericatum, cum nusquam tantum de vigore suo remissient Canones. Prius autem vel Monachicam vitam professus, aut in Clero constitutus, non minus mensibus sex. Italia ille Novella (6)-tres tantum menses desideraverat. Verum in hac quidem parte descivit prorsus Justinianus ab officio Custodis & Conservatoris Canonum. Tam breve temporis spatiū non responder alteri ejusdem Constitutioni, ubi depromit verba quadam magnificenter sita Gregorii Nazianzeni adversus eos Episcopos, qui nihil pensi habent, ut se ipso ante quam alios abluant; comparent prius sapientiam, & tum importiant: divino se sanctimoniaz confortio quadam consecrent, & tum deificandis aliis studeant: posse enim testaceum vas uno die fingi, at non vas electionis, Apostolicumque Episcopum, cuius ministerium angelici, divini, Christi ipsius Mi-

(1) Cap. 6.

Nov. 6. c. 1.

(2) Cap. x.

c. 1.

(3) L. 6. c. 15.

(6) Novel. 123. c. 1.

(4) Ep. 25.

Ministerii & Pontificatus portio quædam delibata est (1). Mundari oportet primum ac deinde mundare ; sapere , ac deinde sapientiam docere ; lucem fieri & postea illuminare ; propinquare Deo , tum alios adducere , &c. Quis inßar figuli uno ipso die fœtilia sua tornantis , ita repente fngat verius cultus Antiftitem , cum Angelis stantem , & cum Archangelis laudes canentem , & Christo consacificantem ? Quis enim æquo & sedato animo ferre possit Paltoreos eos , qui impuris manibus mundare alios adgreduntur ? Heri sacrilegos , hodie Pontifices ? heri profanos , hodie Presbyteros ? inveteratae malitia , virtutum vixum tyrones : quos denique nemo non vider aura favoris , non Spiritu sancto afflante ad sacras insulas anhe-lare . Simul discipuli & Preceptores ostenduntur , & priusquam purgati sunt , purgant : heri sacrilegi , hodie Sacerdotes , heri extra sacra , hodie Praefules mysteriorum : veteratores malitia , novitii pietate : qui sunt opus atque fabrica humana gratia , non Spiritus sancti . Hæc Nazianzenus , hæc ex eo Justinianus , hæc divinis , hæc canonice institutis consentanea : & quæ alias mollius remissimisque dicuntur , aut sunt , danda necessitatì inexorabili venia est : alias inexorabilis vigilat Numinis censura & incorrupta lex .

XIII. Hinc porro illud concluditur , Præsidum conniventia & supinitate multa quidem peccata esse , sed Christi providentia excitatos semper aliquos fuisse Praefules præstantissimos , ex ipsis etiam Laicis , qui primævum splendorem Ecclesiæ restituerent . Eiusmodi fuit Patriarcha Alexandrinus Joannes cognomento Eleemosynarius , ex Laicorum fæce ad summum non dignitatis tantum , sed & sanctimoniaz fastigium proveetus , ut auctor est in ejus vita Neapolitanus Insulæ Cypri Episcopus (2) . Hoc erat admirabilis sanctissimi hujus Patriarchæ , quoniam nec Monachicam vitam dicens , neque in Clero moratus in Ecclesia ; sed & famina legitime dudum conjunctus , ita tenet vigorem Ecclesia , ab ipso initio quo Patriarcha consecratus est ; & in talen sublimitatem exaltatus est , ut multis Eremitarum , & in arcta vita degentium superaret . Hæc sunt omnipotentis Christi gratiaz portenta .

Nec minus stupendum gratiaz specimen in Ephremo Antiocheno Patriarcha efful-

sit , ejusque summæ legis , quæ legibus omnibus etiam sacræ dominatur . Ex Comite Orientis Apostolicæ ejus Sedis solio invectus est , remunerante Deo effusissimam largitionem , & indefessæ caritatis , cuius ex fonte inexhausto manabant hæc largitates , ad resarcendas labes Antiochenæ civitatis terræ motu obritæ & conquassatae . Sedes Apostolica veluti merces & premium & tanta ei erga civitatem providentia donata fuit . Hæc ex Evagrio .

### C A P U T LXXXVI. P.3.l.2.c.17.

Irregularitas Clinicorum , Neophytorum , Extraneorum , saculo viii. ix. & x.

I. Recens baptizati irregulares sunt ad Ordines superiores .

II. Multi erant tum Clinici , propter gentes recens conversas .

III. Irregularitas Neophytorum juri naturali infita .

IV. Juris naturalis & innatae legis non raro veluti radii quidam sunt Canones .

V. Exemplum Neophyti Photii quam fuerit Orientali Ecclesiæ exitiale .

VI. Providentissime in octava Synodo configuntur , qui eo simulationis consilio interstitia Ordinum observabant , spe una lactati , pertingendi ad Ecclesiasticos honores .

VII. Ut Photius fuerit restitutus .

VIII. Remissio & ignavia Græcorum , qui unius hebdomadæ intersticio contenti sunt , ut ab uno Ordine ad alterum gradus fiat .

IX. Austerius cum Phorio actum est , quod non Neophytus tantum , sed & intrusus esset .

X. Ecclesiæ Latina vigor in Neophyto .

XI. Ecclesiæ Gallicane constantia in servandis Ordinum interstitiis .

XII. In ea Episcopis subrogantur excellentes quique ex Presbyteris .

XIII. Ante Episcopatum Presbyteratus non quæmittebatur .

XIV. Respondetur objectioni cuidam .

XV. Quam necesse sit ex gremio ejusdem Ecclesiæ Episcopum deligi .

XVI. Callidum commentum in re hujusmodi in causa Hincmari .

XVII. Confirmatur eadem regula .

XVIII. Non aeo senior , sed dignior ex Presbyteris eligendus .

XIX.

(1) Nov. 237. cap. x.

(2) C. 43. Bar. a. 525. 526.

XIX. Regula qualibet Monastica Canones  
sequitur & imitatur.

I. EX quo tempore inoleverat serperat-  
que in omnes Ecclesias ea consue-  
tudo, ut recentes ab utero infantes tingi-  
rentur: quis non sperasset illam oblivioni  
datum iri irregularitatem, quæ Clinicorum  
dicitur, hoc est eorum, qui extremo mor-  
bo conflictati, intermorientibus pene voci-  
bus baptismum depositunt, & accipiunt? Expostulabat tamen Concilium VI. Pari-  
sienne anni 829. quod persæpe Canonica  
leges intringerentur, collatis Ordinibus ei  
qui tinctus esset inter ipsa periculosa ægri-  
tudinis discrimina (1). Sicut in plerisque,  
ita & in eo auctoritas a nonnullis saepe vio-  
latur canonica, quando scilicet hi qui in  
ægritudine, baptismatis suscipiunt sacramen-  
tum, ad gradus Ecclesiasticos contra fas pro-  
vehuntur. Is usus, quia auctoritati canonica  
resultat, oportet ut corrigatur, quoniam  
hujuscemodi baptizatos, quos vulgaris ser-  
mo grabatarios vocat, canonica auctoritas a  
gradibus Ecclesiasticis patenter repellit.

Eodem mox numero eos habet Conci-  
lium, eodemque implicat vinculo, qui nec  
primo ad baptismum, nec postea ad Ordin-  
em sacrum suscipiendum stimulantur, nisi  
morro quodam longe deteriori, quam sint  
omnes corporeæ pestes, terrena & inconsi-  
deratissima cupiditate. Multo magis illi ar-  
cendi sunt a gradibus Ecclesiasticis, qui aut  
per cupiditatem aut per temeritatem, con-  
tempta canonica auctoritate baptizantur, &  
postea similiter ad gradus Ecclesiasticos pro-  
vehuntur.

II. Cum vero Caroli Magni Imperii pro-  
pagatio complures complexa Nationes bar-  
baras, ad fidem illas paulatim pellexisset;  
cumque horum Neophytorum nonnulli Epis-  
copales & ipsi honores degustarent inter-  
dum, auctore Thegano: Cum his qui ex  
barbaris Nationibus ad hoc fastigium per-  
ducti sunt: (2) facile contingebat, ut eo-  
rum aliqui attingi se baptismi non cupe-  
rent, non flagitarent, nisi improba spe gra-  
fandi ad Episcopales sedes. Contingebat  
& illud forsan non raro, ut rudes Catechu-  
meni pigritarentur quandoque, nec ad cœ-  
lestem properarent regenerationem, nisi cor-  
poreæ ægritudinis flagello mortisque metu  
urgerentur.

III. Proxima huic est irregularitas Neo-  
Thomas. Tom. IV.

phytorum. Sive Neophytes autem dicamus  
recentes a sacro baptismi fonte, sive nupe-  
ros Cleri tyrones, & præpostorum est, &  
justitiae Canonicasque regulis inimicum, eos  
ad Ordines sacros & ad primarias protrudi  
dignitates, iisque anteponi, quibus diuturna  
ministerii sacri suffragia, virtutum docu-  
menta jus veluti quoddam pepererunt,  
viamque straverunt ad eas dignitates, qui-  
bus una virtus, sapientia & rerum sacra-  
rum experientia remuneranda est. Jure ergo  
meritissimo scriperat Nicolaus Papa I.  
ad Photium Constantinopolitanæ Cathedræ  
incubatorem: etiæ Canones, etiæ Concilia,  
etiæ Scripturæ, etiæ Decreta Pontificum Neo-  
phytos a sacris Ordinibus & a summis Ec-  
clesiæ Dignitatibus non deterruissent: in  
ipso pectoris sui penu potuisse eum perspi-  
cere eam legem, naturæ ipsius manu exar-  
ratam, cum ea palam & exterrituæ voci-  
feretur, quod sibi quis detrimenti afferri  
nolit, id ipse ne cuiquam afferat. Quis enim  
æquo animo ferat præripi sibi a novo  
hospite diutini obsequii sui præmia, & præ-  
cerpi sibi a violento & extrinsecus irruente  
usurpatore laborum suorum fructus (3)?  
Hanc legem sibi datam, si volumen cordis  
tui conscientia scrutata fuerit, proculdubio  
non negabit. Ibi quippe scriptum reperies,  
lege naturæ dicente: A nemine velle ladi,  
a nemine velle tua prorsus auferri. Quapro-  
pter apte precipitur: Quod tibi fieri non  
vis, alteri ne feceris. Quid enim decretæ  
Sedis Apostolice dicunt, nisi, quod tibi fe-  
ri non vis, alteri ne feceris; quando præci-  
piunt ne subito factus Clericus Clericis do-  
minetur, qui per singula stipendia milita-  
verunt, & omnem in Dominicis Castris ata-  
tem egerunt. Quando præcipiunt, ne quislibet  
saltu prepropero in alienum honorem am-  
bitat immoderata cupiditate transcendere, vel  
pro suo libitu jura studeat aliena pervadere.

IV. Quæ Nicolai Papæ doctrina altissime  
me sane infingenda animis est; ut perfua-  
sissimum sit omnibus, Canonicas leges non  
in arbitrariis haberi debere constitutionibus;  
sed hos esse rivulos veluti quoddam sempi-  
ternæ & incommutabilis illius legis, quæ  
iustitia, quæ caritas, quæ Deus ipse est;  
ex qua & leges omnes promanant humanæ  
& temporariæ, pro rerum, locorum, tem-  
porumque opportunitate & necessitate tem-  
perandæ. Unde rursus idem Pontifex: Ig-  
tur cum ea que Sedis Apostolicae Presules  
F f f inibi

(1) Cas. 8.

(2) Dr. Chel. T. 1. p. 282.

(3) Ep. 11.

*instituerunt, in litteris sacris invenias, immo vero in temeris jugi perseverantia regelas, nobis, quia decreta ipsorum non sufficeris amplius assertare; cum ipsis nihil, nisi quod naturalis, quod Mosaica, nec non & gratia lex iussit, instituant.*

V. Photius porro a Foro & a Palatio ad Clericatum & ad Patriarchalem sedem simul irruperat, ut idem Pontifex auctor est (1): *Ex foro, ac seculari militia & habitu, atque a Patatinis edibus eductum, ac subito tonsuratum, Ecclesie contra Canones presecerunt. Eam ille sacrilegam usurpationem praetexebat speciosis exemplis Ambrosii, Nectarii & Tarasii.* At respondet Pontifex nullo eum consimilium virtutum praesidio nisi, nec ullam jam posse pretendi necessitatem tam licentiole Canonum contemptui (2). *Quod per necessitatem fieri eventus comprobatur non in auctoritate tenendum est.*

Exitiali hoc autem Photii exemplo ingentem in Ecclesiis alias etiam Patriarchales labem sacra disciplina invectam fuisse, idoneus testis & auctor est Anastasius Bibliothecarius. Ea quippe Laicorum licentia usque adeo incellit convaluitque in Ecclesiis Alexandrinam, & Antiochenam, ut vix aut ne vix quidem extirpari potuerit (3). *Penes Alexandriam & Antiochiam in tantum radix peccatis hujus excrevit, ut a tempore promotionis Photii haec tenus evelti non possit.* Quin & Hierosolymis, quod jam inde a temporibus Jacobi Apostoli, qui eam dedicaverat sedem, nondum contigerat, laicus homo Apoloticam illam profanavit sedem. *Mox Hierosolymis quidam laicus exemplo Clericus factus, est ordinatus Antistes, quod nunquam factum est, etiam ab ipso Jacobo.* Ista sane disciplina Ecclesiasticæ calamitates Synod. VIII. Oecum. impulere, ut austerior in Photium ageret, eumque decerneret non esse, non fuisse unquam Episcopum; si quos vel creasset Episcopos, vel Abbates, eos ab eo qui Episcopus non esset, nihil accipere potuisse: ideoque quas illi Ecclesiis dedicassent dedicandas rursus esse. Itaque tanti visa est hac Neophyorum irregularitas Oecumenico huic Concilio (4), ut etiam Ordinationes efficeret vel irritas, vel inutiles.

VI. Cum vero plures laici natalium splendore spectabiles Constantinopoli inescati fuer-

rint, ut fucatis se & personatis induerent virtutibus, quo ad eandem aliquando Patriarchalem sedem electarentur, ut ab eodem Anastasio observatum est: ideo & in eadem Generali Synodo decretum aliud instantia Pontificiorum Legatorum promulgatum est, quo arcerentur Patriarchali sede Senatores, aliisque laici, qui eo illesti lenocinio, vel Clericalem amplexi fuerant, vel Monasticam professionem, tanquam omnes Ordinum gradus pervasisserent (5). *Definimus neminem de Senatoria dignitate, vel mundana conversatione nuper tonsum, super intentione, vel expectatione Pontificatus, vel Patriarchatus honoris, Clericum aut Monachum factum, ad hujusmodi scandere gradum: licet singulos Ordines divini Sacerdotii plurimum temporis fecisse probetur.* Consultissime enim censuit Synodus, quantumvis vel Clericalibus, vel Monasticis se lese institutis inserenter homines ambitionis ostendit, & servatis legitimis interstitiis Ordinum omnium functiones non perfundorie, sed sedulo exercerent: non posse tamen eos extricare se a vinculo Neophyorum irregularitatis, cum jam inde ab exordio, in laica veste summas Ecclesiæ dignitates concupissent, easque jam tum spe devorassent, adeoque in sacra deinceps professione non alios quam secularis & profanos animos gessissent. *Negre enim propter religionem, vel amorem Dei aut propter expectationem transeundi viam virtutum, sed ob amorem gloriae ac Principatus, tonsus hujusmodi reperitur.*

VII. Et post incredibiles quidem calamitatum vicissitudines Photius idem ipse per Joannem VIII. Papam pristinæ Constantiopolitanæ sedi restitutus fuit. At contestatus est Pontifex (6), ut fama saltem suæ consuleret, enixissimis id a se donatum fuisse precibus aliorum omnium Patriarcharum, Metropolitanorum, & Episcoporum Orientis, qui eam dispensationem sibi extorsissent; adhibitam vero eam esse a se necessariam in posterum cautionem, ut Patriarchæ posthac non ex Senatoribus, non ex Aula Proceribus arcesserentur, sed ex Presbyteris Diaconisque Cardinalibus ejusdem Ecclesiæ, Decernimus, ut post hujus Patriarchæ obitum nullus de laicis vel clericis in Patriarchatus eligatur & consecretur honore, nisi de Cardinalibus Presbyteris, & Dia-

(1) Ep. 1.  
(4) Can. 4.

(2) Ep. 6.  
(5) Can. 5.

(3) Prefatio Synod. VIII.  
(6) Ep. 19.

**¶ Diaconibus Constantinopolitanae sedis, secundum sacros Canones.**

VIII. In Concilio etiam illo, quod a Græcis Primum & Secundum vocatum est, prohibiti sunt rursus vehementissime Clerici, Monachique, ne uno unquam temporis puncto, & impetu rapiantur ad Episcopatum, sed longis antea singulorum Ordinum rudimentis imbuantur. Quanquam enim præfertilatio auspicio cœsisset in paucis quibusdam prematuræ pietatis & experientiae hominibus, ea in miraculis, non in exemplis collocari debere, ut admiratio esset, non imitationi (1). Decernimus ut nullus deinceps laicus, vel Monachus repente ad Episcopalem altitudinem evehetur, sed in Ecclesiasticis gradibus primum examinatus. Sed cum eo Concilio non defiantur singulorum intervalla Ordinum, visum esse nonnullis, ait Balsamon, hebdomadis unius ut mora interponeretur post evijsque susceptionem Ordinis; eos vero patrocinio uos Gregorii Nazianzeni, aenam intra septem dies suam Presbyteris perfectionem obtinere (2): τελεθεὶς δὲ ἡ τέταρτη οὐσία τὸν ἵσπει; Additur vero a Balsamone, Sardicenses Patres iusta quedam intervalla singulis Ordinibus interjecisse; edici in Justiniani Novella quadam (3) ut Apparitores & Administratores publici quindecim annos in Monasteriis ante agant, quam Ordinibus initiari possint; in alia Novella (4), laicus qui nec Apparitor sit, nec Curialis, tres Clericatu ante menses agat, quam ad Episcopatum propellatur. Sed his præstrutis priori Balsamon sententia propensius favere non dissimulat, quæ septem non amplius dierum intervallum desiderat: quin & eam significat usitissimam fuisse consuetudinem, quæ pro lege non scripta habenda fit. Dico necessario per septem dies uniuscujusque gradus fieri ordinatorem, & eo magis, quod etiam non scripta Ecclesiastica consuetudo, hoc suscepto, sic graduum Ordinationes facit. Hæc ex Latina versione, quod Græcus ibi textus deficiat.

Non potest autem ea Balsamonis Commentatio eo detorqueri, ut septem diebus Ordines septem, singuli singulis suscipiantur. 1. Vel ipse enim Photius Ordines singulos aliis aliisque diebus suscepit, ut refert Nicetas in vita Ignatii Patriarchæ. 2. Et ne septem quidem dies numerari possunt. Nar-

rat enim Nicetas sex diebus continuatis creatum esse Photium, Monachum, Lectorum, Subdiaconum, Diaconum, Presbyterum Episcopumque. 3. Diserte Balsamon ait septem dies cuique Ordini tribuendos. Debemus observare, si non plura, sed certe necessario id ipsum tempus in unoquoque gradu: 4. Ea autem dierum definitio inde videretur hausta fuisse, quod non nisi die Dominico Ordines conferrentur (5). Denique jam nimia est illa indulgentia & remissio Canonum, ut Ordinum singulorum interstitia unius tantum sint hebdomadæ; quod idem Balsamon (6) inde fluxisse conjectat, quod Novella Justiniani ad eam rem spectantes, in desuetudinem abierint ex eo, quod in libros Basilicorum non fuisse relatæ.

Porro quæ supra perstricta sunt Nazianzeni verba, quibus etiam incumbit hæc recentior Græcorum disciplina, non de Christianæ, sed de Mosaicæ Legis Pontifice interpretanda fuerant, cojus septem dierum spacio Pontificatus inaugratio celebrabatur. Cassum ergo & ruinosum fuisse hoc eorum doctrinæ munimentum: sed cum ea increbuisse consuetudo, ortumque duxisset ex antiquiori alia consuetudine, diebus tantum Dominicis Ordines conferendi; cupide Græci illam Nazianzeni auctoritatem aucupati sunt, qua in alienum sensum detorta disciplinæ suæ remissionem tuerentur. Non rara sunt autem id genus exempla, ubi recentibus institutionibus antiqua subtrahuntur auctoritatum fundamenta, audacius quandoque, quam sincerius.

IX. Simillimum autem veri est ea maxime de causa tantopere in Neophytum Photium æstuasse, & succensuisse Ecclesiæ Pontifices, quod superstitis Patriarchæ Ignatii fedem involasset (7). Sanctissimus vir Niciphorus præfertine similiter ex Imperii administratore Patriarcha institutus fuerat (8): & quanquam ejus provectioni adversati sine viri præstantissimi Plato & Theodosius Studitarum Monasterii Abbates, ut quæ Canonibus repugnaret; Ecclesiam tamen non pœnituit dilpensionis, qua perillustrem Fidei defensorem prosecuta est.

X. In Ecclesia autem Latina Synodus Romana anni 964. sub Joanne XII. Papa exauktoravit Leonem Antipapam, non tantum ut Neophytum, sed ut intrusum in

(1) Can. 17.  
(5) Ibidem.

(2) Naz. in Pentec.  
(6) Sup. pag. 312.

(3) Nov. 137.  
(7) Secrétaire d'Etat. (8) Cedreus.

eam Sedem, quæ vacua non esset. Multo ante tempore depositus quoque fuerat Antipapa Constantinus, anno nimirum 767. ut Neophytus & intrusus. Quæ sub Stephano IV. coaluit Romana Synodus ad ejus abdicationem, constituit ut ne amplius eligeretur Papa, nisi ex Collegio Presbyterorum & Diaconorum Cardinalium: utque Ordinationes Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum a Constantino Antipapa celebrata, irrita haberentur, data copia eosdem rurius ordinandi, si rurius canonice eligerentur: ita ut nemo potius posset suspicari, valida esse potuisse Sacraenta quæcumque alia a Constantino collata, præterquam Baptismi & Confirmationis (1): Ita enim in eodem Concilio statutum est, ut omnia, quæ idem Constantinus in Ecclesiasticis Sacramentis ac divino cultu egit, iterata fuissent, præter sacram baptismus atque sanctum chrisma. Non advertebant tunc animos tam studiose, quam ab Augustino olim factum fuerat, & quam posterioribus his sæculis rursum fieri coepit; unam esse Ordinationis cum Baptismo & Confirmatione causam, ut omnino iterari non debeant, ubi forma solemni & verbis Ecclesia collata fuerint. Aderant autem & Gallicarum Episcopi nonnulli huic Romanæ sub Stephano IV. Synodo, ubi præceptum est præterea, ut ad superiores Ordines non præcipiti cursu quicquam, sed gradibus pervenirent omnes. *Nisi per distinctos gradus ascensens, Diaconus, aut Presbyter Cardinalis factus, ad sacrum Pontificatus honorem posse promoveri.*

XI. Ab hac vero Græcorum remissione recesserat mirum in modum Ecclesia Gallicana, si bona fide in ea tum observarentur, quæ in Capitulari suo præcipiebat in hanc rem Herardus Archiepiscopus Turenensis (2). Qui se divina militia mancipari desiderat, sive inter Lectores, sive inter Exorcistas, quinquennio teneatur, exinde Acolythus, vel Subdiaconus quatuor annis stet, & sic in benedictione Diaconatus, si meretur, accedat. In quo Ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, herere debebit; & postea probatus Sacerdos efficietur.

XII. Sed ea imminebat maxime sollicitudo, ne ad Episcopatum venirent, nisi ex Presbyteris florentissimi quique sanctitate

& peritia rerum sacrarum. Id nos edocuit Hincmarus Remensis Archiepiscopus, ubi a Christo in Regali Sacerdotio suo duos Ordines creatos distinctosque fuisse, Episcoporum & Presbyterorum, ex quibus qui ceteris religione, pietate & rerum prudenteria antistaret, is Episcopo hinc excedenti sufficiendus semper esset (3). Rex simul & Sacerdos Christus duos in Sacerdotibus Ordines constituit, in summis videlicet Pontificibus, & in minoris Ordinis Sacerdotibus, qui nunc Presbyteratus funguntur officio, eo videlicet provisione, ut dum quilibet Pontificum vita decederet; quicunque Sacerdotum optimus putaretur, & in Pontificatum succederet. Certissime enim instituti sunt a Christo, non Apostoli tantum, quorum dignitatem & sedem succedunt Episcopi: sed etiam Discipuli, quorum vices Presbyteri gerunt. Atqui cum execrandi Judæa vacua sedes implenda fuit, ad Apostolatum gerendum, unus ex Discipulis subrogatus fuit, ut testatum fecit Lucas in Actis. Ut decadentibus Episcopis, de his secundi & inferioris Ordinis Sacerdotibus, secundum Canones, ad summi Sacerdotii apicem provehantur, sicut sacra Scriptura Actuum Apostolorum patenter ostendit.

XIII. Suessionis illa Synodus, in qua discepata fuit causa Ebbonis Archiepiscopi, eum qui Presbyter ordinatus fuisse, suscepito ab Ebone tantum Diaconatu, exauditorari debere censuit, uti qui ad Presbyteratum non accepto Diaconatu properasset (4). Judicatum est a Synodo, qui saltu sine gradu Diaconi ad Sacerdotium proficeret, in degradationem debitam resilire debere. Hinc vero dilucidum fit, quam temere Photius Latinæ obtrectaret Ecclesiam, quasi in ea Episcopi ex Diaconis non suscepto Presbyteratu ordinarentur (5). Qui Diaconus non suscepto Presbyteratus officio apud nos Episcopus ordinatur. Ita Nicolaus Papa calumnias eorum commemorat. Qui Presbyteratu supercederi posse existimassent, qui ne Diaconatu quidem? Ideo & Ratramnus Monachus in refellendis his Græcorum imposturis, ait vel ex hac una evidenter conficta calumnia contare posse, quam temere & impudenter Græci ubique Latinis obloquerentur (6). In ceteris sibi demum auctoritatem fidei, quandoquidem in

[1] Anaft. Bibl. in Steph. IV.

[2] Hincmar. Tom. a. p. 202.

[3] Epist. 70.

[1] Conc. Gall. T. 3. p. 115. Cap. 98.

[4] Flodeard. L. 3. c. II.

[6] Contra Græcorum opposita L. 4. c. 8.

*in ipsis tam evidenter mentiuntur. Inde vero forsitan Græci ansam captabant convitiandi Latinis, quod Canones nostri sanxissent, ut ex Presbyteris, vel Diaconis Episcopi deligerentur. Inde illi concludebant, tam immediate Episcopatum a nobis conferri Diaconis, quam Presbyteris. Quod totum contra erat.*

XIV. Nec dissimulabo Aeneam Parisiensem Episcopum, paulo mollius has Graecorum criminationes confutantem, illud fatevi, Romæ eos ex Diaconis ordinari Episcopos, qui Presbyteri nunquam sint ordinati (1). De hoc quod queritur, quare apud Romanam plerumque Diaconus quodam saltu, non percepta Presbyterali benedictione, in Episcopum subito consecratur. Hunc ille ulum approbare conatur, ex eo quod Presbyteratus eminentissime contineatur in Episcopatu, in quo toto est Sacerdotii plenitudo, vel ex eo quod Romani Hieronymo assentiantur, Presbyteros ab Episcopis minus secernenti. Sic ille eo excusatius, quod trepide scribit, & pene suspenso calamo, re videlicet non satis comperta sibi & explorata. Probabilius equidem duxerim Ecclesiæ Romanæ res ritusque Rattramno, quam Aeneæ exploratores fuisse: unde & hujus verba titubant, ille asseverantissime loquitur. Et sane Romana Synodus sub Joanne XII. narrat, ut Antipapa Leo ordinatus primo fuisse Ostiarius, tunc Lector, Acholitus, Subdiaconus, Diaconus, & tandem Presbyter, antequam Pontifex inaugurateatur. Dico Episcopus in nostro Patriarchio Leonem Curialem & Neophyton, jam Ostiarium, Lectorem, Acholitum, Subdiaconum, Diaconum, utique subito Presbyterum ordinavit; eumque sine aliqua probatione in nostra Apostolica Sede consecrare non dubitavit. Joannem XII. exceptit Benedictus V. qui jam Diaconus erat, & cui citra controversiam collatus est Presbyteratus ante Episcopatum, cum Sedi rursum Apostolicæ redintegratus Leo, utroque illum spoliaverit Ordine, solo Diaconatu posthac gavisurum. Benedictum omni Pontificatus & Presbyteratus honore privamus, Diaconatus eum honorem habere permittimus.

Sentio hæc exempla Photianis & temporibus & criminationibus posteriora esse. Sed a specie veri alienissimum est, Photii calumniis id datum ut sit, ut aliquid in Occidentalibus vel in Romanæ saltu Ecclesiæ

moribus novaretur. Capitibus omnibus aliis calumniosæ Photii cenura nihil concussum, nihil mutatum in nostra est disciplina: quod ne objectari quidem ad eo potuisset quidquam, nisi aut perspicue commentitum, aut per se laudis indifferens, aut laudi potius quam probro vertendum.

In vita quidem Stephani IV. Papæ legitur ordinatio Constaatini Antipapæ, & de Presbyteratu suscepso verbum fit nullum, quanquam non sileatur progressio ejus ad Clericatum, ad Subdiaconatum, ad Diaconatum, denique ad Episcopatum. Sed tanti res ista quidem est, ut solo silentio perfici certe nihil possit. Adde quod Antipapa ordinationis ea esse possent vitia, quibus alia similiter non claudicarent. Multa ibi præcipitantur, quæ alias expediantur lentius.

XV. Constitutio illa canonica, quam superius strictim delibavimus, ut Episcopi asciscantur e superiori cujusque Ecclesiæ Clero, paulo operiosius hic nobis excutienda nunc est. Postquam justissimis affecerat laudibus Nicolaus I. Papa Caroli Calvi Regis zelum & pietatem, qui numeris virtutum omnibus absolutum Episcopatu Senonensi præfecisset Pastorem: dissimulare tamen non potuit, quo dolore pungeretur, ex eo quod Monachus, & non potius unus aliquis ex florentissimæ Ecclesiæ Collegio tractandis ejus gubernaculis admotus fuisse. Id ait Pontifex non multo minus stupendum videri, quam si extraneo cuiquam committeretur regimen alicuius Monasterii, & non ei potius qui inter ejus Monachos emineret. Iniquum esse ut hospes superveniens fructus carpat laborum a proprio Ecclesiæ Clero durissime exhaustorum. Extra fidem esse, nullum in tam numero & famoso collegio idoneum fuisse regendo Ecclesiæ illius clavo. In eum scopulum frequenter impingi in Gallicana Ecclesia. Eoque operæ pretium fore, ut in posterum Reges Pontificesque in eam curam & tanti mali medicinam incumbant. Sunt hæc prouersus ad Ecclesiæ leges illustrandas correspondosque mores luculentissima. Quo æquius est ipsa Pontificis verba adscribi (2). Quamvis hæc nos valde laetificant, multum tamen contristant, quia idem venerabilis vir non de ipsa Ecclesia, sed de quodam Monasterio fuisse perhibetur. Denique cum erga Monachos eadē profecto regula, quæ circa

(1) Spicil. t. 7. pag. 114.

(2) Ann. 865. Conc. Gal. To. 3. pag. 273.

*circa Clericos qui promovendi sunt, conservanda sit, indecorum tamen, quin potius illicitum est, in aliena stipendia quenquam obrepere, & ex transverso venientem in causa, inter que non militavit, ducatum arripere.* Et infra rursus: *Aut de Ecclesie Senonensis Clericis, qui ordinaretur, nullus dignus inventus est, quod evenisse non credimus, maxime cum sit Metropolis, & Clericorum numerostate non caret: aut certo his jure minime reprobatis, aliunde qui eis irregulariter præponeretur, inventus est, & qui aliorum fructum laborum comederelet electus est, &c.* Cum ergo familiarius in regionibus vestris sit hæc temeritas, & sacram super hoc Canonum violatio dilata, necesse est nostram sollicitudinem pro hac amputanda specialius impendere diligentiam.

XVI. Concilium Tricassimum paucis post annis, anno nimis 867. ut eidem Nicolo Pape I. approbat electionem Hincmari ad Archiepiscopatum Remensem, per litteras illum monuit, Archiepiscopum Senonensem, Episcopum Parisiensem, qui proprius Hincmari Episcopus, Episcopos Provinciae Senonensis, Abbatem & Monachos Sandionylianos, Hincmarum suum concessisse Episcopis, Clero & populo Ecclesiarum Remensis, atque adeo cum jam insitus esset Ecclesiarum Remensi, ejusque veluti membrum, eligi potuisse eum in Archiepiscopum (1). Unde a Clero & Populo ipsius Metropolis Remorum, sed & ab Episcopis ipsius Provincie petitus, sicut petitio eorumdem manibus subscripta declarat, & ab Archiepiscopo tunc Senonensi, & proprio Episcopo Parisiorum, necnon & a Coepiscopis aliis Senonensis Provinciae, cum consensu Abbatis sui & Fratrum Monasterii in quo degebat, sevente etiam domino Carolo Rege gloriose, Episcopi Remensis Provinciae, & Clero ac plebi ipsius Metropolis per canonicas litteras ipsorum subscriptas manibus, frater Hincmarus est traditus. Atque hinc enitescit Metropolitanum, Episcopos, Clerum, populumque suo in Hincmarum jure concessisse Clero Remensi, ut ei jam insertus, propriusque factus, in Episcopum eligi possit. *Sicque de proprio jam Ecclesie ipsius Clero effectus, in ea est ordinatus.*

Flexuosus is erat circuitus, ut in speciem saltem reverentia qualiscunque Canonicis regulis haberetur. Nec enim is scopus fuerat, non ea Canonum mens, ut traduce-

rentur uno temporis puncto unius Ecclesiarum Clerici in aliam, & mox ibi raperentur ad summæ culmen dignitatis. Eo collineant Canones, ut Ecclesiarum regimen eis committatur, qui in eis ab adolescentia stipendia ficerint, qui bene de ea diu meruerint, qui laboribus sudoribusque suis excoluerint eam & rigaverint, eoque jam ii non sint, quibus helsterni holpites præponantur.

Plusculum fuit sinceritatis & candoris in Clero Senonensi (2), Ansegisum sibi Episcopum diligente, qui Presbyter Remensis erat, & Abbas Bellovacensis. Ingenue enim confessus est, extraneum a se electum fuisse, quod nullus in suo sinu satis dignus occurrit, eoque se decreto paruisse Coelestini Papæ: *Ex propria Ecclesia deficiente electione.* Ea inopia ominabatur Nicolaus Papa laborare non posse Clerum Constantinopolitanum, utpote numerosissimum: ideoque præpostorum esse, si extranei irruant in præmia propria filiorum Ecclesiarum, qui præclaros ei diutinosque labores suos discaverunt (3). Ne contemptis Clericis, quorum, utpote in tam magna urbe, copiosa multitudo est, quique ab ipsis cunabulis imprætermisso labore in Ecclesia Christi defudant, & in desinencia Domino exhibent servitutis obsequia, is qui de foris principatus repente arripiat.

XVII. Antiquissimam hanc disciplinæ legem Synodus VIII. Generalis in Ecclesia Constantinopolitana restauravit, constituto, ut omnes ejus dignitates iis conferrentur, sicuti vacarent, quorum insignis eluxisset pietas & industria in inferioribus Ordinibus & ministeriis; quos ideo nefas esset, & Evangelicis justitiæ præceptis infestum, mercede hac justissima defraudari (4). Quoniam quidem dicit alicubi divinum eloquium, Dignus est operarius mercede sua. Hujus rei gratia & nos decernimus & promulgamus, ut magne Ecclesie Clerici, qui in subjectis Ordinibus morati sunt, ad maiores gradus ascendant; & si digni claruerint, melioribus perfungi mereantur honoribus. Sed non ex illis qui foris sunt aliqui se his innectentes, debitas eis, qui multo tempore laboraverunt, dignitates vel honores recipient; ac per hoc inveniantur Ecclesie Clerici nullo modo posse proficere.

XVIII. In Jure Orientali Joannes Episcopus Citri, plura percunctante Cabafila Archiepiscopo Diraccheno, potissimum ve-

ro

(1) Con. Gal. To. 3. p. 356.

(2) Ibid. pag. 394.

(3) Epist. 7.

(4) Can. 13.

ro de electione Episcopi , an conferenda tunc essent suffragia in seniorem Presbyterum , qui Græcis Protopapas dicitur , an in ceteros Presbyteros , an in Diaconos , qui officia Ecclesiæ exercebant , ἐχοντες ἀρχοντικὰ ἀπαληγωμένα ὄφεις : incunctanter respondet , non ejusmodi dignitatem esse Episcopatum , quæ proiectam desideret ætatem , sed doctrinam , sed experientiam , sed virtutis constantiam , & eloquentiam , atque adeo ei suffragandum esse , qui his maxime præcelerat (1) . Digniorum enim , non gradu altiorum , & potentiorum sunt throni .

XIX. Canonice Regulis obsequebantur semper Regulæ Monasticae . Ii enim eligendi erant Abbates , qui in eis Tonsuram accepissent , & Professionem emisissent . Editæ est Synodalis Constitutio a Patriarcha Luca , qua concedebatur Abbatibus , quæ idoneos ex suis nullos haberent ad Pastoralem dignitatem gerendam , ut ex ejusdem Provinciae Monasteriis aliquem arcesserent (2) . Scias tempore Patriarche Luca Synodale decreta factum esse , ut fine præjudicio constituantur Praefecti in Monasteriis Patriarchæ territorio subjectis , quæ non habent Monachos idoneos , ut præsent , ex altero Monasterio , quod est ejusdem regionis , etiam si statuta eorum caveant , ne ἐνομάπτω , hoc est , qui in externo Monasterio tonsus est , fuit eorum Praefectus .

## C A P U T LXXXVII. - P.4 l.2. c.32.

Neophytorum irregularitas post annum Christi millesimum .

I. Per minorum Ordinum gradus & longæ in eis rudimenta jubet Ecclesia lex ad sacros Ordines conserendi , & ad Ecclesiasticas dignitates .

II. Non poterant Episcopi eligi nisi ex Presbyteris vel Diaconis . Quando capiti sint eligi ex Subdiaconis ?

III. Subscribit S. Fulbertus ei dispensationi , qua siebat ex Neophyto Archiepiscopus .

IV. Has olim dispensationes dabant Episcopi . Qui tandem ea potestas Pontifici Romano sit reservata ?

V. Qui provideatur , ubi minores Ordines ex parte sunt omitti ?

VI. Ut Ivo Carnotensis & Goffridus Vindocinensis Episcopis succenseant iis qui precipiti cursu intra paucos dies omnes Ordines suscipiant .

VII. Varia regula ad interstitia Ordinum .

VIII. Ecclesia Parochiales & Dignitates complusculæ id efflagitant , ut intra anno spatiū Presbyteri sint , quibus ea sunt collatae ; propterea quod eas olim non conferabant nisi Diaconis vel Subdiaconis .

IX. Quid remitti ea in re ex dispensatione possit ex regulis Juris ?

X. Pulcherrima Concilii Tridentini Constitutiones de interstitiis Ordinum .

XI. Rationes annuenda , vel abnuenda interstitiorum venia .

XII. Varia exempla dispensationum .

XIII. De Episcoporum potestate urgendo Clericos suos ad maiores Ordines .

XIV. Ne tamen cogantur qui indigni vel impediti prorsus sunt .

XV. Sæma B. Bernardi doctrina .

I. Clericatus & minorum Ordinum stationes quasi prælatoria sunt tyrocinia , lente & pie decurrentia , ut ne temere & præpropere profiliant , aut ad majorum Ordinum , aut ad Ecclesiasticarum familiimoniam dignitatum . Qui præfelinata cupiditate intra paucos dies , vel uno eodemque die plures suscipiant sacros Ordines , & puncto temporis devolant ad suennas sanctissimisque dignitates , non satis ii serio pensant , irregularitati se Neophytorum implicari , olim usque adeo invidiolæ , ut inter hæreses locum haberet . In Concilio Romano sub Nicolao II. Papa anno 1059. prohibitum est , ne Laici ad dignitates Ecclesiasticas concenderent , nisi diutissime in minoribus Ordinibus exercitati fuissent (3) . Ut nullus laicus ad quemlibet gradum Ecclesiasticum repente promoteatur , nisi post mutuum habitum secularem , diurna conversatione inter Clericos fuerit comprobatus .

Dicitissimus vir Lanfrancus Cantuariensis Archiepiscopus , percutanti Episcopo , a quo ordinatus fuerat Diaconus , is qui nullis minoribus Ordinibus initiatus fuisset : rescripsit auferendum primo illi Diaconatum esse , tum conferendos canonice intervallis Ordines minores (4) : Diaconatum ei auferre , ad ceteros minores Ordines congruis eum temporibus removere : Denique reddendas

(1) Juris Orient. pag. 323.

(2) Ibid. pag. 222.

(3) Cas. 13.

(4) Epist. 22.

das Diaconatus functiones , dato in manus Evangeliorum Codice , in Synodi , vel Cleri Congregatione , nequaquam tamen itera- ta Ordinatione .

Concilium Rothomagense anno 1072. exauktorando censuit Presbyteros , Dia- conosque , qui nullis unquam minoribus do- nati fuissent Ordinibus (1) : Alii ceteros Ordines non habentes , Diacones aut Presby- teri consecrantur : hi digni sunt depositione . At Concilium Rothomagense anni 1074. ad Abbates ampliavit Decretum Concilii Romani sub Nicolao II. ut nec ipsi poterent ad eum promoveri dignitatis apicem , nisi longis imbuti Monasticæ vite rudimentis (2) . Ut nullus ordinetur Abbas , nisi prius diu- turna conversatione Monasticæ vite discipli- nam affecitus fuerit . Quod ex Canonicali auctoritate atque ex decretis B. Nicolai Papa sancitum est .

II. Anno 1091. Concilium Beneventanum , cui præterat Urbanus II. præcepit , ut ne possent Episcopi eligi , nisi qui jam in sacris Ordinibus constituti , in Diaconatu & Presbyteratu claris virtutum documen- tis radiasset , quod in primigenia olim Ec- clesia non alii essent Ordines sacri . Dispen- sante tamen Papa , vel Metropolitanano , eli- gi possent Episcopi ex Subdiaconis , dum id raro fiat , & hanc dispensationem com- penset singularis quedam virtutum & me- ritorum prærogativa (3) . Nullus deinceps in Episcopum eligatur , nisi qui in sacris Ordinibus religiose vivens inventus est , Sa- cros autem Ordines dicimus , Diaconatum & Presbyteratum . Hos siquidem solos primiti- va Ecclesia &c. Subdiaconos vero , qui & ipso Altaribus administrant , opportunitate exigente concedimus , sed rariissime , si tamen spectata fint religionis & scientiae . Quod & ipsum sine Romani Pontificis vel Metropo- litani licentia non fiat . In Concilio Claromontano confirmatum est idipsum Decre- tum , (4) Ut nullus laicus , Clericus , vel tantum Subdiaconus in Episcopum eligatur . In Concilio Later. III. Alexander III. Pa- pa anno 1179. in irritum misit electionem Episcopi Bremensis , quod neicum Subdia- conus , neicum Acolythus in Episcopum electus fuisset , quanquam nec sapientia & eruditionis , nec virtutum necessariis præsi- diis destitueretur (5) . Placet scientia , pla- cet eloquentia , placent mores ; verum modus

electionis displaceat , presentim quia est infre- sacros Ordines , non dico Subdiaconatum , sed Acolythatum electus , quo gradu secundum rigorem juris licet contrahere matrimonium , quod canonici obviat institutis .

III. Erant haud dubio Pontifici cause ju- stissime abnuendæ hujus dispensationis , quan- quam vir sanctitate & doctrina gloria clarus Fulbertus Carnotensis Episcopus fuas- set Episcopo , ut Archiepiscopi Remensis quantumvis neophyti electioni acquiesceret , propter eminentissimas virtutum laudes , quæ facile & abunde illam labem refarcirent (6) . Ab infantia sano sensu , sacris litteris eru- ditus , sobrius , castus , amator pacis & di- lectionis , nullo crimen , nulla infamia nota turbatus , tandemque a Clero & populo sua civitatis electus . Objiciebat illi mox Am- brosii Germanique exempla , qui ex laicis Episcopi , summa laudum & virtutum fa- stigia attigissent . Magni etiam viri , ut opti- me nosti , Ambrosius Mediolanensis , Germa- nus Altissidorensis , aliique nonnulli , quie tales in laico habitu extiterunt subito no- bis sancti Presules extierunt . Confirmabat denique nihil ei extimescendam esse Roma- ni Pontificis excandescientiam , cum ea in re nihil ei propositum esset , quam ut in antiquum splendorem Remensis Ecclesia re- stitueretur , Dominus Papa , cujus animad- versionem te revereri significasti , non habet quod tibi merito debeat succensere , &c.

IV. Tempore ergo B. Fulberti ea dispen- satio in Episcoporum potestate erat : at ævo Alexandri III. ad Romanum Pontificem revocata ea fuerat . Quippe cum Episcopi Pontificiam iram & correptionem reformi- darent , sicubi mollius & præter urgentes Ecclesie necessitates dispensassent , malebant se picule abstinere ipso , & rem totam Pon- tifici permittere . Potuit & nimia Episco- porum remissio in dispensando in causa esse , ut ea potestas ad Pontificem revocaretur . Cum denique Concilium Claromontanum , quod utique in Conciliis Generalibus locuta habet , hac ipsa de re Decretum ediderit , juxta receptissimas Juris regulas de eo so- lus potuit deinceps Romanus Pontifex dis- penfare . Potest & huic juris dispensandi devolutioni , quæ sensim sine sensu fiebat , ad Romanum Pontificem , præsidii aliquid accedere ex Epistola Fulberti ad Leutheri- cum Senonensem Metropolitanum , ubi que- relarum ,

(1) Can. 10.

(5) Halmon. Abbas. Stad.

(2) Can. 2.

(3) Can. 1.

(6) Epist. 38.

(4) Can. 5.

velarum, ubi objurgationum mira quædam libertas. Cum enim molestissime ferret, ab eo ordinari Episcopos se inconsulto (1) : Sine meo consilio ordinando Episcopos ; & eos ordinari, qui ob suam cum canonice regulis dissonantiam populis essent horrori, nec ab illis admitterentur, cum potissima aversandi eos ratio esset ætas immatura : his tandem verbis audacioribus illum extinxit : Sed tu Pater non solum mirandus, sed insuper exhorrendus, quem nec imprudentia fallit, nec casus turbant, nec urget ulla necessitas, sed scienter & quasi cum deliberatione quadam, te atque alios perdis.

V. Consuluit quoque Ivonem Carnotensem Episcopum Archiepiscopum Rothomagensis de Subdiacono, qui Clericatu nunquam initiatus fuerat. Responsum est autem ab Ivone, ex juris norma deponi eum debere, interdicique ne unquam ad superiores Ordines anhelaret. Verum si ea esset vel Subdiaconi pietas singularis, vel Ecclesiæ necessitas, ut locus esset dispensationi, tum Clericatum ei conferendum esse, & mox restituendam functionum Subdiaconatus facultatem (2). Si autem honesta vita ejus, aut utilitas Ecclesiastica ita exigit, potestis ei dispensatore dato Clericatu, &c. Ut autem responsum suæ aliquid auctoritas adjungat, ad eum una mittit Epistolam Alexandri II. Papæ ad Episcopum Constantensem, cui præcipiebat, ut Subdiaconatum ei conferret, qui ante eo prætermisso ad Diaconatum & Presbyteratum esset vocatus.

VI. Porro is ipse Ivo apertissime determinatur neophytorum hæresin, hoc est ambitionis hominum, qui non progrediuntur, sed statim involant in sacros Ordines, summasque Ecclesiæ dignitates (3) : Eliminata est spuritia puerorum, nova & inaudita Neophytorum hæresi, Cathedram Episcopalem usurpantium. Scriptor & Goffridus Vindocinensis Abbas ad Urbanum II. Papam, incidisse in manus suas Decretum Paschalis II. Papæ, quo Neophyti Hæreticis aggregantur, & eisdem afficiuntur poenis atque Simoniaci : Neophyton factum Episcopum hæreticum vocat ; & sicut Simoniacum, ita & Neophyton a sancta Ecclesia debere separari docet & præcipit. Invicta prorius animi fortitudine Goffridus hic idem Episcopum Andegavensem hoc probro incepsit.

Thomas. Tom. IV.

(1) Ep. 28.

(4) L. 3. E. 11.

(2) Ep. 80.

(5) D. 61.

(3) Ep. 174.

bat, quod præter omnes Canonum leges electus fuisset, ut qui Ordines hactenus refugisset, quo licentius cupiditatibus indulgeret, & nunc eos suscepisset præstine, quo ad Episcopatum eluctareretur (4). Prius quidem Ordines suscipere contempstis, ut vobis liceret ea liberius exercere, que minime licent ad anime salutem. Omnes postmodum Ordines, sed sine ordine, quoniam in octo diebus & non certis temporibus accepistis propter Episcopatus ambitionem. Unde probatur, quod eos amore glorie temporalis accepistis, non Christi caritate.

Scriptoribus his profecto persuasissimum erat, graviori se placiulo eos constringere, qui præcipiti festinatione omnes simul Ordines susciperent, quo ad summam aliquam dignitatem viam sibi munirent, quam qui præterito inferiori Ordine aliquo ad superiores eniterentur. Quanquam sanctissimus unus ritusque sit, ut inferiorum Ordinum ii suppleantur qui prætermisso fuerant ; indubie tamen constat, non alio consilio institutos eos fuisse, quam ut in iis longa ponerentur rudimenta, & ita demum his imbuti ad superiores & sacros Ordines surgerent. Atqui iudibrio habetur tota hæc Ordinum institutio, cum simul omnes suscipiuntur. Non secus ac si quis uno die assumptis insignibus omnibus officiorum graduumque militarium ; nullo vero eorum perfunctus munere, nullo armorum usu, nullo bellandi exercitio perpolitus, summum se exercitus Ducem & Imperatorem creari obtineret. Elegantissime Gratianus ait, ea lege, ut discipuli ante sint, quam magistri, tyrones prius quam duces, neminem solvendum esse, nisi qui Nicolao vel Ambrolio, viris supra omnem admirationis aleam positis, possit exequari : ut qui inter laicos non laicam duxerint vitam, sed eam quæ vel Clericis optimis eos sociaret (5). Ut laicus in Episcopum non eligeretur, hec causa fuit, quia vita laicalis Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non erudita, nescit exempla religionis de se prestare aliis, quæ in se ipsa experimento non didicit. Cum ergo quilibet laicus merito sue perfectionis Clericalem vitam transcendit, exemplo beati Nicolai, & Severi, & Ambrosii, ejus electio potest ratificari.

VII. In Concilio Dalmatæ, cui præfuerere Legati Innocentii III. an. 1199. an-

G g g

nuum

nuum sancitum est (1) inter Subdiaconatum & Diaconatum , annum similiter interstitium inter Diaconatum & Presbyteratum : si secus faxit Episcopus , a collatione Ordinum suspensus sit utique ad beneplacitum Papæ . Vetuit Gregorius IX. ne ex laicis Abbates fierent , qui Monachi unquam tuisserent . Eos damnavit Innocentius III. qui Monasticum induunt habitum , ut prope diem fiant Abbates (2) : *Cum nullus spem vel promissum habens ut Abbas fiat, debeat monachari.* Ideo & ab hoc Pontifice cassata est laici electio in Abbatem .

Ille vero Innocentii III. Decretales , quæ suspensione eos mulcent , (3) qui uno & eodem die , vel continuato biduo suscepient vel contulerint duos Ordines sacros , obscura & tenuissima præferunt adhuc vestigia priscae in his austerioribus . Expressis verbis ibi declaratur , nec Episcopo , nec Metropolitanu[m] fas esse in his dispensare , quod non ea a facris Canonibus potestate impartiantur (4) : *Cum illi hujusmodi a Canone minime sit permitta.* Residua ea sunt vestigia strictissimæ olim observantiae , canonicorum inter singulos Ordines interstitiorum (5) . Denique concessit idem Pontifex Episcopo Bononiensi , ut Diaconatum conferret ei , qui eo præterito Presbyter fuerat ordinatus .

VIII. Prohibitum est in Concilio Londonensi (6) anno 1237. ne Vicarii vel Parochi crearentur , nisi qui Presbyteri jam essent , vel saltem Diaconi , ut primis quatuor Temporibus Presbyteratu[m] donarentur . Ea erat mens , ea lex Ecclesiæ , ut ne Beneficia , quibus cura imminaret animarum , conferrentur , nisi Presbyteris , vel Diaconis , qui quam primum Presbyteratu[m] donarentur ; ut nimirum nonnisi lenta per omnes gradus progressionem ad has veniret dignitates . Relaxata post disciplinæ fibula , præceptum est ut saltem intra annum Presbyteri ordinarentur . Ita præcepit Concilium Avenionense anni 1270. (7) . Qui habent personatus etiam fine cura , seu Beneficia Curam animarum habentia , compellantur per Diaconos per subtractionem Beneficiorum infra annum in Presbyteros ordinari , nisi rationabilem causam ostenderent , quare infra annum non possent , vel deberent . De-

cretum haic Canoni geminum ediderat olim Alexander III. quod & in Concilio Lundunensi II. anno 1264. innovatum est , ubi & statutum (8) , ut alioqui ipso jure Beneficii orbati censerentur . In Concilio Burdensi anni 1279. hoc Decretum ad Abbatess exorrectum est , ad Praepositos , ad Priores , & ad omnes denique animarum curæ sarcina gravatos . In Concilio Ravenenensi anno 1286. statutum est , ut ne qui inertia hac sua Beneficiis excidissent , eligi vel nominari prima vice possent ad illud idem Beneficium . Concilium Ravennas anni 1317. præcepit (9) , ut Abbates , Decani , Archipresbyteri , & Praepositi intra annum Presbyteratu[m] exornarentur , Archidiaconi similiter Diaconatu[m] .

IX. Plures Pastoralibus vacare & mœrere Parochias ægre ferens Bonifacius VIII. (10) ob inexorabilem illam legem & necessitatem , qua cogebantur intra annum ad Presbyteratum accedere , & in Ecclesiæ suis residere : quod ita ab instituto avocarentur studiorum curriculo : eam Episcopis indulxit potestatem , ut dispensare cum Parochis possent de residentia per septem priores annos , ut serio possent ad studia litterarum animos convertere ; ea tamen cautione servanda , ut illico Subdiaconi crearentur , ne Ecclesiæ optimis saginatis redditibus , ad sæculum deficerent : utque septimo anno Diaconatu[m] & Presbyteratu[m] ornarentur . Hoc Bonifacii Decretum confirmavit Martinus V. in Concilio Constantiensi (11) : cetero qui revocatae sunt ab eo dispensationes omnes , quæ per subreptionem imperatae , fuerant , ut ne tenerentur tempore in sacris Canonibus constituto , vel Episcopalem suscipere consecrationem , vel Abbatialem benedictionem , vel sacros Ordines Beneficio , quod quicunque possident , innexos .

X. Poltrremo tandem Concilium Tridentinum pristino vigori reddidit sanctissima & accuratissima omnia prioris olim Disciplinæ in hac parte Decreta . Jussit enim 1. conferriri Ordines minores sejunctim , & certa per intervalla singulos , nisi ejus momenti rationes essent Episcopo : quæ eum aliquando ab hoc usu abducerent : *Per temporum interstitia , nisi aliud Episcopo expedire videbitur , conseruantur.* 2. Singulos quoque acti- tari

(1) Can. 2.

(2) Extrav. De Elect. c. 49.

(3) Inn. III. Regest. 1. Ep. 529.

(4) Extrav. De temp. ord. c. 13. 15.

(5) Extrav. De Clerico per saltum promoto.

(6) Can. 10.

(7) Can. 4.

(8) Can. 4.

(9) Can. 3.

(10) In Seato De elect. c. 34.

(11) Seff. 43.

tari & exerceri Ordines in ea Ecclesia, cui quis ipsa ordinatione affixus fuerit, quādiū vitum fuerit Episcopo: nisi studiorum quis causa abesse cogatur. 4. Gradatim alios & alios conferri Ordines, perinde ut incrementa quisque faciet in litterarum & virtutum curriculo: cuius profectus sui documenta dabunt, morum innocentia, frequentandis Ecclesiis, crebriori Sacramentorum participatione, singulari denique veneratio ne & obsequio in omnes superiorum Ordinum Clericos. (1). Atque ita de gradu in gradum ascendant, ut in eis cum atate vita meritum & doctrina major accrescat. 4. Non conferri Ordines inferiores nisi iis, qui sacris Ordinibus aliquando idonei fore protendantur. 5. Subdiaconatu non exornabuntur, nisi annuo spatio post susceptionem ultimi Ordinis minoris, nisi id tempus præverti Ecclesiæ utilitas vel necessitas cogat Episcopum: *Nisi necessitas aut utilitas Ecclesiæ judicio Episcopi aliud exposcatur.* 6. Non ordinari Subdiaconos, nisi minorum Ordinum Officiis perfunctos: nec ad Diaconatum evehi, nisi post annum a suscepso Subdiaconatu spatiū nisi Episcopus justa de causa dispenset. 7. Diaconos non donari Presbyteratu, nisi per anni curriculum perfunctos functionibus Diaconatus: *Nisi ob Ecclesiæ utilitatem, ad necessitatem aliud Episcopo videretur.* 8. Denique duos uno die nunquam conferri Ordines sacros, etiam Regularibus. Postremo potestas facta est Episcopis, eos restituendi qui aliquem inferiorum Ordinum præterissent, ante superioris susceptionem; dum ne ejus munia obissent.

Monebo hic autem illud obiter, cum eodem uno in loco Tridentina Synodus hæc omnia constringat, de gradibus & interstitiis Ordinum, & Ordinationibus per saltum, de conferendis uno duobus Ordinibus sacris: hinc satis patere, hæc omnia nexa aptaque alia aliis esse, nec posse nisi promiscue pertractari. Uno enim ex eo principio, quod Neophyti sint irregulares, quodque per longa graduum & rudimentorum experientia in inferioribus Ordinibus edita ad superiores venendum sit: hinc consecutaria hæc existunt omnia. 1. Inter Ordines sacros interstitia servanda esse non mediocria. 2. Etiam inter minores, si qui fieri possint. 3. Nullum inferiorum Ordini-

num præteriti posse, antequam ad superiorum accedatur. 4. Ne duo Ordines uno die suscipiantur. 5. Non debere ad Episcopatum, vel ad Beneficia quibus animarum conjuncta est sollicitudo, provehi quenquam, nisi qui diu sit in Ordinibus sacrī versatus. Sed cum jam non reserventur Papæ, nisi dispensationes Ordinationum per saltum, Ordinum duorum uno die collatorum, & Quatuor Temporum Ordinationibus dicatorum: jam non possunt Episcopi non ipsis incusare, si decreta alia non minoris ponderis quam ista, minus observentur. Penes ipsis enim est tota hujus disciplina sollicitudo, penes ipsos totum periculum est.

Hæc vero Tridentini Concilii Decreta, firmata, iisdemque admodum verbis promulgata fuere in Concilio Remensi anno 1564. (2) Burdigalense vero Concilium anno 1624. in votis sibi esse testatum fecit, ut Episcopi canonica interstitia inter minores ipsis Ordines servari juberent.

XI. Illa vero, quam Episcopis permisit Ecclesia, potestas dispensandi de interstitiis Ordinem, approbari & defendi posset exemplo beati Norberti, qui sacerularis primum Canonicus, & sacerularis vita plus æquo studiosus sectator, usque adeo præfestinata gratia & repentina exuberantia subactus, & in virum alterum mutatus est, ut statim ad Colonensem Archiepiscopum convolarit, a quo primum repulsa pallus, mox admissus ad Diaconatum uno eodemque die est, & ad Presbyteratum (3): comperto hæc esse inusitatissimæ & efficacissimæ gratia prodigia, non exempla. Neutra hæc tum dispensatio Pontifici summo reservata adhuc fuerat. Nec aliunde ei dispensationi patrocinium venandum est, quam ex ipsis deinceps Norberti vita.

Non tam justæ erant causæ Ordinationis Episcopi Andegavensis, cui Hildebertus Cenomanensis Episcopus obliquetabatur, propterea quod electus necdum sacrī Ordinibus initiatus, necdum exercitatus erat (4). Præterea quisquis in sacrī non fuit Ordinibus inventus, ad summum Sacerdotium accedere, canonicis prohibetur Ecclesiæ institutis. Hic idem ipse est Episcopus Andegavensis, cui tantopere retinebatur Goffridus Vindocinensis Abbas, in Epistola supra laudata, ubi auctoritate muniebat se Hildeberti Cenomanensis Episcopi, quem tradidit

[1] Sess. 23. c. 12. 13. 14.  
[2] Surius die 6. Jun. c. 3.

[3] Can. 10 & seq.  
[4] Hildeb. Epist. 9. 12. 13.

dit esse Provinciarum primum a Metropolitano Episcopum, sive Protothronum, de quo nos alias.

XII. Jam inde a temporibus Cœlestini III. qui Pontifex creatus est Romanus anno 1291. nec novum erat, nec inuitatum, quatuor minores Ordines uno die suscipi, vel conferriri, cum id tolerandum duxerit Pontifex *juxta consuetudinem patriæ* (1). Paulo supra in Episcopum Andegaventem insurgebat Goffridus Vindocinensis, quod octo dierum spatio Ordines suscepisset omnes. Aequioribus de causis, ut credere par est, Clemens VI. anno 1350. Delphino Vienensis tres Ordines sacros contulit (2), singulos ad singula Missarum solemnia, privilegio, & ipso die Natalitio Christi, & octavo post die Episcopum consecravit, postquam resignaverat transtuleratque in Gallia Reges Principatum suum omnem terrenum.

Nec pigebit hoc loco adscriptisse Responsa Congregationis Concilii ex Fagnano (3); posse nimirum ab Episcopo conterri uno die quatuor minores Ordines, si ejusmodi alicubi vigeat contuetudo. Idem qui Sabato quatuor Temporum Subdiaconatum suscepturne essent, posse sexta ante ferie suscipere quatuor minores Ordines, dum esset dies festus in populo, & pauci tantum occulte ordinarentur. Denique annum illum qui factorum Ordinum interititia ex Concilio Tridentino conficit, Ecclesiasticum annum intelligi, qui civili quandoque brevior est, propter festorum mobilium anticipationem.

XIII. Nec necesse est de Quatuor Temporibus verba facere, quæ orationi, jejunio & Ordinationibus dicata sunt; cum istius totu[m] Occidente receptissimus sit, (4) jam inde saltem a temporibus Gelasii Papæ, cuius ea de re Epistola & Decretum est ad Episcopos Lucaniz. Verum Gelasius de Diaconatu tantum & Presbyteratu agit. Necdum tunc Subdiaconatus albo factorum Ordinum inscriptus fuerat. Minorum Ordinum confessorum tempus modo audivimus non adeo arcte defixum etiam nunc esse. Dixi Occidente toto unum vigere & viguisse saltem post Gelasium ritum. Propterea quod in Oriente nulla certa sint Or-

dinationum tempora etiam nunc; quilibet Dominicus dies, vel festus Dominicis & quadragesimæ Ordinationi apud Græcos dicatur, sic ubi usus est.

XIV. Unum restat, quod cursim expediad de Episcoporum potestate, immo & de officio cogendi Clericos nonnunquam suos, præsertim Beneficiarios, ut ad eos accedant subeundos Ordines, qui vel eorum Beneficiis illigati sint, vel Ecclesiæ ministerio necessarii. Ea de re in hunc modum statuit Concilium Londinense anni 1125. (5) Statuimus, ut Clerici qui Ecclesiæ seu Beneficia habent Ecclesiastica, & ordinari, quo liberius vivant, subterfugiant, cum ab Episcopis invitati fuerint, si ad Ordines promoverint contempserint, Ecclesiæ simul & Beneficiis earum priventur. Aequissimum enim vero est, Beneficiis spoliari eos, qui iis abutuntur, ut materia otii delicati & voluptarii; quique Ordinationem declinant, quo licentiosius vitam agere pergent.

Commonitus Innocentius III. a Legato in Longobardia suo, plurimas esse Ecclesiæ, ubi plures essent Canonici quam Praebendæ, & ubi pluribus junioribus Canonicis unam in commune Praebendam obtinetibus, Ecclesia ipsa Presbyterorum inopia laborabat: mandavit, ut quos idoneos judicaret, eos ad Presbyteratum suscipiendum compelleret, immorigeros Beneficiis mulctaret (6): Si quos inveneris in ipsis idoneos ad gradum Sacerdotij assumendum, tu illos ut se ad superiores Ordines faciant promoveri, per subtractionem Beneficiorum, appellatione cessante compellas. Eadem haec ipsa erant pene verba Decreti Alexandri III. (7) Si suaserit utilitas Ecclesiæ, vel necessitas, ipsos dummodo idonei sint, ad maiores Ordines suscipiendos per Beneficiorum subtractionem compellas. Cum vero essent, qui ut subducerent se Ordinationi, se apud Episcopum profiterentur reos alicujus occulti sceleris ejusmodi, quo ab Ordinibus sarcis summoventur: Se tale quid secreto commisso dicens, quod eos salva conscientia ordinari non finit, &c. Proprie occulta sua peccata se indignos esse farentur: fatetur Pontifex non licere per Canones eis vim adterre; sed Beneficiis exuendos esse, nisi alias permagna ex eis utilitas ad Ecclesiæ

re-

(1) Extrav. De en qui furtive Ordinem suscepit cap. 2.

(2) Rainal. ann. 1350. num. 40.

(3) In l. 1. Dec. Part. 2. p. 180. 190.

(4) Gratian. d. 75. cap. ult.

(5) Can. 6.

(6) Regist. 14. Epist. 170.

(7) Extrav. De astate & qualitat. præfic. cap. 6.

*redeat: Nisi in aliis Ecclesiis servitiis valde utiles fuerint. Addit denique supra hujusmodi tergiversatores ordinatione provehi debere eos ex inferioribus Clericis, qui pie-tatis & peritiae laude florent.*

In Concilio Valentino in Gallia anno 1248. innovata sunt (1) hæc de cœntra adver-sus Canonicos Regulares, Sæcularesque, qui Subdiaconatum refugiebant, & alios Ordines sacros. In Concilio Salmuriensi (2) Be-neficiis orbati sunt suis, qui cum *Sacerdo-tales Præbendas* obtinerent in Ecclesiis Ca-the-dralibus & Collegialibus, Presbyteralem Ordinationem diutius procastinabant. Con-cilium Burdegalense anni 1255. Beneficiis eos spoliari sanxit, qui singulis Quatuor Temporibus ordinando se non offerrent, si Beneficii sui necessariis Ordinibus care-vent (3): *Ad singula tempora Ordinum se offerant ordinandos.* Concilium Avenionense anni 1270. jussit, nt non solum Paro-chi, sed & Perlonatus & Dignitates Capi-tulorum, quanquam nulla eis esset anima-sum cura præscripta, intra annum Presby-teratu iniarentur. Concilii Ravennatensis Patres anno 1314. nec Canonicos in Capi-tulis Cathedralibus, nec Præbendarios esse voluere (4), nisi saltē Subdiaconi essent: quod tunc esse poterant anno ætatis sexto decimo. Concilium Avenionense anni 1337. compulit omnes Personas, seu Dignitates Capitulorum, tum Cathedralium, tum Col-legialium, ut intra annum Presbyteratus Ordini se innecterent; nec enim integrum jam esse in sæculum resilire, postquam tam-diū opimis Ecclesiæ proventibus laganati es-sent (5): *Quasi sperantes viri sibi lites, sed damnabiliter, quod cum de Christi patrimo-nio fuerint sublimati, a Clericali statu, it-liss Ecclesiis, retrocedent.*

Sancitum est denique in Concilio Tri-dentino (6), ut Episcopus cum consilio Ca-pituli, singulis Canoniciis & portioni-bus Ecclesiæ Cathedralium Ordinem aliquem sacrum affigeret: ut dimidia saltē ex parte Presbyteri essent; sicubi autem ea invaluisse consuetudo, ut omnes, vel lon-ge majori ex parte Presbyteri essent, ea religiosissime servaretur. Concilium Remen-se anni 1538. statuit (7), ut Clerici omnes qui Seminariorum sumptu sustentati & im-buti disciplina sacra fuissent, cogerentur ad

Ordines sacros suscipiendos, cum primum ætatem necessariam attigissent: nec injussu Episcopi possent e Diœcesi demigrare. Con-cilium Turonense anni 1583. præcepit, ut Episcopi simplices etiam Beneficiarios co-gerent ad sacros Ordines, si necessitas Ec-clesiæ flagitaret; alioquin Beneficiis eos suis excuterent: *Quos necessitas vel utilitas Ec-clesiæ ad Majores Ordines susserit ordi-nari.*

XV. Simillimum veri est in his omnibus statutis valere illam inconcussam regulam ex Alexandro III. supra depromptam, ad sacros Ordines cogi nunquam eos debere, qui vel ob occulti criminis maculam indi-gni sint, vel propter imperitiam prorsus ab-furdi, quanquam ingens sit Ecclesiæ mini-strorum penuria. Ea fuit responsio Congre-gationis Concilii ad Ecclesiæ in Italia Ca-the-dralis consultationem (8). Quantacun-que urgeret necessitas ex Presbyterorum paucitate, imperitis Diaconis vel Subdia-co-nis conserri non debere Presbyteratum: sed compellendos eos esse, ut gnaviter studiis operam darent; pro incrementis que face-rent, promoveri debere: interim autem ac-cessendos Regulares, qui Presbyteri essent.

XVI. Piaculare fuerit præteriri hoc loco verba Bernardi ad Eugenium Papam, a quo reposcebat executionem Canonum eo-rum, qui vetant eligi Archipresbyteros, vel Archidiaconos, nisi qui jam sint in Or-dine sacro, utque sub intermissione amittendi Beneficii, actuum Ordinem susci-perent, quem nomine ipso præferrent (9): *Nullus in Archidiaconum, vel Decanum, nisi Diaconus & Presbyter ordinetur. Pro-hibemus ne adolescentibus, vel infra facros Ordines constitutis, sed qui prudenter & vita merito clarescant, predicti concedantur honores. Verba tua hæc, Tu sanxisti: Quid effectui mancipatur? Adhuc adolescentes, adhuc qui infra sacros Ordines sunt, in Ec-clesia promoventur. Quoad eos vero qui immediate & sæculari vita devolant ad Episcopatum, monet illum, Matthæum quidem a Telonio ad Apostolatum fuisse vo-catum: sed feria & diuturna mox poeniten-tia purgatum ante fuisse in Schola Chri-tti, quam ad promulgandum orbi Evangelium ablegaretur (10): Non prius audiit cum ce-teris Coapo-bolis suis: Ite in universum or-bem*

(1) Can. 4.

(2) Can. 11.

(5) Can. 15.

(6) Secl. 24. cap. 12.

(8) Fagnan. in L. 1. Decr. Part. 2. p. 249.

(3) Can. 1.

(4) Can. 4.

(7) Tit. de Semin. n. 14.

(9) De confid. L. 3. (10) Ep. 8. 28.

*Vetus & nova Ecclesiæ Disciplina*  
**bem prædicare Evangelium omni creaturæ ,**  
**quam egerit pænitentiam multo tempore ac**  
**laboré , sequendo Dominum quocunque ire ,**  
**permanens cum eo in temptationibus suis . A**  
**Præfectura ad Pontificatum abreptus est Ambrosius , sed certissime ipse non venit , sed**  
**abreptus est ; & jam ante in laica veste**  
**Episcopalem præferebat sanctimoniam : Cum**  
**a puero mundam in mundo duxerit vitam ,**  
**& sic etiam fuga & latebris , multisque**  
**dissimulationum modis declinare conatus sit .**  
**Denique non exemplo hæc esse debere , sed**  
**miraculo : Hæc mutatio dexteræ Excelsi , non**  
**iam exemplum , quam miraculum affirre de-**  
**bet . Verum his ita præstrutus Bernardus**  
**non statim desperationis laqueo innecet**  
**Neophytes , qui non sua sponte , sed alieno**  
**impulsu ad summas dignitates præpropre-**  
**re evecti sunt ; fateatur neccum hausta esse**  
**omnia omnipotens Dei gratiæ miracula ;**  
**posse male coepit bene verti & auspiciati-**  
**tius procedere , si longa & diuturna pœni-**  
**tentia , si strenuæ & heroicæ virtutes præ-**  
**sidio sint .**

#### De Irregularitate , quæ ex ignorantia existit .

### C A P U T LXXXVIII. P.I.I.2 c.9.

Irregularitas quæ ex ignorantia proficitur  
per priora quinque Ecclesiæ sæcula .

I. *Decreta Pontificum , quæ illitteratis ir-*  
*regularitatem illidunt . Qualis Presbytero-*  
*rum litteratura , ex Hieronymo , Scriptura ,*  
*& Patribus ?*

II. *Permissu Episcorum , & iis præsen-*  
*tibus incipiunt Presbyteri prædicare . Primus*  
*in Occidente Presbyter prædicavit Augusti-*  
*nus .*

III. *Quæ Concionatoris peritia esse debe-*  
*bat ex Augustino ?*

IV. *Quam necessaria Canonum peritia ?*

V. *Monachi Ordinibus arcentur , si illit-*  
*terati .*

VI. *Peritia lingue cujusque loci verna-*  
*culæ .*

VII. *Ex longo Presbyterorum silentio elu-*  
*cescit Episcopos semper concionari solitos .*

VIII. *Ædes Episcopales Schola Clericorum*  
*erant . Qua occasione quibusdam in Ecclesiæ*  
*concionibus habendi interdicti sunt Presbyte-*  
*ri , Monachi que ?*

IX. *Chrysostomus Presbyter concionatur pro*  
*Episcopo , & coram Episcopo . Generalium*  
*Presbyterorum silentium ex consuetudine ma-*  
*gis prisca , quam ex ulla prohibitione pro-*  
*cisebatur .*

X. *In Gallia tardius Presbyteri conationari*  
*cœpere . Schola in adibüs Parochorum . Quæ*  
*ibi studia frequentarentur ?*

XI. *Officium concionandi Episcopi proprium .*  
*Modus concionandi .*

I. *T*Regularibus annumerat Hilarius Pa-  
 pa illitteratos (1) , *Litterarum igna-*  
*rus . Et Concilium Romanum sub eodem*  
*Pontifice : Inscii litterarum . Et Gelasius*  
*Papa (2) : Sine litteris . Et mox : Illittera-*  
*tos . Sed nullus his innuitur scientia gra-*  
*duis . Præscriptis Syricus (3) gradus omnes*  
*quibus promovendi sunt juniores Clerici ,*  
*qui se jugo suavi Christi dicarunt : sed quæ*  
*illis studia decurrentia , quæ incrementa ne-*  
*cessaria , omnino siluit . Testatum facit Se-*  
*verus Sulpitius nullum temporis punctura .*

B. *Martino vacasse , vel a prece , vel a le-*  
*ctione ; quanquam ne lectione quidem ora-*  
*tio interruperetur (4) : Numquam hora*  
*ulla momentunque preterit , quo non aut*  
*orationi incumbaret , aut insisteret lectioni :*  
*quanquam etiam inter legendum , aut si*  
*quid aliud forte agebat , nunquam animus*  
*ab oratione laxabat .*

Hieronymus dum Clericum numeris omni-  
 bus perfectum fingit , *Scripturarum studia*  
 ante cetera omnia præstituit (5) : *Divinas*  
*Scripturas sèpè lege , immo nunquam de*  
*manibus tuis sacra lectio deponatur . Disce*  
*quod deceas ; obrine eum , qui secundum*  
*doctrinam est , fidem sermonem , ut possis*  
*exhortari in doctrina sana . Nepotianus quem*  
*his monitis informabat Hieronymus , miro*  
*in eo Scripturarum studio progressus fecit ,*  
*quos necesse est hic audire ex ipso Hiero-*  
*nymo , in eo quod postea eidem Nepotia-*  
*no contexit Epitaphio , pio juxta & ele-*  
*ganti . Sunt autem hæc non magis enco-*  
*mia Nepotiani privata , quam Hieronymi*  
*ad Clericos omnes præcepta , & ad consi-*  
*milem sacrarum litterarum amorem incita-*  
*menta (6) . Sermo ejus per omne convivium*  
*de*

[1] Epist. 2.  
[5] Ad Nepot.

[2] Epist. 9.

[3] Epist. 2.  
[6] In Epitap. Nepot.

[4] De vita B. Martini c. 36.

de Scripturis aliquid proponere, libenter audiare, respondere verecunde : &c. Eruditio-  
nis gloriam declinando, eruditissimus habe-  
batur. Illud ajebat Tertullianus, istud Cy-  
priani, hoc Lactantii, illud Hilarii est ; sic  
Minutius Felix, ita Victorinus, in hunc mo-  
dum est locutus Arnobius. Me quunque quia  
pro sodalitate avunculi diligebat, interdum  
proferebat in medium. Lectioneque assidua,  
& meditatione diurna pectus suum Bi-  
bliothecam fecerat Christi.

Ad Presbyteratus apicem proiectus fue-  
rat Nepotianus, nec aequum fuerit tantam  
eruditio copiam ab omnibus Clericis ex-  
pectare. Sed ex ea tamen forma facile con-  
jecturam aequi possumus qui cuique Ordini  
ni gradus scientiae admetendus sit. Adsit  
enim Presbytero necesse est eruditio longe  
uperior, præstantiorque, quam Clericis in-  
terioribus : sed his nimirum inferioribus Cle-  
ricis ea est otii abundantia, ea debet esse  
Litterarum aviditas, qua comparentur illæ  
sapientiae & eruditio opes, quas Diaconi  
poltea, Presbyterique creati in fidelium gre-  
ges spargant. Jam inde ergo ab exordiis  
Clericatus operæ pretium est in Scriptura-  
rum lectione versari, commentarios Patrum  
executi, ut qui fidissimi sint interpretes ea-  
rum ; ut cum ab his initiis ad sacrorum  
Ordinum fastigia pervenerint, tum de iis  
dici possit, quod de Nepotiano ajebat Hiero-  
namus, eos Scripturarum & Patrum le-  
ctione assidua, & meditatione diurna, pe-  
ctus suum Bibliothecam fecisse Christi.

II. Conqueritur Hieronymus, quod qui-  
busdam in Ecclesiis quasi subinviderent Epis-  
copi Presbyteris suis, non sinerent eos pu-  
blice concionari, maxime ipsis presentibus:  
cum gratulari potius illi tanquam filii de-  
buissent, & eorum gloria tanquam & sibi  
communi suffragare (1) : Pessima consuetu-  
dinis est, in quibusdam Ecclesiis tacere Pre-  
sbyteros, & presentibus Episcopis non loqui,  
quasi aut invident, aut non dignentur au-  
dire. Gloria patris est filius sapiens. Gau-  
deat Episcopus iudicio suo, cum tales ele-  
gerit Sacerdotes.

Id moris in Africa fuisse tradit Possidius;  
ut Presbyteri ne concionarentur unquam,  
nisi absente Eiscopo ; primum autem Va-  
lerium Hippensem Episcopum, cum gen-  
te Græcus esset, nec Latinam linguam sa-  
tis calleret, Augustino præcepisse, ut pre-  
sente se concionem haberet ; quod exem-

plum Augustini eloquentia commendatum  
reliqui Episcopi non admirati sint tantum,  
sed & imitati (2) : Eadem Presbytero potes-  
tatem dedit Valerius coram se in Ecclesia  
Evangelium predicandi ; ac frequentissime  
tractandi, contra usum quidem & consuetu-  
dinem Africarum Ecclesiarum. Unde etiam  
nonnulli Episcopi detrahebant, &c. Postea  
currente & volante ejusmodi fama, bono  
precedente exemplo, accepta ab Episcopis  
potestate, Presbyteri nonnulli coram Episco-  
pis populis tractare coepерunt verbum Dei.  
Et in Occidente quidem imitandum sibi  
complures Valerium proposuere : sed & ille  
Orientalis habebat quos imitaretur. In  
Orientalibus Ecclesiis id ex more fieri sciens.  
Augustino ergo primo & principi debent  
omnes Occidentis Presbyteri, quod Apollo-  
lico prædicandi munere fungantur.

III. Doctior & tota eruditio Eccle-  
siastica suppellectile instructior videbatur  
Valerio Episcopo Augustinus, quam ipsi si-  
bi. Per litteras ergo Valerium interpellavit,  
ut aliquid sibi otii & induciarum concede-  
ret, quo divinis Codicibus legendis & com-  
mentandis attentius incumberet, eoque  
hauriret copiosius divinae sapientiae latices,  
quibus creditos sibi populos recreare posset.  
Luculente prorsus ea Epistola declarat Au-  
gustinus, quanto in errore versentur Pres-  
byteri, Diaconi, Episcopique ipsi, si re-  
gendas suscipiant Ecclesias, nec ante re-  
gendi artem sacris ex Litteris nocturna diur-  
naque manu voluntatis exculpserint (3).  
Debo Scripturarum omnium medicamenta  
perscrutari, & orando ac legendo agere, ut  
idonea valetudo animæ meæ ad tam pericu-  
lo negotia tribuatur : quod ante non feci,  
quia tempus non habui. Tunc enim ordi-  
natus sum, cum de ipso actionis tempore,  
ad cognoscendas divinas Scripturas cogitare-  
mus, & sic nos disponere vellemus, ut no-  
bis otium ad hoc negotium possit esse. Ver-  
satissimus in omnibus divinis humanisque  
disciplinis Augustinus, vix tyrocinium se  
potuisse earum existimat. Dicit fortasse  
sanctitas tua, Velle scire quid desit in-  
structioni tua. Tam multa autem sunt, ut  
facilius possim enumerare que habeo, quam  
que habere desidero. Ea elucubravit Augu-  
stinus adhuc laicus, vel recens Presbyter  
opuscula, que illum prodant iam tum in-  
arcem quandam totius Ecclesiastice erudi-  
tionis conscendisse. Contestabatur ille ta-  
men

(1) Ad Nepot. de vita Cler.

(2) In vita Augustini Cap. 4.

(3) Epist. 242.

men, suas sibi quam aliis exploratores esse vires, opesque; indigere se vehementissime Scripturarum lectione & meditatione plurima; nihil miserius, tristius, damnabilius esse, quam munus Episcopi, Presbyteri & Diaconi perfunctorie occire: sicut & nihil in hac vita difficultius, laboriosius, periculosis, Episcopi, Presbyteri & Diaconi officio, ea qua pars est accusatione gesto.

IV. Quam necessaria sit autem Clericis Canonum peritia, vel hinc etiam Augustinus intellexit, quod a Valerio ordinatus sit Episcopus ipsius Hipponensis civitatis, cum utrumque lateret Canon Nicenius, quo vetatur, ne civitatis & Ecclesiae ejusdem duo sint ulquam Episcopi. Hinc & in hominum reprehensiones uterque incurrit. Verum ut in posterum id malum prævertetur, curavit Augustinus promulgari in Concilio Carthaginensi Canonem, quo Canones legi præcipiuntur Episcopo, antequam ordinetur. Sed quorsus ea lectio, aut quantulus ejus fructus, nisi studio canonum Clerici Episcopique se serio dedant? Cum se quisset Augustinus, Coadjutorem & ipse sibi adscivit, sed ordinari eum noluit Episcopum se superstite, ne in eundem lapidem his impingeret (1). *Quod reprehensum est in me, nolo rependendi in filio meo.* Qui potuisset Augustinus Africanorum Conciliorum ingenium a Prospero dici, & omnium longe præstantissimam disciplinam Africane Ecclesiae editis tot Canonibus condere & temperare, nisi sedulo ipse in Canonum studia incubuisse? Qui alias potuisset in tot Conciliis particularibus & universalibus controversias diffinire? & qui statui fecisset in Concilio Carthaginensi IV. ut ne fori Ecclesiastici causas disceptaret Episcopus, nisi in Conventu Cleri sui, nisi ante induisset, curam ejusdem Cleri sacrorum Canonum peritia imbuendi, cum canonisticis regulis finiendis sint lites?

V. Jam alibi observatum est ex Augustino non omnes tum Monachos ejusmodi fuisse, ut iis tuto Ordines committerentur; nec enim solam desideratam fuisse pietatem, sed & eruditionem aliquantulam (2): si destitutio instructio necessaria: adde & integritatem eam quam nulla saucientem irregularitates: aut personæ regularis integritas. Erat ergo is eruditionis modus, quo destitui non posset Clericus, et si posset Monachus.

VI. Augustino visa est cum primis necessaria peritia lingue vernaculae. Ideo & cum Episcopum datus esset Fuscalus oppido, quod schismati Donatitarum subduxerat, eum elegit qui Punice sciret (3): *Aptum loco illi congruunque requirebam, qui & Punica lingua esset instructus, & habebam paratum Presbyterum.* Effuderat enim se, invalueratque Romana lingua in omnes civitates urbanisque paulo clariores: at in oppida & loca obscuriora & recentiora non pervaserat, solisque ibi vernaculae linguae usus erat, qua & necesse erat, vocem Pastorum ut exaudirent oves, ovium Pastores informatos esse. Basilius quoque Episcopos Armeniæ designatus (4), eos quarebat qui regionum linguam & idiomata callerent.

VII. Augustini & Valerii exemplo Aurelius ipse Carthaginensis Archiepiscopus copiam fecit Presbyteris publice praesente se concionandi: qua de re illi per Epistolam congratulatus est Augustinus (5): *Precipue de sermone Presbyterorum, qui te praesente infunditur populo, per quorum linguas clamat caritas tua majori voce in cordibus hominum, quam illi in auribus, Deo gratias.* Morem eum jam obtinuisse significabat sanctus Pater in Sermonibus de verbis Domini. Alibi autem (6) plebem suam stimulat, ne Severum Episcopum abire sinat, nisi caritatis Episcopalis officium concione habita impleat. Quod hic observasse juvat ut constet, damni quidem aliquid forsitan ex Presbyterorum longo in Ecclesia silentio emersisse, sed & illud emolumenti vicissim accessisse, quod Episcopi prorsus omnes prompte & expedite passim concionari insuevissent. Ideo teste eodem Augustino, Ambrosius Mediolani concionabatur omnes die Dominico.

VIII. De Alexandro Alexandrino Episcopo narrat Socrates (7), quanta ejus sollicitudine Athanasius a puer in Ecclesia Alexandrina institutus fuerit cum aliis adolescentibus: ut ab illo aliquantis post annis Diaconus sit ordinatus, & comes adscitus, cum ad Concilium Nicenum proficeretur, tanquam commilito invictissimus futurus in tanta de fidei rebus concertatione ταυγωνισμον αντη εκεi (8). Iabant in Alexandrinæ Ecclesiae exempla certar, ut existimo, Ecclesiae, habebantque & ipsæ juniorum Clericorum scholas, scientiar & disciplinar Ecclesiasticæ velut officinas

(1) Epist. 110.

(2) Epist. 76.

(3) Epist. 291.

(4) Epist. 187.

(5) Epist. 77.

(6) Serm. 49. Enarrat. in Psal. 95.

(7) Confess. I. 6. cap. 6.

(8) L. 1. cap. 11.

nas, in quibus fingerentur & imbuerentur Diaconi, Presbyteri, Episcopi aliquando Ecclesias moderaturi. Si enim Alexandria, ut auctores sunt Socrates & Sozomenus, prædicationis munere interdicti primo fuere Presbyteri, occasione tantum Ario cautum id fuit, nec diurna sicut ea cautio (1). Alexandria non concionatur Presbyter, qui mos eo tempore initium habuit, quo Arius perturbavit Ecclesias. Ario ante lapsum testatur Theodoreetus (2) mandatam fuisse provinciam explanandarum ad populum Scripturarum. Eo pertinet forsitan, quod supra nos docuit Possidius, exemplo & auctoritate Orientalis Ecclesie usum Valerium Hippomenem, ut Augustinum concionandi officio decoraret. Ex Concilio Chalcedonensi & Epistolis Leonis id colligitur, suspenso a prædicandi facultate fuisse Monachos, postquam errores suos & effutivit Eutyches, & detensitavit.

IX. In Presbyteratus adhuc gradu hærebat Chrysostomus, cum eloquentia sua splendore Antiochenam illustraret Ecclesiam: ubi tamen nec ipse dissimulabat primariam verbi divini facultatem penes Episcopum esse: (3) *De Martyribus sermonem reservemus Martyrum amulatori, ribiique vobiscum communi Doctori.* Et intra: *Hæc servantes excipiamus perfectionem. Nam nostra, qualia cunque sunt, habent juventutis ostentationem; hujus autem qualiacunque fuerint, cana quadam prudentia sunt ornata.* Alibi vero commonstrat Chrysostomus, prædicationem ipsam mirum esse quoddam sacrificii genus, quo Sacerdos gladio verbi plebes immolat veritati & caritati, immorique cogit errori & cupiditati (4). *Ipsum mihi sacerdotiorum est predicare & evangelizare: hanc offero hostiam.* Ex quo id quoque concluditur. Presbyteros sacerdotio ipso suo, ut ad sacrificium, ita & ad prædicationem aliquid sibi juris usurpare posse; quod tamen nonnisi precarium est jus, & summæ summorum Sacerdotum, Episcoporum inquam, potestati obnoxium. Denique idem Chrysostomus alibi promiscue jam indicat Presbyteris patuisse licentiam concionandi; ubi docet ex Presbyteris minus peritos baptismi administrationi vacare, peritiore quoque prædicationi (5): *Nam nunc quoque simplicioribus Presbyteris hoc munus ba-*

*Thom. I. 1.*

*ptizant mandamus, verbum autem ad docendum pertinens sapientioribus. Illic enim est labor & sudor; quamobrem Paulus quoque dicit: Qui bene presunt Presbyteri, duplice honore digni habeantur; maxime qui laborant in verbo & doctrina.* Hinc vero proclivis est conjectura, generale illud olim silentium Presbyterorum non ex aliqua prohibitione protectum fuisse, sed ex antiquissima consuetudine, ut res sacras non fere administrarent Presbyteri, nisi per absentiam & in vicem Episcoporum. Inter res sacras autem specialis erat ratio, quæ prædicationem maxime suaderet Episcopis reservari. Ideo & Hieronymus & Possidius consentiunt, *consuetudinis fuisse, ut ne coram Episcopis Presbyteri e superiori loco ad plebes concionarentur.*

X. Serius ergo, nec dia Presbyteri in Oriente a prædicatione abstinuere. Ab Africa & Oriente in Galliam propero, in qua permirum mihi visum est, revocatum non fuisse suspensionem eam, nisi in Concilio Vaisonensi II. anno 529. (6) *Non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus Parochiis verbum faciendi daremus Presbyteris potestatis.* Juvat & ex eodem Concilio hunc quoque Canonem hic attexere, quo jubentur Presbyteri Parochiarum, quantos poterunt juniores enutrire Lectores, Psalmorum addocere, insuefacere, ut Scripturas legant & meditentur, denique eas illis oves instillare disciplinas, quibus aliquando possint in earudem Ecclesiarum regimen succedere, juxta laudatissimam Italæ Ecclesiarum consuetudinem (7): *Secundum consuetudinem quam per totam Italiam satatis salubriter teneri cognovimus, juniores Lectores quantoscunque in domo recipiant, & eos quomodo boni Patres spiritualiter nutrientes, Psalmos parare, divinis lectionibus insistere, & in lege Domini erudire contendant, ut sibi dignos successores provideant.* Quanquam nonnisi post annum Christi quingentelimum ea lex in Galliis promulgata fuerit; pervetus is erat tamen in Italia & vulgatissimus mos, ut juniores Clerici in iiii modi scholis expolirentur, & diutissime prepararentur iis sedibus, quibus aliquando in Ecclesia sessuri essent.

Si autem Decretales Pontificum Epistolæ quæ illiteratos Clero summovent, de studiis

H h h cui-

(1) Socrat. I. 15. cap. 21. Sozom. I 7. cap. 19.

(2) Theodor. L. 1. c. 2.

(3) In verba Isaiae, Vidi Dominum Serm. 3.

(4) In Epist. ad Rom. Hom. 29.

(5) In Epist. I. ad Corint. hom. 1. (6) Can. 21.

(7) Can. 1.

cuique Ordini consentaneis filuere: non sicut prorsus Concilium hoc Vaisonense, ubi admonuit usitatum in Italia fuisse, Clericos ad hoc juniores institui, *Psalmos parare, divinis lectionibus insisteret, & in lege Domini erudire.* De lingue Latinæ cultura verbum sit nullum, quod ea tunc popularis & vernacula esset toto Romano Imperio.

XI. In aureolis de Vita Contemplativa libellis Julianus Pomerius concionandi munere non donat, nisi Episcopos, qui & soli ab eo Doctores appellantur (1): Nec se per imperitiam Pontifex excusabit, quod propriea docere non valeat, quod ei sufficiens & luculentus sermo non suppetat, quando nulla alia Sacerdotis doctrina debet esse, quam vita, satisque auditores possint proficere, si a Doctoribus suis, quod vident spirituahiter fieri, hoc sibi etiam simpliciter audiant predicari. Ita doctissimus Presbyter Episcopi prædicationes, quantumvis extemporeas simplicesve, cœlesti tamen eloquentia quadam semper fulgurare arbitrabatur, si modo verbis facta responderent. Quin & inornatam malebat in Episcopi sermone simplicitatem, quo facilius simplicium populorum animis infunderetur: *Fam simplex & apertus, etiam minus Latinus, debet esse sermo Pontificis, ut ab intelligentia suis nullos quamvis imperitos excludat.* Simile veri est tum temporis Presbyteros Gallicanos prorsus obmutuisse. Et sane eruditissimorum Presbyterorum Massiliensium opuscula quidem alia pulcherrima ad nos permanarunt; *Conciones vero, Homiliae, Sermones, Tractatus ad populum prorsus nulli.*

## CAPUT LXXXIX. P.2. l.2. c.25.

Irregularitas ex ignorantia, saeculo vi.  
VII. & VIII.

I. Irregularis omnino ad Clericatum, qui litterarum prorsus, hoc est legendi rudis est.

II. Quam necessario Clerici superiores Scripturas evolvere & scrutari debeant.

III. Humaniores littera Episcopis non sunt consentaneæ.

IV. Propria illis & prorsus necessaria Scripturarum scientia.

V. Mediocris saltem peritia Diaconi sunt & Presbyteri, ex Conciliis Gallia.

VI. Ex Conciliis Hispania necessaria Scripturarum & Canonum peritia.

VII. Quid solatio esse possit hujus evit Episcopis?

VIII. IX. X. Sanctiores & clariores Episcopi majoribus doctrina presidiis munitos desiderabant Presbyteros & Diaconos. Vicem illis suam ad predicandum delegabant. Diaconi ipsi suo quodam modo predicabant.

XI. Concilium Vaisonense præcepit, ut Diaconi homilias Patrum in populi Concione legerent.

XII. XIII. Parochi etiam in Hispania predicabant, & in Italia.

XIV. Gregorio Magno placet Diaconi munus potissimum in prædicatione versari.

XV. Nec ab his multum abludebat Orientis Disciplina.

I. His verbis hanc irregularitatem desigavit Gregorius Magnus (2): *Aut ignorantem litteras. Ita designantur, qui nec legere sciunt. His quoque verbis idem alibi declarat Gregorius, ubi coramendat erudiri Clericum, qui ne appellare quidem litteras noverat (3): Inquisitus a nobis, utrum sicut decet Clericum, litteras didicisset, eas se ignorare respondit. Qui nescit legere, lingua vestra illi si codex, ut in bono prædicationis vestra, vel operis, quod imitetur, aspiciat. Solet enim plerunque strictius cor viva vox trahere, quam lectio dicta per transiū.*

II. Et hæc quidem de Clericis minoribus. Jam quod ad eos attinet, qui superiores implent sedes, agens alicubi Gregorius de iis qui ad Episcopatum Anconitanum alii ab aliis destinabantur, unum ex iis ait in Scripturis veratum abunde esse, sed tam devixa jam ætate, ut Episcopali sarcinæ gerendæ impar haberetur (4): *Scriptura quidem sacra scientiam habere, sed ita ætatis senio jam confectum accepimus, ut ad regiminis officium non possit assurgere. Alteri aderat indefessa illa vigilantia, que Pastorem maxime decet, sed Psalmos ignorare ferebatur: Vigilans quidem homo dicitur, sed quantum asseritur, Psalmos ignorat. Jubet inquiri, quantos Psalmos memoriter minus teneret: De rustico Diacono quantus Psalmos minus teneat, perscrutandum est.*

III.

[1] L. 1. c. 13. 14. & 15.

[4] L. 12. Ep. 6.

[2] L. 1. Ep. 25.

[3] L. 6. Ep. 13.

**III.** Scripturarum ergo potissimum eruditione locupletari debere Episcopos existimabat Gregorius, & pro suo quenque modo Clericos alias. Unde certior factus Episcopum Galliarum in exponenda Grammatica, humanioribus litteris insudare, acerbissimis illum litteris castigavit; quid enim alienius quam Christi Dei laudibus dicatam linguam Jovis encomiis folidari? nec abhorre Episcopum, quod vel laicus mediocri pietate imbutus exhorresceret (1)? Pervenit ad nos fraternitatens tuam, Grammaticam quibusdam exponere. Quam rem ita moleste suscepimus, ac sumus vehementius aspernati, ut ea que prius dicta fuerant, in gemitum & tristitiam verteremus: quia in uno se ore cum Jovis laudibus Christi laudes non capiunt. Et quam grave nefandumque sit Episcopis canere, quod nec laico religioso conveniat, ipse considera. Si ex Gregorio Magno ne pio quidem laico consentit studium profanum humanæ littaturæ: fixam ergo illud statumque debet esse, in Scripturis lexitandis meditandiisque versari & deliciari debere, etiam laicos fidèles, etiam foeminas pietatis gusto aliquo imbutas. Unde idem Gregorius Matronas duas nobiles piis monitis instruens,hortatur ut Scripturarum lectioni ex animo incumbant (2): Opto ut sanctam Scripturam legere ametis: ut quandiu vos omnipotens Deus viris conjunxerit, sciatis qualiter vivere, & domum vestram quomodo disponere debeatis.

**IV.** Sed in Pastorali maxime libro inculcavit Gregorius, quam frequens, quam totus esse debeat Episcopus in volutandis, in commentandis sacris litteris, ut inde veritatis lumen, inde caritatis faces mutuetur, illuminando gregi suo, & ad aeternorum caritatem succendendo; & ne sua ipsius caritas in tanta curarum tumultuatione interpeccat (3): Studiose quotidie sacri eloquii precepta rector meditetur; ut in eo vim sollicitudinis, & erga coelestem vitam providæ circumspectionis, quam humana conversationis usus indefinenter destruit, divine admonitionis verba restaurent: & qui ad vetustatem vita per societatem secularium ducitur, ad amorem semper spiritualis patriæ, compunctionis aspiratione renovetur. Non poterit pastor coelestis doctrinæ lumina flammasque spargere, & non lacefcere, non ex-

hauriri unquam, nisi iugi Scripturarum lectione hauriat quod effundat; incalcat ipse, ut accendat alios. Nimirum necesse est, ut qui ad Officium predicationis excubant, a sacra lectionis studio non recedant. Meditata hæc ante diu debent esse sacrae arcana sapientiae, ut non tum querat docto ediscere, cum necesse est docere: Quia videlicet cum spirituale aliquid pastor inquiritur, ignominiosum valde est, si tunc querat disere, cum questionem debeat endare.

V. Vetat Concilium Aurelianense II. ordinari Presbyteros, vel Diaconos sine litteris, & qui ritum nesciant baptizandi (4): Presbyter vel Diaconus sine litteris, vel qui si baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinetur. In Concilio IV. Aurelianensi precipitor Episcopis, ut Parochis & Parochianis Clericis suppeditent Canonum statuta, quæ regendis Ecclesiis Parochialibus accommodata sunt (5). Parochiani Clerici a Pontificibus suis necessaria sibi statuta Canonum legenda percipient: ne se ipsi, vel populi, que pro salute eorum decreta sunt, excusent postmodum ignorasse. In Concilio Matisconensi I. anno 581. statutum fuit, ut a die festo sancti Martini usque ad Natalitiam Christi tribus per hebdomadam quaque diebus jejunaretur, utque illi jejuniorum dies impenderentur lexitandis Canonibus (6): Us a feria sancti Martini usque ad Natale Domini, secunda, quarta & sexta Sabbathi jejunetur, & sacrificia quadragesimali debeant ordine celebrari. In quibus diebus Canones legendos esse speciali definitione sanctimus, ut nullus se fateatur per ignorantiam deliqueret. In Concilio Narbonensi anno 589. prohibitum est (7), ne Diaconi, vel Presbyteri crearentur, qui essent illitterati, litterarum ignorantes: non exercitati ad legendum. His vero extremis verbis explanari videtur, qui dicantur illitterati, nempe qui ne legere quidem possint plane & expedite. En ipsa Canonis verba: Amode nulli licet Episcoporum ordinare Diaconum, aut Presbyterum, litteras ignorantem; sed si qui ordinati fuerint, cogantur discere, &c. Ad quid erit in Ecclesia Dei, si non fuerit ad legendum exercitatus? Et si perseveraverit desidiose, & non vult proficere, mittatur in Monasterium, quia non potest adficere populum.

H h h z

VI. In

(1) L. 9. Ep. 48.

(2) L. 9. Ep. 75.

(3) Pastor. p. 2. c. 11.

(4) Can. 16.

(5) Can. 6.

(6) Can. 9.

(7) Can. 11.

**VI.** In Hispania Episcopi esse non poterant, qui Scripturarum & Canonum periti non essent. Accipe Canonem Concilii Toletani IV. quo exponitur in quantum discrimen veniat Ecclesia, ubi doctrinæ legisque divinæ & Ecclesiasticae imperiti sunt, qui ejus præcones, & vindices esse debent (1). *Ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis suscepunt. Sacerdotes enim legere Scripturas admonentur, Paulo Apostolo dicente ad Timotheum: Intende lectionis, exhortationis, doctrina, semper permane in his. Sciano igitur Sacerdotes Scripturas sanctas & Canones, &c. Sed quod ad Parochos attinet, unum hoc prescribitur, ut dum eos ordinat Episcopus, suppeditet illis librum Officialem, seu Ritualem, quo quidquid eorum officii est contineatur, maxime quoad Sacramentorum administrationem; ut ubi ad Rogationes, vel ad Synodus convocati confluxerint Parochi, de his omnibus interroganti satisfaciant Episcopo. Non temere conjicitur, cum periti Canonum necessario essent Episcopi ex hoc eodem Canone, Officialem ejusmodi librum ab illis suppeditatum fuisse, quo Canones etiam continerentur ii, qui ad Parochorum officia pertinent, pertinent autem plurimi (2).* Quando Presbyteri in Parochis ordinantur, libellum Officiale a Sacerdote suo accipiunt, at ad Ecclesiæ sibi deputatas instructi succedant, ne per ignorantiam, etiam in ipsis divinis Sacramentis offendant: ita ut quando ad Litanias, vel ad Concilium venerint, rationem Episcopo suo reddant, qualibet susceptum officium celebrent, vel baptizent.

**VII.** Hinc vero perpicue existit, & Scripturarum & Canonum peritia necessario non imbuī tantum, sed & abundare debuisse Episcopos, ut & concionari, & sua hac copia sacræ eruditionis Clerum omnem locupletare possent; cum & Presbyteri & Diaconi pro suo quique gradu eandem & Scripturarum & Canonum doctrinam degustasse, atque in dies haurire tenerentur. At in necessitate inexorabili tamen tot vacantibus Parochiis sufficiendi Pastores, ubi deficiebant peritores, iis Presbyteris Diaconisque ex committebantur, qui & eleganter ac expedite legerent, & ritum administrandi Sacramenta probe scirent. Si hoc quo nunc agimus saeculo, ad easdem quandoque an-

guitias Episcopi adiunguntur, eademque doctorum premuntur Presbyterorum penuria, ut Parochias imperitis potius quam nullis credere cogantur Pastoribus; habent in praeteritis saeculis, quæ consolentur eos exempla non dislunilis inopis: habene & quæ adhibeant huic malo medicamenta, priscarum exemplo Synodorum, ut imperitos Presbyteros initient peritia aliqua ministerii suis leviori, in frequentioribus Synodis, Visitacionibus, Colloquiis & Collationibus, ubi Scriptura leges, ubi Synodorum Canones inculcentur.

**VIII.** Verum non in eo habebat quorundam præstantiorum Praesulum indefessa sollicitudo. Vide quo erumperet Cæsarii Arelatensis Episcopi sagax industria: Diacnum ordinabat nullum, nisi annum ageret salem trigesimalum, & qui quater Scripturas omnes utriusque Testamenti perlegisset (3): *Adjecit hoc, ut nunquam in Ecclesia sua Diaconum ordinaret, ante trigesimum etatis ejus annum. Verum etiam hoc addidit, ut nec in qualibet majori etate unquam ordinaretur, nisi quatuor vicibus in ordine libros veteris Testamenti legerit, & quatuor novi.*

**IX. X.** Cœpit tandem aliquando Cæsarius suos sibi ad prædicandum Presbyteros, Diaconosque subrogare, ubi ingravescens ætas coagit illum receptui canere, & iraenlo zelo modum aliquem ponere. Mira autem hac ille ratione addocuit, sua vice ut prædicarent Presbyteri, publice recitando e superiori loco homilias quas ipse lucubrasset, vel Ambrosii, Augustini, aliorumque Patrum sermones. Quin & Episcopos alios, ut id ipsum factitarent, adducere conatus est, hac potissimum usus ratione, si finantur in Ecclesia coram legere conciones & scripta Prophetarum & Apostolorum, & ipsius Christi: quin ergo & homilias Episcoporum? Denique Episcopos omnes contestabatur reos fore æterno Iudicii, si cum non possent ipsi prædicare, illis qui eo munere fungi possent, ora obturarent (4): *Quandiu potuit alia voce semper in Ecclesia prædicavit, in quo opere tam pia atque salubris ejus provisio fuit, ut cum ipse pro infirmitate jam non posset ad ipsum officium peragendum accedere, Presbyteros & Diaconos imbueret, atque statueret in Ecclesia prædicare: quo facilius nullus Episcoporum se ab hac necessaria cunctis exhortatio-*

(1) Can. 25.

(2) Can. 26.

(3) Vita ejus. L. I. c. 18.

(4) L. I. c. 28.

tione, cujuscunque impossibilitatis excusatione suspenderet, hec dicens: Si verba Domini & Prophetarum atque Apostolorum a Presbyteris & Diaconis recitantur, Ambrosii, Augustini, seu parvitatibus mea, aut quorum-eunque Doctorum Catholicorum, a Presbyteris & Diaconis quare non recitentur? Non est servus major Domino suo. Quibus data est auctoritas Evangelium legendi, credo licetum esse homilias servorum Dei, seu expositiones Scripturarum Canonicarum in Ecclesia recitare. Ego me exuo, hec instituendo: Sancti Sacerdotes qui hoc implere contemperint, causas inde in die iudicis se noverint esse dicturos. Non quidem credo, quod quisquam tam obduratum sensum habeat, ut cui Deus dixit: Ne ccelles, nec ipse clamet, nec alios clamare permittat. Etenim quanta oves, taceant Sacerdote, oberraverint, de tantorum animabus redditurus est rationem. Si verba, si lineas numeres, prolixus est & tardius hic contextus: brevis autem idem, & suo fructu suavissimus, si res & pulcherrima ponderes documenta, quibus scatet. Inde enim emicat. 1. Lex sanctissima & inexorabilis, ut praedicandi proprio sibi officio fungantur Episcopi. 2. Cum per etatem devexam iam non possunt ipsi praedicare, Presbyteris & Diaconis suis id delegare debent munus. 3. Nec Presbyteri tantum, sed & Diaconi sub Cæsario conceperre concionari. 4. Cum Ordinis ipsius sive jure possint publice legere Evangelium in Ecclesia, hinc aptum nexumque est praedicandi officium. Praedicat enim quisquis Evangelium promulgat. 5. Cœpit Cæsarius, ubi non possent concionari Episcopi, urgeare, ut ea tum functione Presbyteros & Diaconos honestarent. 6. Hæ tum primæ fuere in Galliis Prædicationes Presbyterorum & Diaconorum, quæ ipsæmet erant conciones vel præsentium Episcoporum, vel antiquorum Patrum, quas illi recitarent e suggestu. 7. Quibus ita constitutis, minus stupebimus jam, si mediocris admodum desideraretur peritia, ubi majores etiam Clerici ordinabantur; & ea porissimum desideraretur, ut expedite & prompte legerent. 8. Cum Cæsarius autem instituisset, ut homiliæ a Presbyteris & Diaconis publice recitarentur, vehementius instare etiam crepit, ut Scripturarum studiis incumbenterent, quo & ipsi possent aliquando suo ex pectore sermones & homilias depromere.

XI. Hinc est quod non multo post, cum Presbyteri civitatum coepissent concionari, ut doctrinæ præsidiis instructiores, eadem potestas Parochis quoque concessa sit a Concilio Vaisonensi, ita ut si qua regitudine Parochus destineretur, Diaconus ejus loco homiliam Patrum aliquam in Ecclesiæ conventu recitaret (1): Hoc etiam pro edificatione omnium Ecclesiæ, & pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus Parochiis verbum faciendo daremus Presbyteris potestatem, ita ut si Presbyter aliquia informitate prohibente, per se ipsum non potuerit praedicare, sanctorum Patrum homilia a Diaconibus recitentur. Si enim digni sunt Diacones, quod Christus in Evangelio locutus est, legere; quare indigni judicetur sanctorum Patrum expositiones publice recitare? Hæ sunt rationes, hæc pene verba Cæsarii.

XII. In Hispania quoque primævum vivorem remiserant Concilia, concederantque ut absente Episcopo Presbyteri concionarentur. Enucleate recensentur in Concilio Hispalensi munera Episcoporum omnia; quæ illis propria, quæ Presbyteris communia sint: prædicatione vero non abstinentur Presbyteri, nisi præsente Episcopo (2): Nec Episcopo præsente sacramentum Corporis & Sanguinis Christi confidere, nec eo coram populo docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem utique exhortari. Tolerantum etiam Concilium IV. ubi absurdam expungit consuetudinem in sacra Domini Paralceve januas occludendi Ecclesiæ, cessationemque irreligiolam eo die tum divinorum Officiorum, tum concionam de Passione Domini: præcipitque ex adverso, ut mysterium Crucis eo die exortissime prædicetur, utque a populo elata voce misericordia imploretur Redemptoris, criminumque condonatio; manifeste ea prædicandæ Christi Passionis provincia Parochis demandatur (3): Comperimus quod per nonnullas Ecclesias in die sextæ ferie Passionis Domini clausis Basilikarum foribus, nec celebrantur Officium, nec passio Domini populis predicatur, &c. Ideo oportet eodem die mystrium Crucis predicari, utque Indulgentiam criminum clara voce omnem populum postulare, &c. Id etiamnum in agrestibus Parochiis plerumque factitatum. His autem in Hispania ibidem mox accedebat generalis absolutio, ut peccatorum maculis absteresis,

(1) Can. 2.

(2) Can. 7.

(3) Ibidem.

Vetus & nova Ecclesiae Disciplina

430 sis, in die Pascha Corporis & Sanguinis Christi communionis participes fierent, ut in eodem mox Canone habetur. Ut paenitentia compunctione mundati, venerabilem diem Dominica Resurrectionis, remissis iniquitatibus suscipere mereamur, Corporisque ejus & Sanguinis sacramentum mundi a peccatis sumamus. Proximo Canone expressa habetur mentio Abiolutionis generalis: *Ante peractas indulgentia preces.* In hoc eodem Concilio permittitur Diaconis stolam gestare, ex eo quod prædicent: quæ mihi quidem prædicatio non alia videtur, quam Evangelii decantatio, vel recitatio, limiter & aliarum precum inter Missarum solemnia (1): *Unum orarium oportet Levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est, prædicat.*

Id quoque confirmat Isidorus Hispalensis Episcopus, speciale Episcoporum officium esse, ut Scripturas legitent, & Canones (2): *Cujus præ ceteris speciale officium est, Scripturas legere, percurrere Canones.* Quoad munia vero prædicandi, ea Presbyteris omnibus, id est Parochis communia facit: *Presunt Ecclesiæ Christi, & in confessione divina Corporis & Sanguinis confortes cum Episcopis sunt, similiter & in doctrina populorum & in officio prædicandi.* Quod ad Diaconos autem spectat, docet idem Isidorus, quæ eorum est prædicandi ratio, hortando nimis plebem, ut sursum corda habeant ad Dominum, ut gratias agant, ut inflectant genua, ut orient, ut Psalmos econcinant, Evangelium denique personando: *Hi voces tonitruorum; ipsi enim clara voce in modum præconis admonent cunctos, sive in orando, sive in fletendo genua, sive in psallendo, sive in lectiones audiendo; ipsi etiam ut aures habentes ad Dominum clamant, ipsi quoque evangelizant.*

XIII. Nec ambigi potest, quin eadem Presbyteri & Diaconi facultate fruerentur prædicandi in Italia; quamvis videatur Vigilius Papa Diaconis precariam tantum eam annuere, & ex Episcopi speciali permissione. Hinc & illa acerbissima ejus expostulatio de Rustico & Sebastiano Diaconis, quod præter Episcopi sui voluntatem concionari aggressi sint, quo consuetudines & jura Ecclesiæ conculcabantur (3): *Adjeçisis execranda superbia, quæ nec leguntur, nec sine suis Pontificis iussione aliquando Ordinantis vixri homines præsumperunt, auctoritatem vobis prædicationis, contra omnem consuetudinem vel Canones vindicare.*

XIV. Contra autem Gregorius Magnus significare videtur ea esse primaria Diaconorum munia, ut prædicent, & pauperibus opitulentur: quibus ut toti deinceps vacarent, a cantu eos & musica alienavit (4). *Consuetudo valde reprehensibilis exorta est, ut quidam sacri Altaris ministri Cantores elegantur, & in Diaconatus Ordine constituti, modulationi vocis inferuant, quos ad prædicationis officium eleemosynarumque studium vacare congruebat.* Et sane ut primum Gregorius ipse Apostolicæ Sedis administracionem initit, cum Diaconus tantum adhuc esset, cœpit, ex Joanne Diacono, verbis divini sementem spargere, si non ante id jam manus delibaverat (5): *Venerabilis Leuita Gregorius verbum ad plebem exorsus est, dicens &c.*

XV. In Ecclesia vero Orientali, vetiti sunt Laici a Trullani Concilii Præfulibus publice docere, ne temere sibi id arrogarent officium, quod Clericis Christus integrum servari voluisse (6): *Quod non oportet laicum publice disputare, vel docere, docendi auctoritatem ex eo sibi vindicantem, sed ordini a Domino tradito cedere, &c.* Justinianus ne extremo quidem Clericatus gradu evehi permisit eos, qui rudes essent litterarum (7). *Litteras ignorantes omnino nolumus neque unum ordinem suscipere Clericorum, videlicet Presbyterorum & Diaconorum, tam sacras orationes docentium, quam Ecclesiæ & Canonum legentium libros.*

---

## CAPUT XC. P. 3. I. 2. c. 18.

Irregularitas ex ignorantia sub Imperio Caroli Magni.

I. II. *Quæ peritia ab Episcopis & Presbyteris exigetur?*

III. IV. *De lingua diversitate. Et quæ lingua vernacula fierent Conciones?*

V. *Necessitas peritia lingue Latine.*

VI. *Quibus de rebus interrogarentur, qui Presbyteratum suscipiebant?*

VII. *Varia capita doctrinæ Parochis pernecessaria.*

VIII. *De*

(1) Can. 40.

(2) De offic. Eccl. l. 2. c. 5. 7. 8.

(3) Synodi V. Comit. 7.

(4) L. 4. c. 44.

(5) L. 1. c. 41.

(6) Can. 64.

(7) Nov. 6. c. 3.

VIII. *De sculis ignorantia; & quanta  
tum indulgentia opus esset?*

IX. *Etiam in Ecclesia Orientali. Expli-  
atio Canonis Synodi VII. Generalis.*

I. IN Concilio Francofordiensi sancitum est, ut Episcopi Canones & Regulam B. Benedicti calarent (1): *Ut Episcopum Canones & Regulam non licet ignorare.* Cum enim summus esset moderator Episcopus disciplinæ Clericorum, qui Canonice regulis, & Monachorum, qui B. Benedicti regula regebantur, utriusque Regulæ peritissimus esse debebat, ut utriusque religiosam observantium exigeret. Cum vero Presbyteri nihil juris obtinerent in Monachos, sola Canonum peritia illis commendatur (2): *Ut nulli Episcoporum & Sacerdotum licet sacros Canones ignorare.*

II. Nec tam arcti limites scientiarum Presbyterorum delineati erant. Exigebant presbyterea Caroli Magni sanctiones, ut in Scripturarum scientia versati essent, fidei sacramenta imperitæ plebi explanare possent, memoriarum Psalterium integrum commendassent, edidissent formulas Baptismi, Canones, librum Poenitentiale, cantum, computumque, seu rationem Festa Ecclesiæ mobilia computandi (3): *Ut Sacerdos Dei de Divina Scriptura doctus sit, & fidem Trinitatis recte credat, & alios doceat, & suum officium bene possit implere. Ut teneat totum Psalterium memoriter. Ut de Canonibus doctus sit, & suum Poenitentiale bene sciatur: Ut cantum & computum sciatur.*

Ut in hac doctrina multiplici Scripturarum, Canonum, Theologiarum, ceremoniarum & regularum poenitentiarum progressus facherent non poenitendos, Parochos suos Theodulphus Aurelianensis Episcopus horabatur, ut otium omne suum prece & lectio interpungerent, nec ab altera cessarent, nisi ut alteri se dederent (4): *Oportet vos & assiduitatem habere legendi, & instantiam orandi. Quia vita viri justi lectio instruitur, ornatur, & assiduitate lectio munitur homo a peccato.* Atto Verellensis Episcopus in Capitulari volebat & ipse, ut Parochi Scripturas Canonesque perdisserent (5): *Sciatur Sacerdotes Scripturas & Canones.*

III. Nec nos fallit tamen, quam toto hoc saeculo, quo Litterarum sacrarum studia re-

staubabat Carolus Magnus, Beneficiarii adhuc complures tolerandi fuerint, sacræ hujus peritiae inanes proptermodum & valde rudes. Ideo & illud in Capitularibus præcipitur (6), ut ne admittantur Parochi, nisi qui gregis sui linguam calleant, & qui possint tum fidei mysteria, tum Christiana morum decreta addocere. Si non possit Parochus suis ipse verbis plebem alloqui & docere, dictata ab aliis scripto excipiet, & ad gregem suum recitabit, de fide, & de regulis morum, compendiarie quidem, & quantum satis sit. Denique ut ne quis inertiae se dedat, vel inscitiam praetexat, nemo tam ignavus, nemo tam rudis in Parochis est, qui non possit fideles monere, ut poenitentiam agant, quod Regnum scilicet Dei adventeret, & praesto sit: *Nullus sit Presbyter qui in Ecclesia publice non doceat, lingua quam auditores intelligant, fidens omnipotentem Dei in unitate & trinitate similiiter credere, & ea que generaliter omnibus dicenda sunt de malis evitandis, frue faciendis bonis, & judicio in resurrectione futuro. Si vero ipse verbis manifeste explicare non poterit, petat sibi a doctiore taliter transcribi, qualiter aperte legat, quod qui audiant, intelligent. Et qui amplius non poterit, vel his verbis admoneat: Poenitentiam agite, appropinquat enim regnum celorum.*

IV. Hoc certe Canone innuitur, fidei morumque doctrinam eam, quæ ad salutem parandam necessaria sit, tam facilem cuique, tam obviam & parabilem esse, ut nemo sit inter Presbyteros, qui non possit eam populis instillare, si patræ modo lingue non sit imperitus. Atqui eo ævo Caroli Magni triplex lingua usitata erat. Teutonica, quam Franci, Majores nostri, ipsique Reges in Gallias e Germania intulerant, ut originis & patræ suæ propriam. Latina, quam olim Romanis in usu fuerat, & quam in omnes quoquoeversum Imperii sui Colonias diffuderant, nobilibusque & ingenuis omnibus communem & usitatissimam fecerant, qua patebat Occidentale Romanum Imperium. Romana denique, quæ a Latina non discrepabat, nisi propter interspersas fordes aliquas vel Gallicanæ antiquæ, vel Teutonicæ linguae, vel denique privatarum quarumcunque Provincia rum. Hoc Decretum nulli peculiarius ha-

rum

(1) Cap. 20.

(4) Ib. p. 212. cap. 2.

(2) Cap. 53.

(5) Spicil. To. 8. p. 2. cap. 2.

(3) Con. Gall. T. 2. p. 253.

(6) Cap. Car. Mag. I. 6. cap. 182.

rum linguarum suffragatur; unum urget, ut eam lingua calleat perlonetque Parochus, quam grecus proprius capiat. Quin minus probabile est de lingua Latina illud capi debere: cum tot in Regnis & Provinciis Caroli Magni Imperio subditis, Teutonica lingua, utpote patria: cumque in eis etiam regionibus in quibus obtinebat usus linguae Romanae, usque adeo illa jam a Latina deflexisset, ut qui illam calleret, ægre tamen hanc caperet.

V. Nec inde tamen efficies minime necessariam fuisse Latinæ linguae scientiam, cum ejus praesidio delituti, nec Scripturas possent, nec Canones legere. Latina linguae imperitia fecit, ut ab Archiepiscopatu Remensi ejiceretur Gillemarus, qui ad eum electus fuerat. Cum enim ad examen illum vocallet Episcopi Provincie, obtulissentque Codicem Evangeliorum, legit quidem ille, sed tam imperite, ut manifeste proderet se non intelligere (1): *Qui dum ante Episcopos disciendus ad sedisset, oblatus est ei textus Evangelicus. Cum autem ipsum aliquatenus legere, nihil tamen intelligere omnes pariter cognovissent, reprobatu, ac velut inspiens ab omnibus est ejectus.*

VI. Ad ceteros Ordines non tanta examinandi austeritas, sed aliquanta tamen adhibebatur, juxta suum cuiusque modum. Jubet Concilium Nannetenle (2), ut Episcopus ante ordinationem convocet omnes quis ad sacra ministeria accedere volunt, utque ii ab Archipresbyteris presententur, una cum Archipresbyteris, qui eos presentare debent: examinatores denique ut Episcopus deligat, sanctionum Ecclesiasticarum adprime peritos, ut ordinandorum in vitam, mores, institutionem, studia & peritiā diligentissime inquirant: Tunc Episcopus e latere suo dirigere debet Sacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros legis divinae, & exercitatos in Ecclesiasticis sanctiōnibus, qui ordinandorum vitam, genus, patrem, etatem, institutionem, locum ubi educationi sunt, si sint bene litterati, si in lege Domini instructi, diligenter investigent.

VII. Hincmarus quoque expressit, quid specialiter addiscere, quid docere Parochos necesse sit, explanationem Symboli & Orationis Dominicæ, juxta doctrinam Sancto-

rum Patrum (3): *Ut unusquisque Presbiterorum explicationem Symboli, atque Orationis Dominicæ, juxta traditionem orthodoxorum Patrum plenius dicat. Exinde predicando populu sibi commissum sedulo instruat. Missalem quoque librum ut probe intelligent, dilerte, nitide, & clare ut legant Collectas, Epistolæ, Evangelia: Orationes Missarum, Apostolum quoque & Evangelium bene legere possit. Plasterium & Athanasii Symbolum memoriter teneant. Athanasio enim tribui tunc incipiebat luculentissima illa fidei expositio: Sermonem Athanasii de fide. Denique cantum ut belle scirent & computaret, Homilias autem Gregorii in Evangelia legendō contererent.*

Hec omnia inseruit Regino capiti primo sui Canonum Collectionis, ubi & varia referunt capita, de quibus inquirere debet Episcopus, in perlustrandis Parochiis suis. Addit porro præterea, ut habeant Parochi Penitentiale Romanum, aut Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, aut Bedæ; ut convenienter ejus preceptionibus, & poenitentes scrutentur, & poenitentias admoderentur (4): *Ut secundum quod ibi scriptum est, interroget confidentem, aut confessio modum poenitentia imponat.*

VIII. Manifestissime rursum se prodet, quanta tunc indulgentia opus esset per illorum temporum ignorantia tenebras, ex Epistola commendatitia Lupi Ferrarensis Abbatis ad Hincmarum Remensem pro Episcopo, qui nec fidèles sibi creditos docere poterat, nisi moribus suis: nec Ecclesias rezere, nisi suis ad Metropolitani monita & mandata obsequiis (5): *Nam licet desit ei forsitan aliquid eruditiois, tamen poterit esse utilis, cum & vestra doctrine parabit; & si plene non potest docere instituta divina, poterit tamen facere, unde & ipse, & eum sequentes efficiantur salutis aeternæ capaces. De hac necessaria tamen imperitorum Parochorum tolerantia agens Agobardus, monebat primum, plus impendere detrimenti ab imperitis perlæpe, quam a criminosis Pastoribus (6): Ne communicemus peccatis alienis, criminosos videlicet ad Sacerdotium provehendo, aut quod adhuc deteriorius est, ignorantia cæcos, qui cæcis ducatum prebeant ad foveam aeternæ damnationis. Sed tolerandos esse tamen, tum eos quo- rum*

(1) Con. Gall. tom. 3. pag. 359.

(2) Can. 11.

(3) Hincmar. T. 1. p. 710.

(4) Cap. 95.

(5) Epist. ad Bernard. De privil. & jure Sacerdotii.

(5) Epist. 79.

gum tota doctrina in exemplis virtutum erat, tum rursus eos qui eruditione clarerent, quam obscurarent moribus. Tolerandum genus Pastorum bene quidem docentium, sed reprehensibiliter viventium; aut bene viventium, & propter simplicitatem sensus docere alios non valentium.

IX. Nec his temporibus uberior erat in Oriente eruditorum proventus. Ut cunquid congeries ex Canone VII. Synodi Generalis vetantis, inaugurari Episcopum, qui Psalterium non teneat: ut ea peritia instruetus Episcopus, excubet in alios, ut & ipsi Psalmos ediscant (1): *Definimus omnem qui ad Episcopatus provrehendus est gradum, modis omnibus Psalterium nosse: ut ex hoc etiam omnis Clericus, qui sub eo fuerit, ita moneatur, & imbuatur.* Electum Episcopum examinet Metropolitanus, an possit, an velit intelligentia & diligentia parlectitare & meditari Canones, Evangelia, Epistolas Pauli, Scripturas omnes: & divinas has leges ubi ebiberit, servare, aliisque servandas infundere. Inquiratur autem diligenter a Metropolita, si in promptu habeat legere scrutabiliter & non transitorie, tam sacros Canones, & sanctum Evangelium, quam divini Apostoli librum, & omnem divinam Scripturam; atque secundum Dei mandata conversari, & docere populum sibi commissum. Substantiam denique, animamque & vitam Sacerdotii affirmat hæc Synodus in meditatione Scripturarum versari. Substantia enim Sacerdotii nostri sunt eloqua divinitus tradita.

Quærit Balfamon, Ecquid causæ sit, quæ mobrem hoc Canone præcipiat, ut electus in Episcopalem sedem, jam Psalterium teneat: Canones autem, & reliquos Scripturæ libros spondeat se in posterum continuata lectione & meditatione frequentatum (2). Dixerit quispiam: Quomodo sancti Patres non dixerunt eos debere ordinari, qui sacros Canones norunt, sanctum Evangelium, & reliqua, sed eos, qui Psalterium tantum norunt, curam gerere. Respondet autem diutina & lævissima Iconoclastarum persecutio oppressa & extincta pene fuisse inter Catholicos litterarum studia: atque ideo dispensatione plurima post utendum fuisse. Quoad Psalterium, ne prima quidem posse Clericum suæ professionis elementa tenere, nisi laudes divinas canere didicisset. Scire quidem Psalterium, ut requisitum ex Thoma. Tom. IV.

necessitate, a sanctis Petribus postulatum est, eos qui citra condemnationem debent ordinari: reliquarum autem doctrinarum comprehensione non est postulata, eo quod nondum ab eis jure exigi potest, ut qui docendi auctoritatem & munus nondum sunt afferuti. Nec multum dispar in Occidente Provinciarum vastatio, eidem & ignorantia, & indulgentia locum dederat.

## C A P U T X C I . P. 4. l. 2. c. 33.

Irregularitas ex ignorantia post annum Christi millesimum.

I. *Doctrinae mediocritas, quam virtutes præstantissime cingunt, nihil officit Episcopo sanctissimo, ut puta Vulstano.*

II. *Perdoctos flagitat Episcopos Gregorius VII. sicuti defit, vult ut Reges aliunde arcessant.*

III. *Innocentius III. uberrimam cupid in Episcopo scientiam: mediocri contentus est, quam exuberans compenset caritas. An ad temporalium etiam administrationem porrigit se Episcopi scientia?*

IV. *Quam necessaria ex Anselmo & Arnulfo peritia administrandorum temporalium.*

V. *Inter tenebrisca quedam ignorantie scula mediocri scientie applaudendum fuit.*

VI. *In Conciliis Lateranensisbus instituti sunt Magistri Grammatice & Theologie. Per ea tempora effulgere & invaluere Universitates, ita lux litterarum revixit, ignorantia profigata est.*

VII. *Decreta Conciliorum de ratione & via docendi addiscendique humanas divinasque litteras.*

VIII. *Et de Capitulorum & Monasteriorum officio & diligentia mittendi aliquos semper ex suis ad generalia hec studia.*

IX. *Regule Concilii Tridentini, & Conciliorum sancti Caroli, de studiis Clericorum.*

X. *Eadem Decreta a Gallicanis postea Conciliis confirmata.*

XI. *Quem modum tenerint Tridentini Patres in definiendo quibusque Cleri Ordinis eruditonis modulo?*

XII. *Quam necessaria beato Carolo visto sint studia Theologie, Canonum, Scripturarum, Patrum, Historie Ecclesiastica, & priscorum Conciliorum.*

I i i

XIII.

(1) Can. 2.

(2) In Can. 2. Synod. VII.

- XIII. Quid de his Geronius?  
 XIV. De studio Juris Civilis.  
 XV. Quibus rationibus aliquando studia legum inter Clericos valuerunt? De facultate Decreti.  
 XVI. De Facultate Medicinae. Ut is possit esse gradus ad Beneficia.

I. **Q**uanquam labia Sacerdotis custodian scientiam, & ex imperitia irregularitas existat, qua vel a Clericatu quis summoveatur: in confessio tamen illud est, mediocrem peritiam non mediocribus succinctam virtutum luminibus, conducibiliorum Episcopis & Beneficiariis omnibus esse, quam singularem & immensam quandam peritiam. Testem hic laudabo Vulstanum Episcopum Vorcestrensem in Anglia, quem Lanfrancus Cantuariensis Archiepiscopus sede ejicit in Concilio Londinensi anno 1070. gratificatus, ut referunt, Willemo Notho Anglia Regi, sua gentis Neustrice Episcopis novum illud Regnum suum munire, & sibi afferere cupienti. (1) Iniquae huic exauctioratione prætexebant imperitiam Vulstani: sed præter mirabile patrocinium, quod e cœlis adversus temerariam calumniam affulxit, habent & Historici Angli certissima documenta, quibus hæc ab eo infamia propulsetur. Commemorant enim paucò post tempore ab Eboracensi Archiepiscopo exoratum esse Vulstanum, ut Dices in Eboracensem solemni visitatione obambularet, quod ipse officium detrectabat, vel inimicorum incursionibus deterrius, vel quod Regionis ejus linguam minus calleret. Ea sane delegatio aperte demonstrat, non imparem fuisse Vulstanum difficillimus quibusque Episcopatus muniis obeundis (2).

II. Repudiatus est a Gregorio VII. vir alioqui nullo non laudis genere cumulatissimus, sed illitteratus, quem Castellæ Rex Alphonsus ad Archiepiscopalem Ecclesiam promovere studebat; utque Regi fieret fas, rescriptit ad eum Pontifex, litterarum peritiam non Episcopis tantum, sed & Presbyteris omnino necessariam esse; ideoque conquirendum illi esse Archiepiscopem alium, qui nec litterarum, nec virtutum necessariis præsidiis destitueretur; cuiusmodi si nullos Regno in suo haberet, undescunque arcensdos esse: nec vero natalium

obcuritate quenquam despicabilem videri debere, cum & Romana olim Respublica, & Christiani postmodum Ecclesia ad summum glorie & potestatis fastigium elutata sit, non alio magis, quam earum nobilitate virtutum, pre quibus natalium splendor nihil fieret (3). Discipline fundamento, videlicet litteralis scientie peritia indiget: Quæ virtus cum sit non modo Episcopis, sed etiam Sacerdotibus necessaria, &c. Eligatur inde si inveniri potest, sin autem aliunde expetatur talis persona, cujus religio & doctrina Ecclesiæ vestra & regno decorum conferat & salutem. Neque vero te pudeat, aut extraneum forte, vel humilis sanguinis virum, dummodo idoneus sit ad Ecclesia tuæ regimen, quod proprie bonos exoptat, adscire. Cum Romana Reipub. ut Paganorum tempore, sic & sub Christianitatis titulis inde maxime Deo savente excreverit, quod non tam generis, aut patriæ nobilitatem, quam animi & corporis virtutes perpendendas adjudicavit.

III. Innocentius III. ex adverso electionem Archiepiscopi Capuani confirmavit quanquam mediocriter litterati (4). Literatura licet non eminent, tamen conveniens. In justis voluntariæ abdicationis Episcoporum causis idem Innocentius recentuit & ignorantiam: quanquam nec ibi dissimiles posse cum scenore etiam refarciri exuberantia caritatis scientie mediocritatem. Scientiam autem hic Pontifex geminam desiderat, alteram ad spiritualium, alteram ad temporalium regimen comparata (5): Pro defectu quoque scientia plerumque potest quis petere cessionem; quia cum ipsa circa spiritualium administracionem sit potissimum necessaria, & circa circum temporalium opportuna; Praesul qui commissam sibi Ecclestiam regere debet in utrisque, salubriter ei renuntiat, si scientiam, in qua ipsam regat, ignorat. Quanquam etsi desideranda sit eminent scientia in Pastore, in eo tamen sit competens toleranda, quia imperfectum scientia potest supplerre perfectio caritatis. Honorius III. Germania Episcopum ex peritia exauctoravit, confitum scilicet, ne Grammaticæ quidem elementis se operam dedisse (6). Confessus est se nunquam de Grammatica didicisse, nec legisse Donatum.

IV.

(1) Con. Gen. T. 9. p. 1204. 1213. 1223.

(2) Matth. Paris. Ann. 1095.

(3) L. 9. Ep. 2.

(4) Extrav. De elect. c. 10.

(5) De renunt. c. 10.

(6) Extrav. De stat. &amp; qualitate prefic. c. 15. Rainal. an. 122. n. 38.

**IV.** Scriptus Anselmus Beccensis adhuc Abbas ad Urbanum II. Papam, ut adduceret eum ad consentiendum cessioni Episcopi Bellovacensis, cuius & innocentia monorum, & virtutum præstantia eximia & prope singularis erat, sed quem ea deficiebat calliditatis & experientia adminicula, quibus muniendus aliqui tuisset, adversus clandestinas artes & insidias undique circumpositorum inimicorum (1). Non est talis, qui tantam malitiam irruentem repellere, tantas insidias circumstantes carere possit. Ab eulmodi vero dexteritate & scientia non imminutus erat Episcopus ille Bajocensis, cuius laudes executus est Arnulphus Lexoviensis Episcopus in Epistola ad Hadrianum, quem obrestabatur, suam ut illum in Ecclesiam remitteret, cuius instaurator erat, omnium idem Episcoporum Provinciae munimen & Patronus in Consiliis Regiis, & in causis omnibus Ecclesiasticis (2). Homo enim consilii & fortitudinis est, potens in opere & sermone, in Regalibus consilii & negotiis Ecclesiasticis acceptus, plurimumque tam ipsi Archiepiscopo, quam omnibus provincialibus Episcopis necessarius est ad reprimendam & repellendam ab Ecclesia Dei insolentiam malignorum.

**V.** Affirmabat paulo supra Innocentius III. eruditionem copiolissimam optari in Præsulibus; mediocrem tolerari, dum ea inopia cumulo virtutum pensetur. Eminenter vero illa doctrinæ copia raro cum experientia rerum plurima sociatur: unde plurimæ dispensationis plerumque in his usus est. Quin & lequieribus aliquot sacculis ulterius amplianda fuit indulgentia. Anno 1260. Concilio Colonensi visum est, ne eos quidem abjiciendos Clericos, qui legere latem & canere addidicissent (3). Qui sciant legere & cantare ad divini Officii ministerium competenter. Nec plura deposcet Concilium Ravennatense anni 1311. ubi ita de Parocho statuitur (4): Competenter sciat legere & cantare divinum Officium. Tantundem flagitata Canonis Collegialium: at Cathedralium Canonicos, legere, & cantare vult, & competitor confruere. Pluriculum ad majores Ordines de poscebat Concilium Vaurense anno 1368. (5) Grammaticam sciant, & Latinis verbis loqui valeant competenter.

**VI.** In eodem ipso Concilio Vaurense statutum est (6), ut duo semper ex cujusque Cathedralis Ecclesie Canonis, ingenio ad litteras valentes, ablegarentur ad studia generalia Universitatis cuiuspiam, ubi Theologiaz & juri Canonico operam darent; & his duo alii justo ex intervallo succederent, missis in irritum statutis quibuscumque contrariis. Si ultra sex menses autem Capitula cesserint ab hac delegatione facienda, ad Superiore immediatum ea potestas devolvatur. His accellere Concilia Lateranensis III. & IV. ubi instituti Magistri Grammaticaz & Theologiaz Lectores in omnibus Ecclesiis Metropolitanis & Cathedralibus. Tum coepere etiam increbescere Universitates, veluti Cleri luculenta Seminaria. Quin & Beneficiorum pars non mediocris Gradibus Universitatum dedicata fuit. Et his tandem machinis expugnata est ignorantia. Utcunque rem conjicies ex Decreto Concilii Coloniensis anno 1442. ubi praecipitur, ut Parochi gnaviter incumbant in Tractatum sancti Thomae de Sacramentis, & in menstruis colloquiis de eo inter se conferant.

**VII.** Cautum est in Concilio Lateranensi V. anno 1513. ut qui essent, vel ratione Beneficiorum esse tenerentur in Ordinibus saeris, ne diutius quam quinquennie in humaniorum litterarum & Philosophiaz studio morarentur: accederent autem confessim ad Theologiaz & Canonum studia, ut his ceu limpidioribus fontibus eluere possent, quidquid toridum & macularum seu Poesis, seu Philosophia aspersisset (7). Ut in his sacris & utilibus Professionibus Sacerdotes Domini inveniant, unde infectas Philosophia & Poesis radices purgare & sanare valeant. Praeceptum est & illud in eodem Conclilio, (8) ut qui instituenda juventuti præfunt, non liberales tantum litteras doceant, sed & legem Dei, & fidei Symbolum, & Hymnos Psalmosque, & Sanctorum vitas ac gesta; his saeris prælectionibus totos insument dies festos; curent denique ut divinis Officiis omnes intersint.

**VIII.** Anno 1536. Concilium Colonense decrevit, (9) ut Canonici omnes aliquot annos statim in generali aliquo studio degenerent: quo & ex Monachis mitti volueret eos, qui acumine valerent ad res Theologicas:

(1) L. 2. Ep. 34.

(2) Epist. 7.

(3) Can. 3.

(4) Can. 15.

(5) De Lavaur Can. 19.

(6) Can. 111.

(7) Sess. 8.

(8) Sess. 9.

(9) Part. 3. Can. 21. Part. 10. Can. 7.

gicas : ut gratis pauperiores studiis dediti alerentur ; præmia strenuoribus ostenderentur , Beneficia eis aliqua assignarentur ; ut Canonici , qui ibi quinquennium in studiis ponerent , maxime Theologiaz , fructus Præbendarum suæ perciperent , nulla ex parte truncatos (1) ; ut denique statuta omnia his contraria oblitterarentur .

Anno 1549. in Concilio Moguntino præceptum est (2) , ut Capitulis ab omnibus mitterentur juniores aliqui Beneficiarii , qui in Universitatum palæstra totos quinque annos agerent , gauderentque fructibus Beneficiorum , præterquam distributionibus , ea cautione , ut qui mitterentur sponderent se in Clero perseveraturos , & impensam omnem Ecclesiæ restituuros , si in laicalis vita fortes retro laberentur . Quoad Regulares , innovatum est in hoc Concilio statutum illud juris communis , ut in Monasteriis paulo ditionibus studia Theologiaz instituerentur , & e minoribus Cœnobiois eo ad studia convolarent , qui valerent ingenio .

IX. In Concilio Tridentino (3) primævo vindicata sunt vigori antiqua omnia statuta de Theologis & prælectionibus Theologicis , vel Scripturarum , in Ecclesiæ Cathedralibus & Collegialibus insignibus , ut & in Abbatialibus ; innovata sunt & privilegia omnia , tum docentibus , tum studentibus omnibus in Jure concessa . In iis Constitutionibus , quas ad Ecclesiæ Anglicanæ restorationem concinnaverat Polus (4) , confirmata quidem fuere privilegia ea omnia , sed ea cautione addita , ut in studentes per vigil imminaret Episcopus , exploraretque , an apti essent studiis : & ubi compertisset , vel parum solertes , vel inertes & desidiosos , vel studiis deditos , ex quibus nulla ad Ecclesiæ redundaret utilitas , revocaret eos ad suæ quenque Ecclesiæ ministerium .

Juniores Clericos hortatus est sanctus Carolus (5) , quatuordecim annis maiores , librariam sibi ut supellectilem paulatim pararent , nec quosvis , sed selectos libros habere curarent , utriusque Testamenti Codicem , Catechismum Concilii , Concilium Tridentinum , Constitutiones Synodales , tum Mediolanensis , tum suæ quenque Ecclesiæ . Præcepit & præterea Parochis , ut Summam Antonini lectitarent , vel quam-

vis aliam ab Episcopo designatam , Palatalem librum sancti Gregorii , Tractatum denique Chrysostomi de Sacerdotio .

Concilium IV. Mediolanense præcepit , ut Episcopi diebus singulis temporis aliquis impenderent lectioni Scripturarum , Canonum & Theologiaz , interdictis penitus libris humanarum & profanarum litterarum juxta Concilii Carthaginensis placitum (6) . Ne omittant etiam sacre Theologie sacramque Canonum , aliarumque Ecclesiasticarum doctrinarum , muneri & officio Episcopali proprie congruentium , studiis quotidianis horis operam dare , quotidieque aliquid e sacris Bibliis studiose legere . Gentilium autem libris , ut Carthaginensis Concilii Canone vetitum est , ne operam dent . Mandavit (7) ut Clericos omnes compellerent ad lectitanda Gregorii Magni opera , Cypriani , Ambrosii , Augustini , Chrysostomi , Bernardi , aliorumque sanctorum Patrum , maxime vero Ambrosii . Voluit Concilium Mediolanense V. (8) ut in omnibus Seminariis legeretur Catechismus Concilii Tridentini , ceremoniaz , ritus & historia Ecclesiastica certis diebus exponerentur . Studio etiam sacrorum Rituum , Historiaque omnis Ecclesiastica certis diebus instituantur . Docebit nos infra Giordanus (9) , quantas Carolus ipse diebus singulis horas lectioni & studiis dicaret .

X. In Concilio Turomensi anno 1483. decretum est (10) , ut in omnibus Cathedralibus & Collegialibus Ecclesiæ communes esset Bibliothecæ , unde privati quique Clerici mutuos acciperent libros . In Conciliis Galliæ Provincialibus post Tridentinum confirmata & promulgata maxima ex parte fure statuta illa omnia Conciliorum Mediolanensis longe præclarissima sub B. Carolo ; maxime vero in Concilio Aquensi anni 1585. quo sanctum est , ut Episcopi statas diebus singulis horas sibi seponerent ad studia Canonum & Theologiaz . In Concilio Aquilejensi (11) anno 1596. præceptum est , ut prælegerentur publice in Monasteriis Tractatus Theologici , etiam in Cœnobiois Carthusianorum , ubi fieri commode id posset . In Concilio Burdigalensi anno 1624. (12) Concionator describitur in Scripturis evolvendis versatus , in Patribus , in Con-

(1) Part. 12. Can. 5. 6. 7.

(2) Can. 66. Decret. 3.

(4) Conc. Gen. T. 14. pag. 1744.

(6) Part. 1. c. 1.

(10) Cap. 13. De Episcopis.

(3) Seff. 5. c. 1.

(5) Conc. Med. I. c. 22.

(7) Ibid. c. 7.

(8) Part. 1. c. 1.

(9) L.S. c. 10.

(11) Cap. 2.

Conciliis, & Theologia mystica.

XI. Simplicius Tridentina Synodus (1) & altius consulens, ne Ecclesiæ ministris destitutæ squallerent & pessum irent, decrevit, ut Tonsura non conferretur nisi iis qui legendi & scribendi peritiam nocti essent: ne Minores, nisi iis qui Latinam linguam callerent; ne Subdiaconatus vel Diaconatus, nisi eorum peritis, quæ ad functiones horum Ordinum necessaria sunt; denique ne Presbyteratu iniarentur, nisi qui possent plebem ea docere, quæ ad æternam salutem parandam desiderantur, & Sacramenta administrare qui probe scirent. Quocirca nec passa est unquam Congregatio Concilii (2), ut Presbyteri ordinarentur, qui litteratum rudes prolsus essent, quantacunque urget necessitas; quanquam permiserit committi Parochias jam ordinatis, ubi non sunt in potestate peritores. Episcopos autem vult Tridentinum (3) omni ea doctrinæ copia abundare, quæ tanta dignitas eget, imprimisque ut sint Doctores, vel Licentiati in Theologia, vel Jure Canonico.

Observatum est a Baronio (4), illud ipsum quod olim in optatis habuerat Concilium Charthaginense IV. accuratissimum de Episcopis promovendis examen a Clemente VIII. Romæ institutum fuisse, designatis Cardinalibus ad eos excutiendos, Theologisque & Canonistis peritissimis: quin & ipse Pontifex propositis questionibus urgebat, ut plane nullius nisi bene diserto ad Episcopatum aditus patere sinatur, unde ambitionis lugeat imperitus. Verba sunt Baronii. Quibus finitura sunt quæ habet Fagnanus (5) in hoc Examinatorium collegio sacerdotissime & diutissime versatus sub Urbano VIII. Examen autem extra urbem quæ forma institui hoc debeat, publicata sunt Gregorii XIV. & Congregationis rerum Consistorialium placita, quorum diligentia accuratissimæ addi nihil possit. Non definiit Tridentinum (6), an hoc examen institueretur a Nuntio Apostolico, vel ab Episcopi electi Ordinario, vel ab Episcopis vicinis.

XII. Non immixto autem tam multis fuit sanctus Carolus in inculcanda in Conciliis & Actis Ecclesiæ suæ necessitate com-

pelliendi Clericos ad seria Canonum, Patrum, & Ecclesiasticæ Historiæ studia. Pulecherrime enim advertit Fagnanus ex Cardinali Hostiensi, citra periculum ignorantia non polte Canones, cum ex demum sint regulæ, ad quas componi singique debeant Clericorum mores (7). Hec autem secundum Hostiensem ignorant puri Theologi, non sine periculo animarum quia ad Canonum observationem, quæ censetur regula omnium, & ipsi & omnes Catholicæ astringuntur. Sed ne libi nimio plus assententur Canonistæ, aperiendum hic est quæ illa fuerit Canonum peritia, quæ tantopere visa est necesse faria Concilii Mediolanensis & B. Carolo, juxta mentem Concilii Tridentini, cuius adprime coniunctus erat Carolus. Ejus vita Scriptor contestatur in Scripturis versandis & in Patrum Commentariis positam fuisse ejus Theologiam; Canones ejus fuisse ex antiquis Concilii promptos, & Historiæ Ecclesiasticæ luce illuminatos; in his enim fontibus exquisisse eum, quæ Patrum Ecclesiæ placita, qui mores, quæ confilia, quæ purioris olim disciplinæ regula. Ut pote qui eam percuperet excitare redivivam his temporibus, quorum vicem sapientissime doleret: & Canonistis ingemisceret, qui ei tantum adhærescant Canonum & Decretorum parti, quæ dijudicandis terminandisque litibus vacat, & quæ tamen hominum importunitate non aliud magis praefat, quam ut lites sint interminabiles. Vide ut de his differat Carolus a Basiliæ Petri, in vita Caroli (8). Usitatam Jurisconsultorum scientiam quæ fuerat occupatus adolescentis, minime ad se pertinere ratus, Theologica & Canonica tantum novit, quantum Cardinali magnam Ecclesiam regenti efficer posse concessum est. Ex Theologia Scripturas divinas sequebatur, tum veteres Patres, &c. Canonum ea scientia perjucunda erat, quæ Patrum mores & acta representans, Ecclesiæ componenda atque ordinanda rationem continet: dolens eos communis confitudo tantum Canones ad interpretandum seligi, qui ad lites judiciaque valent. Carolus ipse in Actis Ecclesiæ Mediolanensis formam exhibens Concionatoris, præter peritiam sanctorum Patrum & Historiæ Ecclesiæ, Canonum quoque doctrinam defidebat

(1) Sess. 23. c. 13. 14.

(2) Sess. 22. c. 2.

(3) Fagn. in l. 1. Decr. part. 2. pag. 138.

(4) Fagn. ib. p. 280.

(5) Fagn. l. 1. part. 2. p. 51.

(6) Baron. an. 398. n. 6.

(7) Sess. 22. c. 2.

(8) L. 8. c. 11. 34. Surius die 4. Novem-

rat (1). Tenebit preterea aliquam veterum Canonum scientiam, summorumque Pontificum descripta jura, & Conciliorum Decreta.

Giossanus rursum in Caroli vita disertis verbis ita affirmat: Cum in Ecclesia sua residebat, totum se dedit lectioni perpetuae Patrum, Scripturarum, Historie Ecclesiasticae, ternas quaternaque quotidie horas consumens in eo studio; illo etiam tempore quo Dicessin suam obambulabat, visitabatque Parochias; qua de causa semper una devehebantur arca duæ libris referæ. Et quanquam crebrum illud esset in ore Caroli, donari non debere litteris, nisi eas horas, quæ a negotiis Ecclesie vacue supersunt, & quantum necesse est, ut suo quis munere probe fungatur: usque adeo tamen certum illi erat fixumque necessaria prorsus Episcopis esse sanctorum litterarum studia (2), ut magis magisque in eo studiorum amor inflammaretur, itaut extremis vita sue annis plerumque sex horas singulis diebus, antequam sacra ficeret, impenderet lectioni sacra. Dixi alibi de speciali Lectore, seu Doctore, quem Carolus instituerat ad explicandos publice Canones.

Legum Canonumque lectioni usque adeo totum se affixerat illultris Angliae Martyr Thomas Cantuariensis Episcopus (3), ut eum hinc abducere compulsus fuerit Joannes Salisberiensis, cuius ille consuetudine plurimum & consiliis utebatur: subjecere autem ei, dum sacerdotem truculenta persecutio, lectionem Psalmorum & Moralium Gregorii, ex quibus solatii aliquid & supernæ suavitatis hauriret, qua amaritudines saeculi temperarentur. Colocensis in Hungaria Episcopi electionem confirmare abnuit Innocentius III. (4) quod electus Theologæ & Canonum peritia imbui se non curasset: Theologicas & Canonicas instruis documentis.

XIII. Scitissime a Joanne Gersonio animadversum est, per priora quatuor aut quinque Ecclesiæ saecula, eosdem ipsos Ecclesiæ sanctissimos Patres, & Canonistas fuisse & Theologos; quod Canones non essent nisi veluti conclusiones, quæ ex suis principiis elicerentur, hoc est ex fidei regulis, ex Scripturis, ex Theologia cuiusque ævi propria (5): Sic instituta videtur & gubernata fuisse sufficienter Ecclesia primitiva sub Apo-

stolis, ac deinde per successiones varias, usque ad Doctores sanctos inclusive, per quadringentos annos & amplius, quibus non erat distinctio Theologorum & Canonistarum, &c. Hi vero Canones, si bene inspiciamus, non sunt nisi conclusiones elicite, vel illatae in principiis Theologicis, & aliis libris Canoniciis, &c. Nihil igitur admirandum, si ad eosdem pertinebat cognitio & legislatio conclusionum illarum Canonistarum, ad quos pertinebat notitia principiorum. Hac sane ratione Carolus aliquæ horum temporum Episcopi, ingenti pietate, nec dispari eruditione, in Ambrosii, Augustini ceterorumque Patrum veltigia insistentes, uno eodemque sunt tempore, & Ecclesiæ Theologi, & Scripturarum Canonumque interpres. Eo prorsus consilio Ecclesia Christi postrema hac ætate in Universitatibus thronum velutum quendam sublimem excitavit Scripturæ, Theologæ, & Juri Canonico, ex quibus una sacra conflatur disciplina. Mitto cetera doctrinæ Gerlonii suprapositæ capita, ne longius excurrentum mihi sit. Digna sunt planea & eruditio & pietatis Gerlonii documenta.

XIV. Jus Civile Clericis usque adeo non consentit, ut Petrus Bleensis, qui ejus encomium texuerat, rem tandem judicari plenam discriminis (6): Res plena discriminis est in Clericis usus legum: addideritque abjectum illud fuisse a Chrysostomo, ut primum se Clericatu innexuit; totum quippe illud hominem depositare, cum totus a Deo uno pendere, unus uni vacare, debeat Clericus; professionem denique legum iam non esse nisi avaritia instrumentum: Hodie soli avaritia militant Patroni causarum. Alibi vero dolet vehementer (7), male contritum sibi tempus illud periisse, quod studio legum infumperit, quo mallet divinæ legis castas delicias degustasse: Dicant Legistæ, quid illis ad salutem anime conferunt illæ Principum leges, quibus ego infelix aliquando militavi. Unus est Rex, & illius vera est lex, &c.

Studebat tamen Legum peritiae Thomas Cantuariensis Episcopus, & mox Martyr, nec illum inde avocavit Joannes Salisberiensis, nisi eo tempore, quo persecutio infrenabat, & alia vel arma quærebat, vel levamenta. Auctor vita Tarasii apud Su-

rium

(1) Acta Eccl. Med. pag. 476.

(2) Giossanus L. 8. c. 29.

(3) Baron. an. 1165. n. 2.

(4) Inq. II. Regest. 10. Ep. 39.

(5) Gerson. T. 2. p. 833. & T. 4. p. 17. 65. 79. 375.

(6) Ep. 9. 26.

(7) In lib. Job. c. 2.

sium (1), scite observat inclytum hunc Constantinopolis Patriarcham, cum Juris civilis Canonicique consultissimus esset, utramque eam peritiam opportunissime accommodasse ad fidelium mutuas lites componendas. Scripsit ad Patavinum Episcopum Lucius Papa, ut causas definiret ex Legum, Canonumque Decretis, cum mutuam sibi lucem Leges Canonesque refundant (2): *Quia sicut leges non deginantur sacros Canones imitari; ita & sacrorum statuta Canonom, Principum constitutionibus adjuvantur.*

Honorius III. edita Decretali *Super specula* fatetur & ipse leges Canonibus præsidio esse (3): *Licet sancta Ecclesia Legum secularium non respuat famulatum. Si vero idem Pontifex ibidem prohibet, ne Parisis, vel vicinis in urbibus Juris civilis publicæ prælectiones fiant, id totum eo pertinet.* 1. Quod Gallia Romanorum Imperatorum Legibus non uteretur: *Quia in Francia & nonnullis provinciis Laici Romanorum Imperatorum Legibus non utuntur.* 2. Quod causæ omnes Ecclesiasticæ per Canones terminari possent. 3. Quod cetera studia decurtanda essent, ut plenius sacrae Theologie instruantur.

Sanxit Innocentius IV. (4) ut in Curia Romana esset semper Schola utriusque Juris: *Ibidem vigeat studium Juris divini & humani, Canonici videlicet & civilis.* Joannes XXII. in annos alios septem prorogavit Universitati Bononiensi privilegium, quo ad decennium eam donaverat Clemens V. (5) ut Clerici omnes, exceptis Episcopis, Monachis & Presbyteris, Juri Civili & Medicinæ operam navare possent.

XV. Hinc liquet Pontifices Romanos nunquam ipsas per se se averatas esse Leges civiles. Sed illud certe simillimum veri est, quandiu Germaniæ Imperatores, ac præ ceteris Friderici, inani ea se spe vanaque jactantia lactavere, se Orbis dominos, se Reges esse Regum, cuius rei argumentum inde exprimi venditabant, quod Legibus Romanis toto orbe assurgetur: Pontifices diutissime cum his Imperatoribus conflictatos, quin & Reges illos, quibus illa displicebat Imperatorum supra Reges imaginariaj jurisdictionis jactantia, non nihil depressisse aliquandiu, aut summovisse

studia Legum. Ex Decretali Honorii III. id quidem jam emicuit. Sed & remicabit rursus ex Constitutione Innocentii IV. ad Occidentales Episcopos omnes, præterquam Germaniæ, missa. Ibi conqueritur Pontifex, quod avaritiae & ambitionis facibus incensi Clerici, in Legum studia se demerserint, ceterarum disciplinarum immemores, Theologiaz proflus incuriosi: *Ut ad præfens de divina scientia taceamus, totæ Clericorum multitudo ad audiendas seculares leges concurrit.* Verat porro, ne quid momenti ponatur in scientia legam ad Beneficiorum dispensationem, vel Dignitatum Ecclesiasticarum, denique cum lites inter Laicos finiantur non Legibus Romanis, sed locorum consuetudinibus per omnem fere Europam: *Præterea in Francia, Anglia, Scotia, Vallia, Hispania & Hungaria regnis causæ laicorum non Imperatoriis legibus, sed locorum consuetudinibus decidantur: cum causis Ecclesiasticis finera imponere debeant Canones; denique cum impedianter potius & obscurentur Canones, quam extrincentur & elucidentur per Legum scientiam, importunitate eorum, qui illa abutuntur: Et tam Canones, quam consuetudines plus confundantur legibus, quam juventur, præcipue propter nequitiam.* His omnibus præstructis vetat Pontifex, ne his in omnibus Regnis publica sint ulla Legum studia: cujus tamen rei arbitrium sit & summa potestas penes Reges cuiusque gentis: *Si tamen hoc de Regum & Principum processerit voluntate.* Hanc Constitutionem Pontificiam reperiire est in Additionibus ad Matthæum Paris, qui quam necessaria ea fuerit, declarat in Historia sua ad annum 1254.

Jam olim vero Alexander III. prohibuerat in Concilio Turonensi, ne Regulares Juri civili ediscendo, aut Medicinæ vacarent in Universitatibus (6): *Poſt votum Religionis ad Physicam, legesve mundanas legendas exire.* Nec enim probabatur Pontifici inanis illa cautio, ex qua Monachi curiositati suæ & ventozæ diſcursationi patrocinium quærebat, prædicio sibi leges fore ad controversias sedandas, Medicinam ad curandas ægritudines: *Sub obrentu languentium fratrum consulendi corporibus, & Ecclesiastica negotia fidelibus pertractandi.* Sed vel

(1) Surius die 25. Febr.

(2) Extrav. De novi operis renunt. c. 2.

(3) Extrav. De privileg. & excess. priv. c. 28.

(4) In Sexto. De privil. c. 2.

(5) Rain. ann. 1317. n. 16.

(6) Extrav. C. Non magnopere. Ne Clerici, vel Monach. c. 29.

vel hinc clarescit & Medicinam & leges in Universitatibus prælegi solitas, & potuisse Clericos utriusque sole studio addicere, quo soli Monachi arcerentur. Decretum hoc certe Alexandri III. dilatavit postea Honorius III. (1) ut non Monachi tantum his studiis interdercerent, sed & Archidiaconi, Decani, Præpositi, Parochi, Cantores, Personatus, Dignitates, & Presbyteri denique omnes; ceteris Clericis inferiorum Ordinum pristinam retenturis libertatem utriusque studii frequentandi: *Hoc extendi volumus ad Archidiaconos, Decanos, &c. Presbyteros, &c.* In eum autem scopum collimabat hoc additamento Pontifex, ut studio & contentione majori Theologicas disciplinas amplexarentur: *Quia vero Theologia studium cupimus ampliare, ut dilatato sui tentorii loco, &c.* Itaque privatim cuique fas est Legibus vacare; & quod ad Diaconos attinet, Congregatio Concilii declaravit, dum civili Juri navabant operam, ut eius ope expeditiores & paratores venirent ad Jus Canonicum, proventibus Beneficiorum suorum fraudari eos nihilo plus debere, quam si Theologia, aut Juris Canonici scholas sectarentur (2). At Presbyteris nunquam facta est copia studendi Juri civili, quoquaque prætextu Canonum expeditius exinde perlegendorum.

Gratianum ipsum ferunt, postquam Decretum suum consarcinasset, dicassetque Eugenio III. eidem persuasisse, ut illud prælegi juberet in Universitate Bononiensi, institueretque gradus eosdem Baccalaureorum, Licentiarum & Doctorum, ut pervagatum jam erat in Jure civili, qui gradibus quinque secernebantur pro modo peritiaæ sua (3). Bononiæ Galli ipsi prima tunc ponabant rudimenta Juris civilis, ut patet ex Epistolis Petri Bleensis & Stephani Tornacensis.

Anno 1150. proscriptæ sunt leges civiles ab Anglia Stephani Regis Edicto (4). Illud refert Joannes Salisberiensis exulcerato proorsus animo: *Ne quis etiam libros retineret, Edictum prohibitem est.* Auctor est Petrus Bleensis (5) suo ævo Legibus & Decretis perdiscendis docendisque dicatas suisce scholas: *Cum biennium in Legibus & Decretis expenderis, &c. Qui interrogant, interrogent Parisios, ubi officium quæficio-*

*num nodi intricatissimi resolvuntur.* Idem testatur Rigordus ad annum 1209. sub Imperio Philippi Augusti: *In diebus illis studium litterarum florebat Parisis, &c.* Cum in ea civitate de questionibus juris Canonici & Civilis, & de ea facultate quæ sannidis corporibus & sanitatis conservandis scripta est, plena & perfecta inveniatur doctrina, serventiori tamen desiderio sacram paginam & questiones Theologicas decabantur. Hinc non absurdè conjicitur interpellatum a Rege Franciæ Honorium III. vetuisse, ne jus Civile Parisis prælegeretur in posterum: cum Innocentius IV. in reliqua Occidentis fere regna eandem prohibitionem ampliav, professus sit tamen totum esse in Regum potestate. Adde quod Philippus Pulcher in instituenda Aurelianensi Universitate, & Juris Civilis Professoribus ibi designandis, contestatus sit Romanas & Imperatorias leges auctoritatis esse per Gallias omnino nullius. Nec silleri bic debet quod animadvertis A Costa (6), Tolosæ Comites & Aquitanæ Duces, quo se fidentius absolutos a jugo Regum Galliæ declararent, id affectasse legibus ut potius Romanis & Juri scripto se suasque ditiones subjecerent.

Non poterit hæc de Jure Civili disceptatio nostra aliena a proposito nostro videri, aut quasi quardam aberratio a via quam insistebamus: cum necessario suscipienda nobis fuerit Ecclesiasticæ defensio disciplinæ, quæ Juris Civilis studia & magisteria, prælectiones & gradus in Ecclesiasticis scholis approbavit, hisque gradibus aditum pandi voluit ad præclarissimas Ecclesiæ dignitates. Quasi enim in desuetudinem abiisset Constitutio Innocentii IV. quæ verabat ne Juris Civilis peritia adminiculo cuiquam esset, ut Beneficia consequeretur: Leo X. in Concordatis cum Rege Galliæ Francisco, & Concilium ipsum Lateranense (7) anno 1516. statuerunt septennio Doctores vel Licentiatos Juris Canonici, vel Civilis, vel Medicinæ posse vim sibi munire ad Beneficia.

Hæ vero Juris Civilis vicissitudines, conferendæ utique sunt in ipsis temporum & rerum alternantes & inconstantes semper vires. Applaudebatur ferventibus studiis legum, eo quo primum tempore ex erupe- runt

(1) C. Super specula. Ibid.

(2) Fagnan. in L. 2. part. 2. p. 436.

(3) Hist. Univers. Paris tom. 2. p. 255.

(4) De Nugis Curial. l. 8. c. 22.

(5) Epist. 19.

(6) A Costa Decret. I. i. Tit. 30.

(7) Seff. M.

yunt e tenebris , quibus per plura saecula insepulta fuerant . At ubi mox hinc frigescere visa sunt Theologica studia , quod ad Legum Jurisque Civilis Splendorem conversi essent omnium oculi , animique , tunc vero modus adhiberi coepit novæ huic & contentiose Legum palæstræ . Vel ipse Syndodi Leges lectitari probavere , dum hinc lux Canonibus arcesceretur . Et cum hinc aucupari litium & rixarum semina cœpere , accepta est & auctoritas detrahi ei peritiae , qua homines ambitiosi & cupidi Reipublicæ pacem concutiebant . Denique Legum Romanarum gloria adversarios passa est , quandiu habuit & Imperatores & Imperatorum adulatores Jurisconsultos , qui ex ea insidiabantur aliorum Regum summae & uni summo Deo obnoxia potestati . At ubi temporis diuturnitate conticuit hæc inanis adulatorum iactantia , Juris Civilis & Canonici tantum non æquati sunt honores , æquatae prærogativæ .

XVI. Medicinæ , quamquam rei dissimilatimæ , simillima tamen sors , & eadem serie fortuna fuit ac Legum . Unde & huc aptari possunt , quæ de Legibus dicta sunt . Clarissimi olim sanctissimique Episcopi hanc quoque disciplinam delibaverant . Beatus Fulbertus Carnotensis Episcopus suis ipse in Epistolis (1) prodit probe versatum in ea se fuisse , & complura a se amicis medicamenta ad varios morbos solita missitare . Id ipsum de Ivone Carnotensi Episcopo constat , & de beato Lanfranco Archiepiscopo Cantuariensi (2) . Non iuraria videri possit eos Medicas quoque artes hauiisse , studium dum decurrerent Artium liberalium , maxime autem dum Physicæ , seu Philosophiæ operam darent . Non semel enim haec tenus observari potuit in Canonibus , vel Decretis , quæ supra laudavimus , *Physicæ* nomine Medicinam indigitari . Porro ante Ordines sacros his disciplinis incumbebant . Audi quid referat Ordericus Vitalis ad annum 1059. de Rodulpho Monacho qui laudem non mediocrem adeptus erat inter Medicos Salernitanos , toto orbe longe clarissimos : *Ut in Grammatica & Dialectica , in Astronomia quoque nobiliter eruditus est , & Musica . Physicæ quoque scientiam tam copiose habuit , ut in urbe Salernitana , ubi maxima Medicorum schola ab antiquo tempore habentur , neminem in medicinali arte*

*Thomas. Tom. IV.*

præter quandam sapientem matronam sibi patrem inveniret . Ita in orbe liberalium Artium , quem tunc solemniter juvenes decurabant , Physica Medicinam complectebatur ; & huic si Clerici dedebant compluscui , seu cupiditate incitati , seu ægrotis succurrenti caritate . Auctor idoneus Petrus Aurelius affirmat (3) non ita pridem in Parisiensi Universitate Professores omnes , etiam Medicinæ & Juris , Clericalem vitam professos fuisse & continentiam ; nec ejus fibulæ relaxationem impetrasse Medicos , nisi eo tempore quo Cardinalis Tuttiavillanus , anno nimis 1452. reformandæ inclytae huic Universitati vacavit . Anno 1534. idem tentatum est a Doctoribus Decreti , incaustum ; quod consecuti sunt tamen non multo post , anno nempe 1552. Senatus Parisiensis suffragatione , & Romani Pontificis indulgentia . Non repeatam , quod dixi , ex Concordatis , perinde ut prius Pragmatica sanctione , Medicinæ peræque ac Juris Civilis & Canonici gradibus ad Beneficia veniri . Petro Aurelio assentitur vir doctissimus Hallerius (4) ; additque Doctores Juris Canonici , Professores Artium & Medicinæ Clericatu initiandos fuisse ; qui conjugati essent & bigami , nullo etiam nunc posse munere fungi in Universitate ; affuisse se cum bigamis in Facultate Artium controversia fieret de jure suffragii . Illa vero coelestis vocatio , qua duce & auspice necesse est ad Clericatum & ad Beneficia perveniri , nihil præ se ferre viderur , quod sociari non possit cum gradibus & professione ipsa Medicinæ . Qui enim ad Beneficia quæpiam his gradibus attigissent , possent utique etiam inter Clericos virtutum laude florere , si animum adducerent ad vitam Beneficiorum quidem fructibus tolerandam , artem vero Medicinæ pauperum usibus gratis dicandam ; ut quæ plerumque immoderata servit terrenarum opum cupiditati , coelestium uni caritati famularetur .

K k k

De

(1) Ep. 10. 47. 113.  
(2) Epist. 257. Epist. 46.  
(3) T. 1. p. 166.  
(4) De Hier. p. 86.

## De Scholis &amp; Universitatibus.

## C A P U T X C I I . P . 1 . L . 2 . C . 1 0 .

**D**e eadem ignorantiae irregularitate . De Scholis antiquis per quinque priora Ecclesiae saecula .

I. *De Schola Alexandrina* . Ejus antiquitas . Qui viri , que studia in ea claruerint?

II. *Humanarum disciplinarum contagio Orientem pessum dedit* . Quo ibi ardore in Litteris sacris defudarentur De Doctoribus ruris .

III. *De Schola Edeffena* .

IV. *Summi quique Principes filios imputabes Clericis educandos instituendosque commendabant* .

V. *Ut littere humaniores Scripturis sociarent , immo ancillarentur* .

VI. *Studia Scripturarum & Patrum prescribit Hieronymus Monachis , Monialibus & Fidelibus laicis* .

VII. *Litteris profanis addici homines Deo sacros molestissime patiebatur* .

VIII. *Eas adolescentibus indulgebat* .

IX. *Pamphili Martyris & Augustini Bibliotheca* .

X. *Memorandum Beatae Macrinae & Gregorii Nysseni exemplum* .

XI. *Commendatissimus servor ad sacras Litteras . Quam afflictum dolendum , si totus adolescentia flos in solis secularibus litteris male conteratur* .

XII. *Quis essent prioribus saeculis Ecclesiae Latina Doctores & Episcopi si erant , Presbyteri , Diaconi : An etiam ex Laicis aliqui ?*

XIII. *Catechistæ ipsi , seu Doctores Catechumenis instituendis praefecti , Episcopi erant , Presbyteri & Diaconi* .

XIV. *Quos Doctores commendavit Apostolus Episcopis ?*

XV. *Episcopi ipsi Catechumenos instituebant . Catechistæ ex aliis Ordinibus informabant . De Presbyteris & Doctoribus vicorum ruris in Ægypto* .

I. *S*Cholæ illæ Italicae , quas supra cursim perstrinximus , & in quibus Clerici fingebantur , ut antiquæ fuerint non

tamen omnium antiquissimæ . Attigimus obiter aliquid de Alexandrina Schola , cuius alumnus primo , & lumen fuit Athanasius . Sed ab origine ipsa res altius repetenda nunc nobis est . Pantænus quidam , Eusebio teste , eam rexerat Scholam , sed ea Pantæno longe antiquior erat ; porro Litterarum ibi maxime sacrarum seruebant studia , & miros in eis progressus in dies faciebant . Audiens Eusebius ipse (1) : Per idem tempus fidelium Schola præcerat vir doctriña causa celeberrimus Pantænus , quippe jam inde a priscis temporibus sacrarum Litterarum schola in ea civitate fuerat instituta quæ quidem nostra adhuc etate perseverat . Ubi notanda hæc maxime verba , eam fuisse sacrarum Litterarum scholam , bidoxus avtor tñi ἡγεῖται λόγων . Addit Eusebius eodem ibi tempore Clementem Alexandrinum Scripturarum eruditio floruisse , & Pantæni ante magisteriis imbutum fuisse , quam aliorum Magister fieret . Claruere potea in ea Ammonius & Origenes , magna nominis fama , majore virtutum gloria . Origenes Catechumenis imbuendis primum præfectorus fuerat (2) : Institutio Cathecumenorum ipsi soli mandata fuerat . Successerat enim Clementi , magistro discipulus : Clemens quo Pantæno successerat , apud Alexandriam Cathecumenorum institutioni adhuc præcerat , adeo ut auditor ejus etiam cum puer fuerit Origenes . Tanti sub munera pondere genuit Origenes ; utque posset paulo largius eos haurire sacrae Scripturarum doctrinæ latices , quibus abunde & jugiter irrigandas ei erant aures mentesque , tum Cathecumenorum , tum fidelium , locum sibi adscivit Heraclam , cuius curæ rudiiores commisit ; proverbiis sibi ipsi ulterius provehendos servavit (3) : Divisa omni Auditorum multitudine , Heraclam ex familiaribus suis diligens , vitrum rerum divinarum studiosum , & aliquis doctissimum , nec expertem Philosophia , in docendi officio locum sibi atque admistrum adjunxit & huic quidem institutionem eorum qui primis adhuc imbuuerentur rudimentis mandavit , sibi vero perfectiores docendos reservavit . Cum vero Origenes ab Episcopo Cælare Presbyter ordinatus fuisset , & ex praescripto Canonum ei deinceps ad exitum usque vita Episcopo affixus esset , in Heraclam unum totam transmisit Alexandrinæ Schole Præfecturam . Sed cum Demetrius Alexandrinus Episcopus e vivis ex-

[1] L. 5. c. 10. II.

[2] L. 6. c. 3. L. 6. c. 6.

[3] L. 6. c. 15.

excessisset non multo post, illi quidem in Ecclesia ea successor datus est Heraclas, ipse vero in Schola sua successorem nactus est Dionysium, ut auctor est Hieronymus, qui eam *Catecheson scholam* appellat (1). *Dionysius Alexandriae urbis Episcopus sub Heraclia Scholam* Presbyter tenuit. Origenis quoque discipulus fuerat Dionysius, & Heraclæ in Episcopalem Cathedram posseua successit, sicut & prius in Catechetica. Non alius eo anno doctrinæ laude clarior quisquam fuit, quam & evulgatis pluribus libris pro variis Ecclesiæ necessitatibus prodidit. Memoranda præ ceteris damnatio Nepotis Schismatici, quem in Synodo protcripsit Presbyterorum, & eorum Doctorum, qui per vicos sparso, fidelibus sacram instillabant doctrinam (2): *Convocationis Presbyteris & Doctoribus, qui per singulos vicos fratribus predicabant*. Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis Pierium præstantissimum eruditissimumque Presbyterum præfuisse & ipsum ait Scholæ Alexandrinæ sub Episcopo Theona. Theodoreto referente, Arius Presbyter demandato sibi in ea munere interpretandæ & elucidandæ Scripturæ, infanda mox simulatione incensus, ob prepositum sibi in Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopatu Alexanderum, eam commentus est hæresin, quæ & ejusmodi patris, & superbæ matris proles esset non degener. Vult etiam Socrates, Didymum illum doctrinæ libertate & fama notissimum Scholam Alexandrinam ipsum quoque aliquandiu administrasse.

IL. Plura dicemus, ubi in his pauca quædam observata fuerint. 1. Sola fere Scripturatum studia viguisse in Alexandrina hac Schola, cui ceteras Christiani orbis Scholas attemperatas deinceps fuisse perquam probabile est. Fores aperuit inopinus Origenes errorum colluvioni, cum humanas disciplinas catervatim eo invexit (3): *Discipulos acutioris ingenii ad Philosophiam introducet, Geometriam illis tradens, & Arithmeticam, aliasque prævias disciplinas: inde ad varias Philosophorum sectas eos perducens, &c. Hebetorum multos ad humaniorum artium studia hortabatur, &c.* Hæc Eusebius, plurimus semper in laudes Originis: sed res ipsa vociferatur, illa ab origine manasse errores omnes, quibus ille se primum, post & innumerabiles alios im-

mersit. Ex hoc enim immodesto conjugio Theologiz Christianæ cum Philosophia Platonica ebulliere illi tandem errores complarimi, quos cum auctore suo Origene Ecclesia poltea confixit. 2. Fuerat Pantænus Indiarum Apostolus, inde ad Scholam Alexandrinam redierat. Clemens Presbyter fuit Alexandrinus. Origenes Presbyter ordinatus fuit a duobus Episcopis, quos remorari non potuerat scrupulus ille, in quo hærebat Demetrius, cui molestiam non creabat nisi ea quam in seipsum Origenes exercuerat saevitiam. Heraclas & Dionysius Presbyteri fuere, Catechistæ, & Professores famosissimæ ejusdem Scholæ, ac denique Episcopi Alexandrini. De Alexandro, de Episcopali ejus Schola, & de Athanasio ejus discipulo & successore aliud supra perstrinximus. Mere ergo Ecclesiastica & Clericalis erat hæc Schola: simillimum quoque veri est, non Catechumenos tantum & fideles, sed & Clericos in ea pro suo quenque modo institutos fuisse. Denique hujus Scholæ gradibus ad Beneficia, ad Parochiales Ecclesiæ, ad ipsam Alexandrinæ Episcopalem sedem concendebatur. 3. Vacuus forsitan & subalienatus ab humanis litteris animus, tanto vehementius ad divinas inflammescet, & pro ardore erant incrementa. Ex eodem Eusebio exempla depromam duo. Inter illustres Palæstinae Martyres admiratione potissimum fuit Valens Ecclesiæ Hierosolymitanæ Diaconus: cui venerationem non sola canities, sed Scripturarum maxime ardens amor, jugisque meditatio, quas & ita memoria insculperat, ut ex tempore recitaret, quocunque demum ex libro, ac si ex libro legisset (4): *Eas usque adeo fidei memoria completebatur, ut nihil omnino interesset, an ex codice legeret, aut cujuslibet Scripturæ integras paginas memoriter recitaret.* Fuit & inter eos Martyres Joannes, memoriter recitare solitus Scripturæ libros in Ecclesia: jamdiu enim oculis orbatus erat, & divinas paginas tam alte, tam fide inscriperat immortalibus tabulis mentis suæ, ut per singulos libros, per singula capita, quod quicunque vellet hoc recitaret: *Quippe qui totos divinas Scripturæ libros, non in lapideis tabulis, nec in membranis, sed in carneis tabulis, in anima scilicet candida, & in purissimo mentis lumine perscriptos habuerit.* Id quidem Eusebius

K k k 2

(1) L. 6. c. 26. 29. 35.

(2) L. 7. c. 24. Theodor. l. 1. e. 2. Socrates.

(3) L. 6. c. 18.

(4) L. de Mart. Palæst. c. 11. 13.

bius testatur se ipsum expertum esse , & vix tum demum id se credere potuisse, antea autem ne vix quidem . 4. Erant & in oppidis vicisque Doctores . διδασκάλες τοῦ ιεροῦ νέκους αἰτοῦντες . Edixit Vaisonense Concilium , ut Parochi ipsi juniores Clericos addoceant : at in Ægypto præter Presbyteros , seu Parochos , erant ruri in Parochiis Doctores . 5. Erat porro non mediocris eruditionis copia agrestium hujusmodi Doctorum , cum Episcopus , & quidem Dionysius Episcopus omni doctrinæ genere refertissimus , eos consuleret ad novellæ hæreseos condemnationem . Diximus alibi a Syricio Papa damnatum fuisse Jovinianum in Cleri sui conventu , Facto Presbyterio . Is suit usus Pontificum Romanorum per hæc priora quinque secula . Clerus Romanus cum Pontifice , sub Pontifice Ecclesiam administrabat , & addiscebat , insuecebatque eam post illius mortem pro Pontifice administrare . Nec ab his dissidebant aliarum mores Ecclesiæ . Quo siebat , ut aurea hac ætate non posset non mira & copiosa esse Clerus eruditione .

III. Collaudat aliam quoque Theodoretus in Historia Scholam , quæ non assequeretur quidem , et si sequeretur Alexandrinæ Splendorem ; sed ex qua apertius forsitan fieri , quibus tandem studiis fideles tum , maxime autem Clerici curam suam industriamque conferrent . Piissimus Presbyter Edessenus Protagenes ludum aperuit , ubi pueros edocebat per compendiarias notas scribere , concinere Psalmos , meditari & memorizare mandare Scripturas (1) : Protagenes vir admirabilis ludum aperuit , & pueris docendis operam dedit , atque eos non modo exercuit ad celeri manu scribendum , verum etiam sacra Dei eloquia edocuit . Nam hymnos Davidis tanquam dictata illis proposuit , & eas Apostolica doctrina sententias , quas eorum ingenii accommodatas putabat , ediscendas tradidit . Eiusmodi erat Protagenis Edessena Schola . Διδασκαλεῖσθαι , τελευτὴν . Hinc augurari fas est , quæ ab ordinandis eruditio desideraretur . Celeberrimam sane hanc Edessenam fuisse Scholam , vel ex ipsa ejus ruina conjectura duci potest . Ait enim Theodoretus Lector (2) , eam Persidis Academiam appellatam fuisse , & in ejus excidium conspirasse Zenonem Imperatorem , Nestorii & Theodori Mopsuesteni veneno & furore insanientem . Eusebium Emesse-

num Episcopum testatur Socrates (3) ab incunabulis imbutum fuisse litteris in schola Edessenæ urbis , quæ illi patria erat , humaniores indidem hauiisse litteras , sed tandem reversum esse ad Scripturas sacras submagisterio Eusebii Casariensis Episcopi , & Patrophili Episcopi Seythopolitanæ . Suffragatur & Sozomenus , qui illud quoque ipsum addit Edessa in more positum fuisse (4) : Ab ineunte ætate ut mos patrius fert , sacris in Litteris educatus , deinde disciplinis humanioris litterature institutus , postea Eusebio , Pamphilo & Patrophilo interpretibus & magistris suis sanctos Scripturæ libros , exquisitus perdidicit .

IV. Dum Juliani Apostata infantiam exequitur Sozomenus idem ipse , illum ait ut Christiani ortum parentibus , Ecclesiæ more initiatum statim fuisse sacris Litteris . Præceptoresque habuisse tum Episcopos tum Clericos alias (5) : Ex piis & religiosis parentibus ortus , & ab ineunte ætate ut ritus Ecclesiæ postulat , initiatus , sanctas Litteras didicit , & in eiusdem ab Episcopis , & ab aliis viris Ecclesiasticis fuit educatus . Eadem fuerunt & Galli initia , germani ejus ; atque ambo Clericatu inscripti sunt , ac Lectores ordinati : Ut in numerum Cleri inscriberentur , & Ecclesiasticos libros populo tegerent . Narrat Socrates (6) Marianum Presbyterum secta Novatianorum , Grammaticam tradidisse duabus Valentis Imperatoris aliabus .

V. Hinc vero liquidum est , eti primas semper tenerent sacræ Litteræ , non profus tamen conticuisse humaniores disciplinas . Scriptor Græcus & pervertitus vita Gregorii Nazianzeni ait , quanquam a pienissima matre Deo consecratus esset statim ac natus immo antequam conceptus fuisset : nihilo tamen remissius infundatum ab eo esse postea Grammaticæ , Rhetoricæ , Philosophia , Medicinæ , Musicæ , Geometriæ , Astronomiæ , donec annum ætatis sua trigesimum attigisset , quando sacro fonte initiatus statuit humanis posthac illis omnibus subducere se disciplinis . Comes illi studiorum fuerat Basilius , fuit & ad pium secundum dux . Hec olim saeculi , mox Cleri duo lumina , spoliis Ægypti Ecclesiam locupletarunt , hoc est , secularibus omnibus disciplinis : cumque postea Julianus Apostata addoceri a Christianis vetuit litteras Græcas ,

(1) Hist. l. 4. c. 16.  
(5) L. 5. c. 2.

(2) L. 2.

(3) L. 2. c. 6.  
(6) L. 2. c. 9.

(4) L. 3. c. 3.

cas, tantam omnis generis lucubrationum sylvam suo ex penu ejecit Gregorius Nazianzenus, nil nisi pium & religiosum redolentem, ut eam jacturam cum fœnore se plurimo resarisse fideles gratularentur. Agit Palladius (1) in vita Chrysostomi de Philippo Monacho atque Presbytero Scholarum, affectuarum & defensorum Chrysostomi non postremo.

VI. Non is erat Hieronymus, qui Clericis aliarum quam sacrarum Litterarum copiam ficeret, aut qui non eas illis vehementer inculcaret: cum iisdem urgeret in cumbere non Monachos tantum, aut Moniales, sed fideles ipsos & matronas. De Hilarione hoc affirmat, post Orationes & Psalmos frequentissimum ei fuisse otii pie & suavissime consumendi modum, ut arreto in Deum animo Scripturas, quas tenebat memoriter, usque recitaret (2): *Scripturas quoque sanctas memoriter tenens, post Orationes & Psalmos, quasi Deo presente recitabat.* Ubi Lætam necessariis instruit præceptis ad filia institutionem adhuc tenellæ & infantis, non in alias prius voces solvi juber linguæ ejus vincula & balbutiem, quam in nomina Patriarcharum & Prophetarum, atque Apostolorum; usque a teneris infuerter orationi lectionem, lectioni orationem contexere: *Orationi lectio, lectioni succedit oratio.* Psalterium primo ediscat: tum ad libros Salomonis & Jobi gradum faciat, denique ad Evangelia, quæ de manibus nunquam ponat (3): *Ad Evangelia transeat, nunquam ea positura de manibus.* Inde ad Acta, & ad Epistolas Apostolorum; quo cursu consecuto, accederet ad Prophetas, ad Pentateuchum, ad ceteros dein Scripturarum libros, quibus tam pura veritatis, & caritatis cœlestis flamma in ejus corde accendatur, ut tuto possit ad Canticum Cantorum accedere. Sacerdotum denique Patrum opuscula voluntari terique vult Hieronymus a piis & religiosis pueris ea assiduate, quæ nostris his temporibus admirationem creare posse: *Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasi Epistolas & Hilarii libros inoffenso decurrat pede.* Illorum tractatibus delectetur & ingeniis, in quorum libris pietas fidei non vacillet. Eadem monita insurribat & Christi Virgini Demetriadi (4): *Statue, qnot horis sanctam*

*Scripturam ediscere debeas. Et sanctissimæ Viduæ Furie: De Scripturis sanctis habeto fixum versuum numerum: istud pensum Domino tuo reddre. Nec ante quieti membre concedas, quam calathum pectoris tui hoc subtegmine impleveris. Post Scripturas sanctas Doctorum hominum Tractatus tege, eorum dumaxat quorum fides nota est.* Hanc studiorum Scripturæ normam Monialibus suis præscripsit beata Paula (5): *Nec licet cuicunque sororum ignorare Psalmos, & non de Scripturis sanctis quotidie aliquid disceere.* In his omnibus locis par Hieronymo cura, & exitiales proscripti libros, & eos inculcandi, ex quibus Christianæ pietatis odor exhalaretur.

VII. Gentilitias vero litteras cum accuratissime olim in ipso juvente flore perdidisset Hieronymus, nec tenaci memoria eas excutere tam facile posset, quam olim mandaverat, hinc stillabat in ejus calamum & lucubrations exinde aliquid, unde insidiatus est illi calumniamque struxit Ruffinus, quasi sacramentum, quo olim se in somnio obstrinxerat, infregisset. Illum hoc responso retulit Hieronymus (6), quæ a teneris unguiculis memoria inhaerent, ea ne senio quidem quandoque exolescere posse: quod sibi objectaretur perjurium, tam faciendum esse, quanti somnium: somnio autem abuti ad criminandum quenquam, hominis esse, qui tam nullius esset frontis, quam judicij: *Hac dicerem, si quidpiam vigilans promissem. Nunc autem novum impudentia genus, objicit mihi somnum meum.* Et alibi: *Magno criminis reus sum, si puellis & virginibus Christi, dixi seculares libros non legendos, & me in somni commonitum, promisisse ne legerem.*

VIII. Ceterum qui profanorum Scripturarum lectione tam anxie Religiosos & Deodicatos homines interdicit Hieronymus, juvenes ab ea nequaquam deterret, quod inevitabile reor id malum existimaret, & quod longe uberior illud compensaret utilitas. Si quis vero Episcopus profana hac profanorum puta Poetarum lectione oblectaretur, in hunc Hieronymus quadam styli atrocitate vide ut seviret (7): *At nunc etiam Sacerdotes Dei omisisse Evangelii & Prophetiarum videmus comedias legere, amatoria bucolicorum versuum verba canere, tenere*

(1) Cap. 20.

(2) In vita Hilar.

(3) Ad Lætam De instit. filiæ.

(4) Ad Demetr. de virg. ser. Ad Furiam de viduit. ser.

(5) In Epitaph. Paulæ.

(6) Apolog. adv. Ruff.

(7) Epist. ad Dam. to. 3.

nere Virgilium ; & id quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis.

IX. Quid Clericorum, quid Episcoporum modestæ curiositati indulgeri debeat, prodidisse videbatur Pamphilus Martyr, Scriptorum Ecclesiasticorum coacervata suppellectile, instructaque Bibliotheca, minori numero & parciori sumptu, sed majori delectu & pretio, quam Demetrius olim Phalereus, & Pisistratus Gentilium monumenta vngesserant (1) : Cum Demetrium Phalereum & Pisistratum in sacre Bibliotheca studio vellet aquare ; imaginesque ingeniorum, que vera sunt & aeterna monumenta, toto orbe perquireret. Hæc Hieronymus ad Marcellam. Fatetur Eusebius (2) Historiam se suam corrasisse ex iis scriptorum monumentis, que in Bibliotheca Ecclesiaz Hierosolymitanæ servarentur, cujus Alexander Epicopus fundamenta jecerat. Aperuit alicubi Augustinus ipse, quam cupido esset amplificandæ Bibliothecæ suæ (3) : Ut sint unde libri vel parentur, vel reparentur, Bibliothecam nostram adjuvare dignatus est. Eam Ecclesiaz Hipponealis fuisse Bibliothecam auctor est Possidius, & sollicite præceptum esse ab Augustino, ut postquam ipse excessisset, ejus cura ageretur (4) : Ecclesie Bibliothecam & omnes codices diligenter posteris custodiendos semper jubebat.

X. Macrinæ sororis suæ oculos testatur Gregorius Nyssenus Poetarum lectione contaminatos nunquam fuisse, nunquam sordidatam mentem incumbente in eam curam matre piissima, & ubi primum erexit e cunis, in manus tenellas dante Sapientiam Salomonis, ut venam limpidissimam sacram præceptionum : commendasse & ediscendum memoriter Psalterium, cuius cantu opera sua omnia condiret ac præveniret (5) : Studebat mater, ut filia erudiretur; sed non ita tamen externa disciplinarum serie, qua plerumque ex Poetarum lectione prima dissentium atas imbuitur. Turpe enim & indecorum proflus existimabat, &c. Proinde que ex divino Spiritu dictata Scriptura prima illi etatule faciliora aptioraque videbantur, discenda proponebat. Cum primis autem Sapientiam Salomonis, &c. Erat enim I[psalmorum] haudquaquam ignara, prefinitamque eorum partem statutis tem-

poribus percurrebat. Nam siue surgoret a lectulo, siue ad studia accederet, siue discederet ab eis; siue cibum sumeret, siue a mensa recederet, siue cubitum se conserret, siue ad precandum exurgeret, semper ut bonam, seque nullo tempore deferentem comitem, habebat Psalmorum canilenam. Educabatur Macrina ad conjugium, & hæc tamen erat ejus institutio, quod institutio nempe ea esset Christianæ puellæ. Eam formam fecuta est postea Macrina ipsa, in instituendo fratre suo Petro, & ab infancia Scripturis imbuendo, ut ne ad punctum quidem temporis respirare sineret ad profanas litteras. Unde & a teneris senilem penne sapientiam adeptus est Petrus, & proiectior, non tam Episcopatu illustratus est, quam virtutum gloria Episcopatum ipse illustravit : Paulo post ejus orum ab ubere nutricis sublatum, ipsa statim enutritivit, excellentique disciplina educavit; sacris institutis a puero ipsum erudiens, adeo ut nihil otii concesserit, quo posset studiis inanibus vacare.

XI. Docet alicubi Augustinus Antonium Scripturas tenuisse, quamvis litterarum esset rudis (6) : Qui sine ulla scientia litterarum Scripturas divinas & memoriter audiendo tenuisse, & prudenter cogitando intellexisse predicator; usque adeo anxie fatigebat Antonius, ut essent semper, qui libi sacros Codices lexitarent, ut eos jugi meditatione concoqueret, ut memoria inculcaret. Addit rursus idem sanctus Pater captivum quandam Christianum precibus Deo per tri-duum fuis exorasse atque impetrasse cœlestis intelligentiæ rivulum, ut divinas Scripturas legeret, qui legendi proflus ignorans haec tenus fuisse. Alibi vero Diaconum Catechumenis instituendis propositum ubi instituit Augustinus (7), edocetque qua via & ratione munere suo fungi debeat, illud diligentissime monet, ut compendio illis totam Scripturarum utriusque Testamenti historiam contexat, ponatque ob oculos, tum Christi mysteriis, tum morum regulis illustratam, depromptis nimirum opibus, que in iis latitant. Quin & suam idem ipsius vicem ex eo dolet, quod a puero nungamenti Poetarum & pene anilibus fabulis imbutus fuerit, cum initianda potius fuiscent præcordia & labia sua laudibus Creatoris

(1) Epist. ad Marcell. tom. 3.

(2) L. 6. c. 10.

(3) Epist. 264.

(4) Cap. ult.

(5) In vita sanctæ Macrinæ.

(6) De Doctr. Christ. l. 1. In Prolog.

(7) L. de Catechiz. rudibus.

toris Summi, Optimi, Maximi, & lectio-  
ne Scripturarum consecrandar (1). Itane  
atius non eras in quo exerceretur ingenium  
& lingua mea? Laudes tuae, Domine, per  
Scripturas tuas suspenderent palmitem cor-  
dis mei, & non raperetur per inania nu-  
garum turpis preda volatilibus. Non enim  
uno modo sacrificatur transgressoribus ange-  
lis. His omnibus Augustini testimonii pa-  
ter, nostræ prorsus dolendam nunc esse ado-  
lescentia sortem, quando flos primævus æta-  
tis, & studiorum primus impetus conteri-  
tur & detorquetur ad studia profanæ curio-  
sitatis reserta, inutilia, exitialia quandoque  
æternæ saluti: & non potius ad coelestia  
lumina veritatis ex divina Scriptura radian-  
tis, in quibus delicia sitæ sunt verissimæ  
præsentis vitæ, futurorum prægustationes,  
cum nusquam alibi sint nisi deliciarum lu-  
dibria & mera infonia. Confiteri porro  
videtur Augustinus, ne remedia quidem ei  
malo & dolori nostro querenda esse, ne  
remediis ipsis exasperetur. (2) Cum profa-  
nis & Gentilium litteris Julianus Apollonius  
Christianos abstinuit, arcuitque, gravissimo  
vulnere ab eo sauciataam rem Christianam  
fuisse sanctis Ecclesiæ Patribus persuasissi-  
mum fuit. De hoc argumento libellum scri-  
psit Basilius, *De legendis Gentilium libris*,  
ubi ait disciplinas sæculares instar habere  
foliorum, quibus ornantur arbores, inum-  
brantur fructus & muniuntur. Dolet ille  
alicubi (3), quod tantum temporis consum-  
psisset in Philosophia: quod tamen nos no-  
bis quidem perutile fuisse judicamus.

XII. In Ecclesia quoque Latina Tertul-  
ianus Doctores nobis aliquos ostentabit,  
quos tamen subvereor ne laici fuerint (4):  
Quid ergo si Episcopus, si Diaconus, si Vi-  
dua, si Virgo, si Doctor, si etiam Martyr  
baptus & regula fuerit, ideo hereses veritatem  
videbuntur obtinere? Ex personis probamus  
fidem, an ex fide personas? Inter specta-  
biles Ecclesiæ viros Doctores numerat, sed  
sejungit eos a Clero. Et infra: Si quid  
tibi videtur, vel ambiguitate pendere, vel  
obscuritate obumbrari, est utique frater ali-  
quis Doctor, gratia scientiæ donatus, &c.  
Poterat ex Tertulliano laicus dono scientiæ  
cœlitus impartiri: exemplo & ipse forsitan  
erat, utinam auspicato. Pantænus & Ori-  
genes laici adhuc Alexandriæ studiis pre-  
fuerant (5): sed & hinc Demetritus Episco-

pi querelæ, ut de re nova & inaudita. Et  
quanquam Episcopi Cæsareæ & Hierosoly-  
mæ, ad quos aculeatas ea de re litteras  
scriperat, rescripserint ei, ab Episcopis  
quandoque rogatos esse laicos doctrina sin-  
gulari præditos, ut ad fideliū cœtum ex-  
hortationis verba depromerent: certissimum  
est per pauca ejus rei ab iis exempla pro-  
ferri, nec in usum rem vocari posse. Quia  
& Leo I. Papa eam laicorum licentiam  
damnavit in Epistolis suis ad Maximum  
Episcopum Antiochenum, & ad Theodo-  
retum Episcopum Cyri: Ut præter Dominis  
Sacerdotes nullus audeat prædicare, sive sit  
Monachus, sive Laicus cujuslibet scientiæ  
nomine glorietur. Ne illos quidem Docto-  
res, quorum meminit Tertullianus, proba-  
bile est, publice in Ecclesia prædicasse.

XIII. Nec Cyprianus ipse tacuit de Do-  
ctoribus, quos in Clerum videtur coopta-  
se (6): *Opratum cum Presbyteris, Doctori-  
bus, Lectoribus, Doctorem audiendum con-  
stituimus.* Cum Optatum ornatet Subdia-  
conatu, curam ei mandaverat instituendorum  
Catechumenorum, qui Latine *Audientes* di-  
cebantur. Doctor ergo iste Catechumeno-  
rum Catechistes erat; & quanquam in or-  
dine esset Subdiaconorum, vel Lectorum,  
doctrina tamen sacra illum præcellere ne-  
cessa erat, cum eo aeo adulta, plerique  
etiam matura ætate baptizarentur, & inter  
Catechumenos locum haberent quandoque  
viri Philosophia & literatura sæculari in-  
structissimi. Sed quinam illi erant Cypriani  
Doctores, quos a Presbyteris segregat &  
Lectoribus? Diaconorum ea erant Officia,  
qua majorem doctrinæ copiam desiderarent.  
Officium porro Catechistæ, quod hic Cy-  
prianus Lectori, vel Subdiacono adsignat,  
quodque supra vidimus in Ecclesia Alexan-  
drina Presbyteris plerisque creditum, prox-  
mis post sæculis ad Diaconos traductum est.  
Majorum perhibet Opratus fuisse versa-  
tum in Schola Cæciliæ Archidiaconi: *In  
Diaconio Archidiaconi Cæciliæ.* Luculen-  
tissimum de catechizandis rudibus libellum  
scripsit Augustinus ad Diaconum Carthagin-  
ensem, qui informandis Catechumenis præ-  
fectus fuerat (7): *Peristi a me, frater Deo  
gratias, ut aliquid ad te de catechizandis  
rudibus scriberem, quod tibi usui esset. Dixisti  
enim quod sepe apud Carthaginem, ubi Dia-  
conus es, ad te sepe adducantur, qui fide  
Chri-*

[1] Confess. I. 1. 17.

[2] Theod. L. 3. c. 4.

[3] Ep. 70.

[4] De Pr.

[5] Euseb. I. 6. cap. 13.

[6] L. 3. Ep. 22.

[7] De Cat. Rud. I. 1.

*Christiana primitus imbuendi sunt, eo quod existimeris habere catechizandi uberem facultatem, & doctrinam fidei, & suavitatem sermonis.* Est autem pulcherrima ea ratio & via, quam hic praeit Augustinus erudiendi Catechumenos, ut vel hinc intelligas, quam non potuerit haec provincia demandari, nisi eximia eruditionis viris. Vult enim Augustinus Catechumenos edoceri compendiarie totam veteris & novi Testamenti historiam dispensationem, retegique quam omnia Christi mysteriis sint facta, omnia Christum spirent, Christum significant, promittant, representent: omnia aeternorum caritatem alpirent, ut unam omnium virtutum, nostrorumque in Deum officiorum medium. At Scripturas eo modo tenere, is vero eruditionis Theologicæ cumulus est. Quanquam enim non proponantur nisi Scripturæ, sancti tamen Patres, ut germani Scripturarum interpres, una implicantur. Ceterum cum ad catechistas accederent tum Gentilium quique peritissimi, tum ex hereticis omnibus sectis, & utriusque multa dedocendi, multa docendi essent a catechistis, hos utique necesse erat Ecclesiastica Traditionis & Patrum doctrinæ peritos esse. Scriptit Chrysostomus (1) ad Theodorum Diaconum, ut erudiendum illi commendaret juniorem Clericum ex Lectorum classe. Paulinus is ipse qui Ambrosii vitam edidit, se dum Lector esset, narrat operam dedisse Diacono Mediolanensi Casto, & sub eo litterarum tyrocinium posuisse. Narrat Chrysostomus cum abeslet Episcopos, cumque Presbyteri innumerabiles plebis turbas unius noctis spatio baptizarent, nec necessaria simul imbuerent doctrina, Diaconum quendam amicitia sibi coniunctum, ultro curam eam suscepisse, ut turmatim tingendos erudiret, centenos, vel ducentenos simul (2). Non pauci hinc Diacono invidiam fecere, quasi ambitioni suæ magis, quam caritati serviret. Qua maledicentia ille nihil quidem a proposito deteritus est. Sed paulo post cessatum est ab ea re. Itaque non publice tunc prædicabant Diaconi, sed privatim ad cuneos hominum verba faciebant, cum se dabant occasio. Auctor quoque Commentariorum in Paulum apud Ambrosium id ipsum observat: *Nec Diaconi in populo predicant.*

XIV. Erant ergo germanissimi Ecclesie Doctores Episcopi, Presbyteri & Diaconi,

quibus aptandus Cœsarangustani Concilii Canon (3): *Ne quis Doctoris sibi nomen imponat, praeter has personas, quibus concessum est, secundum quod scriptum est.* Si quis ex Laicis eo nomine donati sunt, si fuere singulare & inusitata prorsus eruditissima copia viri, qui admirationi magis esse possint, quam exemplo. Ulque adeo vero desperanda semper Laicis fuit ejus nominis gloria, ut solius Episcopi primario & principaliter ea sit propria, nec nisi precario, & liberali ejus concessione potuerit utcumque Clericis aliis eo inferioribus communicari. De Episcopo sanxit Paulus (4): *Oportet Episcopum esse pudicum, hospitalem, Doctorem.* De se ipso ut Apostolo & Episcopo dixit idem Paulus, *In quo positus sum ego PræDICATOR & Apostolus, Doctor Gentium in fide & veritate.* De Episcopis, ut Apostolorum successoribus, & primariis Ecclesiæ Pastoribus dixit: *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii.* Et alibi rursum: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores.* Hujusmodi Doctores, referente Luca, magno numero erant in Ecclesia Antiochena, & inter eos Barnabas, de quo non video qui dubitari possit, an fuerit Episcopus (5): *Erant in Ecclesia Antiochia Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas.* Certum illud & inconcussum prorsus est, docendi & prædicandi munus præ ceteris Apostolicum & Episcopale esse.

Suum sane Episcopi, sibique maxime proprium docendi & prædicandi officium esse demonstrarunt, cum Ariana perfidiæ temporibus Oriente & Occidente toto prædicatione Presbyteros interdixere, si certo tamen id constet. Minus probarunt aliqui, Presbyteros universim conticescere jussos; fraudarique Ecclesiam eo quem ex eorum doctrina demessisset fructu, doluerunt. At nemini dubium fuit, quin ea potestas penes Episcopos esset, concedendi, vel abnuendi, ne Presbyteri prædicarent. Ea certe prohibitiæ in Gallicana Ecclesia ultra annum Christi quingentesimum obtinuit, & a vero non abludit in causa fuisse Epistolam Cœlestini Papæ. Cum enim Presbyteri in Galliis Semipelagianorum errores dissemi-

(1) Ep. 155.  
(4) In c. 4. Ep. ad Eph. 2. Tim. 3. 2. 1. Tim. 2. 7. Eph. 4. 12. 1. Cor. 12. 28.

(2) Chrysost. hom. 46. in Acta.

(3) Can. 7.

(5) Act. 13. 1.

seminassent, rescriptit Pontifex ad Episcopos Gallicanos, cum docere & concionari propria sit & amplissima Epilcoporum dos & gloria, inconsultum esse, quod ab eis impune sinerentur Presbyteri tam audacter eo munere fungi: *Vestra dilectioni justius imputamus*, quando illi Presbyteri supra vos habent copiam disputandi. Legimus super Magistrum non esse discipulum; hoc est, non sibi debere quenquam ad injuriam Doctorum vendicare doctrinam. Quid illic spei est, ubi Magistri tacentibus, hi loquuntur, qui si ita est, eorum discipuli non fuerunt? Sciant se, si iamen censeantur Presbyterii dignitate, vobis esse subjectos. Quid in Ecclesiis vos agitis, si illi summam teneant predicandi?

XV. Quin & ipsum catechizandi munus penes Episcopos erat. Libelli Augustini *De Symbolo ad Catechumenos*, eas partes ipsum obiisse declarant. Per illos enim quadraginta dies qui solemnni Baptismi celebrationi praebant, ab Epilcopsis expiabantur & erudiebantur electi ex Catechumenis ii qui Competentes & Electi vocabantur, quod proximo festo Paschæ vel Pentecostes die in Occidente quidem essent baptizandi. Liber autem de *Catechizandis rudibus*, quod jam diximus, satis prodit dilertissimos quoque Catechistas ab Episcopis addidicisse artem & disciplinam Catecheticaem. Huc forsitan spectant illi apud Eusebium Catechistæ, ubi Dionysius Alexandrinus Episcopus, graffantes ut Millenarios, seu Chilias in Provincia Aegypti Arsinoitide compesceret (1), Convocavit Presbyteros & Doctores fratrum, qui erant in vicis. Κυριακής τὰς προσβούσες, καὶ διδασκάλες των εἰ ταῦς κόμαι κέλεψι.

**C A P U T X C I I I . P . 2 . L 2 . c . 2 6 .****De Scholis in Gallia a Clodovæo ad Carolum Magnum.**

I. *Schola a Concilio Vaisonensi instituta in adibus Parochorum ruri.*

II. *III. Schola in adibus Episcopaliis & in Monasteriis.*

IV. *Schola Clerici ab Episcopo delegati.*

V. *Schola Archidiaconi.*

VI. *Quæ in his Scholis studia ferverent, Psalmorum, Scripturarum?*

*Thomas. Tom. IV.*

[1] Eus. l. 7.

[2] Can. x.

[3] Can. x.

VII. *VIII. IX. De humanioribus litteris.*  
X. *Reges ipsi incumbebant litteris. Studia linguarum.*

XI. *Schola Caesaris, & quanta ibi copia Clericorum, in per voluntatis Patribus, maxime in Augustino versatorum.*

XII. *Quid praescribant Monastica Regulae de Scholis Monasteriorum?*

I. **S**Cholæ veluti quædam erant Seminaria, in quibus Clerici a Clericis aliis ad virtutum cultum & ad sacras Litteras instituebantur. Jussit Concilium Vaisonense II. ad imitandam Italæ laudatissimam consuetudinem, ut Parochi ruris suis in ædibus quertos possent juniores Clericos sibi adjungerent, non conjugatos, ut filios alearent, decantandis Psalmis, meditandis Scripturis, excolendisque virtutibus ita fingerent & informarent, ut dignos quandoque possent habere successores (2): *Placuit ut omnes Presbyteri qui sunt in Parochiis constituti, secundum consuetudinem, quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognovimus, juniores Lectores, quantoscunque sine uxore habuerint, secum in domo, ubi ipsi habentes videntur, recipient: & eos quomodo boni Patres, spiritualiter nutrientes, Psalmos parare, divinis lectionibus insistere, & in lege Domini erudire contendant, ut & sibi dignos successores provideant, & a Domino premia eterna recipient.*

II. Ex Concilio quoque II. Turonensi perspicuum est Episcopales ædes scholas suis, quas incolerent cum Episcopo Presbyteri & Diaconi, & ceteri missores Clerici, ut sub Episcopi magisterio Litterarum sacrarum & virtutum vel tyrocinia ponerent, vel ad culmina ipsa evolarent (3): *Lices Episcopus, Deo propitio, Clericorum suorum testimonio castris vivat, quia cum illo tam in cella, quam ubicunque fuerit, sui habent, cumque Presbyteri & Diaconi, vel deinceps, Clericorum turba juniorum, Deo Auctore conservent, &c.*

III. Præter has scholas, vel ruris apud Parochos, vel in Episcopali & civitate & Palatio, erant & aliae in Monasteriis, in quibus vetat Turonense illud ipsum Concilium, ne cellulis separatis habitent Monachi, ubi vel soli, vel duo, tresve simul agant; quin & jubet ut omnes in eodem conclavi cubent, ut in omnes excubet, omnes observet seu Abbas, seu Praepositus,

L 11      aliis

aliis aliisve vicissim aliquid legentibus quod ad pietatem conducat. Quæ ad corporum castigationem fiunt excubia, ex ad animarum quoque salutem sint conducibiles (1): Sed Schola labore communī confruatur, ubi omnes jaceant aut Abbatē, aut Preposito gubernante, ut dum duo vel tres vicissim legant & excubent, alii consolentur: ut non solum sit custodia corporum, sed & surget pro lectione affidus projectus animarum. In his ergo locis somno capiendo destinatis pervigiles agebantur vicissim excubia, & interim lectitabatur semper aliquid, quod in rem esse posset. Quo factum est, ut a Concilio non Dormitorium, sed Schola diceretur.

IV. Quartum Scholæ genus indigit Gregorius Turonensis, cum ait Etherium Leovensem Episcopum omnes civitatis suæ puerulos Clerico, quem ex captivitatibus vinculis redemerat, concredidisse, ut eos litteras doceret (2): Profert se litterarum esse Doctorem, promittens Sacerdoti, quod si ei pueros delegaret, perfectos eos in litteris redderet. Gavisus auditu Sacerdos, pueros civitatis colligit, eique ad docendum delegat.

V. His accedit Archidiaconi Schola notissima, quam designasse videtur idem Gregorius Turonensis, cum ait ab Episcopo Innocentio Clericum, quem Tonsura sacra donarat, mox Archidiacono commendatum (3): Suscepito Innocentius Episcopus puer, rotundit comam capitis ejus, deditque eum Archidiacono Ecclesie suæ. Archidiacono enim cura imminebat & sollicitudo institutionis Clericorum minorum. Unde idem Gregorius de Archidiacono Neuanensi (4): Erat hic Joannes nomine, valde religiosus, & iu Archidiaconatu suo studium docendi parvulos habens. Quod ipsum idem alibi insinuat de Archidiacono Burdigalensi.

VI. Quod ad studia quæ in his scholis celebrabantur, præter ea quæ diximus supra ex Concilio Vaisonensi, de Psalmis & Scripturis, idem Gregorius Turonensis de juvne Leobardo differens, non Senatoriae quidem, sed perillustris tamen prosapia, ait eum scholas frequentasse, Psalmos addidisse, atque ita Clericatu quodammodo præclusisse (5): Qui tempore debito ad scholam cum reliquis pueris missus, quempiam

de Psalmis memoria commendavit, & no sciens se Clericum esse futurum, jam ad Dominicum parabatur innocens ministerium. Narrat idem ipse, ut B. Nicetius, qui ad Lugdunensem postea Episcopatum alcitus est, ab infantia sacris Litteris addictus fuerit: Summa nutritum diligentia Litteris Ecclesiasticis mandavit institui genitrix. Inde vero suscepso Presbyteratu, anno ætatis trigesimo, sacris Litteris edocendis, ut præfuerit, maxime Psalmis, & iugi orationi, in illis quidem ædibus, quas incolebat (6): Illud omnino studebat, ut omnes pueros, qui in domo ejus nascebantur, ut primum vagitum infantia relinquentes, loqui cœpissent, statim litteras doceret, ac Psalmis imbueret, scilicet ut ingressu sale jungeretur psallentium, tam antiphonis, quam meditationibus diversis, ut devotio flagitabat, animum posset implore.

VII. Qui secularibus etiam dignitatibus addicendi erant iuvenes, ii primærum tamen pueritia florem, primaque litterarum rudimenta Psalmis ediscendis dicabant: inde ad alia prorepebant studia, ei quam optabant sorti contentanea. Vide quid scripsit idem Gregorius de Senatoris filio, & de servo qui ei adjunctus fuerat statutorum socius & commilito (7): Nam de operibus Virgili, Legis Theodosiana libris, arteque calculi, adprime eruditus es. Austregisillus, de quo mox plura, sacris primo Litteris imbutus est a teneris annis, inde ad Aulam perductus est Regis Guntrauni, cui illum parens dicabat: Cum in pueritia sacris Litteris fuisset institutus, in obsequio Regis deputatur a patre.

VIII. Nec abnuerim Clericos ipsos, ilibata Ordinis sui sanctimonia, artes etiam illas & disciplinas delibasse, quæ profanæ non sunt, nisi cum sole sunt, nec finibus iis usibusque inserviunt, quibus religio & pietas promovetur. Austregisillus Archiepiscopus Bituricensis a Theodorico Rege donari sibi flagitavit Sulpitium, cognomento Dulcem, ut Tonsura initiatus, in Ecclesia doceret eo fructu & successu, quo hac tenus privatus fecerat; utque dignitatis & auctoritatis plusculum docenti conciliaret, Diaconatum ei contulit. Eo gradu Sulpitius postea ad Archiepiscopatum Bituricensis Ecclesie electus est (8): Austregisillus a Principe Theodorico obtinuit, ut lice-

(1) Can. 24. (2) L. 6. c. 36. (3) L. 10. c. 8. L. 1. de Mir. c. 78. (4) Vitæ Patr. c. 9.  
(5) Ib. c. 20. (6) Ib. c. 8. (7) L. 4. c. 46. (8) Sur. die 27. Jan.

ticeret ipse, sando Sulpitio docendi in Ecclesia munus deferre; videbat enim doctrine gratia multos ad eum confluere. Annuit fine mora Rex, ut tonsis capillis in Clerum ille transfret. Itaque per gradus ad altiora promotus, etiam Leviticum est adeptus ministerium.

IX. Veri autem simillimum est, seculares a Clericis litteras adhibitas non fuisse, nisi ut hinc incitamenta captarent ad pietatem. Concilium Arelatense II. vult, ut possit Episcopus, quos instituerit laicos, eos sibi vindicare, ac si eos ordinasset (1): *Si quis secularium amore religionis se ad quemcunque Sacerdotum crediderit conferendum, ipse sibi eum, quem erudiendi gratia suscepit, vindicabit.*

X. Reges ipsi Galliae non patroni tantum & sautores, sed & studiosi cultoresque fure litterarum. Childebertum primum notat Fortunatus Latinæ linguæ sibi peritiam comparasse. Chilpericum Gregorius Turonensis litteris & disciplinis adprime instituit; in delicia maxime illi fuisse docet Poeticus; ab eo additas Alphabeto quinque litteras duplices Græcorum; denique in ipsa Theologia penetralia invasisse (2). Affirmat idem alibi (3) Regem Guntrannum Aureliæ exceptum fuisse a grege juvenum, qui laudes ejus concelebrabant, alii Syriaca, alii Hebraica, alii denique Latina lingua: *Proces- sit ei obviam immensa turba cum signis atque vexillis, canentes laudes, & hinc lingua Syriaca, hinc Latinorum, hinc etiam ipsorum Iudeorum in diversis laudibus verba concupebat.* Ea linguarum peritia Ecclesiæ amplitudini maxime concinebat, ut quæ Catholica cum sit toto orbe terrarum, linguis prorsus omnibus divinas laudes decantat. Confluebant & in Gallias Syri, mercionii causa. Unde alibi idem Gregorius refert Eusebium Syrum ex Mercatore Episcopum Parisiensem factum parum propitiis Canonibus, Scholam, hoc est, Clerum prædecessoris sui dissipasse, & subrogasse Syros (4): *Eusebius quidam negotiator genere Syrus, multis datis muneribus subrogatus, accepto Episcopatu, omnem scholam decessoris sui abficiens, Syros de genere suo Ecclesiastice domui ministros statuit.* Planum hic est Scholæ nomine Clerum omnem designari, maxime vero Palatii Episcopalis. Non solum ergo Lectorum

seu Cantorum Collegium eo nomine intingebatur, ut liquet ex Epistola sancti Remigii ad Tungensem Episcopum (5): *Pri- micerium Schola clarissime, militiæque Le-ctorum.* Clero vero Episcopalis civitatis universo inhalisse scholæ nomen, propter frequentia litterarum studia, nihil prohibet credere.

XI. Huic de scholis Gallicani Cleri dissertationula nostræ addenda illa præstantissimorum Theologorum schola, cuiusmodi erant Episcopi, Presbyteri & Diaconi, quos misit Cæsarius Arelatensis Archiepiscopus, vice sua Concilio Valentino affuturos, & incomparabilis Præfulsis Augustini doctrinam adversus obrectatorum maledicentiam tuituros. Præcellentissimi hi Cæsarii alumni, qui alumnus se ipse Augustinianæ doctrinæ profitebatur, in Concilio Valentino hocce de victrice Christi gratia decreverunt, quibus rursum victrix ea gratia Christi de adversariis triumpharet (6): *Misit Cæsarius præstantissimos viros de Episco- pis, cum Presbyteris & Diaconis, inter quos etiam Cyprianus Tolonenfis Episcopus, Antistes magnus & clarus enitus, omnia qua dicebat, de divinis utique Scripturis firmans, & de antiquissimis Patrum insti- tutionibus probans &c.* Hæc ex ipsis vita Cæsarii Scriptoribus, ejusdemque discipulis. Hinc porro enitescit, quam hi Episcopi, Presbyteri Diaconique exercitati tritique essent in lectione Scripturarum & Patrum, maxime vero Augustini, dei quo Cæsarius ajebat: *Scitis quantum dilexi catholicissi- mum ejus sensum.* Ideo & secundum eos pronuntiavit Sedes Apostolica in his con- troversiis finiendis (7): *Bonifacius Papa ea colluctatione comperta, prosecutionem sancti Cæsarii Apostolica auctoritate firmavit.*

XII. Bene multa nobis suppeditassent Monasteriorum scholæ, nisi nonmetipso nostræ quandoque jam puderet prolixitatis. Unum dicam ex Regula sancti Ferreoli, nulli per eam fas esse illitterato, Monachum se pro- fiteri. Jubet autem illa, ut memoræ stu- diosissime mandaverint Psalterium, hisque ut se cœlestibus oblectent Canticis, etiam tum cum ruri oves paſcant (8): *Omnis qui nomen vuli Monachi vindicare, litteras ei ignorare non liceat, quin etiam Psalmos to- tots memoriter teneat, &c.* Similiter his qui paſtores pecorum, ut est moris, de congrega-  
tione

(1) Can. 55.

(2) Hist. I. 5. c. 45.

(3) L. 8. c. 1.

(4) L. 10. c. 26.

(5) Ep. 4. C. Gall. T. 1. p. 205.

(6) L. 2. c. 30.

(7) L. 1. c. 22.

(8) Cap. 11.

Regula Magistri horas designat maxime hybernas, que operi manuum minus accommodatae sunt, easque impendi præcipit lectio, scribendi labore, meditationi Scripturarum, ediscendo memoriter Psalterio (1), partito agmine toro in Decurias, & prætittuto singulis Decuriis Lectore, quem certi audiant. Quin & dum labori ipsi manuum institutur, jubet laborantibus lectitari aliquid a non laborantibus, ut dum manus vacant terreno operi, assurgat animus ad coelestium contemplationem: Ideo ordinavimus quotidie laborantibus legi, ut cum a malis tacemus, de bonis audimus & loquimur, nunquam peccemus. Ipse namque frater legat, quam Abbas per aliquam impossibilitatem necessitatis non posse laborare cognoverit.

---

**C A P U T XCIV. P. 2. l. 2. c. 27.**

Scholæ Hispánice, & Africane, per eadem mediæ ætatis sœcula  
VI. VII. & VIII.

I. Tria Scholarum genera instituta, vel confirmata a Conciliis Hispanie, & quam pio juvenes in iis instituerentur.

II. Erat & in Palatio Episcopi Schola.

III. Quæ ibi artes, qua littera excoleventur?

IV. Scholarum harum omnium connexio & subordinatio,

V. De Scholis Monasteriorum ex Isidoro.

VI. In Fulgentio adumbrata effigies pulcherrima studiorum, qua in Africa commendarentur infantibus, Monachis, Clericis, Episcopis.

VII. Pluris ille faciebat lectionem, quam manuum labore, etiam in Monachis.

I. **F**lorebant in Hispania quoque, ut & in Gallia, Scholæ. Ilerdense Concilium in uniuscujusque Clerici privata domo scholam excitare videtur, cui filii, servique omnes discipuli assignantur (2): Nullus Clericorum servum, aut Discipulum suum, ad Ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare presumat. Nemo nescit eo ævo has particulas aut, promiscue, & eodem sensu plerunque fuisse habitas. In Concilio Toletano II. præceptum est, ut

pueri qui recentes ab ubere Clero oblati dicatique fuissent, privata in domo simul omnes a Præceptorre sibi proprio instituerentur, in eosque exsommis vigilaret Episcopus (3): Quos voluntas parentum a primis infantie annis Clericatus officio manciparit, statuimus observandum, ut mox cum detonsi, & ministerio Lectorum contraditi fuerint, in domo Ecclesie sub Episcopali præsentia & Præposito sibi debeant erudiri.

Instituta, vel confirmata est in Concilio Toletano IV. alterius generis Schola, seu mavis Seminarium puberum, aut etiam majorum, ut unam domum omnes, unam noctu aulam omnes simul incoherent, ut ne vel ad punctum temporis oculos effugerent Rectoris & Magistri. Is successus, ex excubia id præstabant, ut præservida juventus ardorem suum & industriam ad sacra rum litterarum studia conferret (4): Ob hoc constituentum oportuit, ut si qui in Cle-ro puberes, aut adolescentes existunt; omnes in uno conclavi atrii commoren-tur, ut lubrice atatis annos non in luxuria, sed in Disciplinis Ecclesiasticis agant, depurati probatissimo Seniori, quem & Magistrum disciplinæ, & testem vita habeant. In Monasteria ablegabantur, si qui ex his adolescentibus minus morigeri essent Rectori suo, vel legibus Scholæ: Qui his præceptis resultaverint, Monasteriis deputentur, &c.

II. Præter hæc tria genera Scholarum, erant & in singulis Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum dominis singulæ Scholæ. Coguntur enim hujus ipsius Concilii decretis, socios semper habere secundum Clericos alias, & innocentia sua testes, & virtutum imitatores (5): Placuit ut quemadmodum Antiphites, ita Presbyteri, & Levite, quos forte infirmitas aut etatis gravitas in conclavi Episcopi manere non finit, ut iidem in Cellulis suis testes vita habeant, vitamque suam sicut nomine, ita & meritis teneant.

III. Quo ita constituto, jam arduum non erat, ad illum mediocris eruditio-nis gradum exurgere, quem Concilium VIII. Toletanum desideravit a Clericis: Psalterium nempe, & Sacramentorum administrationem ut addidicissent (6): Ut nullus cujuscunque dignitatis Ecclesiastica percipiat deinceps gradum, qui non totum Psalterium vel Canticorum usualium & Hymnorum, sive babizandi perfecte noverit supplementum.

---

(1) Cap. 50.

(2) Can. 8.

(3) Can. 1.

(4) Can. 2.

(5) Can. 22.

(6) Can. 8.

sum. Hæc erat ut opinor doctrina, qua his in Seminariis imbuebantur: *Ad sacra mysteria tractanda solus is accedat, quem morum innocentia & litterarum splendor redundat illumitem.* Innovatum est id Decretum in Concilio Toletano XII. præceptumque Metropolitano, ut Episcopis, ut omnes sub iurisdictioni obnoxios compellerent in studia Scripturarum tantum opere, industria & contentionis ponere, quantum necesse est, ut primum ipsi cœlesti infundatur veritatis & caritatis imbre, quo & alios mox irrigare possint (1): *Qui officium predicationis suscepimus, nullis curis a divina lectione privemur.* Nam quorundam mentes Pontificum, ita corporis otio a lectionis gratia secluduntur, ut quid doctrina subtilis exhibeat gregibus, non invenias prece mutus. Insistendum ergo semper erit majoribus, ut quos sub regimini sui cura tuerintur, fame verbi Dei perire non sinant. Sic Metropolitanis in confinimis, ceterosque Ecclesiasticis Ordinibus deditos; si confinimis in commisso sibi Religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium divine legis traditionibus imbuatur. Ita ut indeferent sollicitudine Prelatus quisque subditos querens, aut profectum eorum latabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogancia inserviat.

IV. Erant ergo in Episcopalibus Hispaniz civitatibus duæ Scholæ numerosiores: altera eorum quos parentes tenellos & impuberes obtulerant Ecclesia: altera juniorum omnium Clericorum usque ad Diaconatum. At cum præterea Episcopi, Presbyteri, Diaconi ternerentur domi habere testes vita & conversationis Clericos aliquos, videri possint hæc Scholæ totidem fuisse. Censor invigilabat Episcopus in omnes Dioeceseos suæ Clericos, Metropolitanus in omnes Episcopos Provincias, ut omnes acueret, compelleretque ad studia tam necessaria, quam præclara: *Aut a majoribus ad lectionis exercitia evitantur inviri.* Quæ censorum diligentia Scholarumque industria non facile dicta est, quam promovendis studiis sacris idonea esset.

V. Edisseroit elegantissime Isidorus Hispalensis (2) Regulas studiorum, & litterarum, fidelibus usitatæ, quæ nimiram Scholaris Hispanicis proponerentur. In Regula Monachos ipsos suos jussit cujusque diei

partem impendere lectioni, prohibitis tame libris Paganorum, & Hereticorum. (3): *Gentilium libros, vel Hereticorum volumina Monachus legere caveat.* Melius est enim eorum pernicioſa dogmata ignorare, quam per experientiam in aliquem laqueum erroris incurrire. Vel ipso tamén Isidori exemplo, & Originum ejus plus satis constat, nequaquam illi persuasum fuisse eadem profanorum librorum abstinentia astringi debere Clericos prorsus omnes. Leander frater ejus Archiepiscopus & ipse, vel ipsis Monialibus continuas & infatigabiles præcepit vices & alternationes orationis & lectionis (4): *Lectio tibi sit assidua, jugisque oratio.* Dividantur tibi tempora & officia, ut postquam legeris, ores; postquam oraveris, legas. Inculgaverat etiam lectionem pene omnium veteris instrumenti librorum, una insinuans, qui litteræ occidenti superfendi deheret spiritus & intellectus vivificans: *Merito isti libri prohibiti sunt legere carnalibus, hoc est, Heptateuchum, & Cantica Canticorum: ne dum eos spiritualiter nesciunt, libidinis ac voluptatum incitamento solvantur.*

VI. Suo antedicta exemplo firmabit beatus Fulgentius, & quæ potissimum in Africani Ecclesiis frequentarentur studia addoceribit. Quod jure mireris, religiosa & pia mater voluit, ut a litteris Græcis ipse auspiceretur, nec ante passa est elementis imbuī linguae Latinae, quam memoriter edidicisset omnes Homeri libros, & linguae Græcae absolutissimam assecutus esset perfectionem (5): *Quem religiosa mater, moriente celeriter patre Græcis litteris imbuedum primitus tradidit, & quandiu totum sumus Homerum memoris reddidisset, Menandri quoque multa percurseret, nihil de Latinis permisit litteris edoceri: volens eum peregrina lingue teneris adhuc annis percipere notionem, quo facilius posset vitturus inter Afros locutionem Græcam, servatis aspirationibus, tanquam ibi nutritus, exprimere.* Net sefellit matrem piam cauta proviso; sic enim quoties ei Græce loqui placebat, post longam consuetudinem locutionis erat & lectionis, non inconditis sonis verba proferebat, ut quasi quotidie inter Græcos habitare putaretur. Litterarum proinde Græcarum percepta scientia, Latinis litteris quas Magistri Ludi docere consueverunt, in dono edo-

(1) Can. 2.

(2) Sent. L. 3. c. 8.

(3) Fer. invit. Fulg. c. 1.

(3) Reg. c. 9.

(4) Reg. c. 6. 7.

*adocitus, aris etiam Grammatica traditur auditorio.* Hæc primordia fuere studiorum Fulgentii. Qui sibi deinceps, & hac etiam ætate nostra eandem propoluere regulam instituerat juventutis, & extraneis primum imbuendæ linguis, antequam vernacula, non possebat iū luculentiorem sibi formam ullam exhibere, vel scopum, quam Fulgentii imitandi. Unde & Fulgentius ipse cum se postea in Monasterium abdidisset, Scholarum præfectoria illico donatus est, fratrumpque magisterium capellavit (1): *Docendis fratribus peculiariter vacabat, &c. Supervenientibus fratibus verbum Dei singulariter predicabat.* Latitare le posse speravat ille aliquando in alio Monasterio ad quod configuit, sed & ibidem mox eadem illi inficta est sarcina, *Lectioni in Cellula frequenter cum fratibus insistebat.* Quo fervore æltuaverit postea in Episcopatu ad inflammada Cleri studia, non ex eo tantum conjicies, quod de Monasticis ejus ante scholis diximus, sed & ex iis quæ postea dum exularet in Sardinia Insula excitavit studiis. Duos enim alias Episcopos, Clericosque & Monachos com-plurimos in unum fecerunt cœctum coegit, ubi in commune omnes simul orationi & lectioni, precibus librisque vacabant. Denique non multo post tempore ex ea Schola oracula, & responsa ad quæstionum implicatarum enodationem expectabantur (2): *Similitudinem magni cuiusdam Monasterii, Monachis & Clericis adunatis, sapienter effecit.* Erat quippe eis communis mensa, commune cellarium, communis oratio simul & lectio, &c. Domus illa tunc Cataritana civitatis oraculum fuit, &c. Druinam votilibus audire diligentius lectionem, ministrabat ibi Dominus plenissime expositionis adificationem. Delectabat nobiles vires, fieri posset, quotidie beatum Fulgentium cernere disputantem, &c.

VII. Denique lectionem & doctrinam sacram Fulgentius arctioris esse necessitatis arbitrabatur, etiam in regenda Monasteriorum disciplina, quam laborem manuum (3): *Laborantes fratres, & opera carnalia indesessis viribus exentes, lectionis autem studium non habentes, minus diligebat, nec honore maximo dignos judicabat.* In quo autem fuisset scientie spiritialis affectus, etiam si virtute corporis destitutus operari manibus nungquam posset, ab eo peculiari-

ter habebatur dilectus & gratus. Si amatores lectionis quam laboris Monachos iis anteponebat Fulgentius, qui laboris patientissimi, a lectione alieni essent: quanto vehementiori studio urgebantur ab eo Clerici, ut toti se in sacras litteras adderent.

## CAPUT XCV. P.2. l.2.c.28.

De Scholis Italie, Anglie, Orientis, per eadem mediae ætatis saecula VI.  
VII. & VIII.

- I. Schola urbis Romæ.
- II. Schola Palatii Pontificii.
- III. Quæ ibi disciplinas Gregorius exceleret?
- IV. Episcopos litteris abstinentem volebat saecularibus.
- V. De Bibliotheca Vaticana.
- VI. Schola Italica maxime in Monasterio Beati Benedicti.
- VII. Regula beati Benedicti usare jubet lectioni.
- VIII. Operam navebant litteris humanioribus, ante quam Clero se, vel Monasteriis dedicarent.
- IX. X. XI. XII. Schola Anglicana exercebat a Scholis Gallie, Italie, Rome, Hibernie, ipsius etiam Grecia. Quæ ibi studiarunt Abbates iidem Doctores erant.
- XIII. De Scholis Germania.
- XIV. De Scholis Orientis.
- XV. Luculenta tabella Scholarum Christianarum, ex pio docto que Caffiodoro.

I. **A**D Italicarum formam suas Gallia finxit Scholas, ut ex Vaisonensi II. Concilio jam ostendimus. Cum Arator Ecclesiaz Romanaz Subdiaconus historiam Apostolicam versibus Heroicis pepigisset, obtulissetque Vigilio Papæ, Romani nobiles & doctrinæ amantes Pontificem exorarunt, ut publice carmen illud recitaretur. In Ecclesia S. Petri ad vincula confluxere Cleri, Populique spectabiles quique, quorum plausibus præcibusque, ut illaltri bra quæque loca iterum iterumque legerentur, factum est, ut legendis duobus ejus opusculi libris quantum dies consumpti sint (4): *Litterati omnes rogaverunt, ut juberet publice recitari, &c.*

Reli-

(1) C. 8. 18. 20.

(2) C. 20.

(3) C. 27.

(4) Bib. P. T. 8. p. 700. Baron. an. 535. n. 89. 92.

*Religiosorum simul ac Laicorum nobilium, & e populo diversorum turba convenit. Atque adeo Aratore Subdiacono recitante, distinctis diebus, ambo libri quatuor vici- bus sunt audit. Cum unius medietas libri tantummodo legeretur, propter repetitiones assidas, quas cum favore multiplici postulabant. Erat tunc & Ecclesia, & urbs Ro- mana instar mirandæ cujusdam Scholæ, do- etis viris cuiuscunq[ue] sortis & etatis fre- quentissimæ. Consilium olim ceperat Aga- petus Papa fundandæ & excitandæ in Urbe Scholæ Theologæ, ubi divinæ Scripturæ elucidarentur. Ita perhibet Cassiodorus, qui tam pium ipsam consilium Pontifici insulraverat, cuique vel maxime doluit, quod tam præclaram spem bellorum cala- mitates intercepissent. Docet idem Nilibi in Syria Judæ's Scholam ejusdem generis fuisse, ubi Scripturis commentandis vaca- bant.*

II. Perstrinxì jam alibi Gregorii Magni Palatium Pontificium, in quod ille docti- simos quoque accersiverat ex Clero, & ex Monasteriis, quorum plerique postea Episcopaliibus sedibus ornati sunt, & ornamen- to vicissim fuere. Ex iis Amilianus Notari- ius Hornilius ejus collegit, Paterius No- tarius ex omnibus ejus operibus Excerpta luculentissima edidit, Petrus Diaconus in ejus Dialogis confabulator ab eo inducitur, Claudio Abbas Commentarios consarcina- verat in multos Scripturæ libros, ex iis quæ a Gregorio disputante andisse se sperabat (1): *Claudius Abbas Classianæ civitatis, de Pro- verbiis, de Canticis Cantorum, de Prophetis, de libris Regum, deque Heptateuco; Papa disputante, multa licet non eodem sensu composita.* Viderint docti, quæ in libros Regum & in Canticis Cantorum circumferuntur scripta, sub nome Gregorii, & quæ illi adjudicant emunctioris naris cen- sores, an ea possint Claudio huic Classensi Abbatì tribui.

III. Erat tunc Roma domicilium Disci- plinarum omnium sacrarum, & Schola liter- arum florentissima sicut & Artium; lin- guæ autem potissimum Latinæ ibi puritas & elegancia colebatur, ut auctor est idem Joannes Diaconus in vita Gregorii (2): *Videbantur passim cum eruditissimis Clericis adhucere Pontifici religiosissimi Monachi, &c.* Tunc rerum sapientia Rome sibi templum

visibiliter quodammodo fabricarat, & se- ptemplicibus artibus veluti columnis nobis- simorum torides lapidum, Apostolice Sedi atrium fulciebat, Nullus Ponifici famulan- tum barbarum quodlibet in sermone, vel habitu preferebat; sed togata, Quiritium more, seu trabeata Latinitas suum Latium in ipso Latiali Palatio singulariter obtine- bat. Reforuerant ibi diversarum artium stu- dia.

IV. Ita sanctissimi Pontificis studio, flo- rebant Romæ, in ipso Pontificio Palatio, inter Clericos Monachosque artes omnes, quas vocant Liberales: & tum maxime Liberales dicenda, cum Christo & libera- trici veritati ancillarentur. Episcopos ta- men, ut idem auctor est, interdicebat Gre- gorius lectio Gentilium Scriptorum (3): *Omnes omnino Pontificos a lectio librorum Gentilium Gregorius inhibebat.* Diximus sa- pra de Desiderio Episcopo Gallo, quem graviter objurgavit Gregorius, quod litteris Ethnicorum se dederet. Objurgatus est ab eodem Pontifice Episcopus Saloniensis, quod lectio non incumberet, nec quæ sui essent muneris perdisceret: *Nam quia nequaquam lectio studias, nequaquam exhortationis invigiles, sed ipsum quoque usum Ecclesi- stici Ordinis ignores &c.*

V. Ecclesiasticarum Disciplinarum pena locupletissimum jam habebatur Vaticana Bibliotheca. Ei præfectus tunc fuisse vide- tur Primicerius Scholæ Notariorum. Quip- pe huic servandum commendavit Vigilius Papa Aratoris Poema Apostolicum: *Viro venerabili Primicerio Scholæ Notariorum, in Scrinio dedit Ecclesia collocandum.* Ei por- ro Bibliothecarii officio tantum postea di- gnitatis accessit, ut ea etiam Cardinalis Episcopus Ostiensis honestari se sentiret sub Leone IV. Pontifice (4): *Cum Megistus Ostiensis Episcopus, & Apostolice Sedi Bi- bliothecarius, &c.*

VI. Ad Scholas venio Monasteriorum Italæ. De beato Benedicto testatum facit Gregorius, conversionis suæ primordia illum insignivisse, litterarum ac studiorum incuria & despiciencia, atque adeo in fe- ccessum & Monasteria sua intulisse peritis- simam imperitiam nugatoriarum sæculi scien- tiarum, & ejus generis sapientiam, quam mundi sapientes ne delibassent quidem (5): *Despectis itaque litterarum studiis, relicta domo*

(1) Joan. Diacon. in Gr. vit. l. 2. c. 11. 12.

(2) L. 3. c. 33. 34.

(4) L. 4. c. 86.

(2) C. 12. 13.

(5) L. 2. Dial. Pr.

domo, rebusque patris, soli Deo placere desiderans, sancte conversationis habitum quæfuit. Recessit igitur scienter nescius, & sapienter indoctus. Hanc semel professus Benedictus secularium omnium scientiarum nescientiam, nemini non videretur suis & Monasteriis studia prorsus omnia, Scholasque longe amandaturus fuisse. Et totum contra tamen est. Cum enim aggressus sit puerorum, maxime nobilium, a teneris annis institutionem, non potuit non tot Scholas, quot Monasteria confuxisse (1): Cœpere tunc ad eum Romæ urbis nobiles & Religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. Ad id certe Benedictus Monachos suos exemplo imbuuit suo, ne ita privatæ stuperent saluti, quin ceteris quoque consulerent, Christo & pietati lucrifacientis, immo & Gentilibus ad Ecclesiam adgregandis (2): Commorantem circumquaque multitudinem predicatione continua ad fidem vocabat. Sacrarum ergo studiis litterarum suos ut addiceret, necessum prorsus erat. Denique auctor est ipse Gregorius, non minus scientia quam sanctitate floruisse Benedictum, & ipsam ejus Regulam, tum innocentia morum, tum cœlestis cuiusdam sapientia illustre cum primis monumentum esse (3): *Hoc nolo te laecat, quod vir Dei inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrina quoque verbo non mediocriter fuisse.* Nam scripsit Monachorum Regulam discretione præcipuum, sermone luculentam.

VII. Hac enim vero Regula sua sanctissimus Legislator, suos jubet, orationem lectione, lectionem opere manum interpolare: ut otium fugiant & inertiam, quo non alia capitalior virtutum adversaria; ut plusculum otii insument Lectioni Quadragesimæ tempore, Dominicos denique dies ut totos lectioni, orationique impendant (4): *Otiositas inimica est anima, & ideo certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum, certis item horis in lectione divina, &c.* In diebus Quadragesima accipiunt omnes singulos codices de Biblioteca, quos per ordinem ex integro legant. Qui codices in capite Quadragesima dandi sunt, &c. Dominico die lectioni vident omnes, exceptis his, qui variis officiis deputati sunt. Constituti sunt denique a B. Benedicto, qui Monasterium obambularent, observa-

rentque an Monachi præscriptis sibi quisque lectionibus vacarent: *Ante omnia sane deputentur unus, aut duo seniores, qui circumneant Monasterium horis, quibus vacante frates lectioni;* & videant ne forte inventiatur frater acediosus, qui vacat otio, aus fabulis, & non est intentus lectioni.

VIII. In dubium est autem, quæ in Cle-ro, quæ in Monasteriis colebantur studia, ea sacra & religiosa fuisse. At vero antequam inepterent se laqueis sacræ hujusmodi professionis, non iniquo ferebatur animo, si juvenes humaniores litteras imbiberen, quibus aliquando velut Ægyptiorum spoliis cœlestem Hierosolimam locupletarent. Ea duo sic confirmat Ennodius in Epistola ad eam exerata matronam, quæ filium ante Monasticæ professioni devoverat, quam liberalibus artibus tingeretur (5): *Intercepisti nostrum, nescio quem secuta, consilium, nam parvulum tuum, quem studiorum liberalium debuit cura suscipere, ante judicis convenientis tempora, religionis titulis insignisti. Veneranda quidem Ecclesiastici forma servitii, sed quæ ad duas partes animum non relaxet. Unum & difficile iter est, quo iter ad Christum: nec occupatos multipliciter aliquando vita arcta suscepit. Properantes ad se de disciplinis secularibus salutis opifex non refutat: sed ire ad illas quenquam de suo nitore non patitur. Jam si eum mundo substraxeras, mundi in eo schemata non requiras. Erubesco Ecclesiastica profitentem, ornamentiis secularibus expolire.* Sunt hæc omnino pulcherrima, validissimaque, ut illud expugnetur, qui semel se Clericatu dicaverint, non debere eos arctam Evangelii viam ingressos, profanis postea vacare litteris, temet Deo mundoque bipartiri, implicamentis sacruli sele inferere, ejusque se ornamentiis venditare; sed expeditos ad cœlestia properare.

Præteriri sine piaculo non possunt gemina Scholæ, quas in duobus Monasteriis suis instituit Cassiodorus, Solitariorum altero, altero Cœnobitarum. Liberales artes & litteras iussérat non contemni, se ad Scripturarum subfidium ministras acciri, quarum intelligentia germana ex sanctis Patribus exciperetur (6): *Indubitanter ascendamus ad divinam Scripturam per expositiones probabiles Patrum.* Si vero Cassiodorus Monachis suis lucubravit transmisit que

(1) Ib. c. 3.  
(2) L. 9. Ep. 9.

(3) Ib. c. 8.

(4) C. 48.  
(5) Baron. an. 562. n. 13.

que elementa Astronomiæ, Geometriæ, Musiçæ, ut ex ejus operibus perspicuum est, Dialecticæ, Rhetoricæ, Grammaticæque, eas nimirum disciplinas arbitratus est ad Scripturam intellectum aliquando conducibiles fore.

IX. Conveniebat olim mirum in modum Angliæ Ecclesia cum Romana. Oſuvaldus Rex ex Hibernia arcessivit in Angliam sanctissimum Episcopum Aidanum: Insulamque ei & Ecclesiæ designavit Lindisfarnensem, ubi Episcopale solium statueret. Ex hac scilicet schola Hiberni Monachi Ecclesiasticæ sapientiæ & disciplinæ fontes in omnem Angliam derivarunt, seu concionibus suis, seu adolescentum institutione. Ita Episcopales & Monasticæ scholæ ceperæ nec injucunde nec infructuose permilceri (1): Construebant ergo Ecclesia per loca, confuebant ad audiendum verbum Dei populi gaudentes, donabantur munere regio possessiones & territoria ad instituenda Monasteria, imbuiebantur præceptoribus Scottis parvuli Anglorum una cum majoribus studiis & observatione disciplinæ regularis. Nam Monachi erant, maxime qui ad prædicandum venerant. Hæc Beda.

Sigebertus East-Angliæ Rex, qui in Gallia baptismum suscepérat, scholas in regno postea suo construxit, earum consimiles, quas in Gallia viderat sub Episcoporum moderamine florete (2): In patriam regresfus, ubi regno potitus est, mox ea que in Galliis bene disposita vidit, imitari cupiens instituit scholam, in qua pueri litteris erudirentur, juvante se Episcopo Felice, quem de Cantia acceperat, eisque Pedagogos ac Magistros juxta morem Cantuariorum præbente. Regias hic habes scholas, & Ecclesiasticas tamen, Regio sumptu, Cleri studiis excitatas. Trajiciebant aliquando Angli in Hiberniam, cœlestis inde sapientiæ venas quasi in ipsa sui origine hausturi (3): Multi nobilium simul & mediocrium de gente Anglorum, vel divina lectionis, vel continentioris vita gratia illo secesserant, Et quidam quidem mox se Monasticæ conversationi manciparunt: elii magis circum-eundo per cellas Magistrorum, lectioni operam dare gaudebant. Quos omnes Scotti libentissime suscipientes, victum eis quotidianum sine pretio, libros quoque ad legendum, & magisterium gratuitum præbere curabant. Mirabiles hæc omnino Hibernicæ scholæ, ubi non sapientiæ tantum & disciplinarum

*Thomas. Tom. IV.*

manabant fontes, sed & libri, & necessaria affluebant alimenta, nullo cujusquam dispendio.

X. Splendor vero multo maximus Anglicanarum scholarum effulgit tempore Theodori Cantuariensis Archiepiscopi, qui eo intulit infuditque largissime opulentiam omnem Græcæ simul & Latinæ Ecclesiæ. Patria ille & origine Græcus erat, delegaveratque eum in Angliam Vitalianus Papa, addito socio Hadriano Abbe oriundo ex Africa. Græca & Latina lingua uterque pollebat, quin & omni proflus eruditio-nis sacræ supellecibile. Instar ergo duorum amnum ab illis in Anglicanas Ecclesiæ sacrarum maxime, sed & liberalium disciplinarum fluenta permanarunt (4): Et quia litteris simul Ecclesiasticis & secularibus, ut diximus, abundanter ambo erant instruti, congregata discipulorum caterva, scientia salutaris quotidie flumina in rigidis eorum cordibus emanabat: ita ut etiam Metricæ artis, Astronomiæ & Arithmetica Ecclesiastice disciplinam, inter sacrorum apicum volumina suis auditoribus contraderent. Indicio est, quod usque hodie supersunt de eorum discipulis, qui Latinam Græcamque linguam, aque ut propriam in qua natu sunt norunt. Nemo nisi valde excors criminis vernerit eam sacrarum humanarumque scientiarum coalitionem, cuius auctores fuerunt Vitalianus Papa, Theodorus Archiepiscopus, & Hadrianus Abbas. Enimvero Beda ipse huic instituto suffragatur, ubi declarat has humanas litteras, jam non humanas, sed Ecclesiasticas dici debere, cum Ecclesiasticis famularentur & collaborarent. Ita vox illa apud Bedam, Ecclesiastice, non Arithmetica modo, sed & Astronomiæ & Poesiæ apta est. Quippe Poeticen etiam Ecclesia hymnis & laudibus Creatoris sui dedicat, cogitque Astronomiam & Arithmeticam intervire annorum, festorumque dierum & sacrarum solemnitatum computo. Denique eam minime pudet, linguas eas & ediscere & doce-re, quas Spiritus sanctus Apostolis Apostolicisque primum Evangelii præconibus inspiravit. Consecrantur ergo quodammodo sacerulares litteræ, cura sacris hujusmodi usibus addicuntur.

XI. Observat alibi Beda, quantum incrementi fieret, ubi quis a Monasteriorum scholis ad Episcopales Theodori, & ab his

M m m

ad

(1) Beda I. 3. c. 2.

(2) Ibid. c. 18.

(3) L. 3. c. 27.

(4) L. 4. c. 12.

ad Romanam gradum promovebat. Hæc enim ille de sanctissimo Monacho, qui his gradibus venerat ad Episcopatum (1): Cum in utroque Hilda Abbatissæ Monasterio letioni & observationi Scripturarum operam dedisset, tandem perfectiora desiderans, venit Cantiam ad Archiepiscopum Theodorum; ubi postquam aliquandiu lectionibus sacris vacavit, etiam Romam adire curavit; quod eo tempore magna virtutis estimabatur. Romam quoque se contulit fama ille notissimus Wilfridus, Eboracensis postea Archiepiscopi sui Præpositus; ut Romæ perdisceret, quæ docere non potuerat in Anglia. Contulit autem se primum ad Archidiaconum Bonifacium, & ab eo accepit eam purioris Theologiae medullam, quæ ex ipsis Scripturarum codicibus exprimitur: perdidicit & methodum festos Ecclesiæ dies computandi, & quidquid ad Clericalem pertinet disciplinam (2): *Veniens Wilfridus Romam, & orationi atque meditationi rerum Ecclesiastiarum quotidiana mancipatus instantia, pervenit ad amicitiam viri sanctissimi ac doctissimi Bonifacii videlicet Archidiaconi, qui etiam erat Confiliarius Apostolicus Pape, cuius magisterio quatuor Evangeliorum libros ex ordine didicit, computum Pascha rationabile, & alia multa, que in patria nequivaverat, Ecclesiasticis disciplinis accommoda, eodem Magistro tradente percepit.* Antequam vivis excederent Wjlfredus & Hadrianus, ea accenderunt in Ecclesiis Anglicanis lumina; eos discipulos informarunt, & successores, qui diutissime eas postea illuminarent. Acca Wilfridi successor nomen suum posteris commendavit locupletissima instruenda Bibliotheca, quæ ingenti Ecclesiastico-corum librorum copia redundaret (3). Sed ut historias passionum una cum ceteris Ecclesiasticis voluminibus summa industria congregans, amplissimam sibi & nobilissimam Bibliothecam fecit.

XII. Fateri ergo jam cogimur perillustres fuisse Angliæ in primis & Hiberniæ scholas, in quas avectum & coacervatum fuerit, quidquid erat tota Gallia & Italia spirituallum hujusmodi opum, toto Occidente, & Oriente. Certatim adlaboraverant Episcopi Monachique, & in promiscuis ex Clero & Monachorum grege scholis increverat sanctimonia, nec decreverat eruditio. Denique studia linguarum, Poetics, Astronomiæ, Arithmeticæ & Historiæ sanctimo-

niam jam redolebant, cum totæ iam servirent Ecclesiæ divinis laudibus & Theologiæ, hoc est, Scripturarum meditationi. In Epistola Agathonis Papa ad Concilium VI. Oecumenicum, vocatur Theodorus Archiepiscopus & Philosophus Magnæ Britanniæ. Τῆς μεγάλης τινες βροτικαὶ θεοχαρίσκοτος, καὶ φιλόσοφος. Hæc omnia approbabit Beda, exemplis meliuscule suis, quam verbis. Æternâ enim omnium harum disciplinarum monumenta ille ad nos transmisit, et si iam inde a puerò in Monasteriis enutritus fuisse. Quæ ergo in Monasteriis & in Ecclesiis hauriuntur disciplinæ, & ad coelestes usus retorquentur, eas ne humanas, ne terrenas quisquam posthac dixerit.

Unum hic postremo adnotabo in ea Epistola, quam Joannes Papa dedit ad Episcopos, Presbyteros & Abbates Hiberniæ, Doctoris nomen ita Abbatibus aptari, ut pene idem sonare videatur Abbas & Doctor: Ceterisque Doctribus, seu Abbatibus Scotis. Certe splendidissima sidera orbis illius ut ita dixerim Insularis, non alii magis quam Abbates Monachique fuere; quia & ipsi Episcopi, quos famosarum scholarum institutores declaravimus, Aidanus, Theodorus, Wilfridus, & Monasticis Claustris prodierant.

XIII. Ne in rebus Germanicis omnino muti simus, dicam ab Archiepiscopo Mungunto B. Bonifacio in Germaniæ Monasteriis institutas fuisse easdem disciplinas, artesque, quæ in Anglia vigebant, demandata Presbyteris Diaconisque cura pueros, immo & Monachos instituendi (4): *Wigbertus Presbyter & Magimborus Diaconus Regulam vestram vobis insinuant, & speciales horas, & cursum Ecclesia custodian, & ceteros admoveant, & Magistri sint infantium, & predicent verbum Dei fratibus.*

XIV. Cum scientiarum & artium parens & magistra semper audierit Græcia, nemo ambigere jure potest, quin apud Græcos & Orientales studia semper litteræque viquerint. Ne Latinæ quidem linguae incertos penitus, aut imperiti erant. In Synodo VI. Generali prodit sœpe in medium Constantinus Presbyter (5), tanquam Grammaticus Latinus, γραμματικὸς ἡμαῖος. Quod equidem ita interpretor, quali interpres Latinæ lingua exhibeat.

Concilii Tridentini Patres testati abunde sunt, quam sibi Scripturæ, quam Patrum scri-

(1) L. 4. c. 23. (2) L. 5. c. 20. (3) Cap. 21. (4) Epist. 17. (5) Act. 14.

scripta in pretio essent, vibratis terribilibus quibusdam fulminibus in eos, qui vel codices ipsos minus religiose tractarent, quique eos ita distraherent, ut dedecoris aliquid & dehonestamenti incideret. En ipso Canonis verba (1): *Nulli ex omnibus licere veteris & novi Testamenti librum, nec sanctorum Preconum ac Doctorum corrumpere, vel confundere, vel librorum cauponatoribus, vel iis qui dicuntur unguentarii, vel alicui aliis ex omnibus ad eum delendum tradere; nisi utique vel a tineis, vel ab aqua, vel aliquo alio modo redditus fuerit inutilis. Qui autem tale quid facere deinceps deprehensus fuerit, anno uno segregetur. Similiter & qui libros emit, si eos quidem ipse non ad suam utilitatem retineat, nec alteri ad ejus beneficium, & ut ii permaneant, tradat; sed eos corrumpere adgressus fuerit, segregetur.*

Spectatissimus Martyr & Monachus Stephanus, professioni sacræ ab ubere matris addictus, statim se Scripturarum lectioni dedit, quas & memoriarum mandavit; nenton & sanctorum Patrum, maxime vero Chrysostomi. Frequentissimæ scholæ excidium attulit persecutio Leonis Ilaurici in sacras imagines; ei nimis quæ Constantinopoli floruerat iam ab usque temporibus Constantini Imperatoris. Ejus sedes in Palatio & in Palatina Biblioteca defixa fuerat, cui præxerat Doctor Oecumenicus, ita enim appellabatur, cum duodecim aliis doctrina præstantibus viris. Os illud & oraculum erat Imperii, Imperatorumque, qui eos in rebus difficillimis percunctabantur: Adeo ut Scholæ cum sacra doctrina exciderint, qua a seculo sancti Constantini Magni usque ad ea tempora floruerant. Apud Regiam Cisternam Palatum erat venerabile, in quo juxta antiquam formam oecumenicus Magister sedebat, duodecim habens discipulos, conditione & vita graves. Hic cum omni dicendi scientiam celeritate & amplitudine ingenii percepissent, Ecclesiasticam divinarum rerum sapientiam ac studio tractabant. Absque horum consilio quidquam agi, ipsis quoque Imperatoribus nefas putabantur.

Hæc Cedrenus, cui succinit & Zonaras, additque eos publicis impendiis sustentatos fuisse. Addit & Codinus ex ea schola erupisse Archiepiscopos & Patriarchas complures: sed cum ea non ultra centum & quatuordecim annos in eo splendore perdurass-

set, tum ab impio Leone persecutore, in fide tuenda infractos Doctores, incendio cum Bibliotheca ipsa absamptos fuisse. Literis sacris & Theologicis studiis incumbebat ea Schola, quanquam qui in ea clarebant, sæcularibus ante litteris operam de- dissent. Tum vero immersus est Oriens te-nebris ignorantiae densissimis usque ad ætatem Bardæ Cæsar, qui sub Michaele Imperatore, Scholas litterasque luci & gloriae prælinæ reddidit, ut infra declarabitur.

XV. Sermo huic de Scholis studiisque Clericorum hac priori parte ætatis mediæ fineæ facient Cassiodori verba in Præfatione divinarum Lectionum. Narrat enim ipsemet vehementer se indoluisse, quod cum tanta circumfusæ gloria florerent humanæ litteræ, nulli Magistri publici essent, qui sacras litteras elucidare profiterentur: Gravissimo dolore permotus, quod Scripturis divinis Magistri publici deessent: tum omni animi contentione enixum esse, ut publicæ Scholæ Romæ erigerentur, earum similes, quæ olim Alexandriæ effulssent, vel quæ etiam tum Nisibi florarent: *Nisus sum cum beatissimo Agapito urbis Rome, ut sicut apud Alexandriam multo tempore fuisse traditur institutum, nunc etiam in Nisibi civitate Syrorum Hebreis sedulo fertur exponi, collatis expensis in urbe Romana professos Doctores Schole potius acciperent Christianæ, unde anima suscipere eternam salutem, & casto atque purissimo eloquio fidelium lingue conereret. Cum vero tam pia cœpta abruptissimè bellici tunc in Italia tumultus, quod suarum erat partium, viriumque, implevit Cassiodorus hoc edito Opere de divinis Lectionibus, ubi palam facit, quibus clarere debeant studiis Christianæ Scholæ. Non prætermittuntur mitiores & politiores litteræ; sed Scripturæ divinæ Græcorum Latinorumque Patrum testimonii & commentationibus illuminantur: Per quos & Scripturarum divinarum series, & sæcularium litterarum compendiosa notitia pandetur, &c. Ascendamus ad Scripturam divinam per expositiones probabilium Patrum, &c. Tum vero ille in medium profert Clementem & Cyrillum Alexandrinos, Chrysostomum, Gregorium Nazianzenum, Basilium, quanquam Clericos nostros malit Latini affligi & immorari Patribus.*

(1) Cas. 68.

**C A P U T X C V I . P . 3 . l . 2 . c . 1 9 .**

Scholæ sub Regno & Imperio Caroli Magni.

I. Reparandarum Scholarum & Litterarum fundamenta ponere Carolus a Grammatica incipit.

II. Schole prima fuere in Episcopilibus ædibus & in Monasteriis, ubi edocebantur juniores Clerici Grammaticam, Psalterium, Cantum, Computum & Orthographiam.

III. Medicinam, Scripturas, Canones, Patres & Leges.

IV. Preter duas illas Scholarum species, erant & alie in Parochorum ædibus, alie denique in Palatio Regum. De Parochorum scholis.

V. Ab his promovebantur ad illas Episcopales, vel Abbatiales.

VI. Quam in omni litterarum genere versatus esset Carolus Magnus.

VII. Excutebat nonnunquam & ipse studentes; Episcopatum & Abbatiarum spem faciebat peritoribus, nulla natalium habitatione.

VIII. IX. Omnium florentissima erat Latina Schola.

X. Non parum ei splendoris conciliavit Alcuinus.

XI. Fæmina ipsæ nobiles ad litteras perdiscendas certam incumbebant.

XII. Excolebatur & Theologia Scholastica.

XIII. De Alcuini Schola Turonensi.

XIV. Quanti momenti & adjumenti sint litteræ politiores ad studia Scripturarum.

XV. Summa antedictorum. Schola Clericis unis destinabantur.

I. Cum anno 787. Roma abduxisset Carolus Magnus in Gallias mobiles Grammaticos, encyclicas ad omnes Regni Episcopos & Abbates dedit litteras, ut hortaretur eos ad extruendas Scholas, ubi Clerici Monachique litteris iis incumberent, quarum subficio fræti, altius subire posset in arcana Scripturarum divinarum penetralia (1): Cum fidelibus nostris consideravimus, utile esse, ut Episcopia & Monasteria, nobis Christo proprio ad gubernandum commissa, præter regularis vita ordinem,

etiam in litterarum meditationibus docendū studium debeant impendere. Scriperant ad Carolum Abbates complures Epistolas, quæ pietatem quidem spirarent, sed incondito & rudi sermone: *Sensus rectos, & sermones incultos*. Inde ille subodoratus est, quam non alte descendissent in Scripturæ abditam intelligentiam: *Unde factum est, ut timere inciperemus, ne forte sicut minor erat scribendi peritia, ita quoque & multo minor esset, quam recte esse debuisset, in sanctarum Scripturarum ad intelligendum sapientia*. Adhortabatur ergo eos, ut humanis litteris diligenter animum adverteant, quo in divina Scripturæ sensus faciliter penetrarent: *Hortamus vos litterarum studia certatim discere, ut facilius & rectius divinarum Scripturarum mysteria valentis penetrare*. Cum vero litterali sensu, veluti fundamento, innitur tota Scripturarum intelligentia, humanioribus litteris opus est, quæ verborum vim, figuræ, & id genus alia aperiant: *Cum in sacris paginae schemata, tropi, & cetera his similia inserta inveniantur, nulli dubium est quod ea unusquisque legens tanto citius spiritualiter intelligit, quanto prius in litterarum Magisterio plenius instructus fuerit*.

II. Ergo in Episcoporum Palatio & in Monasteriis hæc primum redivivæ excitatae sunt Scholæ: & litteræ artesque liberales ibi personuere, eo duntaxat consilio, ut ad faciliorem ubioremque Scripturæ intelligentiam via muniretur. Accessere Psalterium, Notæ, Cantus, Computum, Orthographia: & hæc quidem tam accurata diligentia, & censura, ut Evangelia, Psalterium & Mysteriorum Codicem, seu Missale librum exscribere nemo permettereatur, nisi qui ætate jam proœctior esset & doctrina. Ita statutum fuit in Capitulari Aquisgranensi anni 789. (2). Et ita Scholæ legentium puerorum fiant, Psalmos, Notæ, Cantus, Computum, Grammaticam per singula Monasteria vel Episcopia dicant, sed & libros Catholicos bene emendatos habeant: quia sape dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros male rogant. Et pueros vestros non finite, eos legendo, vel scribendo corrumpere. Et si opus est Evangelium, vel Psalterium & Missale scribere, perfectæ statis homines scribant cum, omnino diligentia.

His fundamentis superstruenda erant eminen-

[1] Conc. Gall. t. 2. p. 121.

[2] Cap. 72.

mentissime Scholæ. Quam non vero in his rudimentis hæreret Carolus, satis superque ab eo proditum ibidem est, quando acumen, & delectum, censuram & critiken desideravit (1), qua proscripterentur ab Ecclesia Pseudepigrapho & dubie narrationes: & cum solos admisit Scripturarum & sanctorum Patrum Codices: Sed soli Canonici libri, & Catholici tractatus, & sanctorum Patrum dicta legantur & tradantur.

Erexit & Scholam Carolus Osnabrugii in Germania, sed quæ Græcis maxime litteris addicta esset (2). Ideo & muniis oneribusque omnibus Episcopum Osnabrugensem subduxit, præterquam Legationi Constantinopolitanæ, cum defungenda ea foret, ad Imperiale utramque gentem conjugio fœderandam, tum enim eximi & absolvi hoc munere non posse illum Episcopum, quod ejus Ecclesia viris Græce Latineque doctis abundatura semper esset: Episcopo suisque successoribus perpetuam concedimus libertatem, & ab omni regali servitio confirmamus absolutionem. Nisi forte contingat, ut Imperator Romanorum, vel Rex Gracorum conjugalia fœdera inter filios eorum contrahere disponant: tunc Ecclesia illius Episcopus omni sumptu a Rege, vel Imperatore adhibito, laborem sumit & honorem illius legationis assumat. Et hoc ea de causa statuimus, quia in eodem loco Gracas & Latinas Scholas in perpetuum manere ordinavimus, & nungniam Clericos utriusque lingue gnares ibidem deesse in Dei misericordia confidimus.

In pervetusto quidem Chronicæ perhabetur Carolus Roma adscivisse Magistros Grammaticæ & Arithmeticæ, primumque fuisse eum politiorum litterarum suo ævo parentem & restauratorem (3): Et dominus Carolus Rex iterum a Roma artis Grammaticæ & Computatoria Magistros secum adduxit in Franciam, & ubique studium litterarum expandere jussit. Ante ipsum enim in Gallia nullibi studium fuerat liberalium artium. Sed eo Chronicæ non memoratur, unde Professores linguæ Græcae arcessiverit. Pronum est conjicere Constantinopoli advectos, ut vel ipsa declarat Osnabrugensis Scholæ institutio. Jonas porro Aurelianensis Episcopus fidem facit unum in eum finem desudasse has omnes Galliz & Germaniz Scholas, ut divinis Scripturis quam-

plurima lux affunderetur (4): Non solum apud Germaniam studium litterarum, & amor sanctorum Scripturarum, verum etiam apud Galliam ejus studio & ferventissimo desiderio actum est, ut in sibi commissæ Ecclesiæ filiis & liberalium artium apprime disciplina, & divinarum Scripturarum perfecta polleret intelligentia.

III. In alio capitulari anni 805. adjicitur a Carolo Studium Medicinæ: De Medicinali arte, ut infantes hanc discere mittantur. Ut ne vero ambiguum esse possit, quam late tunc paterent studia Ecclesiastica, unum hic adnotabo ex Præfatione Concilii Moguntini anni 813. ubi Episcopi, Abbates, & Comites coadunati, & in tria discreti Collegia, multum diuque commentati sunt eam disciplinæ formam, quæ Ecclesiæ, quæ Regni saluti & laudi accommodatissima foret: quam & expiscari enihi sunt ex Scripturis, ex Conciliis, Canonicibusque, ex Commentariis sanctorum Patrum; ex Pastorali potissimum S. Gregorii, ex Regula S. Benedicti & ex Legibus. Tres fecere turmas, &c. Episcopi trattantes sanctum Evangelium, Epistolas & actus Apostolorum, Canones, diversa sanctorum Patrum opuscula, Pastoralemque librum Gregorii, &c. Abbates Regulam sancti Benedicti, &c. Comites & Judices in mundanis legibus decertantes, &c. Hæc erat ergo summa eruditionis Clericorum, ad quam ab exordio anhelabant, ad quam cum æste proficiebant, cui denique vitam omnem etiam ad summas proiecti dignitates impendebant. (5) De ea emendatione Legum in ea Nobilium turma copiosius differit Chronicum Moissacense: Emendata legem scribere.

Hæc sunt ergo partes, hæc Facultates celeberrimæ Scholæ, seu Universitatis, Grammatica, Medicina, Leges, Canones, Theologia Scripturarum & Patrum. Sed ne tibi fingas in singulis Scholis locum fuisse his omnibus disciplinis. Ne necesse quidem id erat, sed pro modo & usu locorum & temporum omnia dispensari.

IV. Universum autem observandum venit quatuor Scholarum ordines fuisse. Nam præter Episcopales & Abbatiales, erant & aliæ in Palatio Regum, & in ædibus Parochorum. De his postremis agitur in Concilio Moguntino, ubi prima fidei elementa

ver-

[1] Can. 78.

[2] Baron. ann. 804. n. 12.

[4] Advers. Claud. Taurin. initio.

[3] Baron. 787. n. 69.

[5] Du Chêne c. 3. p. 146.

vernaculo saltem idiomate pueri edocebantur (1) : *Filios suos donent ad Scholam, sive ad Monasteria, sive foras Presbyteris, ut fidem Catholicam discant & Orationem Dominicam, ut domi alias edocere valeant.* Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat. Quæ autem patria & vernacula hæc esset lingua, manifestum fecit Concilium III. Taronense, cum Episcopis mandat, ut suas ad rudes populos conciones studeant transferre in Rusticam Romanam linguam vel Theotiscam, seu Germanam (2) : *Ut easdem Homilias quisque aperire transferre studeat in Rusticam Romanam linguam, aut Theotiscam, quo facilius cuncti possint intelligere quæ dicuntur.* Concionabantur enim Episcopi lingua Latina, quam imperiti tum minus capiebant: capiebant autem Germani quidem Teutonicam, Galli Rusticam Romanam, hoc est Latinam situ & rubigine obductam, vitiataque aspergine plurima, & contagione linguarum barbaricarum. In Scholis porro Parochiarum gratis edocendi erant pueri indigenæ. Unde Theodulphus Aurelianensis Episcopus in hunc modum sanxit (3) : *Presbyteri per villas & vicos Scholas habeant, & si quilibet fidelium suos parvulos ad discendas litteras eis commendare vult, eos suscipere & dote non renuant. Cum ergo eos docent, nihil ab eis pretii pro hac re exigant, nec aliud ab eis accipiant, excepto, quod eis parentes caritatis studio, sua voluntate obtulerint.*

V. Sed cum primoribus tantum eleemosinis informarentur pueri in his vicorum Scholis, hortabatur Theodulphus Parochos, ut nepotes suos mitterent ad Scholas Episcopales, aut Monasteriorum eorum, quæ essent sub Episcopi ditione, nempe sancti Aniani, S. Benedicti, & Sancti Lifardi (4) : *Si quis ex Presbyteris voluerit nepotem suum, aut aliquem consanguineum ad Scholam mittere, in Ecclesia sanctæ Crucis, aut in Monasterio sancti Aniani, aut sancti Benedicti, aut sancti Lifardi, aut in ceteris de his cenobiosis, quæ nobis ad regendum concessa sunt, ei licentiam id faciendi concedimus.* Illud porro innui videtur Francofordiensi Canone, si in Scholis Monasticis informarentur & expolirentur Clerici administrandis Parochiis pares meliuscule, quam in Parochiis ipsis: *quæcum esse, ut in Episcopali Schola ea ce-*

*lebrarentur studia seu litterarum, seu virtutum, quibus expoliti Clerici ad summas quaque dignitates, & ad Episcopatum ipsum tuto possent promoveri (5) : Ut unusquisque Episcopus sibi subditos bene doceat & instruat: ita ut in domo Dei superdigni inveniantur, qui canonice possint fieri electi.*

VI. Carolum Magnum ea maxime laude exornat Monachus Inculismensis, quod primus Galliæ invexerit studia, & Scholas Artium liberalium, cum Roma Grammaticos abduxisset (6) : *Carolus iterum a Roma artis Grammaticæ & Computatoria Magistros secum adduxit in Franciam, & ubique studium litterarum expandere jussit. Ante ipsum enim in Gallia nullum studium fuerat liberalium artium.* Et rursus infra: *Reversus est in Franciam, adducens secum Cantores Romanorum, & Grammaticos peritisissimos, & Calculatores.* Unde conjici poslit, cum iidem sint Calculatores, & Computatoria Magistri; Computum illud, quod nobis tam crebri Canones inculcarunt, non aliud esse quam Arithmeticam, quam perinde ut & Notas addiscere cogebantur pueri, hoc est rationem scribendi per notas & apices compendiosiores, quo fiebat ut calamus linguae pernicitatem assequeretur. Ubi autem hic audio Magistros Computatoria, seu Comuti, non possum non suspicari jaga hinc auspicia & præludia aliqua nominis eorum, qui in summa Magistratum gloria jam constituti, Magistri computorum dicuntur, & uni maxime Arithmeticæ vacant in Fisci Regii & diplomatum Regionum administratione.

Redeo ad Carolum, quem ait Eginardus litteris politioribus plurimum vacasse ipsum, & voluisse, ut filii nepotesque eadem imbibenter studia (7). Liberos suos ita censit instituendos, ut tam filii quam nepotes primo liberalibus studiis, quibus & ipse operam dabant, erudirentur. Sed delectabatur præterea Carolus lectio Historiæ sacrae, Patrum, Augustini maxime, Inter cœnam dum aliquod acroama, aut lectorem audiebat. Legebantur ei historie & antiquarum rerum gestæ. Delectabatur & libris sancti Augustini, præcipue his qui de Civitate Dei prætitulati sunt. Linguas excoluit, Latinam ita calluit, ut non minus expedite Latina, quam patria peroraret lingua. Græci quoque sermonis peritus erat. Nec patrio tam

(1) Can. 45.

(2) Can. 17.

(3) Can. 20.

(4) Can. 19.

(5) Can. 29.

(6) Du Chêne t. 2. p. 75. 76.

(7) Ib. p. 101. 102. 103.

tum sermone contentus, etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit. In quibus Latinam ita didicit, ut aque illa ac patria lingua orare esset solitus, Gracem vero melius intelligere, quam prouintiare poterat. Prater Grammaticam, ab Alcuino didicit Rhetoricam, Dialecticam, Astronomiam, Arithmeticam. *Aries liberales studiosissime coluit.* Alcuinum Diaconum de Britannia, virum undeque doctissimum, Preceporem habuit. Apud quem & Rhetorica, Dialectica, precipue tamen Astronomie ediscenda plurimum & temporis & laboris impetravit. Discebat & artem computandi, & intentione sagaci syderum cursum curiosissime rimabatur. Speciali autem cura & contentione animi in Scripturas sacras incubuit, quarum codices atriusque Testamenti expurgavit emendavitque. Laborem eum hac ipse solabatur, fore ut & alii exemplo suo acuerentur ad idem tentandum. Vide ut ipse de ea re disserat in Praesatione Homiliarum, seu Homiliarum a Paulo Diacono compilatarum. *Cura est nobis, ut Ecclesiarum nostrarum ad meliora semper proficiat status, obliteratam pene litterarum reparare satagimus officinam, & ad pernoscenda sacrorum librorum studia, nostro etiam quos possumus invitamus exemplo.* Inter quæ jam pridem universos veteris ac novi Testamenti libros, Librariorum imperitia depravatos, ex amissim corremus. In animo habuit Supplementum seu Concordiam Legum edere, (1) cuius usus per universas propagatur Gallias, ubi duæ Legum species obtinebant, pugnabantque mutuo. Quid tenetarit, quid perficerit, explanat his verbis Eginardus (2): *Post suscepturn Imperiale nomen, cum adverteret multa legibus populi sui deesse, nam Franci duas Leges habent plurimis in locis valde diversas; cogitavit quæ deerant addere, & discrepantia unire: parva quoque ac perperam protata corrigerere.* Sed in sis nihil aliud factum est ab eo, quam quod pauca Capitula & ea imperfecta legibus addidit. Omnia tamen Nationum quæ sub ejus dominatu erant, jura quæ scripta non erant, describere ac mandari litteris fecit. Ea erat eruditiois ubertate & copia, qui litterarum parens & reparator audiebat, posteriori hac mediæ zetatis parte.

## VII. Commodandæ jam sunt aures San-

gallensi Monacho edifferenti, ut Carolus Magnus e Scholis his suis & Seminariis arcesseret deligeretque Episcopos, Abbates & Majores omnes Regni & Imperii sui Beneficiarios; propterea quod ex Scholæ non litterarum tantum, sed & virtutum ac religionis quadam essent domicilia: impensasque earum orantes ad Magistrorum alumnorumque sustentationem Principis terrarium suppeditaret (3). Clementem in Gallia recipere præcepit, cui pueros mobilissimos, mediocres & infirmos satis multos commendavit, & eis prout necessarium habuerunt, virtualia ministrari præcepit, habitaculis opportunitis ad habitandum deputatis. Aliquantis post annis quam extorta & dotata fuerat hæc schola, accessit ipsem ad examen instituendum; quæ carmine, quæ soluta oratione scriperant, legit ipse, & excusset: cumque compresisset inferioris infimæque fortis juvenes maiores fecisse progressus, gaudio perfusus, & palam exhilaratus, hortatus est illos, ut pergerent maturarentque ad perfectionis culmen progredi, certaque hac se spe recrearent, fore ut eis potissimum Episcopales, Abbatiales & primariae quæque Regni dignitates conferrentur (4). Nunc ergo ad perfectum attingere stude, & dabo vobis Episcopia & Monasteria permagnifica, & semper honorabiles eritis in oculis meis. Nobiles autem juvenes, qui otio & ignavia torpuerant, contestatus est, nullam eos in partem Regis largitatis adicatum iri.

Quam totus exarsisset Carolus studio & amore litterarum, prodidit ipse luculente, cum Alcuino hæc animi sui vota, hæc desideria aperuit: *O Utinam haberem duodecim Clericos ita doctos, omnique sapientia sic perfecte instructos, ut fuerunt Hieronymus & Augustinus!* Cui reposuit scitissime Alcuinus: *Creator cœli & terre similes illis plures non habuit, & tu vis habere duodecim?* Narrat Theganus, ubi Carolus Imperium in manus Ludovici filii depositum, aut ubi illum sibi Imperii socium ascivit, totum se contulisse ad pietatem, orationem, facrorumque emendationem librorum, collationemque cum Græcis & Syris exemplaribus (5). Nihil aliud caput agere nisi in orationibus & eleemosynis vacare, & libros corrigerere. Nam quatuor Evangelia in ultimo ante obitus sui diem cum Græcis & Syris optime correxerat.

## VIII.

(1) Analecta Mabill. to. 1. p. 25.  
(4) Du-Chesne T. 2. p. 108. III.

(2) Eginard. ubi supra.  
(5) Ib. p. 277.

(3) L. 1. c. 2. 3. 9.

VIII. Erat ipsius Caroli Palatum schola longe splendidissima. Ipsi Principis Palatio scholæ vocabulum tributum fuerat, quod ea sedes esset potissima, in qua humanæ omnes divinæque litteræ efflorescerent. Ita aperte pronuntiat Monachus sancti Germani in Epistola ad Carolum Calvum (1): *Ita ut merito vocetur Schola Palatum, cuius apex non minus scholaribus, quam militaribus consuecit quotidie disciplinis.* Nec sub Carolo demum Calvo id nominis Palatio Regio inditum est, sed jam inde ab ævo Caroli Magni. Sic enim testatur Alcuinus ejus scholæ lumen, in Epistola ad Carolum Magnum data (2): *Ego ignarus, nesciens Ægyptiacam scholam in Palatio Davidice versari gloria; Ego abiens Latinos ibi dimisi, nescio quis subintroxit Ægyptios.* Author vita Aldirici Archiepiscopi Scnonensis Alcuinum refert a Carolo Magno institutum esse Praeceptorem Palatinum, ut ejus responsus ardua quæque negotia terminarentur: *Imperator Augustus cum Praeceptorem Palatum instituit, ut vita Imperialis Aula & majora negotia sue discretionis arbitrio definirentur.* Si his addas quæ S. Gallensis Monachus habet, Caroli Magni Palatio frequentes inhospitari solitos Reges, Duces & Tyrannos, qui ei prandenti cœnanique ministrare, amplum sibi & honorificum esse interpretabantur. Comedente Carolo ministrabant Duces & Tyranni, vel Reges diversarum gentium. Facile ex his assentieris nullam unquam scholam huic æquari aut vel comparari potuisse.

IX. Hæc ipsa forsitan est Imperatoria schola, quam Athenarum nomine insignivit Alcuinus, quamque Academiam Platonis eo antecellere statuit, quod hæc Artes septem Liberales ostentaret, illa septem Spiritus sancti Dona, & plenitudinem infunderet cœlestis cuiusdam sapientia (3): *Forfitan Athene nova perficeretur in Francia, immo multo excellentior, quia Christi Domini nobilitata magisterio, omnem Academiam exercitationis superat sapientiam.* Illa tantummodo Platonis eruditæ disciplinis, septenis informata clauruit artibus; *hæc etiam insuper septiformi sancti Spiritus plenitudine dñata, omnem secularis sapientia excellit dignitatem.* Non distat a veri specie, quod

quibusdam persuasum fuit, haec Palati scholam ambulatoriam fuisse, & Principi semper adglutinatam, quo se cunque ille ex Palatiis suis inferret (4). Caroli Magni sedes frequentissima fuit, & Palatum longe magnificentissimum Aquisgrani.

X. Quæ Alcuini operibus praæfixa est ejus vita, a perverto Auëtore scripta, somnio & flagello consimili, ac de Hieronymo ferunt, admonitus refert Alcuinum, persuasumque, ut Psalterium Davidis Virgilio anteponeret; ubi memoriz mandavit Psalterium, tum in Egberti schola meruisse, qui magisterio Bedæ imbutus quondam fuerat; ibi Grammaticæ, Artibus Liberalibus, & Scripturis operam navatam fuisse: cum postea vero Caroli Magni Praeceptor audiret, & celeberrimarum per Gallias Angliamque scholarum patrens & institutor, jam non amplius passum esse, ut ibi prælegeretur Virgilius, aut quisquam Gentilium Scriptor, non temere sperantem & Scripturis dñinis scatere venas totius prorsus eruditionis. Legerat juvenis libros antiquorum Philosophorum, Virgilii que mendacia, que nolebat jam ipse nec audire, neque discipulos suos legere. Sufficiunt, inquiens, divini Poeta vobis, nec egeris luxuriosa sermonis Virgilii vos polluti facundia.

XI. Moniales ipse sacrum otium suum horaque vacas consumebant Scripturarum Patrumque lectionibus; ex eisque duæ Alcuinum incenderunt ad illum pulcherrimum in Evangelium Joannis Commentarium concinnandum: Posse eam eum Cesaro duuo Turonum Parisios mittere vigiliarum suarum in Scripturas & commentationum fructus; cum olim Hieronymus matronarum Romanarum votis obsecundans, plures in Scripturam lucubrations suas e Bethleemo Rœmam missitaret (5): *Mutro facilius Charterum portator tuarum ad Turonis Parisiam civitatem, quam illius de Bethleem Romanam pervenire potuerit.* Hunc laborem abruptit iussio Caroli Magni, ut veteris & novi Testamenti Codicum emendationi incumberet: *Si me non occupasset domini Regis præceptum in emendatione Veteris Novique Testamenti.* Hæc porro editio emendatior Scripturarum in omnes Gallicanas Ecclesiæ disseminata fuit iussu Caroli Magni, & Missorum ejus Dominicorum foliis citu-

(1) Du-Chefne tom. 2. pag. 471.

(2) Epist. 9.

(3) Alcuinus Epist. 20.

(4) Le Coïte Ann. 802. n. 79. 92.

(5) Alcainus oper. pag. 375. 590.

etudine, ut planum sit ex Capitularibus (1). Volumus, & ita Missis nostris mandavimus & precepimus, ut in Ecclesiis libri Canonicis veraces habeantur, sicut jam in alio Capitulari sepe mandavimus.

XII. Nec minimum opera & curæ ponebatur in Scholastica Theologia. Exploxit Alcuinus absurdas eorum causationes, anilesque nrenias, qui vitio vertebant, quod Carolum Magnum impulisset ad studia Dialecticæ. Contra autem ipse palam fecit, eam Augustino vilam esse adprime necessariam, ad elucidationem qualemcumque eius mysterii in quo latet adoranda divinarum Hypostaseon Trinitas: in quo usus est opportunitas Categoriarum (2). Ut convincerem eos, qui minus utile existimabant, vestram nobilissimam intentionem Dialectica discipline discere velle rationes, quas Pater Augustinus in libris de sancta Trinitate questiones nonnisi Categoriarum subtilitate explanari posse probavit.

Hæc sunt Theologica studia, Dialecticæ adminiculis fulta, quibus Alcuinus dignitatem auctoritatemque conciliabat in Galliis, in Palatio maxime Regum & Imperatorum. Sic enim ille ad Carolum Magnum (3): *Ad hanc sapientiam omni studio discendam, & quotidiano exercitio possidendum exhortare, domine Rex, juvenes quoque in Palatio Excellentie vestre, quatenus in ea proficiant etate florida, &c.*

XIII. In ipsa Turonensi civitate scholam erexerat Alcuinus, in qua prælegebat ipse adolescentioribus Clericis Scripturas, Grammaticamque, Philosophiam, Astronomiam, humanarum scientiarum instrumentum omne ad illustrandas divinas Scripturas revocabat: *Aliis per tecta Sancti Martini, sanctorum mella Scripturarum ministrare satago. Alios vetere antiquarum disciplinarum mero ineibriare studeo. Alios Grammatice subtilitatis pomis incipiam enutrire. Quosdam stellarum ordine illuminare studeo. Plurima plurimis factus, ut plurimos ad prospectum sanctæ Dei Ecclesie & ad prospectum Imperialis Regni vestri erudiam. Sed Theologicis maxime studiis claruerant ii Episcopi, qui Doctores & Magistri appellabantur. Istitimodi erant Episcopi Richelonus & Theodulphus, quibus curante Alcuino commendata est provincia consularandi Felicis Urgelitani Episcopi (4): Rithomasf. Tom. IV.*

chebono & Theodulpho Episcopis, Doctoribus & Magistris.

XIV. Misericordia ejusdem Alcuini testimonia, quibus validissima astruitur necessitas copulandæ cum Theologia & Scripturis Philosophiæ, Arithmeticæ & Astronomiæ. Finem faciam, ubi addidero, quæ ille ad Carolum Magnum perscripsit, de restituendo punctorum & virgularum usu, qui Amanuensium imperitia obsoleverat, & de cohortandis scholæ Imperatoriæ Alumnis, ut ei se usui accommodarent, ut a quo orationi & lucis accederet plurimum, & ornamenti (5): *Punctorum vero distinctiones licet ornatum faciant pulcherrimum in sententiis, tamen usus illorum propter rusticitatem pene recessit a Scriptoribus. Sed sicut totius sapientie decus, & salutaris eruditio ornatus per vestre nobilitatis industriam renovari incipit; ita & horum usus in manibus scribentium redintegrardus esse optime videtur. Ego itaque licet parum proficiens, cum Turonica quotidie pugno rusticitate. Vestra vero auctoritas Palatinos erudit pueros, ut elegantissime proferant, quidquid vestri sensus lucidissima dictaverit eloquentia; ut ubique Regalis nominicarta currrens, regalis sapientæ nobilitatem ostendat.*

XV. Summatim jam ex superioribus constat, Carolum Magnum litterarum sui ævi, scholarumque instauratorem fuisse; quadruplices tunc fuisse scholas, Presbyterales, Episcopales, Monasticas, & Palatinas; studia in iis effebuisse humaniorum litterarum, Philosophiæ, Arithmeticæ, Dialecticæ, Astronomiæ, Theologiæ Scholasticæ, Canonum, Legum, Patrum, ac postremo vel primum omnium Scripturarum, ad quas disciplinæ ceteræ omnes collimarent. Adde castigationes in iis elaboratas fuisse Bibliorum editiones, consultis Hebraicis, Syriaicis, Græcisque Exemplaribus: vernacula quoque lingua confuetudini multa esse donata; Principem omnium Scholam & doctrina florentissimam fuisse Palatinam; Imperatorem ipsum in his disciplinis non parum operæ & industriæ suæ posuisse; post Palatinam Scholam, quæ plerumque Aquigrani, vel Parisiis erat, secundas tenuisse aliquandiu Turonensem: Episcopales & Abbatiales infulas despontam iis fuisse mercedem, qui in his Scholis diligentia, eru-

N n n ditio-

(1) Cap. Car. Mag. I. 6. cap. 227.  
(4) Ep. 4. 8. 15.

(2) Alcuinus pag. 703.  
(5) Alcuinus pag. 1511. 1512.

ditione, virtute præcellerent, quantumvis sordidos natales nacti essent. Clericis ideo tantum dicatæ erant & frequentatæ hæ Scholæ, ut docet nos Beatus Hilpanus Presbyter cum primis inclytus, in priori suo adversus Eliptandum libro. Disertis enim ille verbis pronuntiat ad Scholas ablegatos non suisse adolescentulos, nisi qui Clero addicerentur: reliquos Christianæ Doctrinæ elementis duntaxat initiatos suisse: Ex ipsis baptizatis alii traduntur Schole, & offeruntur a parentibus Christo, ut possint futuri esse Sacerdotes, & serviant Christo. Alii tantum doctrinæ traduntur, ut legant & cognoscant Christum, & accipiant cum benedictione intra Ecclesiam uxores, ut serviant conjugio.

veritate subnixum præclarum dictum: Honos alit artes, & accenduntur omnes ad studia gloria. Nunc oneri sunt, qui aliquid disere affectant; & velut in edito siros loco, studiosos quoque imperii vulgo spectantes, si quid in eis culpa deprehenderint, id non humano vitio, sed qualitati disciplinarum assignant.

II. Hæc ille Caroli Calvi temporibus, quibus difficile creditur usque adeo despiciabiles jam suisse vias litteras, & maledicorum inultis obrectationibus ita objectos litteratos omnes, ut eorum maculae, immo & flagitia, quibus nonnunquam & ipsi deturpantur, non tam privatae ipsorum pravitati, quam ipsis per se scientiis imputantur. Sed ante explorandum est nobis, qui rerum status fuerit sub Ludovico Pio, qui Carolo Parenti successisset, venturis inde ad Carolum Calvum, Pii filium & succcessorem. In ea Epistola qua Carolo Calvo Jonas Aurelianensis Episcopus, suum de Imaginum cultu dicavit opus, testatum facit Ludovicum Pium non æquasse tantum, sed longo superasse intervallo zelum & ardorem Caroli Magni in propagandis disciplinis liberalibus, Scripturarumque & sanctorum Patrum Codicibus acervandis, ut hoc esset velut armamentarium, unde tela depromerentur ad configendas hæreses omnes: Quantum Ecclesiam Christi suo regimini divinitus commissam, morem patris sui, videlicet pii & homonymi viri Caroli nobilissimi Augusti imitans, immo supergrediens, disciplinis liberalium artium educaverit, & utriusque Testamento sanctis paginis atque eximorum Patrum dictis ad propellenda hereticorum dogmata venenata, & instruxerit, & instrui fecerit, cunctis Catholica Apostolica fidei filiis perspicuum esse non ambigitur, quoniam revera id quod dicitur, in promptu esse cernitur.

III. Ejus rei probationem mox profert Jonas, nempe cum primum certior factus est Ludovicus Pius vacare Ecclesiam Taurinatem, & circumiectos Italix populos magna in ignorantia versari Mysteriorum fidei Christianæ, eo misisse Presbyterum Hispanum nomine Claudium, in Palatio suo probatum & exercitatum, ut Episcopus ejus Civitatis inaugurate: Qui aliquid temporis in suo Palatio, in Presbyteratus militaverat honore. Sed cum Ludovici spem fecellisset Claudius, & subditam sibi plebem

## CAPUT XCVII. P. 3. l. 2. c. 29.

### Scholæ sub Ludovico Pio Imperatore.

I. An statim ab obitu Caroli Magni retro labi cœperint Scholæ?

II. Non pœnitenda fuit adhuc eorum gloria sub Ludovico Pio.

III. Ejus sollicitudo ad Doctorum numerum augendum, maxime in Palatina Schola.

IV. Quam versatus ipse tritusque esset in disciplinis his.

V. Ejus anxietas, ut Scholæ ubique extarentur.

VI. Concilium Parisiense eum interpellavit, ut tres novas publicas erigeret Scholas.

VII. VIII. De Schola Turonensi & Lundunensi.

IX. De Schola Fuldensi.

X. De Schola Parisiensi.

I. Ta statuebat Lupus Ferrarensis Abbas ad Caroli Magni nominis gloriam immortalitati commendandam, non minus contulisse Scholæ restauracionem & amplificationem disciplinarum omnium, quam armorum & tot victoriarum splendorum. At vero cum eo extincta pene, certe plurimum refrixisse studia litterarum (1): Siquidem vestra memoria per famosissimum Imperatorem Carolum, cui litteræ eo usque deferre debent, ut eternitati parent memoriam, cœpta revocari studia aliquantulam quidem extulere caput, satisque constitit

(1) Epist. 1.

bem novis fascinasset erroribus, librum ejus Ludovicus ab Imperatorice sua Scholæ Doctoribus præsente se examinari, & censoria cauterio inuri curavit. *Qui libellus ab eo prudentissimiisque Palatii sui viris examinatus, iusto iudicio est repudiatus.* Tum Jonæ mandavit, ut eum librum scripto confutaret; quod & præstitit, eo opere, quod postea Carolo Calvo dicatum est.

IV. Ludovici Pii singularem eruditionem luculento encomio prosequitur Theganus (1). *Lingua Græca & Latina valde eruditus, sed Graciam magis intelligere poterat, quam loqui; Latinam vero sicut naturalem aquiliter loqui poterat. Sensum vero in omnibus Scripturis Spiritalem & moralem, necnon & anagogem opime noverat. Utriusque Testamenti Scripturas omnes voluit Germanico verti idiomate, & quidem stricta oratione: Ut illiteratis etiam sacra divinorum librorum lectio panderetur.*

V. Jam ergo mihi mirum erit, si dicamus anxie cum primis Pium instare solitum Episcopis omnibus, ut Scholas Clericis suis extruerent (2). *Schola sane ad filios, & Ministros Ecclesiæ instruendos vel edocendos, sicut nobis præterito tempore ad Altiniacum promisisti, & vobis injunximus, in congruis locis, ubi necdum perfectum est, a vobis ordinari non negligatur. Voluit ut & Parochi ad Concilium Provinciale aliquos ex studiorum amantioribus alumnis secum adducerent, ut hoc documento suam in excolendis scholis litterisque diligentiam facerent testatiorem (3).* Et quando ad Provinciale Concilium ventum fuerit, unusquisque Rectorum Scholasticos suos eidem Concilio adesse faciat, ut suum solers studium circa divinum cultum omnibus manifester fiat. Ipsissima hæc sunt verba Concilii Parisiensis VI. anni 829. cui compertissimum erat, non aliud antiquius, aut majori curæ Episcopis esse debere, quam scholarum & studentium Clericorum incrementa (4): *In Scholis habendis & educandis militibus sanctæ Dei Ecclesiæ operam daremus.*

VI. Sed præter has Scholas, in Palatio, in Episcopibus ædibus, in Parochiis & in Monasteriis, in quibus postremis Aquisgranensis Abbatum Conventus anno 817. docet, admitti non solitos, nisi qui vitæ

Monasticæ essent consecrati (5): *Ut Schola in Monasterio non habeatur, nisi eorum qui oblati sunt: præter has, inquam, Scholas aliae erant, quæ publicæ dicebantur, & quæ proprius utique accedebant ad poltremæ hujus ætatis Universitates.* De his egit Concilium idem Parisiense VI. eo Canone, quo Ludovicum Pium interpellavit, ut tres saltem istiusmodi Scholas erigeret in Imperio suo, ne marcesceret & intercederet fructus tot tantorumque & gloria laborum, quibus & ipse & Carolus Magnus æternam sibi apud posteros memoriam & laudem comparassent (6): *Obnixe ac suppliciter vestre celstudini suggestimus, ut morem paternum sequentes, saltem in tribus congruentissimis Imperii vestri locis, Schole publicæ ex vestra auctoritate fiant: ut labor Patris vestri & vester per incuriam, quod absit, labefactando non depereat. Quoniam ex hoc facto & magna utilitas, & honor sancte Dei Ecclesiæ, & vobis magna mercedis emolumenntum & memoria sempiterna accrescat.*

VII. Schola Turonensis non improbabiliiter in ea publicarum Scholarum classe collocatur. Præter ea quæ Capite superiori dicta sunt, addere quod de Gilleberto referunt Episcopo Catalaunensi electo (7), qui ad interrogaciones respondens Hincmarum Metropolitani sui, respondit in hæc verba: *In Schola Turonica liberalibus disciplinis erudiendus traditus sum. Josephus quoque Presbyter & Praeceptor Ludovici Regis, antequam sacri Palatii Cancellarius crearetur, Turonis operam dederat litteris sub Archiepiscopo Almarico (8): Sacri Palatii Cancellariorum ministerio functus, olim studiis Turonis sub conditione Almarici Turonensis Archiepiscopi eruditus, cum Paulo Rothomagensi Archiepiscopo.*

VIII. Simile quoque veri est inter publicas Scholas locum fuisse Lugdunensi. Pulcherrimam ejus effigiem delineat Ledradus Archiepiscopus ejus urbis in Epistola ad Carolum Magnum data, ubi primum in Cantu & divinis Officiis eam affirmit Scholæ Palatinæ simillimam esse: *Secundum ritum sacri Palatii: addit sibi præterea esse copiam ingentem virorum in Scripturis divinis peritissimorum: Præter hec vero habeo Scholas Lectorum, non solum qui Officiorum lectionibus exercentur, sed etiam in*

N n n 2

divi-

(1) Du-Chesne t. 2. p. 279. 326.

(2) Capitul. L. 2. c. 5. Conc. Gall. t. 2. p. 452. 505.

(3) Can. 30.

(4) L. 3. c. 1.

(5) Cap. 45.

(6) L. 3. c. 12.

(7) Conc. Gall. t. 3. p. 652.

(8) Du Chesne t. 3. p. 417.

*divinorum librorum meditatione spiritalis intelligentia fructus consequantur. Ex quibus nonnulli de libro Evangeliorum sensum spiritalem ex parte adipisci possunt. Plerique vero librum Prophetarum secundum spiritalem intelligentiam adepti sunt. Similiter libros Salomonis, vel libros Psalmorum, atque etiam Job. Florus, Amolo, Agobardus, Remigius splendidissimæ hujus Lugdunensis Scholæ lumina & Theologi fuere. Inclita ejus erat adhuc fama ducentis post annis, quando eo profectus est beatus Majolus, Philosophiz curriculum ingressurus, auctore B. Odilone in ejus vita. Apud Lugdunensem urbem Philosophia nutricem & matrem, & quæ totius Galliae ex antiquo more & Ecclesiastico jure, non immerito retinet arcem: Antonium eruditum virum & prudentem habere voluit in liberalibus studiis præceptorem.*

IX. Potest & celeberrimarum Scholarum albo inscribi Fuldensis in Germania, quo Rabani doctrinæ fama, & post illum Strabi discipuli ejus & successoris in Scholasticæ Palæstræ exercitiis, incredibilem quandam contraxerat multitudinem ex Germania, Galliaque ipsa discipulorum. Ita de ea Trithemius. Unius equidem Lupi Ferrariensis Abbatis verba proferam, qui eo ablegatus fuerat ab Episcopo suo, ut litterario ibi tyrocinio in sacris Scripturis funderetur (1): *Nam a prefato Episcopo ad venerabilem Rabanum directus sum, uti ab eo ingressum caperem divinarum Scripturarum. Testatur Addo Benedictum Abbatem Anianæ tot Monasteriorum Præpositum Generalem, Scholis excolandis speciali quādam solertia invigilasse: Instituit Cantores, docuit Lectores, habuit Grammaticos, & scientia Scripturarum peritos, de quibus etiam quidam post fuere Episcopi, adgregavit. Librorum multitudinem congregavit. Adelardus Abbas Corbeiensis in Germania & in Gallia suo ævo celebratus est, ut diffissimus Augustini Discipulus, & Augustinus alter, ex Paschasio Radberto, qui vitam ejus litteris mandavit. Hinc conjice quantæ illi curæ fuerit utraque hæc Schola: Alter Augustinus, Augustini velut pedisseguus, operum clarissimus imitator.*

X. Non est forsan, quod diutius sollicitos nos habeat triplicis illius publicæ Scholæ peruestigatio, ut quæ forte ne institutæ quidem tum fuerint, sed postea. Constat

enim eas institui depoposcisse Concilium Parisiense VI. a Ludovico Pio. An institutæ autem tum fuerint, certi nihil constat. Illud profecto ex supradictis existit, tres illas, de quibus diximus, famosissimas fuisse Scholas, & proxime accessissæ ad splendorem Palatinæ, quam probabiliter Parisiensem fuisse conjectant. Ultrajectensis Episcopi Radbodi vitam qui scripsit, illum primo venisse ait in Palatium Caroli Calvi, inde in Palatium Ludovici Balbi, non vana illectum terrenarum opum, aut dignatum cupiditate, sed litterarum & disciplinarum, quarum ibi fructus aberrimus demetebatur (2): *Primo ad Caroli Regis Francorum, inde ad Ludovici ejus filii Aulam se contulit, non quod Palatinos ambiret honores, sed quod intra Regis Palatium liberalium disciplinarum studia præclara colerentur. Præcerat illi Gymnasio Manno Philosphus.* Nec aspernanda forsan eorum prorsus conjectura est, qui jam tum suspicuntur Palatium Regum ad Luparam fuisse; vel ei loco Parisis proximum, unde a Palatina Schola nomen factum olim sit, quod residuum etiam nunc est, & fori quod Scholam vocant, & Portus Scholæ ibidem ad Sequanam. Observant quod eodem pertinet, quæ vetustissima Lutetiaz litterarum fuere Gymnia, eodem ipso in loco superesse, sancti Thomæ ad Luparam, sancti Nicolai ad Luparam, Bonorum Puerorum sancti Honorati. De Scholis Seminario rum hic non repetam, quæ alibi dicta sunt. Regulas eis præscripsit Concilium Aquisgranente, quæ ibidem expensæ sunt (3).

### C A P U T X C V I I I . P . 3 . l . 2 . c . 2 1 .

#### De Scholis Sub Carolo Calvo.

I. Restaurata sunt a Carolo Calvo Scholæ, quas bella civilia, & Normannorum incurssiones labefactaverant.

II. III. De Scholis Parochorum & Episcoporum.

IV. Distantia harum Scholarum. Scholæ publicæ omnibus pa:ebant, & omnibus perstrebabant disciplinis.

V. Seculare litteræ divinis famulari se profitebantur.

VI. VII. Haæ publicæ Scholæ Regum magni-

(1) Epist. . 2.

(2) Surius die 29. Nov.

(3) Ann. 816. Cap. 135.

*De Beneficiis, Part. II. Lib. I. Cap. XCVIII.*  
gnificantia, largitate, auctoritate confitebant.

VIII. Doctorum virorum sub Carolo Calvo copia ingens.

IX. De Schola Palatina.

X. De vocabulo Schole.

XI. De Pædagogiis, seu Ephebis Nobilibus.

XII. De Scholis Monasteriorum.

XIII. Reges ipsi perplexis quæstionibus doctos iaceſſebant.

I. **V**enio ad Scholas sub Imperio Caroli Calvi, nam & ipse tandem ad Imperatorium fastigium proiectus est. Inter filios Ludovici diutina conflagrarent bella civilia, quibus cum accessissent informationes Normannorum, Reipublicæ & Ecclesiæ status miserandum in modum labefactatus est. Scholæ & litteræ eodem infortunio attritæ jacuerunt. Iis restaurandis strenue incubuit Carolus Calvus, suffraganibus sibi Patribus Concilii III. Valentini anni 855. quorum hic promo Decretum, ut ex eo constet humanas divinasque disciplinas in pretio & honore tunc suisse, & ne cantum quidem divinorum Officiorum excoli deluisse (1): *Ut de scholis tam divina quam humana litteratura, necnon & Ecclesiastica cantilena, juxta exemplum predecessorum nostrorum, aliquid inter nos tractetur, & si potest fieri, statuatur atque ordinetur. Quia ex hujus studii longa intermissione, pleraque Ecclesiarum Dei loca, ignorantia fidei, & totius scientiæ inopia invaserit. Placet. Firmatum.*

II. Non abs re id quidem ad publicas & majores scholas trahetur, ut in quibus efflorescere posset humana & divina litteratura. At minoribus interim scholis egere Parochos monebat Herardus Turonensis Archiepiscopus anno 858. in quibus hortabatur (2), ut nonnisi emendati haberentur libri, & Computum Presbyteri ediscerent: *Ut Scholas Presbyteri pro posse habeant, & libros emendatos. Ut Presbyteri computum discant.*

III. De solis Episcopalibus scholis agit Meldense Concilium anni 845. ubi præcipit, ut singuli Episcopi peritum habeant Theologum, in Scripturis, Patrumque Commentariis adprime versatum, qui Parochos addoceat (3). *Ut quisquis Episcopus talem*

469

juxta se pro viribus habere decertet, qui juxta sincerissimum & purissimum sensum Catholicorum Patrum, de fide & observatione mandatorum Dei, sed & prædicationis doctrina Presbyteros plebium assidue instruat & informet, ne domus Dei vivi, qui est Ecclesia, sine lueerna verbi divini remaneat. Sed & idem talis existat, quem amor pecunia non vexet, aut reprobi mores, & conversatio reprehensibilis periculoſe devastet. Hoc Canone refricatur nobis memoria ejus Capitis, quod supra excerptissimus ex Capitularibus Caroli Magni, quo Episcopi jubebantur Parochos suos omnes per alternantes turmas in Episcopales ædes aggregare, ut ibi accuratius de officiis suis legibusque Ecclesiæ edocerentur (4). His ad Parochos seu sermonibus seu lectionibus dictatus erat ille Theologus. Nec illud hic tacendum, ut Parochis præceptum fuerat, ne quid pecunia acciperent a pueris, qui scholas frequentabant: ita & hic aliquanto æquius præscribi, ut gratis omnibus pateant Episcopales scholæ.

IV. Duo potissimum erant, in quibus publicæ, Episcopales, & Parochorum scholæ discrepabant: 1. In scholis publicis non Theologicæ tantum disciplinæ, sed & humaniores litteræ prælegebantur, quæ præsidio esse possent ad Theologiam & Scripturam penitus facilisque perdiscedam. In ceteris autem scholis sacrae tantum Litteræ, & potissima capita Clericalis professionis tradebantur. 2. Ad scholas publicas omnibus dabatur aditus, nullo Diœceseon Regnorumque discrimine: cum Parochorum scholæ Parochianis, Episcopales Diœcelanis tantum, Monasticæ denique Monachis solis paterent, vel si quos ad eas Episcopi emandassent. Firmari hæc duo possunt discrimina ex iis quæ superiori capite disputata sunt, tum universim de scholis publicis, tum specialiter de Turonensi, Lugdunensi, Fuldensi. Potest & argumenti aliquid exprimi ex Valentini Concilii Canone (5), modo allegato. Omnem denique dubitationem diluit Concilium Tullenle, ubi Episcopis, Imperatoribus, Regibusque faces subiicit, ad restituendas ornandasque publicas has scholas, ubi humaniores disciplinæ sacræ Litteris consocientur, nec enim propugnoscant illam imperitiam divinarum Litterarum, in qua tum jacebant Ecclesiæ, aliun-

(1) Can. 18.

(2) Can. 17. 125.

(3) Can. 35.

(4) Capitul. Car. Magn. L. 6. c. 163.

(5) Can. 10.

aliunde profectam esse quam ex ruina & occasu earum scholarum: Ut schole sanctarum Scripturarum, & humana quoque litteratura, unde annis praecedentibus per religiosorum Imperatorum studium magis illuminatio Ecclesiæ & eruditionis utilitas processit; deprecandi sunt Principes nostri, & omnes fratres & Coepiscopi nostri, insantissime commonendi, ut ubicunque omnipotens Deus idoneos ad docendum, hoc est, fideliter & veraciter intelligentes donare dignatur, constituantur undique publicæ scholæ: scilicet ut utriusque eruditionis, & divine scilicet, & humana, in Ecclesiæ Dei fructus valeat accrescere. Quia quod nimis dolendum est, & perniciuum maius me, divine Scriptura verae & fidelis intelligentia jam ita dilabitur, ut vix hujus extrema vestigia reperiantur. Et idcirco ingenti cura & studio remedium procurandum est.

V. His observationibus duabus due rursus aliae necessario sunt attexendæ, quæ ex hoc eodem Canone ultro promicant: 1. Non posse quidem vel Scripturarum vel Theologiarum absolutissimam parari intelligentiam abique adminiculo liberalium litterarum: sed nec Imperatores, nec Reges Christianissimos, nec Episcopos, aut Concilia scholarum humanarum disciplinarum instituisse, nisi ut Theologiarum & Scripturarum famularentur. Perpicuum id quidem est in hoc Canonе Concilii Tullensis ad Saponarias, & in Canonе Valentini III. 2. Nullum locum specialiter designari, ubi publicæ excitantur hæ scholæ; sed depositi tantum ut erigantur, ubicunque ea fuerit eruditorum copia, quæ tanto oneri par sit. Rarissimi tunc erant, qui ita in sacris humanisque litteris præcellerent. Ne spes quidem esse poterat singulis Episcopis, ut ejusmodi aliquem nanciserentur: Episcopi Regesque conspirarent necesse erat, ut fingerentur aliqui, vel arcesserentur aliunde: ubi vero ad manum erant, tum schola eis publica aperienda erat, ad quam omnes undequaque convolarent. In causa illud forte fuit, quamobrem in Canonibus nusquam designata sint loca earum scholarum publicarum; quod desultoria quodammodo essent, & ex occasione ibi effulgescerent, ubi hæc scientiarum humanarum divinarumque lumina occurrissem.

VI. Quangnam autem Episcopalium &

Monasticarum scholarum institutores ipsi essent Episcopi & Abbates, Regum & Imperatorum hortamentis & præceptis incitati: at publicas scholas nec instituere nisi auctoritas summorum Principum poterat, nec dotare & tueri, nisi eorundem munificencia. Ideo & superiori Capite Concilium Parisiense VI. Ludovicum Pium interpellabat, ut auctoritate sua eas scholas erigeret: Scholæ publicæ ex vestra auctoritate fiant: ut paternis exemplis insisteret: Morem paternum sequentes. Valentinum quoque Concilium & Tullense a Carolo Calvo scholarum publicas flagitabat.

VII. Sed ut persuassimum omnibus sit, auctoritate & beneficentia Regum & Imperatorum excitatas fuisse has scholas, qui in eas vicinis ex Regnis præstantissimos quoque & eruditissimos viros alliebant; unde & extraneos peræque ut indigenas eo admitti jubebant: consulenda est Præfatio Monachi ejus, qui vitam sancti Germani Altisiodorensis Episcopi litteris mandavit, dicavitque Carolo Calvo. Ibi enim enitefecit, ut Caroli hujus Imperatoris beneficentia doctissimi quique omnes invitarentur ad has scholas, & copiose sustentarentur (1). Id tibi singulare studium affecisti, ut sicuti terrarum Magistri florent atrium, quarum principalem operam Philosophia pollicetur, hos ad publicam eruditionem undequaque tua celstudo conduceret, comitas attraheret, dapsilitas provocaret. Invidia urebatur Græcia; quæ gentes alias tandiu æmulatione sui vexaverat: Lugebat hoc Græcia, novis inuidiæ aculeis lacefissa. Philosophi ex Hibernia celeberrimi in Gallias properabant, ut sapientiam suam largius & splendidius profunderent: Quid Hiberniam memorem contemptio pelagi discrimine, pene totam cum grege Philosophorum ad litora nostra migrantem? quorum ut quisquis peritior est, ultro sibi indicit exilium, ut Salomoni sapientissimo famuletur ad votum. Quidquid usquam doctorum erat toto orbe, illis patrum jam solum Gallia erat, tanquam literarum litteratorumque omnium domicilium. Denique scholæ Gallicanæ sua lucè reliquas orbis scholaras obscuras videbantur: Dum te tuosque ornamenti sapientie illustrare contendis, cunctarum fere gentium scholas & studia susculisti. Non poterant enim non collabi cetera literarum Gymnasia, cum quidquid erat eruditiorum hominum,

con-

(1) Baron. ann. 876. 38. 39. Du-Chefne t. 2. p. 470. 471.

confuxisset in Galliam: Sublatis enim Preceptoribus, confine & consequens est, facile omnium ingenia otio congelasse. Denique vehementissimus hic laudum Caroli Calvi praeco, ejus litterarum amorem & munificentiam ultra etiam Caroli Magni famam exaggerat. Caroli studium erga immortales disciplinas non modo ex equo represeantas, verum etiam incomparabili fervore transcedis, duna quod ille sopiae eduxit cineribus, tum fomento multiplici, tum beneficiorum, tum auctoritatis usquequaque provehis.

VIII. Minus ampullata forsitan haec videbuntur Caroli Calvi encomia, si in mentem veniat & multitudine & eruditio incredibilis eorum qui tum Galliam frequentabant Doctorum: nec enim ea quidem in re Carolo Magno major quin fuerit, ambigi potest. Sed & haec Calvi gloria non immerto in Carolum Magnum refundetur, qui tumulo insepultas excitaverat litteras, easque quasi ferere coepérat disciplinas, quae sub Pio postea & Calvo Imperatoribus adulteræ, in longe pulcherrimos fructus exuberaverunt.

IX. Scholam Palatinam idem ipse tradit ceteris omnibus magnopere antecelluisse, cum principem, seu fontem ipsum suo finu complesteretur, e quo rivulorum instar scholæ manarent ceteræ. Palatum ipsum Regium Schola dicebatur: Ita ut merito vocetur schola Palatum, cuius apex non minus scholaribus quam militaribus consuevit disciplinis. Carisiacensis Concilii Episcopi anno 858. litteris datis ad Ludovicum Germanæ Regem, quo eum absterrerent a consilio usurpandi Regni Caroli Calvi fratris sui: monuerunt eum, si Palatum Regum Schola vocetur, id eo pertinere, ut Regum Palatum & Palatini omnes exemplo sint universo Regno, non ad litterarum solum, sed & ad morum virtutumque ornamenti: Et ideo domus Regis schola dicitur, id est, disciplina; quia non tantum Scholastici, id est, disciplinati & bene correcti sunt sicut alii: sed potius ipsa schola, quæ interpretatur disciplina, id est, correctio dicitur, quæ alios habitu, incessu, verbo & actu, atque totius bonitatis continentia corrigat.

X. Vox ea Schola jam ab aliquot saeculis latius patebat, quam vel ante, vel postea. Non Ludimistris tantum & litteratis erant

scholæ, vel Cantoribus, sed & Militibus. Ut erat militia litterata, erat & Ecclesiastica, erat & schola militaris. Curia ipsa Pipini patris Caroli Magni schola jam tum dicebatur. Armis ea magis, ut suspicor, quam litteris tum strepebat. Scriptor vitæ B. Benedicti Abbatis Anianæ, tradit eum adhuc impuberem a Comite Magalonensi Curiæ Regis Pipini implicatum fuisse, quocum aliis Scholaribus educaretur (2): Hic pueriles gerentem annos filium suum in Aurora glorijs Pipini Regis Regina tradidit inter Scholares nutriendum. Ex quo autem Carolus Magnus Palatum suum sedem esse voluit litterarum, scholæ nomen quojam gaudebat, aptius utique elegantiisque immortalibus his sapientiæ studiis cœpit accommodari.

XI. At qui hic Scholarès dicuntur, & qui in Concilio Carisiacensi dicuntur Scholastici, iidem sint, qui posterioribus his saeculis nomen trahunt a (3) Pedagogio: vocabulo perantiquo, quo designantur Nobiles iidem illi Ephebi, Regiæ Aulæ & personæ afflæ, id ego malim ab aliis posterioribus doceri, quam docere. Est non modica probabilitas, quæ tamen egeat certioribus documentis. Auctor est Hincmarus ipse, (4) institutum imbutumque litteris, legibusque tum Ecclesiasticis tum secularibus fuisse Carolum Calvum, in Regia hac ipsa schola: Sacris litteris, ac legibus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus ab insania eruditum. Ipsa denique nominis Etymologia favere videtur, ducta nimurum a voce Graeca τειδος, L. vocali in J. consonantem, vel in G. abeunte, ut consuetudinis est frequentissimæ in Gallico idiomate.

XII. Quoad Monasticas scholas, quas cursim tantum perstrinximus, refert Hincmarus a Carolo Calvo translatum fuisse e Cœnobio Sancti Dionysii Presbyterum Monachum ad Abbatiam Laudunensem, non ut Abbas aut Præpositus crearetur, sed ut studiis & lectionibus preefset (5): Ad doctrinæ atque religionis institutionem, non autem ad regularem prælationem arcessit. Hinc clarescit, nec Monasticarum scholarum curam abjecisse Principem, & ad eas Professores interdum misisse. Nec ea cura Regibus indecora erat, si certa fide constet quod legitur, ut jam diximus, in Chronico Centulensi (6): In hoc Cœnobia Duces,

Co-

(1) Can. 12.

(4) Hincmar. t. 2. p. 70r.

(2) Du-Chefne t. 3. p. 389.

(5) Tom. 2. pag. 412.

(3) Les Pages.

(6) Spicil. t. 4. pag. 50r.

*Vetus & nova Ecclesiæ Disciplina*  
*Comites, filii Ducum, filii Comitum, filii etiam Regum educabantur. Præterit me autem hujus rei concordia cum statuto quod supra delibavi, Conventus Aquisgranensis Abbatum, ne paterent scholæ Monasteriorum, nisi pueris, quos impuberes parentes professioni Monasticae devovissent. Nisi dictas in ulti vocatum non esse illud statutum, aut non ubique vocatum, aut denique in deluetudinem abiisse.*

XIII. Corollarii instar addam, de Ludovico Pio & Carolo Calvo non iniuria dici posse quod Alcuinus de Carolo Magno magnificissime senserat, dixeratque, illos a Deo in sublimem quandam sapientiae ledeum elevatos fuisse, ut juvenes omnes ad amorem incenderent disciplinarum Ecclesiasticarum, variis eos faciliendo questionibus circa sensum Scripturæ locorum difficultorum (1) : *Patester agnosci poterit non tantum Imperatoriam vestre prudentie potestatem a Deo ad solum mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ presidium & sapientiae decorem collatam: & juvenum mentes quadam inertie rubigine obductas ad acumen ingenii per vestram sanctissimam soleritiam eliminandas. Siquidem præter Imperiales & publicas curas, Evangelicas questiones Academicis vestris a nobis enucleandas inquiritis. Has ille vocat alibi (2) Palatinas questiones.*

## CAPUT XCIX. P. 3. l. 2. c. 22.

### De Scholis Galliarum & Germaniarum sub sequentibus Regibus.

I. *Quam ampla & late fusa tunc esset litteratura, in secularibus omnibus, divinisque disciplinis.*

II. *Plurimum Germania Episcoporum exempla.*

III. *Alia exempla Episcoporum Clericorumque, etiam Regiae prosapie.*

IV. *Imperium & litteras simul Ottones in Germania excitarerunt.*

V. *Cæperunt & in Gallia litteræ artesque liberales restorescere.*

VI. *Qui publicis Scholis operam dabant, residentiæ lege solvebantur. Probationes.*

VII. *Nove probationes ejusdem dispensationis.*

VIII. *Rursus in eam dispensationem aliqua observantur.*

I. *Inter humanarum divinarumque restauratores litterarum, primas sibi gloriae partes vindicant tres illi Galliarum Imperatores, de quibus tribus superioribus Capitibus a nobis disceptatum est. Narrat ipius Ferrarensis Abbas Lupus, ut cum Grammaticæ, Rhetorice, artibusque omnibus liberalibus se aliquandiu dedisset, a Metropolitanu suo Fulduum ire jussus sit, quo sub doctissimo viro Rabano in Scripturarum studia incumbenteret (3) : A praefato Episcopo ad venerabilem Rabanum directus sum, ut ab eo ingressum caperem divinarum scripturarum. Ex Epistolis Lupi (4) emicat vasta ejus eruditio, & mira cum omnibus cuiuscunq[ue] modi Scriptoribus familiaritas. Imperatorum vitas & Historiam compendio scripsit, dicavitque Carolo Calvo, cui Trajanum & Theodosium proponebat, ad quos effingeret se & efformaret. Misit ad eum Augustini tractatum (5), sive concessionem adversus juramenta, ut ea se lectione ineunte Quadragesima roboret. Quin & ad Pontificem scribens (6), mitti ab eo flagitavit opuscula quædam Hieronymi, Ciceronis & Quintilianii, quæ in Gallia non invenirentur.*

II. *Ea porro conjugatio humanarum divinarumque litterarum, quarum illæ tamen his ancillarentur, exinde in Ecclesiæ Francie Germaniaque perdurare vila est. Ejus enim modi fuere S. Hereberti studia in Ecclesia Vormaciensi, ejus qui Coloniensis postea fuit Archiepiscopus (7). In Ecclesia Vormaciensi studiis liberalibus traditus est. Tanta quippe facilitate divine pariter & humana Philosophia fluenta potavit, ut, &c. Sancti Meinverci Episcopi Paderbonensis vitam qui scriptis mandavit, admirandam prorsus delineavit nobis tabellam studiorum & artium liberalium, quibus illa frequentabatur Ecclesia. Grammatica, Rhetorica, Philosophia, Geometria, Astronomia, Mathematicæ omnes disciplinæ quasi in vestibulo sedebant, quo ad sacras litteras aditus patetiebat (8) : In Paderbonensi Ecclesia publica floruerunt studia, quando ibi*

(1) Epist. 106.

(2) Epist. 27.

(3) Ep. 1.

(4) Epist. 3. 5. 10. 16.

(5) Ep. 93. 96.

(6) Epist. 105.

(7) Surius die 16. Martii cap. 4.

(8) Surius die 5. Junii cap. 52.

ibi Musici fuerunt, & Dialectici enituerunt, Rhetorici, clarique Grammatici. Ubi Mathematici clauerunt, & Astronomi habebantur, Physici, atque Geometrici. Viguit Horatius, magnusque Virgilius, Sallustius & Statius. Ulterius proferri vix, aut nec vix possunt fines litteraturæ. Clericis solis forces ejus Scholæ patabant: *Dum studium nobilium Clericorum usu perpenditur utilium librorum.* Indeflexa quadam austerritate imminebar Episcopus, & ne semel quidem toto studiorum decursu sinebat, ut vel parentes inviserent, vel ab eis inviserentur, ne his supervacaneis congressibus aliquid eis vel inertiae africaretur, vel superbia: *Dicente Episcopo pueros & adolescentes cum distinctione erudiri, & non nocivis blandimentis deliniri, quoniam audacia & ferocia nutrimenta eis ministrent blandimenta.* Ex his denique litterarum & virtutum gymanasiis prodibant tot Praesules summa sapientia & sanctitatis luce clari, quibus Germania tunc illustrata est Ecclesia. Adolescentebant quoque secum tyrones militiae celestis, Anno Archiepiscopus Colonensis, Fredericus Monasteriensis, & perplures alii strenui postmodum in vinea Domini operari.

III. Udalricus Augustanus Episcopus non dispari diligentia usus est, ut Ecclesiaz juvenes omnes strenuissime litterario studio funderentur, servi Ecclesiaz, liberi, nobiles, omnes indiscriminatum, quorum postea peritissimos Ecclesiaz suæ dignitatibus & beneficiis honestabat (1): *Clericos suos ex familia, vel liberos, medios vel nobiliores, summa diligentia nutrire & docere precepit, & quoscunque inter eos honore dignos cognovit, ministeriis & congruis Beneficiis ditiones fecit.* Suo ipse Bruno exemplo commonstrabit nobis, is qui Colonensi postea presuit Ecclesiaz, etiam summorum Principum filios hujus litterariorum palestræ gradus omnes solitos fuisse decurrere. Jam inde ab anno sexti quarto puerulus adhuc Baldrico commendatus est Traiectensi Episcopo, ut litteris initiatetur: *Generosa Regum proles, annos circiter quatuor habens, liberalibus litterarum studiis imbueda venerabi Baldrico Episcopo, Trajectum missa est.* Ubi Grammaticæ studia delibare coepit, in deliciis illi fuit Prudentius Poeta. Exinde vero Scriptores omnes Gracos & Latinos elegantiores perlustravit (2): *Postea nullum penitus erat studiorum liberalium*

*Thomæ. Tom. IV.*

genus in omni Graeca, vel Latina eloqua, quod ingenii sui vivacitatem augeret. Frater ejus major natu Otto Imperii compos factus, e Scholis euna ad Palatium se vocavit, sed in ipso ipsem Palatio Scholam sibi condidit, in qua cum Historicis omnibus, Oratoribus, Poetis, Philosophis, Græcis & Latinis familiariter versatus est: *E Scholis in Palatium evocavit Germanum Otto, &c. Obliteratas diu septem liberales artes ipse relexit. Quidquid Historicæ, Oratores, Poete & Philosophi novum & grande perspèrunt, diligentissime cum Doctoribus cujuscumque lingua perscrutatus est.* Magistro usus est Hiberno Episcopo. Israel Episcopus Scotigena, sub cuius magisterio illustrissimus hic plurimum se profecisse status est. Quo le cunque conferret, suam circumferebat Bibliothecam, secularibus semper aut sacræ fæse oblectans litteris, sed ira tamen ut in his scopum, in his delicias haberet suas: *Quocunque circumagebantur tabernacula, aut castra regalia, Bibliothecam suam, sicut arcam Dominicam circumduxit; serens secum & causam studii sui, & instrumentum: causam in divinis, instrumentum in gentilibus libris;* ut puta doctus pater familiæ, qui novit de thesauro suo proferre nova & vetera. Ea fuit institutio litteraria nobilissimi juvenis, germani Imperatoris fratri, ac demum Praesulis sanctissimi. Volfangus, qui Ratiponensis postea fuit Episcopus, usitata vulgarium Scholarum peritia haud contentus, famosam adiit Scholam Augiensis Abbatia (3). Non contentus in Scholis trivialibus, aut privatis erudiri, patre deducente, eo sibi properandum statuit, ubi tunc intra Germania fines maxime florarent studia litterarum. Itaque ad Augiense Monasterium se contulit.

IV. Inopini fere e Gallia in Germaniam trajecimus, quo una cum litteris eodem quoque tempore videtur Imperium trajeisse. Normannorum irruptionibus, & Carolinorum demum Principum bellis intestinis extincta propemodum sunt in Gallia illa litterarum lumina, quæ Franci Imperatores tres excitarant. Contra autem tres Ottones Germania mox Imperatores illum eundem disciplinarum splendorem suæ Genti infuderunt.

V. Revivilcere tamen visæ sunt in Gallia litteræ, ubi Hugo Capitius novus Rex

O o o

anti-

(1) Surius die 4. Julii c. 3.

(2) Surius die 11. Octob.

(3) Surius die 31. Octob.

antiquam Regni gloriam innovavit. Is ipse Abbo qui Floriacensis postea fuit Abbas in Schola primum Floriacensi cum prima litterarum tyrocinia posuisset, & Monasticam professionem amplexatus esset, litteras mox & cantum ibidem docuit (1): *Lectione simul & cantilena per aliquot annorum curricula eruditivit.* Sed ea non contentus mediocritate, qua utcumque posset alios edocere, maluit sub aliorum disciplina ulterius ipse promoveri. Cumque jam non paenitenda assecurus esset incrementa, in Grammatica, Arithmetica, Dialectica, Parisios, Remosque profectus est, cetera ab iis edocendus, qui Philosophiam proficerentur. Astronomiam edidicit, non provotis tamen suis. Aureliam perrexit, ut Musicae incumberet. Ex Artibus septem Liberalibus cum in hunc modum jam sibi comparasset quinque, nec exhaurienda sibi superesset, nisi Rhetorica & Geometria, ad has postremo se contulit. Sed accuratori quadam diligentia & majori contentione incubuit in Dialecticæ calliditates, Computique & Astronomiae computaciones. Ea fuere curricula studiorum sanctissimi viri, Abbatis, & denique Martyris perincliti. Si qui resiliant ad hæc humanarum disciplinarum impedimenta, & tantam in ea implicationem viri sacris Ordinibus initiati, Monachi, singularem sanctimoniam praferentis: eis repetenda animo sunt quæ supra demonstravimus, approbavimusque exemplis Caroli Magni, & Caroli Calvi; cum excitandæ revocandæque sunt in lucem et tumulo quodam suo lacrae & liberales disciplinæ, necesse tunc esse initium duci ab humanioribus litteris, in quibus posita sunt veluti fundamenta litterarum sacrarum.

Hinc porro perspicuum est, fuisse tunc Parisiis Scholas admodum celebres: sed nequam jam tunc eam exsplenduisse Universitatem, quæ ceteras Scholas nominis sui gloria, ut postea configit, obscuraret. Odo qui postea Cluniacensem rexit Abbatiam, tum Canonicus cum esset S. Martini Turonensis, Parisios quoque venerat, Dialectica operam daturus, ei nimirum, quæ jam tum Augustino tribuebatur, & prælegebatur ibi publice, antequam Aristotelis Dialectica increbuisset. Remigius Autiiodorensis his tunc magna cum laude stu-

diis præera: (2): *His diebus adiit Parisium, ibique Dialecticam S. Augustini Deodato filio suo missam perlegit, & Marciatum in liberalibus artibus frequenter lecitavit. Praeceptorem quippe in his omnibus habuit Remigium.* Diximus supra de Schola Lugdunensi, quo se Majolus, Cluniacensis postea futurus Abbas, contulit, ut Artium liberalium studiis imbueretur.

Quoniam autem subinde hic incurrimus in artes liberales, non abs re erit eam quoque hic adjicere conjecturam. Ea fuisse veluti fundamenta prima earum quæ postea eruperunt Universitatum, initio ductæ ab ea Artium Facultate, quæ & omnium antiquissima, & pervagatissima fuerat. Quas deinde ea Facultas nacta est prærogativas, profectæ ex sunt ab ejus antiquitate; antiquitas autem ejus inde orta, quod ea sit basis veluti quedam totius structuræ scientiarum humanarum, divinarumque. In Chronicæ Centula commendatur ex eo Fulbertus, Carnotensis Episcopus (3), qui ubi suos Grammaticæ, Musicæ, Dialecticæque præceptis instruxerat alumnos, ad celebriores Scholas illos ire jubebat, ut apicem scientiarum consequerentur. Possent & alia proferri argumenta ejusdem prærogativæ Artium, quibus reliqua superstruitur eruditio tota; ni res ipsa clamaret. Unum est quod doleamus, longe plurimos inertia sua ibi desinere, unde necessario incipiendum fuit.

VI. Antequam ad Italæ pergamus Scholas, Græciæque, illud publicarum Scholarum privilegium non possum silere, aut si jam attigit, non possum non aliquanto accuratius commemorare hoc loco, etsi infra accuratius pertractandum loco magis idoneo, ubi de Beneficiariorum residentia disputatio instituetur. Ea enim est demum prærogativa publicas has frequentantium Scholaras, quod lege Residentiæ in suis Beneficiis solvantur, ut in his abundantioribus purioris doctrinæ fontibus copiose habuant, quo suas post Ecclesiæ ubertim rigent. In omnibus supra Consiliorum Decretis, Scriptorumque testimoniis, ubi de Scholis his publicis agebatur, tanquam de Universitatum præludis quibusdam, observari id potuit, implicatam ibi fuisse hanc dispensationem, nec fere potuisse non implicari. Cum enim Scholæ omnes Clericis dedi-

(1) Surius die 13. Nov. cap. 3.

(2) Spicil. t. 4. pag. 343.

(3) Surius die 18. Nov. cap. 9.

dedicatae essent, cum Scholæ publicæ non nisi tres toto Regno Gallæ depositarentur, necesse erat illud intelligi, illud fixum certumque esse, posse in eas ex omnibus Regni Imperiive Gallicani Ecclesiis advenire Beneficiarios, inhospitari, immorari diutius, curricula stata emetiri, & tandi residentiæ legem relaxari. Ecce enim publicæ vocarentur, ecquid Dioecesanis & particularibus præstisset, ecquid Principum in eas munificentia sese copiosius effuditset, nisi undeque pluribusque ex Provinciis & Regnis ad eas Clerici & Beneficiarii confluenter, quicunque doctrinæ incremento egerent ad munus suum probe obeundum? Denique cum exemplis supra allatis pateat, Monachos ipsos eosque laudatissimos, per plures discursus Scholas, ut quid usquam esset sacræ eruditionis, id colligerent: quanto facilius ea Clericis discursatio annuetur?

VII. Adde quod & a Reginone proponatur ea questio, An junioribus Clericis ingenio pollutibus, & jam proventu non paenitendo eruditionis locupletatis, annuentum sit, ut ad publicas Scholas proficiantur, cum non satis liqueat, an laudabili scientiæ cupiditate ducantur, an foeda trahantur opum cupidine (1): *An ingenui Clerici qui capacioris & argutioris sunt ingenii, ad loca qua scientia & doctrina excellentiora conspicuntur, transcendent, &c.* Respondet autem Prælatis ab aliquibus eam abnui dispensationem, invidiæ solo veneno imbutis: & incassum ab eis obtendi Canones de Residentia, cum hi Canones necessitatibus se profiteantur cedere, nec ulla sit necessitas inexorabilior quam famæ, nec famæ aut sitis implacatior, quam veritatis & sapientiæ: *Invidia Pontificum sèpè prohibentur, &c. Opponunt Canones, ubi illi excipiuntur, qui ex necessitate ad aliam Ecclesiam transierint. Magna sane necessitate premitur, qui fame constringitur; & qui injuria arctatur insipientie, opus habet refici doctrinæ scientiæ.* Facile dijudicabit Episcopus ex moribus Clerici, & propenso in litteras animo, vagandi, an doctrinæ studio incitetur ad hanc residentiæ veniam flagitandam. Inter fugitivum & studiosum caute ab Episcopo discrecio prospici debet. Ne denique hac dispensatione eos frustretur Episcopus, qui tam bene morati haec tenus fuere, ut ex incremento pertix, virtutum

queque & religionis augmenta merito augurari debeat: *Igitur si pie & juste recto currebant hactenus viam tramite vita, pro religione perfectora expetare loca licentiam eis non denegandam esse censuimus.*

VIII. Hinc liquidum fit: 1. Quanquam Jure communi venia fieret antiquorum residentiæ Canonum, in gratiam studiorum in scholis publicis, impetrandam nihilominus Episcopi proprii licentiam fuisse; quod exemplis supra firmatum est. 2. Nec eam annuere licentiam debebat Episcopus, nisi iis qui & ingenio valerent ad penitiores disciplinas imbibendas, & peritia sua Ecclesiæ adjumento atque ornamento futuri essent. 3. Uni Ecclesiæ utilitati donabantur hæc dispensationes. Nam nec ipsæ publicæ schola institutorum fuerant, oblectandas hominum inani curiositatibus, aut satiandis cupiditatibus, sed ad Ecclesiæ præsidium aliquod novum a litteris sacris divinisque comparandum. De quo rursus capite sequenti.

### C A P U T C. P. 3. l. 2. c. 23.

*De Scholis Italæ & Orientis sub Imperio  
Caroli Magni usque ad annum  
Christi millesimum.*

I. *Ex Italia & Oriente litteræ & scientia ad nos demigrarunt.*

II. *Jure merito in crimen aguntur, qui scholas non frequentant, nisi ut sibi viam muniant ad Episcopatum.*

III. *Omnium in Italia Scholarum celeberrima Romana.*

IV. V. *Mira consonantia Scholarum Gallicanarum cum Constantinopolitanis. Varia capita ejus consonantia.*

VI. *Constantinopoli litteræ occidunt, & refuscitantur.*

VII. *Caroli Magni laus, qui litteras restauravit, studio suo in Occidente, exemplo in Oriente.*

I. **T**Empestivum jam est Italianam Graeciamque adire, unde ordienda nobis hæc tuisset de scholis disputatio, si quis temporum & litterarum ipsarum cursus fuit, idem esse debuisset & nostrarum penitus dissertationum. Nec enim dubitari potest, quia ab

O o o 2

ab

(1) Reg. Ap. 2. Cap. 29. 30.

ab Oriente in Occidentem litteræ migrarint, & ex Græcia in Italiam, ex Italia in reliquas Occidentis provincias propagatae sint. Nec tamen ubi fons & origo, ibi ubertas major & abundantia aquarum est. Certe tribus bis mediae ætatis sæculis ante annum Christi millesimum, nasquam toto Christiano orbe splendidiora effulgere disciplinarum lumina, quam in Ecclesiæ Gallicanæ finu.

II. Et ne penitus abrumpam institutum capite superiori sermonem de Residentiæ dispensatione scholis publicis donata, pergam & hic de ejus dispensationis usu & abusu, qui in Italia increbuerat, ubi nobilis adolescentuli itabant illi quidem ad Scholas, & venia dispensationis utebantur; sed uno sibi fine proposito, ut litterarum praefidio aucuparentur Episcopales Sedes. Gravissime de ea re conquerebatur Ratherius Veronensis Episcopus (1): *Pone quemlibet Nobilium Scholis tradit, quod usque hodie magis fieri ambitu videtur Episcopandi, quam cupiditate Domino militandi, &c.* Statum ergo illud sit, si cui scopus studiorum is est, qui ab eorum ingenio abhorret vehementissime, & instrumenta explendarum cupiditatem sunt ex ipse litteræ, quæ iis sedandis ac restinguendis natae sunt; nequaquam huic residentiæ veniam concedendam esse, quæ uni annuenda est religioni & pietati, cui servit quidquid in Ecclesia studiorum est.

III. Ex id quidem universim ad scholas pertinet, quas inter splendebat Romana, tanquam ceterarum omnium per Italiam parens & fundatrix, eum ex ea mutuatus sit Carolus Magnus, quos in Galliam primos abduxit Magistros. Ut vero Carolina sum scholarum princeps fuit Palatina, probabile est etiam Palatinam, seu Pontificiam Romæ Scholam omnium Italicarum splendidissimam fuisse. Multa in hanc rem argumenta suggerit Scriptor vita Pontificum. Ecclesia S. Joannis Lateranensis ibi tempore tanquam primaria Clericorum schola celebratur. Audi quid ille differat de Leone III. Qui a parva estate in vestuario Patriarchii enutrius & educatus, omnemque Ecclesiasticam disciplinam spiritualiter eruditus, iam in Psalterio, quam in sacris Scripturis pollens, Subdiaconus factus, &c. De Paschali autem I. vide quid narret: *Qui a primavo ætatis sua divino cultui mancipatus, atque in sacro sancte Ecclesiæ Patriarchio studiis divinis, salutifereque Scripturae imbu-*

*tus, tam in Psalterio, quamque in sacris paginis Novi ac Veteris Testamenti specie liter eruditus, Subdiaconus quidem factus, &c.*

Leo IV. humaniorum litterarum auspicatus fuerat studia in Monasterio S. Martini, ut his elementis imbutus, parator accederet ad sacras Litteras: *Hic primum & parentibus ob studia litterarum in Monasterium S. Martini, quo usque sacras Litteras plenius disceret, sponte concessit.* A Gregorio IV. postea ad Lateranenle Palatum accitus est, & Subdiaconus ordinatus: *In Lateranensi Patriarchio esse precepit.* Replicantia memoria eorum est, quæ supra de Gregorii Magni sollicitudine diximus, ut doctissimos quoque, & ex Clero, & ex Ordine Monastico suum in Palatum adgregaret. Inde enim illud manifeste efficitur, Pontificium Romæ Palatum totius eruditiois sacræ augustissimum fuisse domicilium.

Quoad alias Scholas, in Concilio Romano anni 826. Eugenius II. & in Episcopilibus civitatibus, & in Parochiis eas vigore ponens, ut rem indubitatissimam, editit tantum, ut illic haberentur utriusque litteraturæ sacre & secularis, quam fieri posset, peritissimi (2): *De quibusdam locis ad nos refertur, non Magistros neque curam inveniri pro studio litterarum.* Idcirco in universis Episcopiis subjectisque plebis & aliis locis, in quibus necessitas occurrit, omnino cura & diligentia habeatur, ut Magistri & Doctores constituantur, qui studia litterarum liberaliumque Artium, ac sanctæ habentes dogmata, assidue doceant: quia in his maxime divina manifestantur atque declarantur mandata. Ita facris litteris servire jubebantur saeculares. Anno 853. Leo IV. illud ipsum Decretum confirmavit in Synodo sua Romana, hoc addito, quod nefas sit prætermitti a nobis, ut si quando deessent in his scholis Artium liberalium Professores, ne Catechistæ certe deessent & Theologi, qui scientiam salutis docerent, & Episcopum quotannis certiore facerent de sua diligentia ipsorum, de studentium progressibus: *Et si liberalium Arium Preceptores in plebis, ut afolet, raro inventuruntur; tamen divina Scriptura Magistri & institutores Ecclesiastici officii nullatenus defint, qui & annualiter proprio Episcopo de ejusdem actionis opere follicite inquisiti de-*

(1) Spicil. t. 2. p. 183.

(2) Can. 34.

debeant respondere. Nam qualiter ad divinum utiliter cultum aliquis accedere possit, nisi iusta instructione doceatur? Præcipit Pontifex, ut vel in ipsis vicorum scholis Professores sint, qui Scripturas interpretentur, & Officia divina elucident.

IV. Jam vero Constantinopoli, & in Oriente, qui rursus novus exortus fuerit litterarum peræque ut in Gallia, narrat Cedrenus & Europolates. Quandiu enim altius dermerso in voluptatum voraginem Michaelæ Imperatore, Imperii clavum regebat Bardas Cæsar, hujus consilio & providentia reviviscere viæ sunt litteræ, quæ priorum Imperatorum incuria & supinitate intermortuæ pene fuerant. Singularis ille particularibus Artibus & disciplinis singulas & proprias extruxit scholas, & variis in locis collocavit, Philosophiæ vero ipso in Imperatorum Palatio fixit sedem: *Idem profanas quoque litteras, quæ Imperatorum barbarie atque inscience jam a multis annis prorsus obsoletaverant & evanuerant, recreavit; singularis scientiis certo loco suas scholas attribuens, supremæ autem omnium Philosophiæ ad ipsam Regiam in Magnaura. Itaque rursus ex eo florere scientiæ coepiunt.* Qui tunc Philosophicæ præferat Scholæ, nomine Leo, cognatus erat Joannis Patriarchæ. A famoso Pæstro Constantinopoli didicerat Grammaticam & Poeticam: Philosophiam vero, Arithmeticam, ceteraque disciplinas in Insula Andro; inde longe plurima perlustraverat Monasteria, ut Bibliothecas scrutaretur. Scholæ Geometriæ præfecit Bardas fratrem Leonis Sergium, Astronomiæ, & Arithmeticæ Theodegium: impensis ex æstrio omnes suppeditavit, & quo juvenibus calcaria adderet, frequens ipse scholas lustrabat. Ita demum revixerunt litteræ pridem extinctæ: *Large iis sumptus suppeditavit: utque erat studiosus bonarum Artium, sepe ipse quoque scholam frequentavit, alacritatem discientium suo exemplo conformans: hoc pacto bonas litteras prorsus ante extinctas, ita ut ne vestigium quidem eorum aut scintilla extaret, brevi temporis spatio ad magnam evexit amplitudinem.* Nec minus anxie Bardas curavit, ut & Legum studia jam dudum oblitterata refloreicerent: *Effectisque ut leges restorescent, cum horum quoque temporum vito accurata obsolevisset tractatio.* Tam præclaras ad excitandas litteras conatus æternæ Bar-

dam commendassent memoræ apud poëtos, si non sua illum ambitio ad Imperium prehensandum compulisset, & in præcepsum egisset.

V. Proclive autem fuit in hac Cœropalectæ narratione observare pleraque eorum, quæ superioribus in capitibus indigitata fuerant. Constantinopoli enim, æque ut in Gallia, 1. & concidunt extinguunturque litteræ Reipublicæ calamitatibus, Principumque bellis, 2. & eorundem Principum cura & benevolentia iterum resuscitantur. 3. Nec benevolentia tantum, sed & beneficentia Principum opus est. 4. In Palatio Regum & Imperatorum præstantissimæ omnium semper fuere scholæ. 5. Litterariæ Imperii fundamenta semper ponenda sunt in Artium liberalium institutione. 6. Geometria, Arithmeticæ & Astronomia magno in honore semper & impenso excoluntur studio. 7. Astronomia & Arithmeticæ unius Magistri curæ commendantur; ut supra observavimus Computum nunc Arithmeticam sonare, nunc Astronomicas supputationes, seu Ephemeridas Festorum mobilium. 8. Denique his Constantinopolitanis scholis nemmo arcebatur eorum, qui sub Imperio Romano degeret. Ita facile Ecclesiarum aliarum Clerici cum commeatu sui Episcopi, ab eoque facta residentiæ secundum Canones venia, ad publicas has scholas confluebant.

VI. Qui Michaeli in Imperium successere Basilius & Leo, nihil passi sunt ejus splendoris decedere, quem litteris Bardas conciliaverat. At impubere Constantino Leonis filio ad gubernacula sedente (1), qui libertatem publicam, iidem & litteras Tyranni oppressore. Hos Imperii sui usurpatores adulterior tandem exturbavit Constantinus, litteras primævæ restituit gloriæ, conquitis undecunque viris peritissimis, quos præficeret scholis Arithmeticæ, Musicae, Astronomiæ, Geometriæ & Philosophiæ. Audiendus hic Cedrenus ipse: *Scientias enim Arithmeticam, Musicam, Astronomiam, Geometriam, & omnium principem Philosophiam, quæ jam longo tempore, ob incuriam & inscitiam Imperatorum perierant, sua industria instauravit: conquitis qui in quovis genere excellenter, ac constitutis Doctoribus, studiosisque receptis & conductis.* Quo factum est, ut exigui temporis decursu barbarie profligata, urbs litteris floruerit.

Qui-

(1) Ann. 924.

Quibus postremis verbis non obscure insinuatur, ab hoc pio & munificentissimo Imperatore ita dotatas esse has scholas, ut non professores tantum, sed & studiosi publico sumptu alerentur. Extinctum fuisse cum hoc ipso Imperatore litterarum lumen, testatum facit Anna Commena Alexiados suæ libro quinto, usque ad Imperium Alexii Commeni, qui eas rursus revocavit in lucem, privilegiis iis & salariis Magistrorum constitutis, quæ commemorata sunt a Ballamone in *Canonem XIX. Concilii Trullani.*

In Notitiis Imperii Constantinopolitani, quæ Codino subiunctæ sunt, inter dignitates Imperii & Palatii Constantinopolitani, honorifico loco recensetur *Summus Philosophorum*, *ὕπερτον φιλόσοφων*. Quod argumento est Philosophiae scholam in Imperatorum Palatio retentam fuisse. Psellus ea dignitate decoratus fuit ex Cedreno.

VII. Extrema tandem manus imponenda hic est nostro de antiquis scholis Traditum huic, eo encomio quo ornatus est a Dungalo Carolus Magnus in Epistola quam ad ipsummet dedit, ubi illum depinxit, ut exemplar omnino absolutissimum, quod exhiberi objicique posset imitationi, non summorum tantum Principum, ut Christi legibus tam accurate se, quam suis suis subiicerent: non Ducibus tantum & Praefectis terrenæ militiae: sed etiam Clericis, Philosophis, litterarum cultoribus, ut indefessa & diligentia & pietate in divinas & humanas litteras animum adverterent (1): *Qui omnibus equaliter omnium bonorum operum, & virtutum, & honestarum disciplinarum Doctor præcius, & perfectum habetur exemplar, Rectoribus ad suos subiectos regendos, militibus ad suam exercendam legitime militiam, Clericis ad universalis Christianæ Religionis ritum recte observandum, Philosophis & Scholasticis ad honeste de humanis philosophandum & sapientum, reverenterque atque orthodoxe de divinis sentendum & credendum. Caroli exemplo Græci exciti ad litterarum amorem recaluerunt.*

Mutæ hic fuere Anglia & Hispania, quod hac tempestate jacuerint feedissima Barbarorum servitute oppressæ. Quod de Beato Presbytero jam retuli, eo declaratur aliquas saltem residuas fuisse in Hispania scholas.

Quod autem refert Willermus Malmesburyensis (2) de Concilio Cloveshomensi anno 747. sub Archiepiscopo Cantuariensi Cuthberto, ex eo colligunt institutas tum fuisse, vel restitutas in omnibus Monasteriis Scripturæ sacre lectiones. Sic enim habet Canon ille VII. *Seprimo ut per Monasteria lectio sanctorum litterarum frequenteretur. Quanta quanta fuit Bedæ vita, studiendo, docendo, scribendo consueta est (3): Semper aut discere, aut docere, aut scribere dulce habui. Bedæ & Alcuini tam late patuit eruditio, ut in ea satis argumenti sit, ut dicamus quantascumque invexerint Anglia tenebras Septentrionales Barbaricasque gentes, sublultrem tamen fuisse eam noctem, intermicantibus paucis, sed clarissimis luminibus: si vel maxime alios adjicias nonnullos, qui indidem in Gallias immigrarunt.*

## C A P U T CL. P.4.I.2. c. 34.

*De Universitatibus post annum Christi millesimum.*

I. *Tria luculentissime observat Morinus, de Ordinibus minoribus per priora secula, de Congregationibus Clericalibus ævi medii & de Universitatibus postrema hac ætate.*

II. *Ubi refrigerare visa est pietas in Universitatibus, excitata sunt rursum a Concilio Tridentino minorum Ordinum exercitia, & Seminaria.*

III. *Ex Episcopalibus Cathedralium Ecclesiastarum Scholis natæ sunt Universitates. Argumenta de Parisiensi.*

IV. *De Scholis Episcopalibus. De Facultate Theologie; Ejus conjunctio & concensus cum Episcopis Parisiensibus, qui perdiu censorio mucrone libros confixere, Doctorum Parisiensium agmine succincti.*

V. *Universitas Parisiensis reliquarum omnium apex & forma.*

VI. *Vocati ad Concilia Provincialia Doctores. Quando sejunctim ab Episcopo Censuras librorum ediderint?*

VII. *Præcellentia & dignitas Episcoporum in questionibus fidei.*

VIII. *De Scholis Monasteriorum.*

I. Egre-

[1] Spicil. t. 10. p. 156.

[2] Idem L. I. De gestis Reg. Ang.

[3] L. I. De Pont. Aug.

I. Gregie prorsus tria quædam a Morino nostro observata sunt (1). 1. Vetusissima Ecclesiæ disciplina Neophytes Laicosque a sacris Ordinibus summotos fuisse, institutis minoribus Ordinibus, seu Ordinum functionibus, & in eo veluti Cleri vestibulo, instituto longo tyrocinio promovendorum ad sacros postea Ordines. 2. Considerante regia Clodovæ Magni prospicio corruiſſe & elegamissimam illam disciplinam; quæ sub Imperio Caroli Magni mox rediuita, non paulo sublimius ad culmen perfectionis venerit, instituta vita communis societate, in plerisque Ecclesiis Cathedralibus & Collegialibus, tum Regularibus, tum etiam saecularibus. Totidem enim erant Seminaria, ubi multo expeditius scientijsque ad litteras & ad pietatem Clerici fingebantur. 3. Ruenta Caroli Magni stirpe & Imperio, collapsa dilapsaque sunt & hæc Clericorum & vitæ communis Collegia: substantia autem temporalis Ecclesiæ scissa in complures Beneficiarios, ut nunc usus est, defluxisset Clerus in altissimas ignorantias tenebras, nisi imminenti ei calamitati obviassent publicæ Scholæ & Universitates. Earum institutio non ignorantiam tantum a Clero propulsavit, propulsatque etiamnunc, sed id præstigit, ut & expeditior via sit ad quaslibet disciplinas attingendas, utque ad longe sublimiorem quam ante earum apicem perveniat: Academiae institute sunt, in quibus doctrina Christiana perfectius, diligenter & splendidius, quam in Seminariis Clericorum tradita est. Itaque quod prioris disciplina iteratione de doctrina deperdiderat Ecclesia, frequenti Academiarum institutione cum usura recuperavit.

II. Nec minoris est momenti, quod summus vir mox advertit: nimirum paulo lentiora fuisse pietatis in Universitatibus, quam litterarum incrementa: unde & postquam invaluere stationes & gradus studiorum, Ordinum minorum functiones tantum non in desuetudinem abierunt. Ita enim Morinus ibidem pergit: Utinam in regimine Pastorum, & morum censura tam felix fuisset. Hac ratione Ecclesiastice vite candidati, paucissimis annis perficiant, que plurimis per gradus Ordinum vix attingere poterant. Facundissimo hoc scientiarum rore perfusi Clerici, & electi, de studio minorum Or-

dinum decurrente parum solliciti fuerunt. Ut ergo æquis passibus litterarum stadia pietas sequeretur, restitura sunt a Concilio Tridentino Seminaria in singulis Episcopatibus propria, de quibus alibi nos; & exercitia minorum Ordinum, de quibus supra.

III. Nec tamen dissimulabimus ab Episcopis ipsis prima jacta fundamenta Scholarum publicarum, forsan & Universitatum, hac extrema ætate, quam ab Hugonis Capetii Regno aūspicamur. Quod dictum est a nobis, Facultates Universitatum omnes, quosdam esse gradus ad Beneficia: dominari in eis debere Theologiam: Jus civile admitti non debere, nisi ut ex eo Canonum illustretur: continentiam Clericalem in iis observatam fuisse ad hanc usque premendum: ætatem nostram: Scholares omnes Clericos vocari solitos, omnes immunitatis Cleri gaudere: Hæc omnia certe documento sunt non fuisse institutas Universitates, nisi ad Ecclesiæ commoda promovenda. Observatum est a Petro Aurelio, cum Doctores Parisienses sacri Magisterii insignia suscipiunt in Aula Archiepiscopalæ Cancellario Ecclesiæ Parisiensis, qui idem Universitatis Cancellarius est, quanquam auctoritate Apostolica pilo donentur; hoc ipso tamen testatum fieri, primordia Scholarum Theologicarum Parisiensium originem ducere ab illa ipsa Ecclesia Cathedrali Parisensi, a qua & politiam suam, mere Ecclesiasticam, mutuata sunt (2). Hujus Academiae Professores omnes & Magistros primarios Clericalem vitam quam maxime amulare, & calibes esse juberi antiquissimis legibus, & perpetua confuetudine declaratum est, velut alumnos Ecclesiæ, & filios Ecclesiastice quodammodo Academie, que ad perennem beneficium erga se Ecclesiæ Parisensis, ex quo oriunda est, recordationem, hanc legem filiis suis indixerat, ut primam originem suam hoc symbolo profererentur, & etiamnuns ad eandem testificationem, Candidatos suos principiarum Facultatum ad aulam Archiepiscopalem Parisensem deducit, ubi a communi Ecclesiæ Parisensis, & Academia Cancellario Magisterii laurea donantur. Idem alibi advertit Parisenses olim Episcopos in more habuisse, ut consilio Doctorum Parisiensium in confodiendis censorio stylo libris uterentur.

Meminit non senec Abælardus scholarum juxta Clastrum Ecclesiæ Parisensis, in ea Epi-

(1) De sacris Ordinat. art. 3. Exerc. 13. c. 1.

(2) T. 1. p. 166. T. 2. p. 374.

Epistola, qua longam infortunii sui fabulum contexit. Ludovicus Crassus Rex filios suos ambos institui voluit in Claustrum ejusdem Ecclesie, tanquam in celeberrima schola. Horum minor natu, Archidiaconus postea creatus est Parisiensis: & cum in Episcopum electus esset, sede ea Petro Lombardo cessit. Major natu fuit Ludovicus Junior Rex, qui tam sancta in schola institutum se fuisse sibi ipse gratulatus est: In cuius claustru pueritiae nostra exegimus tempora. Ita habet ille in eo privilegio, quo Ecclesiam ornavit Parisiensem, quodque ab Hemerio representatum est in Tractatu de Universitate Parisiensi. Jam monuit nos Rigordus, et si in ea magna essent gloria ceterae Facultates, primas tamen facile tulisse Theologiam, cui se acrius passim intendeant: Ferventiori tamen desiderio sacra pagina, & quæstiones Theologicae docebantur. Anno 1256. Pontifex ipse Alexander IV. duos nepotes suos Parisios ablegavit, ut vacarent studiis, litteratique perficerent ad Capitulum Ecclesie Parisiensis, ut in ambitu Claustrorum ædes illis quas incolerent concederentur, ut commode interesse possent Scholis Claustrorum, in quibus etiam tum Canonicam Theologiam & jus Canonicum prælegebant (1). Ea enim ipsa Epistola, quam Parisienses scripsere Doctores adverius novos Mendicantium Ordines anno 1253. conceptis verbis docet, duodecim tunc Parisiis fuisse Cathedras Theologicas, quorum tres erant penes Canonicos Ecclesie B. Mariæ Parisiensis, pluresque penes eos futuræ erant, quando & majori numero forent eis Theologi, docendi provinciaz non impares (2): Considerantes autem Canonicos Ecclesie Parisiensis, quorum tres apud nos in eisdem litteris sunt Regentes, numerum suum secundum quod eis persona suppetunt, juxta morem Ecclesie suo multiplicare consueverint. Anno 1285. adhuc Theologicæ prælectiones fiebant in Scholis Episcopalibus Ecclesie Parisiensis (3). Penes Cantorem ejusdem Ecclesie providentia adhuc est & cura minorum omnium Scholarum Parisiensem, sicut olim erat majorum Scholarum omnium cura penes Cancellarium ejusdem.

#### IV. Egimus alibi de Theologis & de

Magistris Grammaticæ, qui in Conciliis Lateranensibus constituti sunt sub Alexandro III. & Ianocentio III. in omnibus Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis. Ab his Scholis prodire primi Universitatum Professores, ut colligere est ex Launo Doctoris Parisini Compilatione Scholarum omnium post tempora Caroli Magni. In Concilio Basileensi, in Pragmatica, in Concordatis, in Concilio Lateranensi sub Leone X. in Tridentino denique unanimi favore conspiratum est ad tuitionem harum Cathedralrum Theologicarum, Scholarumque Episcopalis.

At cum Schola Theologicæ Facultatis Parisiensis longe omnium spectatissima esset, plures a Romano Pontifice erectæ sunt Universitates, Theologicæ Facultatis expertes, ut ad Parisiensem undique concurreretur, quæ Europæ una videbatur posse sufficere. Hæc sane Facultas Episcopo semper conjunctissima, & devinctissima fuit. Jam dixi errorum damnandorum Censuram olim perdiu factam fuisse ab Episcopo cum consilio Doctorum. Anno 1227. de consilio Magistrorum Theologie Stephanus I. Parisiensis Episcopus in complures hæreticas propositiones damnationis anathema intorsit. Anno 1240. Willelmus Parisiensis Episcopus anathemate eos constrinxit qui propositiones alias tuerentur, convocato consilio omnium Magistrorum, tunc Parisis regentium. Stephanus II. Episcopus Parisiensis anno 1270. propositiones alias damnavit (4): Tam Doctorum sacra Theologia, quam aliorum communicato consilio. Quidam ei tribuunt quod diximus de Stephano I. Docet Bonaventura (5) a Stephano Parisiensi Episcopo excommunicatam fuisse eam propositionem, quæ tradit Angelos malos primo sui ævi puncto malos fuisse, idque factum fuisse de communis consilio Magistrorum. Agit & Braduwardinus de his Propositionibus a Stephano excommunicatis. Testatur Gandavenis nunquam se eis Propositionibus suffragatum, quas damnarint Episcopi: Quanquam non apparet mihi rationis solutio, nunquam tamen cogit ad dogmatizandum, quod dogmatizare prohibet Pontificialis interdictio. Willelmus Episcopus Parisiensis convocationem fecit omnium Magistrorum, ut ait Thomas Cantipratensis,

(1) Hist. univ. Paris. t. 3. p. 307.

(2) Ib. p. 255.

(3) Ib. p. 471. Hallier. De Hierar. p. 187.

(4) Bibl. Patr. t. 4. par. 1. p. 917. 925. 928.

(5) Bonav. in l. 2. Sent. d. 3. ar. 1. q. 2.

Braduwar. p. 342. 343. Gandav. Quodlib. 2. qu. 9. Quodlib. 4. q. 19. Hist. univ. Paris. t. 3. p. 165. 177. 397. 709. 433. 448.

sis, ut excuteret doctrinam, tum anxiex vexatam de pluralitate Beneficiorum. Idem ipse Stephanus II. Parisiensis Episcopus moleste terens dissentionem flagrantissimam in Universitate Parisiensi, aliis Thomae Aquinatis doctrinam nimio certandi testu propugnantibus, aliis importunitissime oppugnantibus, duce & auspice Henrico Gaudens: Doctores omnes congregavit, & de eorum assensu pronuntiavit, qui ex B. Thomae operibus decerti fuerant articuli, eos impune & defendi posse, & impugnari citra fidei periculum. Joannes Pescham Franciscanus, Cantuariensis postea creatus Archiepiscopus, vehementissime tunc exarserat in tuenda Thomae doctrinam, etiam quoad unitatem formæ in Composito. Sed ubi poltea advertit eam unitatem formæ minus probari a Parisiensibus Doctoribus, eam sententiam retractavit & ipse B. Thomae modestia & humilitatis tenacior, ut par erat, quam doctrinæ, ut quem ipse audisset, suæ quidquid esset doctrinæ & Theologizæ, id totum Subjacentem judicio Episcopi & Doctorum Parisiensium: Presentemque Thomam audisse, Parisiensis Episcopi, & Theologorum iudicio & censura, se, & totum illud suum dogma subjecisse. Ubi anno 1283: coiere Archiepiscopi quatuor (1), Episcopi virginiti in Aula Episcopali Parisiensi, adverius Monachorum privilegia, convocati eodem ab iis sunt Doctores, & Baccalaurei Universitatis, ut se ad eorum causam suffragatores adjungerent: Rogavit Episcopus Universitatem, ut eis in hoc casu assistere dignaretur. Anno 1285. Honorius Papa IV. Parisios remisit Aegidium Romanum, ut quorundam palinodiam caneret propositionum, quas inconsideratus effuderat ipse, & quas confixerat Episcopus Parisiensis Stephanus, cum eas & excusisset ipse, & exenti fecisset a Cancellario & Doctoribus. Ita Pontifex ipse de his in Epistola ad Raulphum Episcopum Parisiensem (2): Aliqua dixit que bona memoria Stephanus Parisiensis Episcopus per se ipsum examinans, & per Cancellarium Parisiensem ejus temporis, & per alios Theologicæ facultatis Magistros examinari faciens, censuit revocanda.

V. Ceterarum Universitatum forma, & veluti regula semper fuit Universitas Pat. Thomas. Tom. IV.

risiensis. Confitetur Stephanus Tomacensis doctrina semper ceteras civitates antecelluisse Parisiensem, sicut & Remensem disciplina & regularitate: Usurpabant sibi haec nec immerito Civitas Parisensis doctrinam, Remensis Ecclesia disciplinam. In ceteris ergo Christiani Ordinis Provinciis ad eundem modum adgrecaverunt sibi Episcopi complusculos Doctores, ad iurendos errores: quanquam & ipsi seorsim Universitatum Doctores doctrinales censuras emiserint. Joannes Pescham doctrinam beati Thomae de unitate formæ confixurus, Parisiensem Episcopum imitari, & Doctorum grege cingi se voluit.

Utque altius res, atque ab ipso capite reperatur, cum Pontifices Romani, qua Petri; & Episcopi, qua Apostolorum successores, sint jure divino Ecclesiæ Doctores, & Theologæ totius Christianæ Magistri; cumque Episcopi a Conciliis exercitati sint, tum sub Imperio Caroli Magni, tum etiam post tempora Hugonis Capetii, ad erigendas Scholas in Episcopaliis Ædibus, & ad Theologos, Magistrosque Grammaticæ designandos: non potuerunt nisi eorum auctoritate & auspiciis freti, aut privilegiis Apostolicis ulli præterea alii Doctores, Magistrive Cathedras sibi exercitare, & Ecclesiasticas profiteri publice Disciplinas. Anno 1290. Archiepiscopus & Capitulum Lugdunensis Ecclesiæ decernarunt de potestate dandæ licentia publice docendi Jus Canonicum & Civile (3): Cum inveniremus discordiam esse inter Archiepiscopum & Capitulum, super dandæ licentia Doctoribus, legere volentibus in civitate Lugduni, in iure Canonico & Civili, &c. Verba ea sunt Concordia tunc initæ. Cum enim Cathedras Scholarum Episcopaliū plerumque infiderent, regerentque Canonicī, ut supra attigimus; ita & jus forsitan sibi vindicabant alios quospiam sibi subrogandi.

Cum anno 1289. Nicolaus IV. Papa Universitatem erigeret Mompessulanam (4), in eaque institueret Facultates Juris Canonici & Civilis, Medicinæ & Artium: sanxit ut Episcopus pileo Doctores donaret, prius examinatos, & ex suffrageatione ceterorum Doctorum ad hoc congregatorum. Anno 1290. idem Pontifex Universitatem excitavit Ulyssiponensem, cum eidem Facultatis,

P p p

(1) Ib. p. 465. 466. 472. 482.

(2) Du Chesne Bibl. Clun. Not. p. 62.

(2) Ep. 160.

(4) Rain. n. 51. 53.

tibus, & eadem in ipsam Episcopi auctoritate. Universim dici potest eam esse formam excitatarum a Romano Pontifice Univeritatum, quibus in omnibus Episcopo permitta est facultas creandi Doctores, praemissio examine, & adhibitis in consilium ceteris Doctoribus. Loca tantum ad marginem adnotabo ubi horum Bullæ reperiantur (1).

VI. Nec mirum si Doctores seorsim ab Episcopo doctrinale suum judicium interponerent ad censuram errorum; cum ad Provincialia etiam Concilia invitarentur, quod supra allatis exemplis confirmatum est. Gratulatus est Ludovico Regi Galliae sanctissimo Innocentius IV. (2) quod Cancellarius & Doctores Parisienses librum Judaicæ superstitionis Thalmudicum igni adjudicassent Anno 1368. Archiepiscopus Cantuariensis (3) multas propositiones proscriptis de congregato consilio Doctorum sacra pagina. Wiclefi hæresis proscripta est anno 1382. Londini a decem Episcopis, & a pluribus Doctoribus ac Baccalaureis: Hæreses damnata a decem Episcopis, & septendecim Doctoribus in Theologia, & sexdecim Doctoribus Juris, & pluribus aliis Baccalaureis, tam Theologie, quam etiam Juris. Ut ab Episcopis asciscabantur per sepe Doctores ad configendos errores novos, ita & ipsi per se coibant ad censuras per similes edendas. Cum Joannes Montefonius Dominicanus (4) quædam effutisset de Conceptione beatissimæ Virginis Deiparæ, quæ offendiculo essent, voluit Parisiensis Universitas eum compellere ad palinodiam. Illo detrectante, & Avenionem se ferriente ad Romanum Pontificem, adiit Universitas Petrum Orgemontium Episcopum Parisensem, a quo nefarii errores proscripti sunt. Montefonius ipse mox iussus est a Pontifice, ut sui se Episcopi & Universitatis subjiceret judicio.

Tergiversatus fuerat Joannes hic Montefonius, negaveratque posse a Facultate Theologiae doctrinale Judicium pronuntiari. Facultas Tractatum publicavit (5), quo evinciebat, posse a se, vel conjunctim cum Episcopo, vel sejunctim hæreses proscribi. Cum

enim ex officio teneantur Doctores Fidei dogmata & Scripturas elucidare, eo munere fungi non possunt, nisi hæreses incurrentes confodant. Ideo & Paulus Doctores sejungit ab Apostolis, id est, ab Episcopis in Corpore Ecclesiæ: & Gregorius IX. docet secundum Episcopos proximum esse Ordinem Doctorum (6): *Doctorum Ordo est in Ecclesiæ quasi precipuus*. Sed hujus tam Tractatus auctor ipse non dissimulabat, quin plerumque adhuc Doctores conjunctim cum Episcopo erroneas propositiones censorio cauterio inurerent: *Episcopi Parisienses & Theologæ Doctores conjunctim & communicato invicem consilio, pro majori veritatis confirmatione, & roboris firmitate solent errores condemnare*. Bonifacius certe VIII. copiam faciebat Inquisitoribus (7), ut vel conjunctim cum Episcopo, vel sejunctim hæreses damnarent. Sed Inquisitores speciali Papæ delegatione muniebantur.

Agens alicubi Cæsarius de Albigensibus quibusdam hæreticis, qui Parisiis igni absumpti fuerant, ait eos ante ab Episcopis & a Doctoribus Theologis examinatos fuisse (8): *Congregati sunt ad eorum examinationem vicini Episcopi, & Magistri Theologæ*. Et mox rursus: *Consilio Episcoporum & Theologorum degradati sunt*. At ubi damnatae fuere ab Episcopo Parisiensi propositiones Joannis Petiti (9), de infanda cæde Duci Aurelia & Duce Burgundie perpetrata, & de potestate cuique libera occidendi tyrannum: postquam Episcopalis ea Censura subreptione necio qua a tribus Cardinalibus proscripta fuit: tum vero Universitate tuitionem Episcopi in se suscipiente, tradit Gersonius Doctores Theologos centum quadraginta & unum subscriptissæ censuræ Episcopi, præter Doctores Decreti, aliasque aliarum Universitatum Doctores inumeros. Edidit & Tractatum Gersonius, (10) quo revinceret jure divino id potestatis penes Episcopos esse. Quanquam Censura errorum Joannis Petiti, seu Parvi, pronuntiata fuisset ab Episcopo & ab Inquisitore, presentibus Prælatis & Doctoribus compluribus, ut tradit Monachus San-Dionysianus in vita Caroli VI. (11) ingens inde san-

(1) Bulla t. 1. p. 157. 172. 214. 224. 404. 534. 580. 582. T. 2. p. 74. 294. 365. 379. Italia facta t. 2. p. 30. (2) Innoc. IV. Ep. 15. (3) Rain. n. 37.

(4) Jean Juv. des Ursins Histoire de Charles VI. p. 62. Spend. an. 1387. n. 7. 1388.

(5) Launoy. De scholis p. 492.

(6) Extr. C. Sicut. De hereticis.

(7) C. Per hoc in sexto. De hereticis.

(8) Bibl. Cist. T. 2. p. 142.

(9) Histoire de Charles VI. ann. 1413.

(10) Gerson. t. 3. p. 71. t. 4. p. 224.

(11) L. 3. c. ult. Histoire de Charles VI. par le Fevre Seigneur de S. Kemy. c. 68. 88.

me decus in Doctores redundavit, qui ejus patrocinium suscepserunt adversus tela superioris Censuræ, quam quidam falso venditabant a Concilio Constantiensi approbatam. Finitimum veri est exinde Censuræ Facultatis Theologicæ, mere doctrinales, & sejunctim ab Episcopo frequentiores fuisse: eo maxime tempore, quo ex occasione schismatis Avenionensis, Universitas frequentissime ipsa per se congregari cœpit, eo auctoritatis culmine tunc proiecta, ut omnium in se oculos converteret, non precario jam, non alieao, sed suo ipsa splendore spectatissima.

VII. Nec plura accumulari necesse jam est, ut constet Universitates ab iis manufasse Scholis, quæ in Ecclesiis ante Cathedrilibus effulserant. Pertinet semper penes Episcopos prisca honoris & potestatis prærogativa in iis, quæ ad Doctrinam pertinent, convenienter Epistola Alexandri III. ad Archiepiscopum Senonensem, a quo jubebat Suffraganeos Episcopos Lutetiarum congregari, & damnari propositionem Petri Lombardi, Magistri Sententiarum, de Persona Christi. Gregorius VII. anno 1078. in Concilio Romano edixerat, ut omnes Episcopi Scholas haberent: *Ut omnes Episcopi artes literarum in suis Ecclesiis doceri faciant.* Nihil eiusmodi mandatum est Episcopis, postquam instituta fuere Universitates. Fuerat Schola Episcopalis Lutetiarum jam ab ortu suo splendidissima, ut minus mirum sit, si ex ea prodierit longe splendidissima Universitas.

Illud quoque non perfundorie observandum, quod cum persæpe Lutetiarum coirent Concilia ad res Ecclesiæ Gallicanæ pertinendas, vel Provinciæ: cumque plures ibi semper diversarentur Episcopi, ut in Regia urbe, ubi potissimæ quæque ventilantur & dirimuntur causæ; his itum Conventibus non Parisiensis Episcopus, sed Archiepiscopus præter Senonensis, Doctoresque arcescebat. Id liquet ex Epistola Alexandri III. paulo ante laudata, & ex Concilio Parisiensi anno 1201. (1) ubi Legatus Pontificius conspirantibus Archiepiscopis, Episcopis & Doctribus, hæreticum nefcio quem damnavit. Gregorius IX. in Bulla anni 1231. ad Doctores Parisienses data, docet nos Physicam Aristotelis in Concilio ibi

Provinciali damnatam & prohibitam fuisse, donec diligentius examinata & purgata fuisse. Cœlarius & Robertus Alrisiodensis triennio tantum suspensum fuisse ajunt ejus usum. Venio ab hoc diverticulo ad Scholas Monasteriorum.

VIII. Quæ enim Concilia Episcopis præcepere suis ut in ædibus scholas haberent: eadem ipsa jussere, ut & in opulentioribus Monasteriis scholæ essent & Magistri. Scholæ exinde celeberrimæ fundamenta posuit Lanfrancus in Abbatia Beccensi (2): *Publicas Scholas de Dialectica professus est, ut egestatem Monasterii scholarum liberalitate templetaret,* &c. Eratque Beccum magnum & famosum litterature Gymnasium.

Non ergo jam publicæ hæ erant in Monasteriis Scholæ, nisi ad eas disciplinas, quæ ætatis quandam & judicij maturitatem desiderant. Non ergo pueriles ex erant scholæ, instituendis puerulis addictæ: quippe ab his jam abhorres cœperant Monasteria, tanquam inimicis ejus silentii, quietis & secessus, in quo Religiosarum Congregationum sitæ sunt deliciae. Id enimvero se testatur Petrus Damiani admiratum esse in Monasterio Cassinensi, postquam illuc profectus est (3): *Inter ceteros virtutum flores, hoc mihi non mediocriter placuit, quod ibi scholas puerorum, qui saepe rigorem sanctitatis enervant, non inveni; sed omnes aut senes, aut juvenili decore letantes, qui ut filii Prophetarum, idonei sint ad Eliam per deserta quarendum.* Erat adhuc in Floriacensi Abbatia infantiam Schola, in qua Abbo puerulus rudimenta prima posuit (4): *Scholæ Clericorum in Floriacensi Monasterio traditur litteris imbensus.*

A anno 1179. sancitum est in Concilio Lateranensi III. ut scholæ restituuerentur in Ecclesiis illis Collegialibus & Abbatialibus, ubi pridem fuerant (5): *In aliis quoque restituuntur Ecclesiis, sive Monasteriis.* Vetusior erat schola sancti Victoris apud Parisienses. Ejus initia referuntur in annum 1109. quo Willemus de Campellis Archidiacus Parisiensis Canonicorum Regularium ibi donatus est veste, quos ibi paulo ante instituerat Hugo Victorinus, ex mandato Regis. Arcessiti illi fuerant ex Abbatia sancti Ruffi juxta Valentiam (6), sub-

P P P 2

(1) Conc. Gen. t. 11. p. 53.

(2) Malmesb. p. 205.

(3) Opuscul. 36. c. 26.

(4) Aimoin. Flor. in Abbonis vita c. 1.

(5) Can. 18.

(6) Hist. univ. Paris. t. 2. p. 44.

substitutique in locum Benedictinorum, qui ibi ante fedem habebant, ut in Prioratu obnoxio Abbatia sancti Victoris apud Massiliam. Erat & schola per celebris in Abbatia San-Dionysiana juxta Parisios, ubi & Petrus Abaelardus aliquando docuit, confluentibus undique ad ejus famam auditoribus.

In Concilio Remensi anno 1131. prohibiti primum sunt (1) Monachi sancti Benedicti & Canonici Regulares sancti Augustini, ne post hac ad scholas publicas proficerentur, Legibus & Medicina operam daturi, ut eas inde Causidicorum, vel Medicorum artes profiterentur, a propositi sui sanctimonio alienas. Id rursus ipsum prohibitum est in Concilio II. Lateranensi (2) anno 1139. & in Turonenzi (3) anno 1163. & in Parisiensi (4) anno 1212. Sed hoc in Parisiensi Concilio disertis verbis expressum est, quod in aliis intelligendum veniebat, ut si in Claustris Regulares addiscerent eas, quae professioni suæ consentirent, disciplinas: *Ne quis exeat causa eundi ad Scholas, sed in Claustro si volueris, addiscat.*

Dictum est supra, constitutis semel Universitatibus, permisso fuisse Regulares eo commere, ut pura putaque a scaturigine summas quasque disciplinas haurirent. Concilium Coloniense anni 1549. voluit, ut Philosophia, Medicina, Jurisprudentia, Theologia, seu Scriptura, Theologia, aut Scriptura Sacra, in Universitatibus tantum addiscerentur (5): nisi si Theologica prælectiones fierent in ditionibus Cœnobii Monachorum, aut Canonicorum Regularium.

Ne muti profus simus in Græcis, dicam anno 1118. in Palatio Constantinopolitano celeberrimam viguisse adhuc scholam temporibus Alexii Comneni. Cum illis Doctoribus Imperator ipse de Scripturis conferebat, quibus plurimum oblectabatur (6): *De his cum viris eximiis, quorum egregia multitudine, Regia semper referta esse solebat, colloquebatur.* Anno 1145. Anselmus Episcopus Havelbergensis, quem Legatum Lotharius Imperator Constantinopolim misit, & qui ibidem cum Græcis frequentes collationes habuit, non tacuit Collegium illud Imperatorium duodecim Doctorum, quorum Nechites Archiepiscopus dux erat

& caput (7): *Principius inter duodecim discipulos, qui juxta morem sapientum Graecorum, & liberalium Artium, & divinarum Scripturarum studio regunt, ad quos omnes questiones difficillime referuntur, & ab eis soluta, si ne retractatione tenentur.*

## C A P U T C I I . P . 4 . I . 2 . c . 3 5 .

### De Seminariis post annum Christi millesimum.

I. Universitates & Collegia ab origine Seminaria fuerant.

II. Congregationes Canonicorum & Monachorum instar habebant & ipsa Seminiorum.

III. Congregationes Canonicorum Regularium expressiorem Seminarii speciem praferunt.

IV. Degeneraverant hec omnia Seminaria temporibus Concilii Tridentini.

V. Clero Gallicano optatissimum fuit, ut Seminaria eis crederentur regenda, qui jurisdictioni Episcoporum lubentes subeissent.

VI. Eadem in sententia versabatur sanctus Carolus.

VII. De tribus sancti Caroli Seminariis, & de eorum concentu cum Decretis Concilii Tridentini.

VIII. Eos pileo Doctorum donabat Carolus, qui in Seminario stadium omne studiorum strenue impleverant. Quanti ea res esset momenti?

IX. In majori Seminario suo prælegi solebat Historiam Ecclesiasticam, Concilia, Canones, & priscam Ecclesiæ Disciplinam.

X. Consensus Decretorum Cardinalis Potti in Anglia, cum Decretis Tridentinis.

XI. Provincialis Gallia Concilia post Tridentinum Mediolanensis Caroli Conciliis adprime consentanea.

XII. Urgent etiam atque etiam Concilia, Regumque Edicta, ut Seminaria ubique existentur.

I. D Iximus supra Parte I. Libro III. Capitibus IV. V. VI. de Seminariis priorum Ecclesiæ temporum. In postrema vero ejus hac ætate post annum Christi

(1) Can. 6.

(2) Can. 9.

(3) Can. 8.

(4) Part. 2. Can. 20.

(5) Conc. Gen. t. 14. pag. 634.

(6)

Euthymius apud Bar. ann. 1116. n. 26.

(7) Spicil. t. 3. p. 89. 90.

stī milleſimum, non alia uſquam Seminaria facile invenias, niſi quæ Capite superiori oculis ſubjecimus, Cœnobia nimirum Monachorum vel Canoniconum Regularium, aut Universitates. Diximus uſtra Gallia Episcopos, quo ſuæ cauſæ aduersus Men dicantium Privilegia adgregarent Doctores Universitatis Parisiensis, ita compellaffe eos, Se non ex alio quam ex eorum cœtu adſcritos ad Episcopatum fuiffe, nec vel optare ſibi alios, vel ſperare ſucceſſores, quam ex eorum pio eruditissimoque Colle gio. Ubi de Gradibus Universitatum diſputatum eſt, a nobis oſtenſum eſt illud quoque, ab ipliſ earum exordiis maximam partem Beneficiorum illis a Pontificibus, a Conciliis, & Regibus deſponſam fuiffe. Nemo necit Collegia & Scholas Universitatis ea plerumque lege conſtrinki ab ipliſ fundatione ſua, ut Officia ibi diuina de cantentur, affignata ea prouentuum me diocritate, quæ ſatiſ ſit ſuſtentandis pauperibus Clericis, quorum alterna ſint orandi & ſtudendi horæ, deliciæque. Hinc facile intelligis vere fuiffe Universitates quædam veluti Seminaria, ex quibus diligenterunt Epifcopi, ex quibus innumerabiles Clerici ad quævis Beneficia pie & religioſe admi nistranda.

II. Nec minus id maniſtum in Congregationibus, ſeu Monachorum, ſeu Canoniconum Regularium. Nam præterquam quod hi ipliſ Regulares poterant clarissimas quasque Ecclesiæ obire dignatates; in eorum Cœnobis numeroſa & eximia ſpe inſtituebatur juventus, unde poſtea & ad Religionem & ad Clericatum complurimi litterarum & pietatis amantiffimi vocarentur. Cum priuimum Lanfrancus Cantuariensis Archiepifcopus ſuffragante, & auſpice Willermo Rege Eccleſiam Anglicanam refingere ac reformare adgrefſus eſt, curam illico industriaque ſuam omnem contulit inno vandis Scholis, ſeu juvenum Seminariis, in Cœnobis sancti Benedicti. En verba ipliſ Canonis ab eo editi in Concilio Londoniensi anno 1075. *Infantes prcipue & juvenes in omnibus locis, deputatis ſibi idoneis Magistris, cuſtodiam habeant.*

Docuit nos Aimoinas Floriacenſis capite superiori, Abbonem elementa prima hauſiſe litterarum & religionis inter Clericos Monasterii, & Scholæ Floriacenſis: *Schola Clericorum in Floriacenſi Monasterio*

traditur. Erat & in Beccensi Monasterio ſchola percelebris, in qua humanioribus litteris præfuerat Anſelmus ipſe (1). In Oriente Seminaria eſſe non poſſent niſi Epif coporum, eueni ceteri Clerici conjugio ſint illaqueati. At in confesso eſt Epifcopos ibi omnes e Monasteriis acciri.

III. Canoniconum Regularium ædes ſcholæ potiori profecto jure Seminaria vi deri poterant Clericorum. Certum enim denique illud eſt, non aliam ibi quam Clericalis vitæ, ſed perfectiſſimæ professionem viguisse. Eadem nunc upabuntur vota, quæ Augustinus a Seminarii ſui Clericis omnibus exigebat. Canoniconum nomen iplum non aliud ſonat, quam Clericos ſtri ctæ Canonum obſervantiæ deditos. Regularium vox a Regula illa manavit, quæ Clericorum propria eſt, & a Regula Monachorum diſtabat plurimum. Hactenus eſt fruuntur jure Canonici Regularis, ut & Parochias regant, & Capitula Eccleſiarum etiam Cathedralium impleant. Denique cum altero ab hinc ſacculo Caraffa Cardinalis, qui ſummo post ſublimatus Pontificatu Paulus IV. dictus eſt, & inclyta ſanctimoniaz vir Cajetanus iuſſi fuit a Clemente VII. naviter incurrere in Cleri reformationem: non aliud tum eis aufſpicatius, aut conſultis uitum eſt, quam ut Congregationem Clericorum Regularium inſtituerent, qui cum meri ſint Clerici, tribus ſe ramen Religionis votis aſtringuat, quibus & quartum addunt, paupertatis multo aſterioris, quam quæ a Monachis colitur. Uſque adeo hac etiam extrema ætate periuafum fuſit, nihi habere Clericatum, quod non poſſet facilime ſociari cum coſiliis Evangelicis, immo & cum votis, ſeu particularibus, ſeu ſolemnibus, quibus ſe viři religioſi ad Conſiliorum Evangelicorum obſervantiam obli gant.

IV. Et tamen ante Tridentinam Synodum, vix nomen, vix memoria ſuperat aliqua Seminariorum; quod nimirum in Universitatibus litterarum fervore & ſcholarum pompa pene oppreſſa languesceret pietas: Regulares vero Congregationes ſub alienata effent ab illa ſtrictiſſima cum Epifcopis coniunctione, qua olim ab ipliſ totæ pendebant, & quam Clericis omnibus inſpirari avebant Epifcopi, tanquam Eccleſiaſticæ unitatis vinculum. Gradus Universitatum, glilente corruptela, non jam pri-

(1) Anſelm. I. 1. Ep. 53.

Quibus Cleri precibus ex animo affensis  
eit Rex.

mævre institutionis suæ sanctimoniz respon-  
debat : quin & plerumque ad avaritiam  
& ambitionem detorquebantur hominum  
Beneficiis inhiantium , & ad ea per inex-  
plicabiles etiam lites contendentium . Parco  
ne ea hic referam , quæ habet Jacobus de  
Vitriaco , Historia Occidentalis capite se-  
primo . Si quæ in Monasteriis superessent  
scholæ , earum non aliis uberior fructus ,  
quam ut Ordini Monastico juvenes se ad-  
glutinare insuescerent , non etiam ut Cle-  
rus ipse nova sanctaque in dies prole acce-  
dente aangesceret .

Concilii Moguntini Patres anno 1549.  
conquerebantur , quod juniores Canonici ,  
quos *Domicellares* vocabant , jam non sub  
unius Prelati disciplina continerentur , ut  
olim moris erat , antequam pateret illis adi-  
tus in Capitulum (1) : *Juniores Canonicos* ,  
quos *Domicellares* vocant , ad tempus sub  
jugo *Prelatorum* detineri , &c. Videri hoc  
potuisset Seminarium juniorum Clericorum ,  
si certo constaret eos communem egiſſe vi-  
tam , & aliquanto numero fuisse . Non at-  
tingo hic eas Congregationes Ecclesiasticas ,  
de quibus supra egi prolixius , in quas Pon-  
tifices & Concilia facili x. & xii. com-  
pellere tentarunt Clericos omnes majores ,  
ut tutius faciliusque calibatum colerent . So-  
dalitia ea potius erant , in quibus totius  
vita tempus transigeretur , quam Seminaria  
singulis formandisque ad Clericalem per-  
fectionem junioribus consecrata . Denique  
non alio id spectabat , quam ut Canonici  
Regulares propagarentur .

V. At vero apertissime significavit Cle-  
rus Gallicanus , quam sibi cordi esset , ut  
Seminaria Clericorum regerentur potius ab  
iis , qui in Episcoporum potestate prorsus  
essent , quam a Regularibus : quando per  
Oratores suos Ludovicum XIII. Regem his  
vocabus compellavit (2) : *Quoniam vero ex-  
postularunt complurimi , quod cum funda-  
menta Seminariorum fecissent Archiepiscopi  
& Episcopi Diocesani , & per suos Officia-  
des administrassent , nunc tamen pleraque eo-  
rum subducta fuerint jurisdictioni Episcopali ,  
& in potestatem venerint Regularium  
diversorum Ordinum . Interpellabitur Majes-  
tas Regia , ut Episcoporum jurisdictioni re-  
stituantur Seminaria , qui Rectores eis præ-  
ficient ad nutum revocabiles , ut ne posthac  
ea possint subduci Episcopali auctorati .*

VI. Is videtur tum scopus faſſe Cleri ,  
ne Seminariorum administratio & regimen  
mandari posset Regularibus ; quos cum sua  
privilegia immunes plerumque faciant Epi-  
scopalis jurisdictionis , hinc minus idonei  
videri possunt ad Clericos Episcopali impe-  
rio arctissime & religiosissime devincendos .  
Exemplo illis suo præierat sanctus Carolus ,  
Oblatorum constituta Congregatione , qui-  
bus & Seminaria sua contradidit omnia ,  
quæ prius crediderat . Patribus Societatis Je-  
ſu : quippe hos demum expertus fuerat alii  
longe plurimis gravissimisque Ordinis sui  
functionibus distendi . Ea autem potissima  
ratione adductus est Carolus ad instituen-  
dum illud Oblatorum Sodalitiam , cuius  
Caput & summus administer semper erat  
Episcopus , ut posset illis sua Seminaria &  
Collegia regenda commendare , atque ita  
illa semper habere Episcopali imperio de-  
vincissima . Commemorat autem idem Gio-  
ſfanus (3) , ex quo hæc deprompsimus , mo-  
leste tulisse Carolum , quod Clerici , quos  
& sumptu & labore plurimo excoluerat ,  
complures exinde in Monasterium unum  
aliquod ad professionem Monasticam se con-  
jecissent : Breve Apostolicum impetravit (4)  
a Gregorio XIII. quo huic sive Monas-  
terio sive Ordini prohibebatur , ne quem ho-  
rum exciperet Clericorum , nisi tribus sal-  
tem post annis , quam e Seminario digressi  
essent .

VII. Si conferas autem , quæ hic Scri-  
ptor perhibet de tribus beati Caroli Semi-  
nariis Mediolani ab eo extructis , cum De-  
cretis Concilii Tridentini de Seminariorum  
institutione , perspicue intelliges Concilii vo-  
tis Carolum cumulate satisfecisse , vel spem  
potius & vota Concilii prorsus superasse .  
Mediolanensis & Episcopatus & Metropo-  
leos amplitudo , sed immensa potissimum  
quædam sollicitudo Caroli & caritas pasto-  
ralis effusissima , tria hæc utique Seminaria  
depositebat . Unum ad informandos ejusmo-  
di viros & pietatis & doctrinæ præsidii  
omnibus , studiis autem maxime Philoso-  
phiae & Theologiaz , quibus tuto committi  
possent maxima quæque in Diocesos ad-  
ministracione Officia . Alterum ad instituen-  
dum Parochos , lectione Scripturæ , Cate-  
chismi Concilii Tridentini , & Casuistarum .  
Ter-

(1) Can. 86.

(2) Memoires du Clergè. t. 3. par. 3. p. 90. 91.

(3) Gioffano. L. 3. c. 4.

(4) L. 2. c. 5.

Tertium denique ad eos plenius instruendos roborandosque, qui jam pridem Parochialibus Ecclesiis onerati, & ad id munus minus pares, Catechismi Concilii & Causistarum lectione muniri egerent.

VIII. Obvias se dabunt in vita & gestis Caroli, & in Actis Ecclesie Mediolanensis, Constitutiones sanctissimi Archiepiscopi, ad Seminariorum administrationem; prodeat se ibidem infatigata & pervaigil eius sollicitudo ad eorum observationem. Duo hic tantum adnotabo, quæ omnino necesse fit altius infigere animo. Primum est quod jam attigimus strictum: Brevi Pontificio instructum fuisse Carolum, ut Doctorum pileo & insignibus eos investiret, qui faciarum litterarum curriculum in Seminario peregressent. Quippe ut vetustissima Seminaria defecerant tandem in studia mera & Universitates, ubi non in aliud quidquam magis, quam in studia incumbebant; ita Sanctus Carolus Seminario suo ubi pietatis multo etiam plus operæ dabatur, quam literis, studebat conciliare aliquam partem privilegiorum Universitatum. Nam vero gradus hac ratione qui consequerentur, causus si sane & religiosius ad Beneficia pertingerent. Mortuimus jam Clericorum, qui Caroli institutis imbuebantur, neminem prorsus fuisse, qui ad Beneficia, vel precibus, vel litibus contenterent, immo nec qui Concursu ad Parochias impetrandas se fisteret, nisi Caroli ipius iussu. Ita una Dei voce vocabantur, & ad hos gradus, Caroli manu collatos, & ad hæc Beneficia Caroli iussu impetrata.

IX. Alterum vero illud est, quod adnotari velim, voluisse beatum Carolum, ut in majori Seminario suo opera daretur Ecclesiastica Historia, & perdescenda antiquiori Ecclesiastica Disciplina, ut quæ adhuc ob oculos constituenda nobis esset in refingendis Cleri moribus, & æmulanda, pro hominum patientia temporumque. De his ita habet Concilium V. Mediolanense (1): *Studia etiam sacerorum rituum, historique omnis Ecclesiasticae certis statis diebus instituantur, qua Clericatis ordinis hominibus maxime accommodatae sunt, ad optimam religiosæ disciplina rationem.* Est autem simillimum veri, illius majoris Seminarii contemplatione, in quo centrum quinquaginta alebat Clericos, perpoliebatque

ad difficillima quæque Dioceseos & Provinciae suæ ministeria; hujus, inquam, maxime Seminarii contemplatione institutam ab eo fuisse Præbendam Doctoralem, (2) ut Canones Conciliorum Clero prælegerentur bis saltem unaquaque hebdomada in Capella Archiepiscopali.

X. Cum anno 1556. Cardinalis Polus articulos quosdam commentaretur Reformationis Cleri Anglicani, primam ibi Seminariorum formam delineavit (3). Ea vero effigies ita consentit cum ea, quam Concilii postea Tridentini Patres exhibuerunt anno 1563. hoc est Sessione XXIIII. ut fateri cogamur cognatissimas & simillimas eas esse, & vel Cardinalem Polum ea præsumplisse, quæ Tridentini Episcopi meditabantur; vel Tridentinos postea Patres summam manum iis adiecisse, quæ Polus inchoaverat. Et nihilo tamen minus uni potissimum Carolo Archiepiscopo Mediolanensi illud decus insigne vindicandum est (4), ut Pater sit & Patronus omnium Seminariorum, quod eam illis elimatissimam contulerit perfectionem, qua majorem, nec nos fingere, nec illa optare possint.

XI. Sancti Caroli vestigiis hic inhærent suo more Concilia nostra Provincialia Galliae. (5) Maxime vero Rothomagense anni 1581. Item Remenie anni 1583. ubi exoptatum est, ut qui gradus ambirent, eos assequerentur, sin minus in civitate Episcopali, saltem in Seminario, vel in Universitate Metropolitanæ urbis. Item Burdigalense anni 1583. & Turonense eodem habitum, ubi destituti sunt Patres in eos gradus, quos clanculum quidam suffurantur, in quibundam remissioris Disciplinae Universitatibus. Aquense anni 1585. Tolosanum anni 1590. ubi inculcatum illud quoque est ut Historia Ecclesiastica saltem compendio legerentur Commentarii: *Ecclesiastica Historia explicationes compendiariæ certis statisque diebus Seminariorum alumnis pertengentur.* Denique Aveniorense anni 1594.

XII. Conspirarunt hæc Concilia, ut urgenter Episcopi ad excitanda quampropere Seminaria, quod & urgent statuta Concilii Tridentini Edicti Bleensis, Melodunensis, (6) & ejus quod promulgatum est anno 1629. Quæ informis pro Ecclesia excubat Numinis providentia, cum postrema hæc ætate complures excitaret Congre-

(1) Acta Eccl. Mediol. p. 258.

(2) Giordan. L. 2. c. 9.

(3) Conc. Gen. t. 14. pag. 1733.

(4) Acta Eccl. Med. pag. 947.

(5) Conc. Gen. t. 15. pag. 864. 901. 974. 992. 1048. 1179. 1405. 1463.

(6) Art. 24. Art. 1. Art. 6.

gationes & Societates mere Clericales: his Episcopi insuntanter & lubentissimi sua credunt Seminaria: vel in hoc ipso in sancti Caroli ingredientes vestigia, & cum ipso experti, vix, aut nec vix posse perpetuari Seminaria nisi Congregationum subfido, quarum propria dos ea videtur esse perpetuitas. Non omnium in potestate est Episcoporum, ut instar Caroli Sodalitium ipsi erigant, cuius ipsi, ut ille Oblatorum, Praefecti generales & Capita sint. Sed cum ad manum habeant ejusmodi Coetus Clericales jam institutos, utuntur dono & subfido, quo occupavit Deus illos munire; gnari ne Carolum quidem ipsum de novo Coetu instituendo consilia initurum fuisse, si jam institutos reperisset; nec hos denique mere Clericales Coetus, aliud quidquam esse, quam Seminaria, quibus fingantur & praeformentur ii, qui Seminaria alia moderzaturi sint.

## C A P U T C H I I . P . 4 . I . 2 . c . 3 6 .

Extraneis septus ad Beneficia aditus.  
Necessitas, ut Gregis sui linguam calleat Pastor.

I. Connexionis questionis hujus cum antecedentibus.

II. Juxta leges Ecclesiae Beneficiarii eligi debent ex ipsis loci incolis, ex ipsis Ecclesiae gremio.

III. Ubi indigena digni, aut satis periti nulli sunt, extranei accessendi,

IV. Ecclesia Romana accuratius aliis omnibus hanc regulam observabat, ne quem suorum aliis Ecclesias daret.

V. Sed id laudi fibi vertebat, extraneos quoquaque modo meritis inclitos, si posset allicere. Nemo peregrinus in Ecclesia Romana. Proximiora capiti membra, nec ipsa usquam extranei sunt.

VI. Quam circumspicte caverent Pontifices, ne usquam Ecclesias extraneos praeficerent Pastores. Quo zelo effuarint Ecclesia & Regna ad sui quaque juris tuitionem?

VII. Quibus rationibus Pragmatica extraneos Beneficiis excludat?

VIII. Rebuffi observatio in Linguis vernacularis duas, que universam nunc Galliam bipartiuntur.

IX. Cur olim extranei essent, qui non ejusdem essent ex Ecclesiae gremio: nunc qui non ex eodem sunt Regno oriundi.

X. Beneficiis arcentur extranei in Hispania, sicut in Gallia.

XI. Quam necessaria lingua patriæ peritia.

XII. Singularis usus Ecclesiae Valentina in Hispania.

XIII. De primordiis Regni Poloniae.

I. Nec Episcopo certe, nec Parochio ignorare fas est linguam vel Civitatis suæ, vel Parochiæ, ut & Pastor gregis & grex Pastoris vicissim vocem audire & votis obsequi possit. A quo non ablutit illa pervertuta lex Cleri, ut ex ejusdem Ecclesiaz finu deligantur Beneficiarii, quam administraturi sunt. Si enim indigenæ sint, erunt & vernacula lingua callentes. Etsi autem promiscue Beneficia cujuscunque regionis iis addicantur, qui indidem oriundi sunt; nonnulla sunt tamen quæ ejus loci Nobilibus specialiter destinata dicantur, vel Cantoribus Capella cujusdam Regiæ. Hæc ergo supersunt hic nobis enucleanda, tanquam superioribus connexa, & ad ignorantia etiam pertinentia quodammodo irregularitatem.

II. Ratum ergo illud certumque est, optatissimum semper Ecclesiae fuisse, ut regionis cuiuscunque Beneficia ejusdem incolis & inde prognatis conferrentur. In Concilio Remensi anni 989. ubi Arnulphus electus est ejus urbis Episcopus prætermissa non est illa ratio, quod Lauduni in lucem ortus cum esset, Remensis Ecclesiaz filius haberetur, cum Remensis & Laudunensis Ecclesiaz in unam quodammodo coaluerint jam olim a temporibus beati Remigii: Hunc dicimus Laudunensis Ecclesiaz filium, & ut verius fateamur, Remensis. Ea quippe civitas Remense territorium, Remensis Parochia est, nec sic a B. Remigio divisa, ut fieret aliena. Itaque cum a Remensi Ecclesia decerpta esset Laudunensis, sperabant hujus Concilii Patres Laudunensis Ecclesiaz filios a Remensi matre cooptari posse.

Petrus Damiani ex adverso contestabatur Ecclesiam Romanam Imperatori gratificatam esse in ejusmodi re, in qua momenti esset omnino plurimum, ubi suo juri & pristino derogaverat mori, eligendi suo tantum ex gremio Pontificis, quem nunc tamen delegisset ex media Imperatoris Aula

la (1) : In constituendo Pontifice Romano Ecclesia a caritate regia non recessit , quia cum in Clero suo religiosis viris & sapientibus abundaret , non de propriis , sed eum qui regi tanquam domesticus & familiaris erat , elegit , &c. Ei privilegium non tulit , sed roboravit , dum non de Romana Ecclesia , sed ex Aula Regia Sacerdotem ad Apostolica Sedis culmen evexit .

III. Citra controversiam tamen , ubi nemo est in Ecclesia quamquam , qui par sit ejus gerendæ administrationi , tunc extranei arcessendi sunt . Indigenæ enim non anteponuntur universum extraneis , nisi ut magis idonei , propter linguæ morumque pertiniam . Sicubi ergo nemo prorsus ex indigenis idoneus sit , tunc præponentur jure merito extranei . Gregorius VII. recusato Archiepiscopo , quem promovere gestiebat Alphonsus Castellæ Rex , illum hortatus est , alium ut quemquam suggereret ex subditis suis : aut si non haberet nisi tanto impares fastigio , extraneos arcesseret (2) : Eligatur inde , si inveniri potest : sin autem , aliunde expectatur . Ratio prompta est : Ecclesia regimen proprie bonos exoptat . Boni ergo dignique si adsint , non longe quærendi sunt : si desint , undeunde arcessendi .

IV. Singularem hanc Ecclesiæ Romanæ laudem dabat Hadrianus IV. quod nunquam pateretur , qui sibi semel inserti fuissent , ad alias transferri Ecclesiæ . Sed ea non erat Romanæ Ecclesiæ propria , nisi diligentia quædam potissima legis observandæ , quæ Ecclesiæ omnes alias complectebatur , ut ne extraneos admitterent , ut ne suos a se divelli , & alio migrare facile sinerent . Vide quid ad Fridericu[m] I. Imperatorem rescriperit Hadrianus , ut illi approbaret consilium suum , non relaxandi Ecclesiæ Romanæ Subdiaconi , et si ad Ecclesiæ Ravennatis Archiepiscopatum postularetur (3) : Convenientius siquidem est , ut qui filius & Clericus est Romanæ Ecclesiæ ab ejus gremio non recedat ; & ipsa ei circa se locum dignitatis conferens , eidem inde provideat altiora .

V. Sed quod mox subicit idem Pontifex , Amplitudini Romanæ omnino consentaneum est , ut a Gregorio VII. observatum jam fuerat in ea , quam modo laudavimus Epistola . Nec enim vel Romana ante Republica , vel Christiana & Roma-

Thomas. Tom. IV.

na post Ecclesia magnitudinis suæ pondus ferre potuerunt , nisi accito absorptoque insu[m]um suum quidquid usquam erat clarorum & spectabilium toto orbe virorum (4) : Ipsa enim Ecclesia Romana , viros scientia adorantes , præditos honestate , & sanguinis nobilitate præclaros , ad se libenter evocat , eos aliunde confuevit admittere , non se talibus , cum ipso in gremio suo habeat , facile spoliare .

In Epistola quadam sua Decretali Innocentius III. narrat , Archiepiscopo Ravennate mortuo , ab aliis electum fuisse Presbyterum Cardinalem Ecclesiæ Romanæ , ab aliis Episcopum Imolæ ; contendentibus utrisque satisfactum a se esse sponsioni præstite eligendi Episcopi ex propria Ecclesia : quod Episcopus Imolensis suffraganeus esset Ravennatis Ecclesiæ , adeoque illi conjunctissimus (5) : Cum tanquam suffraganeus Ravennatis Ecclesiæ , ex ipso gremio extisset : quodque Cardinalis ille Presbyter , cum membrum esset Romanæ Ecclesiæ , quæ Caput est omnium Ecclesiarum , non posset extraneus & ab eis sejunctus haberi : Cum membra Capitis a membris Corporis censerit non debeant aliena .

Idem ipse Pontifex ratam habuit electionem Archiepiscopi Capuani , quanquam electus esset extraneus . 1. Quod potuisse Capuanum Capitulum non uti privilegio & Canone in sui gratiam & compendium condito ; cujusmodi est , ut ne Episcopus assumatur nisi ex Ecclesiæ ipsius Collegio (6) ; Licit caustum reperiatur in Canone , ut tunc alter de altera Ecclesia eligatur , cum nullus in propria fuerit repertus idoneus : quia tamen hoc in favorem introductum est Clericorum , & cuique licet renuntiare juri , quod pro se noscitur introductum , &c. 2. Canoni ei tunc locus est , cum vi intruditur extraneus : Præsertim cum illud Decretum locum habere videatur , quando Clericis renitentibus & inviis , per aliquius violentiam potestatis , extraneus ingexitur ex adverso : Propter quod sequitur in Decreto ut Clericis sit facultas renitendi , si se viderint prægravari . 3. Nullibi hospites aut peregrini sunt Ecclesiæ Romanæ matris omnium filii : Cum a Capite non debeant membra aliena reputari .

VI. Strigonensi in Hungaria Metropoli

Q q q

Ar-

(1) Disceptatio inter Reg. & Deen. Eccl.  
(4) Ibid. (5) Extr. de postul. c. 3.

(2) L. 9. Ep. 2. (3) Bar. ann. 1159. n. 3.  
(6) Extr. de Elect. c. 19.

Archiepiscopatum daturus idem Innocentius, tanti momenti esse duxit, ut ne extraneo cuiquam Ecclesia illa crederetur, ut eo transferre maluerit Metropolitanum Colocenensem, quem proba noverat Capitulo Strigoniensi gratissimum fore (1): *Quia non plenam de personis illius Regni notitiam habebamus, ideoque non poteramus salva conscientia eidem Ecclesia in alia persona, que de Regno Hungariae originem duceret, congrue prvidere, nec vellemus ei praeficere alienum, &c.*

Fuit & cum alia Romani Pontifices consilia inierint, extraneosque Ecclesiis praeposuerint, quod molestissime non raro & impatientissime tulere Principes. Narrat Matthaeus Paris ad annum 1146. ut Eugenius III. Archiepiscopatu Bituricensi donavit nepotem Cancellarii Ecclesiae Romanorum. Excanduit vehementissime Rex, & juramento se constrinxit, ne illum unquam admitteret. Interdicto tamen triennali & precibus denique beati Bernardi Claravallensis Abbatis emollitus est, iramque & indignationem convertit ad Saracenos in Palestina debellandos.

Refertur ab eodem Matthaeo Paris ad annum 1245. Epistola Anglorum ad Innocentium IV. quiritantum de immensa quadam Italorum multitudine, qui omnia invasissent Angliae Beneficia, omnes provenientes corraderent, & extra Angliam traducerent, tuendis, reparandisque Angliae Ecclesiis nequaquam stuperter, animo, quam corpore alieniores.

Cum Clemens VI. extraneum nescio quem Episcopatu ornasset Corienii in Regno Castellarum, iniquo animo id tulit Alfonsus Rex (2). At eum Pontifex blandissimis his monitis demulxit: Etsi in genere Ecclesiarum regimen indigenis maxime delegandum sit, esse tamen causas justissimas non paucas extraneos his quandoque anteponendi, Apostolis, & ipsum Hispaniarum Apostolum Jacobum longinquam ex regione adventasse; porro qui a le tum designatus esset Episcopus, eum esse, qui & doctrinaz ubertate & virtutum splendore ubique agnosci & ambiti, nusquam hospes & peregrinus videri debeat.

Philippum Pulchrum Regem delinire similiter conatus est Bonifacius VIII. quod duas Gallicani Regni Ecclesias Italiam duo-

bus contulisset, Bituricensem Archiepiscopatum, & Episcopatum Atrebatensem, nec contulisset nisi viris pietate & meritorum laude clarissimis (3), ipsi Regi non suspectis, nec Regno, cum uterque fuisse nutritus in Regno. Anno 1340. Clemens V. Galliarum Reginaz per litteras congratulatus est, quod Regium diploma revocari curarvet, quo extranei omnes Beneficiis summovebantur, nulla vel Cardinalium ipsorum exceptione. (4) Anno 1408. Comitiorum Generalium Cleri Gallicani decreto, extraneis omnibus aditus interclusus est Beneficiorum quorumcunque, nisi saltem decennium in publica alicujus Regni Universitatis palestra contrivissent, & ne tum quidem ad Praelaturas aspirare possent. Manavit certe decretum ejusmodi inter Ichimatis Avenionensis procellas. Anno 1429. Martinus V. (5) ad Ladislaum Poloniae Regem litteras dedit stomachosiores, ob promulgatum Edictum, quo peregrini omnes, ne Cardinalibus quidem exceptis, Regni Beneficii excludebantur. Ita enim statuebat Pontifex, cum nulli Romam, undecunque astuant, peregrini sint Clerici: cumque Cardinales Romani indefessam darent operam universis Christiani orbis, & singularem Ecclesiarum extricandis negotiis, canisque dirimendis, eminentissimos hos Romanae Ecclesiae filios, quae patria est fidelium omnium, patriam habere tam latitudinem, quam ipsa fides, quam Ecclesia, quam Christiana Republica latissime fusa & propagata est.

VII. Sed ne diutius ei exceptioni immoretur, nullis potest exceptionibus concuti aut labefactare generalis illa lex & regula, iis innixa rationibus gravissimis, quae in Præfatione Pragmaticæ Sanctionis conjecta sunt: Quod advenæ qui sunt, ignoti fere sint; nec eorum fieri periculum potuerit; non facile adduci possint, ut residenceant; patrum indigenarum sermonem non capiant, nec ab illis vicissim capiantur; unum id studeant potissimum, ut Ecclesiaz suæ dispendio locupletentur; ejus sarta tecta non carent; ab hospitalitate abhorreant; ignoto sibi gregi minus prodeste possint; quod denique cives ipsi animum despondeant, & litterarum studia aspernentur, quorum præmia videant ab extraneis sibi præripi & invola-

(1) Extr. de Poëul. c. 4.

(2) Rain. ann. 1348. n. 54.

(3) Hist. univ. Paris t. 4. p. 27. 29. 30. 296.

(2) Rain. ann. 1348. n. 54.

(4) T. 5. Ibid. p. 177.

(5) Rain. n. 13.

volari: Ecclesiarum peculia manus occupant indignorum, & nonnunquam exterorum, & plerumque dignitates & opulentiora Beneficia personis conferuntur incognitis & non probatis, que in eisdem Beneficiis non resident, sive vultus sibi commissi gregis non agnoscunt, lingua aliquando non intelligunt, &c. Sic animarum cura negligitur, subtrahit hospitalitas, Ecclesiarum iura depereunt, ruunt adficia, Clerici nostrorum Regni & Delphinatus scientiarum studia deserunt, propter promotionis congrue spem eis ablatam. His alias accumulat rationes Auctor Glossæ in Pragmaticam Sanctionem, ex Panormitano, aliisque Juris Canonici Commentatoribus decerpas. Quod nimirum Regibus Principibusque suspecta semper sit peregrinorum fides, ne arcana Regni prodant, & foris evulgent: Admitteretur exceptio domini temporalis, si promovendum haberet suspectum de proditione terra sue, vel consiliorum & secretorum suorum. Addit denique non incerto rumore ita circumferri, esse Regibus Galliæ speciale privilegium, ut ne injussu suo peregrinos finant Regni Beneficiis donari: Et ut ferunt, Rex Francia habet privilegium, quod exterus & alienigena non possit beneficiari in suo Regno sine ejus permissione.

Rationes has omnes congregaverat Carolus VII. Rex in Edicto suo (1) anni 1431. quo contestabatur, Majores suos semper intercessisse extraneorum provectionibus; ejusmodi querelis a parente ipso suo compellatos fuisse Concilii Constantiensis Patres, ipsumque Pontificem Martinum V. quas & ipsem ingeminasset querelas apud eundem Pontificem, & successorem ejus; cugen vero ne tot quidem machinis abduci potuissent Pontifices a sententia, aut a sparrendis in extraneos maximis quibusque Regni Beneficiis avocari, cogi se tandem hoc Edicto serpentem in dies perniciem cohære.

VIII. Nulla hic superius perstricti privilegi memoria, vestigium nullum: ut non injuria posterius impetratum fuisse conjicias. Ejus meminit Rebiffus, ubi affirmat, ei privilegio nullis Papæ dispensationibus derogari posse: eo porro non Parochialibus tantum Ecclesiis, juxta regulam Cancelleriæ, sed omnibus indiscriminatim Beneficiis peregrinos ablegari: Sed in Francia

idem in omni Beneficio, ratione privilegis, cum alienigena in Francia Beneficia sine Regis consensu non possit habere, quacunque sint illa Beneficia.

Illud non abs re hic obiter advertemus, in ea versari sententia Rebiffum (2), cum duas in linguis universa scindatur Gallia, quarum altera Occitana dici potest, Langue d' Oc; altera Francica, & Aulæ Regiæ, Urbique proprior, Langue d' Ouy, quod his maxime affirmandi quidpiam signis & voculis discrepent hæc regiones: sententia, inquam, Rebiffum in illa versari, non posse harum regionum incolas alios in aliorum finibus Beneficia obtainere. Quin & Gomesio videri, cum plures Provinciæ Galliarum utriusque linguae hujus consuetudine utrantur, cuiusque Provinciæ incolas extra ejus limites peregrinos haberi debere: sed ea in re latuisse Gomesium quanta sit affinitas & consensio sermonis inter omnes alterutrius hujus linguae Provincias. Unde nec immerito nos hic addemus necdum aeo Rebiffi tantam fuisse & consuetudinum, & linguae communionem inter omnes utriusque hujus linguae regiones, quanta postea fuit: ubi Provinciæ illæ omnes, non suos sibi singularè jam habuerunt Principes: sed unius summæ Regis & Galliarum moderatoris imperio constrictæ & consociatae sunt; ut jam nihil prorsus loci relinquatur ei, sive regionum distinctioni, sive peregrinitati. Quanquam ubi Parochialibus Ecclesiis dohandi Pastores sunt, specialis adhibenda sit cautio & providentia, ut Pastores ovium, oves Pastorum vocem audiant, capiantque.

IX. Hactenus de lingua & sermone vernaculo; nam Decretis Cœlestini Papæ, Capitularibus Caroli Magni, & Legibus Codicis præfici & ordinari cuique Ecclesiæ non sinebantur, nisi proprii ejus cives, dum in iis essent, qui omnes ejus officii numeros obire possent. Itaque longo ex intervallo sequimur præfca illa statuta, si non alios Beneficiis abigimus, quam qui ex ipso Regno oriundi non sunt, aut iura Regni Principum diplomate speciali non sunt assecuti. A vero, aut a veri certe similitudine non aberrabis, si existimes, quidquid novatum est in hac disciplina parte, profectum id esse a majori Ecclesiarum tum inter se privatum communione, tum conjunctione cum suummo vertice suo, posteriori hac etate.

Q q q 2

(1) Preuves des libertes de l'Egl. Gal. p. 1124.

(2) In Regulam Quod quis intelligat idioma.

te. Monuit nos supra Innocentius III. cu-jusque Provinciae Episcopos in Metropoli-tana Ecclesiæ hospites jam non haberi, aut extraneos. Clerici Romanæ Ecclesiæ ubi-que terrarum ut in propria patria verfaban-tur. Hadrianus IV. id præ se ferebat Ro-mam allici Clericos omnes virtutum & eru-ditionis gloria spectabiles, ut in commu-nem fidelium omnium patrum & natale solum. Quos toto ex orbe Clericos invita-bat Romam Pontifex meritis claros, in o-mmne mox Orbem illos disseminabat, & præcipuis mancipabat Ecclesiæ dignita-tibus. Adde quod cum fuerint Universita-tes velut publica quadam Seminaria omnium unius Regni Provinciarum, immo complu-rium quandoque Regnorum, hinc dulcior strictiorque fiebat conjunctio plurimarum inter se Ecclesiæ. Aliunde arcerebantur, aut advolabant plerumque Professores: Tyrones alteri huic quasi patriæ suæ adhe-recebant, longo & decennii perstape domi-nilio. Qui gradus ibi conseqebantur, qua Universitas, qua Regnum latissime patebat, cives habebantur. Inde est ergo quod po-tissima habita sit ratio incolmitatis Regni, eaque justissima, ubi extranei a sacris ar-cebantur Ecclesiæ Dignitatibus; non assen-sionem tantum, sed & auctoritatem etiam suam accommodante Innocentio III. cum Colocensem Archiepiscopum in Strigoniensem Ecclesiæ transferre maluit, quam extra-neo eam sedem concredere.

X. Cum variis mandatis instruerentur Oratores Gallicani ad Concilium Tridenti-num anno 1562. hoc præ ceteris commen-datum est (1), ut ne cui extraneo commit-ti possent Regni Beneficia, nisi vernacula malleret linguam, & in propria resideret Ecclesia; hanc vero legem nec Pontifex ipse relaxaret.

In Hispaniis jam inde ab anno 1393. Conventus Generales Regni Castellæ decre-verant, ne paterent extraneis Regni Bene-ficia; quin & in omnium quos Pontifex nominaverat Ecclesiasticos proventus manus in-jecerant. Quanquam interpellante Ponti-ficis Nuntio, & Aulicis ipsi Proceribus nihil non sibi de Papæ indulgentia & lar-gitate pollicentibus, a sententia se deduci Rex facile passus est, utpote tenera adhuc axtate. Ita Mariana (2); at auctor est Co-

varruvias, post edicta Caroli V. impervia fuisse extraneis omnia ejus gentis Beneficia; in Concilio Tridentino deliberatum fuisse ex Dominico Soto (3), an omnes cujusque regionis Parochiales Ecclesiæ indigenis ve-lut patrimoniales addicerentur: quin & oprabile esse, ut ejusmodi statutum promulgatum fuisset.

Narrat Ostiatus in Epistola quadam anni 1600. omni ope tum connixos fuisse His-panos, ut suæ gentis homini Dublinensis in Hibernia Archiepiscopatus conferretur, con-tra nitentibus Hibernis, ut ei Ecclesiæ præ-ficeretur non aliis, quam qui proprii ejus regionis idiomatis consuetudine imbutus es-set (4): *Allegato Regis ipsius Hispanie exemplo, qui Episcopum nisi Hispanum pre-faci patitur nullum.*

XI. Beneficiariis quidem omnibus, sed iis potissimum quibus cura animarum, & regimen Parochialium Ecclesiæ incumbit, consentaneum est, ut ne rudes sint vernaculi ovium sermonis. Eo se limite cohibuisse videtur Concilium Provinciæ Tu-ronensis apud Castrum Guntherii anno 1231. (5) *Ne quis instituatur in aliqua Ec-clesia, cui sit animarum cura amixa, nisi loci illius loquatur & intelligat idioma. Si contra presumptum fuerit, & institutus pri-vetur Beneficio, & instituentes potestate in-stituendi careant illa vice.*

Narrat Cæsarius ipsum Romanorum Re-gem a proposito resiliisse ambiendi Archie-piscopatus Coloniensis, ubi primum ab Elec-toribus certior factus est Episcopum Ca-meracensem, cui eam dignitatem conferri percupiebat, ejus regionis lingue imperi-tum esse: *Cum ab electoribus responderetur, quod idioma terra ignoraret, cessavit.* (6) Guimundus scientiæ & sanctitatis fama ce-leberrimus ille, qui calamum strinxit ad-versus Berengarium, Episcopales Angliæ insulas a Willelmo Notho Rege oblatas constantissime recusavit, quod in ejus gen-tis moribus & lingua hospes omnino esset: *Quoniam extraneos mores, barbaramque lo-cutionem nescio.* Cum in Concilio Latera-nensi IV. leges daret Innocentius III. O-rientalibus illis Ecclesiæ, quarum in singu-lis sacerdotum numero plebes erant, quæ alio & alio uterentur idiomate: jussit (7), ut singulis ab Episcopo designarentur Ministri sa-cri

(1) Memoires du Conc. de Treate p. 174.

(2) Mariana, L. 19. c. 2.

(3) T. 2. Practic. quest. p. 35.

(4) Tom. 2. Epist. 55.

(5) Can. 16.

(6) Ord. Vita an. 1070. p. 524. Rain. an. 1209. n. 6.

(7) Extr. de Officio Ordinarii c. 24.

cri propriæ earum linguaꝝ periti; quinimmo si necesse foret, ut alium ille sibi ascisceret Episcopum, Vicarii Generalis munia obitum, & ejus linguaꝝ callentem, cuius ipse ruditus esset. In Concilio Mexicano anni 1585. (1) peculiaribus aucti sunt privilegiis Clerici, qui Indorum idioma edidicissent, & vehementer excitati Episcopi, ut Beneficiarios acuerent, impellerentque, ut ejusdem Indicæ linguaꝝ studio sedulam operam navarent.

XII. Non liquet mihi quidem an vernaculi sermonis imperitia imputandum sit, quod Regni Valentini in Hispania cives ad ceterarum ejusdem Hispaniæ Provincia rum Beneficia non admitterentur, an illi residua animorum alienationi, qua extraneos solebant averlari. Certe Bulla anno 1587. publicata a Sixto Quinto, sanctum est, ut peræque Valentini Regni Beneficiis excluderentur ex aliis oriundi Hispaniæ Provinciis, quanquam graduum laurea decorati essent in Universitate Valentina, ab Alexandro VI. Papa excitata. Simillimum veri est, ex eo id totum manasse, quod perdidi, & non ita pridem discreta ea fuerant Regna, quæ suis singula Regibus subfessent, ut ex hac Regum Regnorumque diversitate linguarum etiam dissonantia quædam mator nasceretur.

XIII. Auctor est Longinus anno dñm 1062. Joannem Uratisslavensis Ecclesiæ clavum administrare cœpisse, gentis Polonicæ primum, cum haec tenus Episcopalem illam fedem Itali semper occupassent: *Primus ex Polonis, ab regatis Italij Pontificale Pedum in Uratisslavensi Ecclesia gessit.* Texuit Longinus perpetuam fere seriem Episcoporum Poloniæ omnium, nec ad hunc usque annum propemodum nisi Italos nominavit. Nec secus pene contigit annis sequentibus. Pronum est conjicere, vastissimas illas Provincias, quæ nuperime ex altissima & inveterata Barbarie & Idolatria emerferant, non statim, non facile potuisse ita refinci, ac expoliri, ut suo ex sinu Episcopos fibi crearent. Cum vero Pontifex Romanus Episcopos omnes ejus gentis confirmaret, teste eodem Longino, in historiæ suæ contextu: hinc via Italij ad Episcopatus Italij complanabatur. Commemorati sunt ab eodem Scriptore Episcopi etiam aliqui Poloni: quanquam non magno sane numero. Sunt & in quibus nulla fiat mentio confirmationis Pontificiæ.

## C A P U T C I V. P. 4. l. 2. c. 37.

Beneficia quædam addicta Nobilibus, Cantoribus, Capellæ Regiæ Clericis.

I. Præbendas suas Ecclesia Lugdunensis addixit Nobilibus quarto etiam stemmate conspicuis.

II. Ejus usus an pia quæpiam origo fuerit? III. Statuta Polonia solis Nobilibus adiutum pandunt ad Beneficia, & ad Ecclesiæ, quibus & illi soli præsidio esse possunt; que ab ipsorum persæpe majoribus fundata sunt; quorum ad regimen paratores accedunt ex liberali sua educatione.

IV. Quam effusa in favorem Nobilium sit Bulla concordati, & Pragmatica Sanctio!

V. Quam propitiis Nobilibus fuerint Innocentius III. in Concilio Lateranensi IV. & Joannes XXII. Papa.

VI. Fulgentii, Bernardi & beatis Caroli Mediolanensis Episcopi quanta animi propensio in Nobiles.

VII. Non facile potest Clerus Nobilium tuitione carere.

VIII. Ad Beneficia dignior habendus, non solum qui virtute præstat, sed & qui tuenda regendæque Ecclesiæ accommodatior est.

IX. Solvitur objectio.

X. Nudatur origo statutorum, sive consuetudinum, quibus solis Nobilibus aditus est ad Beneficia.

XI. De Beneficiis, quæ Capellanis & Clericis destinantur Capellarum Regiarum.

I. **A**ffirmat nuperus Galliæ Scriptor, (2) vulgasse diploma Clementem VII. Romanum Pontificem anno 1532. quo confirmabatur prior Bulla Martini V. declarantis Præbendas triginta duas Ecclesiæ Lugdunensis, addictas esse Nobilibus longo majorum stemmate claris, quarto ab usque gradu. Probabile cum primis est, his Bullis non aliud quam priora ejus Ecclesiæ statuta novo hoc auctoritatis pondere corroborata fuisse. Cum vel maxime Senneretus in Chronologia Ecclesiæ Lugdunensis, demonstret ex Tabulario Cameræ Computorum, anno 1245. quo coaluit Concilium Lugdunense I. fuisse in ea Ecclesia septuaginta-

[1] Conc. Gen. t. 13. pag. 1210. 1252.

[2] Choppinus, De sacra politia p. 64.

ginta quatuor Canonicos, quos inter eminebat unus Imperatore Patre conspicuus, novem a Regibus prognati, quatuordecim a Ducibus, triginta a Comitibus, a Baronibus viginti.

II. Prona fides est, hanc Ecclesiam Primaria sacra eminentem, alias nonnullas in sui imitationem pellexisse, & ipsam forsitan quoque in aliarum quarundam vestigia & exempla ingressam esse. Cave autem tibi persuadeas, solo nobilitatis fulgore, & quodam veluti fuco humanæ gloriae ductos fuisse primos hujus instituti auctores. Causius, sublimius & divinius aliquid jubet Ecclesia obversari oculis Ministrorum suorum, & eorum omnium qui ad sacras dignitates invitantur (1). Ratio habita est tuitionis, quam Nobiles impenderent Ecclesia, quam eorum Majores jam impendissent. Fuit & non parum momenti in institutione Nobilium, quæ plerumque liberalior est, quam plebeiorum, & virtuti propior, eo potissimum ævo, quo haec statuta condebantur, aut quo haec invalescebant consuetudines. Tunc enim plebeii propemodum omnes quibusdam variarum servitutum sordibus oblinebantur. Denique ita fere animo præsumptum fuit, in Nobilium & potentum virtutibus plus esse momenti, ad ceteros omnes in sui æmulationem pertrahendos. Itaque non humano & carnali affectu Nobilibus adjudicata fuere Beneficia complura; uni Ecclesiarum servitum est utilitati, vel necessitatibus. Nec enim Ecclesia adscribenda sunt virtiose privatorum cupiditates, quibus non sapiunt nisi quæ/carnis sunt: cum ipsa ex adverso carnalium etiam hominum contatus & consilia insanissima contorqueat ad cœlestis sapientiæ regulas, & ad spiritualis cœlestisque civitatis amplificationem.

III. Ignobilibus & plebeis voluere Reges Poloniæ septas & occlusas esse Dignitates & Præbendas principalium Ecclesiarum. Nec enim posse plebejos illam Ecclesiæ praestare defensionem qua cessante collapsuræ sint prorsus, cum in eo Regno nulla sit intercapedo bellorum (2): Ad defensiones Ecclesiarum in Regno nostro pernecessarias, præsertim propter homines licentiosos, & crebras expeditiones bellicas, parum aut nihil prodeſſe possunt Ecclesiæ. Ecclesiæ ergo regere jubeantur Nobiles, qui & tueri possint: Barones, Generosos & Nobiles,

& quibus prompta & facilis Ecclesiarum defensio effet. Quod ei statuto minus obtineratum sit, hinc agri Ecclesiæ inculti, domus dirutæ jacent: Magna ex parte vastata & destructa fuerunt, & in nonnullis locis adeo annihilata, ut non extant domus, &c.

Quæ mox sequuntur Decreta, ea declarant unicuique Capitulo fas esse, adgregare suo cœtui Doctorem Theologum; alium quoque Juris Canonici, tertium denique Medicinæ gradibus decoratum, ex plebejorum fratre, additur & in Nobilium Collegio esse non paucos Doctores; accuratorem plerumque esse Nobiliua institutionem jam inde a puero; cum denique illis accepta feratur Ecclesiæ Regnique defensio, consentaneum esse, ut illos Ecclesia hoc grati animi & pietatis testimonio prosequatur: Ab antiquis temporibus, laborum & virtutum suarum officio, eisdem dignitatibus Ecclesiasticis semper preficiebatur Nobilitas: tum quod suis propriis cervicibus & casibus bellicis regnum ipsum defendere consuevit, & asticta est, tum etiam Ecclesiæ.

Testatum denique faciunt haec statuta Poloniæ, pleraque Beneficia extructa & dotata fuisse a Nobilibus, quo æquius sit in eorum dispensatione rationem haberet Nobilium (3): Cernentes omnia Monasteria ex liberalitate non solum Regum, sed etiam Baronum & Nobilium bene dotata esse, & nunc quoque Nobilitatis favore plurimum indigere. Caventes etiam ne nova dogmata in Regnum nostrum ex Germania inferantur, &c. Anno 1496. & 1505. Albertus & Alexander Poloniæ Reges acerbioribus insectati sunt pœnis eos omnes, qui in Romana Curia, vel alibi Beneficia impetrarent Regii Patronatus, vel Nobilium, a quorum majoribus fundata sunt ea Beneficia, recreandis, sustentandisque proximis suæ quibusque stirpis; qui ex adverso compellerentur in lites expendere eam & pecuniam & operam, quam satius dulciusque est cum sanguine impendere patriæ defensioni (4): Beneficia per terrigenas de bonis eorum ad consolationem amicorum viventium & mortuorum fundata impetrant, sive non mediocribus jacturis pauperem nobilitatem pro sui defensione juris impendentem afficere consueverunt &c. Anno 1433. Jagello Rex fidem suam obligaverat, nihil a se dignatum

[1] Spand. an. 1245. n. 11.

[3] Ib. p. 3.

[2] Statuta Regni Poloniæ p. 327. 330.

[4] Statuta Poloniæ. P. 251. 499.

tatum sacrarum collatum iri , nisi Nobilibus , & quidem ejusdem Provinciae .

IV. His causis , quas hic strinximus , ad ducti sunt Patres Concilii Lateranensis V. & Leo ipse X. Pontifex , in Bulla Confirmationis Concordatorum Gallicanorum , ut enumeratis virtutibus & ornamentiis iis , quibus instrui necesse est eos , qui ad Ecclesiasticarum dignitatum apices promoven di sunt , longe plurimum tribuerent Principium , Regumque sanguine ortis , & natum gloria præclaris : *Consanguineos Regis , & personas sublimes* . Cumque mox definiretur , quot annos necesse esset litterarum studiis insumptos esse a Graduatis , non paulo indulgentius habiti sunt , qui clara utriusque parentis nobilitate fulgerent . Nec illiberalior fuerat Pragmatica Sanctio , ex Constantiensi & Basileensi Conciliis (1) excerpta , in Nobiles ex utroque parente , & ex antiquo genere . Nec disdiscuerat a Regibus ad Beneficia eos præsentari , qui patriæ dignitati & saluti ax animo studebant : *Benemeritas , & zelantes bonum Reipublice* .

V. Aliquandiu ante cum in Concilio Lateranensi IV. sub Innocentio III. districte prohiberetur , ne quis plura unus retineret Beneficia Curata , vel alias incompatibilia : subiecibatur mox relaxari posse a Romano Pontifice ejus legis austoritatem , sicubi ob vii essent viri nobilitate & eruditionis laude spectabiores (2) : *Circa sublimes tamen & litteratas personas , quæ majoribus Beneficiis sunt honoranda , cum ratio postulaverit , per Sedem Apostolicam poterit dispensari* . Joannes quoque XXII. Pontifex de his agens Beneficiis , quæ sociari & ab uno eodemque obtineri non possint , Regum progeniem excipi jubebat (3) : *Qui propter sublimitatem eorum , & generis claritatem , sint potioris prærogativa grata attollendi* .

VI. Speciale Nobilium Gymnasium ex ædificavit Beatus Carolus Mediolanensis Archiepiscopus , & eo se potissimum oblectari , eas suas esse delicias nec ipse dissimulabat . Nullam habebat Carolus personarum rationem (4) , providus , cautus & diligens hic erat omnino delectus eorum , quorum indoles & institutio amplius Ecclesie saluti profutura esset . Hinc sane Bernardus aiebat , nullo personarum delectu , nullo discrimine habito , non posse nos ta-

men non impensis congratulari , ubi virtus nobilitati adhærescit (5) : *Minime quidem Deus est acceptor personarum , nescio tamen quo pacto virtus in nobili plus placet* .

Quod hic Bernardus ait necire se , hoc est impræsentiarum non inquirere , id scitissime edisseruit Fulgentius , Augustini , ut solet , vestigiis insistens . Illud his convenit sanctissimis Ecclesie Patribus , & Doctribus , uberiorem illam lætitiam , qua probi quique perfunduntur , ubi Nobiles & Magnates sæculi ad pietatem se & religiōnem serio conferunt , uno ex eo capite totam scaturire , quod eorum exemplo & auctoritate illiciantur alii plures ad eandem iniendam virtutem palestram . Itaque utilitatis publicæ , & ipsorum pauperum , ac plebejorum salutis contemplatione , tum incitantur justi , cum nobilium divitumque bene moratorum laudibus suffragantur (6) : *Quamvis Christus sit aequaliter pro omnibus fidelibus mortuus , & aquale cunctis beneficium redēptionis impenderit , tamen conversio potentiū sæculi multum militat acquisitionibus Christi . Sicut enim multi fratres & amici , nos pariter & ignoti , talium auctoritate ad mundane dilectionis ardorem excitantur : ita talium conversione multi ad subfidium divina miserationis confugiunt . Ita sit , ut qui sunt in sæculi culmine constituti , aut plurimos secum perdant , aut secum multos in via salutis acquirant . Non aliter existimari , dicique potest , si qua pinguiora Beneficia Proceribus , Nobilibusque adjudicata sint , quorum se tuitioni committebat cum pauperibus suis omnibus Ecclesiis : id ipsorum potius pauperum caritati indultum esse , quam divitum honificientia*

VII. Suo superius loco dictum est de Præbendis , five Cathedralium Ecclesiarum , five Cœnobiorum , quæ ante aliquot sæcula coeperunt Imperatoribus , Regibus & Principibus vindicari , quod & etiam nunc obtinet . Summos Principes istos diximus assuisse quandoque in veste Clericorum linea , Clericis ipsis permixtos , divinas in Choro landes concinentibus . Dubium utri plus & gloria & voluptatis afferat hæc mira Imperii & Sacerdotii conjunctio . Hoc caput est , hic sons tortius Nobilium cum Clero conglutinationis . Suis ipsis rationibus & utilitatibus Nobilitas Clero devincentia-

(1) Tit. De Collat. Tit. De elect.

(3) Extr. Execrabilis.

(4) Gioffane L. 3. c. 4.

(2) C. de multa . Extr. de Præb.

(5) Ep. 113.

(6) Ep. 6.

cienda fuit. Oppressa & labefactata non semel fuitset Clericorum & Ecclesiæ dignitas a Plebejis, nisi in ejus defensionem conspirasset Nobilitas. In his rationibus ad universalis Cleri incolumitatem pertinentibus plus satis momenti est, ut nonnihil inflectantur leges aliae, in quibus salus Ecclesiæ nihil admodum pericitatur.

VIII. Nec excidisse potest animo, quod operosissime alibi astruiamus, dignis, quinimmo dignioribus conferenda esse Beneficia. At assentiantur Theologis Canonistæ, ut aqua lance pendantur merita, & per tria dexteritatisque momenta ad regendam Ecclesiam, non virtutem, non eruditionem tantum trutinari debere. Ille utique dignior habendus est ad capessendum quodlibet Beneficium, in quo plus præsidii est ad Ecclesiam sanctissime administrandam, eandemque præpotenter tuendam. Omnium Theologorum nomine hic suffragabitur Sanctus Thomas (1): *Ille qui debet aliquem eligere in Episcopum, vel de eo providere, non tenterit assumere meliorem simpliciter, quod est secundum caritatem; sed meliorem quoad regimen Ecclesiæ: qui scilicet possit Ecclesiam & instruere & defendere, & pacifice gubernare.* Si necessariis alioqui non destituantur Nobiles adminiculis eruditio- nis & innocentia, hi utique ceteris præponendi erunt, ut pacem Ecclesiæ confor- mient, ubi præsertim variaz undecunque in- gruunt procellæ.

IX. Video objici posse Decretalem Gre- gorii IX. qua concerpi videtur Ecclesiæ Argentoratensis consuetudo, ubi aditus non erat ad Canonicorum Præbendas, nisi paterno maternoque stemmate illustribus, do-ctrina & religione illustrioribus (2): *Nobi- lem, liberum, & ab utroque parente illu- strem, honeste conversationis, & eminentis scientiæ.* Respondeo autem, 1. unum id eo loco moliri Pontificem, ut valeat col- latio Beneficii a Legato facta, quod nec sibi, nec Legato suo infligi posset necessi- tas obsequendi consuetudinibus Capituli. Nec sane jubet Pontifex eam aboleri consuetudinem, sed ratam haberi collationem a Legato factam, tametsi consuetudini ad- versam. 2. Intacta perstittit haec tenus & in- taminata ea consuetudo in Capitulo Ar- gentoratensi, & in compluribus aliis Ger- maniæ Ecclesiis, etiæ Pontificiorum illæ semper fuerint decretorum observantissimæ.

Illarum ergo ea fuit persuasio, Gregorii decreto suam hanc consuetudinem non inu- ri. Etsi vero ibidem docet Gregorius, plus esse tribuendum nobilitati virtutis, quam sanguinis; & a Paulo ipso significari, non multos Potentes, non multos Nobiles a Deo primum electos; non tamen aperte ab eo pronuntiatur, eam consuetudinem aut a se damnari, aut a Capitulo proscribendam decerni. 3. Jamdiu est quod non potest la- terre summos Pontifices, qui usus sit, qui mores in hoc negotio complurium Germaniæ Capitulorum, Poloniæque, necnon & Galliæ, atque Hispaniæ, quorum fores non patent nisi Nobilebus. Nec tamen vel nu- tu significatum unquam ab illis est, dis- pliere, & expungi debere hunc usum. Tam diuino ergo silentio suo ei consuetudini af- sentiri cercentur. 4. Quorsum attinet com- memorare tot Concilia cujusque modi in his Provinciis vel Regnis coacta, a quibus abrogatus utique esset usus, si pietati, si Ecclesiæ legibus adverfaretur. 5. Funditus excisa essent, corruiissentque Germanicæ omnes & Polonicæ Ecclesiæ ab uno aut al- tero jam sæculo, nisi grassantium hæretico- rum & in arma profluentium furorem pro- pulsassent Episcopi Canonicique earum Ec- clesiæ, summa quadam potestate & opu- lentiæ freti.

X. Ex hoc vero statuto Argentoratensi, quo desiderabatur & natalium claritas, & ubertas doctrinæ, perspicuum est, nec sci- entias exulasse, nec virtutum studia ab his Capitulis, nobilitatis gloria amantissimis. Ex his porro vocibus, *nobilem & liberum, ansam arripiemus non intempestive, ut spe- ro, retegenda arcane originis hujus singu- laris nonnullarum Ecclesiæ disciplinæ,* ex quo spes est, nonnihil etiam voluptatis Lectoribus creari posse. His enim verbis in- sinuatur, non multum intercessisse discrimi- nis inter nobiles & liberos, inter ignobiles similiter & servos, ex quo primum Con- suetudines, ita enim dici placuit, cum Ser- vitutes dici potuerint, investitæ fuerunt. Qui enim antiqua, qui media ætatis secula non perfunctorie prorsus excusserunt, illis explo- ratum est prope absuisse ignobilitem a ser- vitate, libertatem a nobilitate. In Russia & Polonia etiam nunc, multisque aliis circumiacentibus Provinciis is ipse usus re- tinetur. Gallicanarum ipsi Consuetudinum libri, paulo saltē antiquiores, & ante- quam

(1) 2. 2. q. 185. art. 3.

(2) C. Vener. Extrav. De Præbend.

quam in novam hanc & liberaliorem formam refingerentur, fidem faciunt plebejos & rusticos omnes servitutibus quibusdam in nexos fuisse. Hinc Nobiles soli litteris operam dabant, ceteris ad agriculturam & ad illiberales artes alias ablegatis. Hinc & Magistratus omnes Nobilibus demandabantur. Solis Nobilibus & Clero constabant Comitia Regni Generalia, & Parlamenta, in qua plebi aditus non patuit nisi ab annis recentis vel quadringentis. Non ante ducentos annos admitti sunt plebeji ad officia publica. Minus ergo mirum, si aut Præbendæ, aut Dignitates Ecclesiastice, perinde ut sacercales, Nobilibus tantum annuerentur. In Germania & Polonia diutius & constantius habuerunt mores antiqui, ut ne litterarum studiis incumberent, aut ad dignitates pertingenter, nisi Nobiles. In Gallia vero cum jam ab annis amplius ducentis in id insudetur, ut refingantur libri Consuetudinum, & ad optatiorem quandam humanitatis & libertatis formam revocentur: hinc abolefcere paulatim prisca illa tristissimæ servitutis veltigia, ut ad dignitates tum sacras, tum etiam civiles admissa sit plebs. Pauca superfluit Capitula, qua cum Lugdunensi, Brivatensi, & paucis aliis priorem retinuerint morem non admittendi nisi germana nobilitate fretos. His addi posset & illud non proflus aspernandum, quod Capituli Argentoratensis statuto requirebatur, ut candidati Canonicatum paterna maternaque linea nobilitatem suam approbarent. Atqui nemo nescit fuisse certissime plenam, fuisse & dimidiata libertatem, seu mavis nobilitatem, ubi quis juxta varias regionum Consuetudines servo parente, libera matre natus erat. His Capitulis non placebat nisi plena libertas, nobilitasque ex utriusque parentis stemmate. Denique facile quisque refricabit sibi memoriam non infrequentium temporibus Caroli Magni & Ludovici Pii querelarum de Episcopis, animi perquam pusilli, & degeneris, qui non cooptabant in sacrum Cleri sui Collegium, nisi serviliis conditionis homines, quibus præfæctius imperitarent. Capitulis forsitan quibusdam placuit adversus hanc excludendorum Nobilium insolentiam munire se hujusmodi statuto, quo soli Nobiles & ingenui allegabantur. Constitutione Regia Ludovici XIII. articulo 199. anno 1629. laniciebatur, ut usus ille retineretur non admittendi nisi No-

Thomas. Tom. IV.

biles ad certa quedam Beneficia, ubi ea fuerat lex fundationis, non ubi consuetudo sola, aut statutum quodlibet ita juberet. Quod non immerito consentire Canonicis Regulis & Decretalibus videri possit.

XI. Quod ad Clericos spectat, Capellanos & Cantores Capellæ Regiæ, non apparet temporibus Beati Ludovici Regis ultra eis Beneficia destinata & propria fuisse, quamquam ex ejus testamento anni 1269. abunde constet larga manu eis a Regibus provisum fuisse. Statuebat enim Rex idem Ludovicus testamento suo, ut si qui ex Clericis vel Capellani suis tempore sui obitus nullo adhuc Beneficio donati fuissent, annua interim fruerentur viginti librarum pensione ex arario successoris sui regio, donec vel Beneficii aliquid, vel cajuscumque subsidii nauctus esset, quo vitam sustentaret (1): *Volumus ut Clerici nostri, & Capellani, tempore dececessus nostri, de nostro existentes hospitio, quibus in aliquo Beneficio Ecclesiastico provisum non fuerit, habeant & percipiant in bursa heredis nostri Regis quilibet eorum viginti libras annua pensionis, quo usque sibi de Beneficiis Ecclesiasticis, vel alias sit provisum.*

Commemoratur a Tilletio Bulla Clemens V. qua concedebatur Meldeni & Sylvanetiensi Episcopis (2) ut admitterent Beneficia, que resignassent Episcopi Altisodrensis, Bajocensis & Abrincatensis, iis quos Philippus Pulcher Rex nominasset. Vacabant hæc Beneficia illorum Episcoporum promotione: Pontifex, cui reservata proinde erant, ea gratificari Regi voluit, ut & ipse quibus velle gratificaretur. Probabile est utique large iis donatos fuisse Capellæ ejus Clericos, Ministros alios, & Eleemosynarios. Laudat & idem Tilletius Bullam Bonifacii VIII. sive diploma ad Episcopum Aurelianensem, quo decem Clericis ejusdem Regis Philippi Pulchri decem Præbendas conferret, ab aliis ejusdem Regis Clericis resignandas. Ejus simillimam concessit Clemens V. Perstringitur denique ab eodem Tilletio Bulla alia Joannis XXIII. qua jubet, ut ad nominationem Caroli VI. Regis Beneficia spargantur semel in quingentos, sive Regis & Reginæ, sive Delphini Officiales. Litteris proditum est a Froissarto, invisum fuisse aliquando a Carolo VI. Rege Clementem VII. Avenio ne sedentem, a quo in Ministros regios ef-

R r r fusa

(1) Du Chesne T. I. p. 439.

(2) Tillet. Recueil des Rois de France. T. I. p. 451. 454.

fusa est incredibilis quedam copia Beneficiorum: *Unde provisum est multis Clericis Regis.* Ubi idem ipse Rex nuntium remisit Benedicto XIII. qui Clementi VII. suffectus fuerat, notat Froissartus (1), coepisse eum Præbendas conferre Clericis Capellæ suæ, inconsulto Papa. Effugerat pene nos Bulla Clementis VII. a Tilletio (2), eodem memorata, qua permittebat Philippo Valesio Regi, ut semel dum adiiveret, Monachum unum, & unam Sanctimonialem presentaret cuique Monasterio & Prioratu Conventuali suo Regni. Nec in his tamen omnibus plium est certum argumentum Be-

neficii, Oratorii, vel Capellæ Regum Clericis destinati. Primus omnium Carolus IX. addixisse illis videtur anno 1572. Præbendas omnes complurium Ecclesiærum suæ collationis, necnon & omnes, quæ Jure Regaliæ aperto vacarent (2). Recognovit & comprobavit Senatus hoc Edictum, exceptis Regaliæ Præbendis, & coactato etiam numero Præbendarum, perinde ut esset earum numerus in unaquaque Ecclesia. Henricus III. 1585. & Henricus IV. anno 1594. ei privilegio novum robur addiderunt, non sine multa novarum gratiarum accessione.

*Finis Libri primi Partis secunda.*

[1] Froissart. Tom. 4. c. 4. p. 58.

[2] Du Tillet. p. 452.

[3] Peyr, Antiquité de la Chapelle du Roy l. 3. c. 10.

V A 1 1532511





166.  
C.B.

